intelligunt illi de ecclesia qui adhuc sunt infirmi ⁊ temporalibus dediti. Isti occidũtur quãdo eis tẽporalia auferunt. Eccle. xxxiiij. Qui aufert in sudore panẽ, quasi q̃ occidit proximum suũ. Per man⁹ intelligũtur actiui. Isti occidũtur cũ in suis operatiõibus impediũtur Prouerb.iij. Noli prohibere eũ benefacere qui potest si vales ⁊ ipse benefac. Per pedes intelligunt contemplatiui qui suis orationibus totã ecclesiam sustentant. Istos illi occidunt q̃ orõnes ne i ipsis effectũ habeãt ipediũt. Sunt etiam in ecclesia quidam, mortui sicut viri perfecti. Col.iij. Mortui em̃ estis ⁊ vita, vestra abscondita est ⁊c. Istos illi occidunt qui eos conturbare nõ desinũt. Secundo ponitur notitia resurrectionis cum dr (tertia die resurget). Ille igit qui est mortuus per peccatũ tertia die resurgat. Prima dies est contritio: secũda confessio: et tertia satisfactio. Uel tres dies sunt delectatio: ꝯsensus: ⁊ opus. Qui igit non resurgit a delectatione resurgat a cõsensu: ⁊ qui non resurgit a cõsensu resurgat ab opere. Si em̃ quartã diẽ addiderit scz consuetudinem: resurgere vix valebit. Hoc significatũ est in lazaro quatriduano. Ceteros quidem mortuos resuscitauit xp̃s simplici iussione. Istum autem suscitauit orando clamando ⁊ lachrymãdo: vt daret̃ itelligi ꝙ illi q̃ sunt in pctis inueterati indigẽt multorum orationibus magis cordis clamoribus, longis ⁊ diuturnis fletibus.

¶ Sermo secundus.

Ec⁹ sedebat secus viã mendicans. Per istũ cecum significatur genus humanũ qđ magnã, icurrerat cecitatẽ: sed illuminari non meruit nisi ꝑ xp̃i passionem. Et ideo in isto euangelio duo ponunt. s. infirmitas cecitatis: et remediũ passionis xp̃i. ¶ Circa primũ notandum ꝙ sunt quinq̃ peccata que spiritualem cecitatẽ inducũt. Primum tumor superbie. Greg. Tumor mentis est obstaculum veritatis. Et iste tumor totum gen⁹ humanũ occupauit. Primo em̃ habuit ortum i celo quando lucifer contra deum intumuit. Iõ superbia est nature celestis: ⁊ ideo viros celestes aliquando inuadit. Deinde de celo veniẽs in paradisum iuit: et ibi primos parẽtes inuasit qui se supra seipsos eleuauerunt ⁊ contra deum intumuerunt. Deinde de paradiso venit in mundum: ⁊ modo per totum mundũ iste morbus supbie est diffusus. Superbire em̃ dicit quasi sup alios ire. Lucifer supbiuit: quia sup deum ire voluit Adã superbiuit: qr sup ipsum iuit dum scientiam dei appetijt. Homines superbiunt qr super alios volũt ire. De⁹ autẽ superbire non potest quia super aliũ ire non valet: eo ꝙ sup se nullum habeat. ¶ Scđm est puluis auaritie. Auarus em̃ semper portat terram in oculis. p̃s. Oculos suos sta. declina. Unde dicitur de talib⁹ ꝙ sunt nimia cupiditate ceci. Et sicut superbia totum genus occupauit humanũ: sic ⁊ auaritia. Hiere.vj. A minore vsq̃ ad maiorez omnes auaritie studẽt. Inter maiores ⁊ minores sunt mediocres. Per minores intelliguntur clerici: per maiores intelliguntur prelati. Auaritia igitur a minore vsq̃ ad mediocres ⁊ maiores: qr inuenitur in laicis: viget in clericis: regnat in prelatis. Uel põt dici ꝙ in domo anime sunt tres familie. s. Miores: ⁊ iste sunt cogitationes. Mediocres vero: ⁊ iste sunt intẽtiones. Maiores: ⁊ iste sunt affectiones. Sũt igitur quidam quorum auaritia est in cogitationibus: quia die ac etiã nocte cogitare non cessant qualiter. s. lucra possint acquirere ⁊ pecunias suas augere. Eccl's.ij. Cũcti dies ei⁹ laborib⁹ pleni sunt et erũnis: nec per noctẽ mẽte requescit. Alij sunt quorũ auaritia est in intẽtionibus, quia in omnibus q̃ dicunt ⁊ faciunt semp aliqđ lucrum vel emolumẽtũ tẽporale intẽdunt. Pro.xvij. Oculi stultorum in finibus terre. Oculi stultorum sunt intẽtiones eorum qui sibi semp finẽ p̃tẽdunt temporale lucrum Alij sunt quorum auaritia est i affectionib⁹: qui temporalia ardenter diligunt ⁊ spũalia paruipendunt. Bñ igitur dicit. a minore vsq̃ ad mediocrem ⁊ maiorem oẽs auaritie student. Dũ alij terrena lucrare cogitare non desinũt. Alij in omnibus que agunt in temporalẽ mercedem intẽduut. Alij terrena ardẽter diligunt: ⁊ spũalia cõtẽnũt. ¶ Tertiũ cum ignis iracũdie. p̃s. Supercecidit ignis et

non viderūt solem. Cesarius. Sue mētis lumen iracundus excecat. Sicut em̄ visus excecatur ad peluim ardentem: sic homo excecatur per iracundiam inflāmantem. Scd̄m em̄ Damascenum. Ira est ebullitio sanguinis circa cor. Ex illa autē ebullitione fumositates ascendunt que oculos mētis obnubulant: qꝛ impedit ira animū ne possit cernere verum. Quādo aūt vas ad ignem nimis ebullit tribus remedijs subuenitur. Aut ꝑ vasis ab igne depositionē: aut per aquefrigide infusionem: aut per lignorum subtractionem. Sic etiā qñ aliq̄s per iram contra aliū nimis ebullit, ille cōtra quem irascitur: aut debet se totaliter ab alio diuidere. Prouerb. xx. Honor est homini qui separat se a cōtentionib⁹: oēs autem stulti miscentur cōtumelijs. Aut debet verba refrigeratiua ⁊ dulcia respondere. Pro. xv. Rñsio mollis frāgit irā: sermo durus excitat furorem. Aut saltem debet tacere ⁊ nihil respōdere. Uerba em̄ q̄ iracundo rñdētur sunt ligna quib⁹ ignis iracundie amplius inflammatur. Ecclesi. xxviij. Scd̄m ligna silue sic ignis exardescet. Qñ aūt ligna verborum subtrahunt̄ tunc ignis ille extinguitur. Prouerb. xvj. Cum defecerint ligna extinguetur ignis. ¶ Quartū est fetor luxurie. hoc significatū est Tobie. ij. vbi d̄r ꝙ ex stercore hirundinis fuit excecatus. Huius enim auis immunditia est desiccatiua: ⁊ significat luxuriam: quia nullum peccatum magis desiccat q̄ꝫ luxuria. Homo quidem quatuor habet. s. corpus: animā: famam ⁊ temporalē substātiam. Est igitur quoddam peccatū qd̄ desiccat corpus. s. nimia tristitia. Prouerb. xvij. Spūs tristis exiccat ossa. Est aliud qd̄ desiccat aīam. s. inuidia. Nā inuidia sicut d̄r alibi reb⁹ opimis marcescit. Prouerb. xxiiij. Uita carnium sanitas cordis: putredo ossiū inuidia. Est alid̄ qd̄ desiccat famā scꝫ superbia. Eccl̄s. x. Odibilis deo ⁊ hominib⁹ sup̄bia. Est aliud qd̄ desiccat terrenam substātiam. s. ꝓdigalitas ⁊ etiam vitiū gule. Prouer. xxj. Qui diligit epulas in egestate erit. Et similiter Qui amat vinū ⁊ pinguia nō ditabit̄. Luxuria desiccat ⁊ cōsumit corpus: quia facit ip̄m cito venire in senectutē vel mortē. j. Corint. vj. Qui autem fornicatur, in corpus suum peccat. i. in corporis sui cōsumptionem ⁊ diminutionem. Consumit autē aīam: qꝛ oīa bona ꝓposita ⁊ desideria annihilat ⁊ disp̄git. j. Coꝝ. ij. Animalis hō nō percipit ea que sunt spūs dei. Consumit bonā famā. Uñ dicit̄ de salomone Eccl̄i. xlv. Inclinasti femora tua mulieribus: ⁊ dedisti maculā in gloriā tuam. Cōsumit terrenā sustantiā. Luc. xv. Dissipauit substantiā suā viuendo luxuriose. ¶ Quintuꝫ est nimia abūdantia ⁊ crassitudo terrene substātie. Job. xv. Operuit faciē ei⁹ crassitudo. Hinc est ꝙ sedechias excecat⁹ est in reblata: que iterpretatur multitudo: sicut habet̄. iiij. Reg. xxv. Quia multitudo istorū temporaliū facit hominē cecū. Hinc est ꝙ effraim ⁊ manasses fuerūt fr̄es. Effraim em̄ interpretatur fertilitas: manasses obliuiosus. qꝛ nimia fertilitas seculi inducit obliuionem dei. Sicut em̄ pisces aliqñ ex nimia pinguedie excecātur. Et sicut in anseribus oculi consuuntur ne ex multitudine rerum visarum ab impinguationib⁹ retrahantur. Sic homines ex nimia abūdantia rerum in aīa execātur. ¶ Postquā visum est de infirmitate cecitatis vidēdū est de remedio passionis de quo in principio euangelij fit mētio specialis. Christ⁹ enim contra ista quinq̄ incommoda portauit quinq̄ remedia. s. corpus: sanguinē: aīam: spiritum humanū: ⁊ diuinitatē. Nā de corpore fecit emplastrū quo tumor sup̄bie sanaretur. Fit autem emplastrum de herbis medicinalib⁹ q̄ incidunt̄: ⁊ ꝯteruntur: ⁊ decoquunt̄: ⁊ liquore ꝑfundunt̄ aliquo. Herba medicinalis est caro xp̄i: qꝛ sicut dicit̄ Esaie. xl. Oīs ca. fe. Ista herba in cruce fuit incisa. Deinde i mortariolo crucis pistillo passionis attrita. De his duobus. Esa. xiij. Uulneratus est propter iniq̄tates nostras: attritus est propter scelera nr̄a. Deinde i furno crucis triplici, igne fuit excocta. s. igne amoris. Jo. xv. Maiorem hac dilectionē nemo habet ⁊c. Igne doloris. Thre. j. O vos oēs qui ⁊c. Igne passionis. p̄s. Ossa mea sicut cremiū aruerūt ⁊c. Deinde sanguine precioso fuit asp̄sa. Esa. lxiij. Quare rubrū est indumentū tuum? Illud igitur emplastrum factum de xp̄i carne sic incisa: sic decocta: sic perfusa, si super apostema suberbie ponat̄ des

bet ipsum statim maturare: mollificare: et frãgere. Aug. Ecce habes hũilitatis exẽplum: superbie medicamẽtum. Idẽ. Quo supbia sanari potest si humilitate filij dei nõ sanatur? ¶ Scdo de sanguine fecit collyrium quo ignis iracundie temperetur. Nihil em̃ sic odium ⁊ iracundiam temperare debet q̃ considerare ꝙ sanguis christi pro suis crucifixoribus sic orauit. Siq̃dem xp̃s orauit ꝑ eis verbis, dicẽs. Luc. xxiij. Pater dimite illis quia nesciunt q̃d faciũt. Orauit lachrymis. Heb. v. Cũ clamore valido ⁊ lachrymis offerẽs exauditus est pro sua reuerentia. Orauit sanguine. Heb. xij. Accessistis ad sanguinis aspsionẽ melius loquentem q̃ abel. Orauit morte. Heb. ix. Noui testamẽti mediatorꝫ est vt morte intercedẽte ⁊c. Tale igit̃ collyrium tãte pietatis ⁊ charitatis in nobis refrigerare debet omnẽ ignem rancoris. Quis em̃ de cetero contra inimicos suos odium tenebit: quãdo xp̃s pro suis inimicis: verbis lachrymis sanguine ⁊ morte orauit? ¶ Tertio de aĩa fecit vas vnguẽtarium quo puluis auaritie explet̃. In isto em̃ vase tria vnguenta purgatiua continẽtur. De quibus dicitur Johan. j. Uidimus gloriam eius gloriam quasi vnige. a p̃re ple. ⁊c. Ibi em̃ gloria est. i. gl̃iosa dei misericordia. Ibi est gratia. Ibi est v̄itas. Ibi sapiẽtia. Auarus igitur qui habet oculos plenos puluere auaritie: vadat ad istud vas vnguẽtariũ ⁊ vngat oculos vngnẽto misericordie ⁊ gratie ⁊ sapiẽtie. Tunc autẽ vngitur vnguẽto mie qñ inclinatur ad compassionem fraterne miserie. Tunc vnguẽto gratie qñ incipit tepescere ab amore terrenorum: et inardescere in amorem celestium. Tunc vnguẽto sapiẽtie qñ scit sapienter acquirere, sapienter retinere, ⁊ sapienter expendere. ¶ Quarto de spiritu hũano fecit cibum mellifluũ quo crassitudo terrena cõtẽneret̃. Eccl̃. xxiiij. Spiritus meus super mel dulcis. Mel est dulce in superficie: dulcius in medio: dulcissimum in fundo. In xp̃o quidem est triplex substantia. s. caro que est quasi superficialis: deitas que est profunda: ⁊ aĩa que est quasi media. Mel igitur est dulce in superficie: quia sancti ex consideratione carnis xp̃i hauriũt delectatiões suaues. Est dulcius in medio: qꝛ ex cõsideratione anime hauriunt delectatiões suauiores. Est dulcissimũ in fundo qꝛ ex contẽplatione diuinitatis hauriũt d̃lectatiões suauissimas. Talis igit̃ dulcedo oẽm dulcedinẽ hũanam facit insipidam Chry. Uere nõ hꝫ super terram qd̃ amet qui donum celeste in veritate gustauerit. ¶ Quinto de diuinitate fecit balsamum: quo fetor luxurie pelleretur Eccle. xxiiij. Quasi balsamum mixtum odor me⁹. Odor autẽ istius balsami tantus est ꝙ non tm̃ infirmi: non tm̃ mortui: nõ tm̃ corrupti: sed etiam fetidi sentire debẽt. Hoc significatũ est i lazaro quatriduano ⁊ fetido: q̃ ipsum odorem sensit ⁊ reuixit. Pria dies est delectatio ⁊ tũc aĩa est infirma. Scda est consensus: ⁊ tunc est mortua. Tertia est malũ op⁹: ⁊ tũc est corrupta. Quarta est mala consuetudo: ⁊ tũc est fetida. Qui autem odorem istum non sentit: est infirmo periculosior: mortuo insensibilior: corrupto marcidior: fetenti abominabilior.

¶ Sermo tertius.

Omnis plebs vt vidi dedit laudem deo. Postq̃ dñs celũ illumiauit: oĩs plebs que ibi aderat laudẽ dedit deo. Ex quo datur intelligi ꝙ ille est illuminatus q̃ deum laudat. Ille cecus est qui per verba vel ꝑ malã vitã deum blasphemat. In istis aũt diebus hoĩes vani nõ tm̃ non laudãt deũ: sed etiã per suas vanitates blasphemãt deũ et laudant inimicos dei. s. mundũ carnem ⁊ diabolum: ideo in isto euãgelio de christi passione fit mentio: vt ex consideratione passionis dñice homines abstineãt: a tanta vanitate. Laudãt quidem ⁊ honorant mundũ exercendo diuersos ludos ⁊ ineptas letitias. Laudant etiam ⁊ honorãt corpus propriũ pascendo ipsum per diuersas epulas. Laudant ⁊ honorãt diabolũ ducendo diuersas choreas. In his em̃ trib⁹ vanitatib⁹ expẽdũt hoĩes dies istos. ⁊ ideo cũ isto ceco non sunt illuminati sꝫ cecitate inuoluti. ¶ Primo igitur vani hoĩes cum deberent laudare deũ: ipsi tantum laudant mũdum per diuersos ludos et ineptas letitias. Letitia em̃ mũdi

est sicut vinum purum quod cito inebriat nisi salubri tristitia temperetur. Juxta illud Eccle. vij. melius est ire ad domū luct⁹ q̄ ad domū conuij. Refert Tullius q̄ quando aliqui consules Romani redibant victores, triplex honor eis fiebat. Primus quia omnis populus sibi cum letitia obuiabat. Secūdus qr omnes captiui quos ceperant eius currum iunctis manibus sequebantur. Tertius quia ipse victor indutus tunica iouis in curru sedebat: quem quatuor equi albi vsq̄ ad capitolium deducebant. Ne vero supra se nimis eleuaretur: istum honorem tripliciter tēperabāt. Primo quia vnus homo seruilis cōditionis secum in curru ponebatur vt cuilibet spes daretur ꝑueniendi ad talem honorē si probitas eius mereretur. Secūdo quia ille seruus eum cholaphis cedebat dicēs cognosce teipsum. Tertio qr cuilibet licebat illa die i ipsum inferre oīa opprobria q̄ volebat. Si igit̄ pagani suas sic letitias temperabant multo forti⁹ nos xp̄iani eas reprimere eū temperare debemus ⁊ maxime triplici de causa. Primo qr hoc non cōpetit loco. Sumus em̄ in exilio q̄ deberemus esse in celo: ⁊ ideo nobis est flendum ⁊ non gaudendū. Aug. Invalle sumus miserie vbi eo magis flendū est quo min⁹ flemus. p̄s. Quō cantabimus canticū dn̄i in terra aliena? Si viris sctis durū fuit i exilijs cātica cantare dei: Quid dicēdū est de illis qui cantant cantica diaboli? Quia igitur sum⁹ in exilio: ideo oīs mala mūdana letitia debet nobis esse importuna. Eccl. xxij. Musica in luctu importuna narratio est. Scd̄o nō cōpetit tempori. Tempus em̄ vite p̄ntis non est nisi cursus ad mortem. Augu. Nihil aliud est tp̄s huius vite nisi cursus ad mortem: in quo nemo vel paululum stare vel tardius ire permittitur: sed oēs pari motu vrgentur. Stult⁹ autē esset ille qui ad mortis suppliciū cuz gaudio ⁊ solatio ire vel duci vellet. Tales sunt similes cygno, qui dum moritur suauiter cantare perhibeatur. Tertio nō competit statui. Status em̄ hoīs est periculosus ⁊ dolorosus: quia quocunq̄ se vertit periculū ⁊ dolorē inuenit. Nam si sursum respicit. videt celum qd̄ amisit. Si deorsum, videt infernū qui omnes deuorare appetit. Si a sinistris aduersitatis, videt q̄ vn⁹ de mille non euadit qui non cadat per impatientiam. Si a dextris prosperitatis, videt q̄ de decē milibus vnus non euadit qui non cadat per intemperantiā. Juxta illud p̄s. Cadent a latere tuo mille ⁊c. Si post se, videt peccatorum multitudinem que cōmisit. Si ante se, videt terribile dei iudicium in quo districtam rationem eum reddere oportebit. Unde legitur in vitis patruz q̄ cum quidā sanct⁹ pr̄ quēdā vane ridentē videret dixit ei. Reddituri sum⁹ rationez de vita nostra coram deo et omni terra: ⁊ tu rides? ¶ Scd̄o vani hoīes cū deberent laudare deum: laudant ⁊ honorant corp⁹ suū, pascēdo ipsum per diuersas epulas. Istud aūt vitiū gule, et homini facit magnam iacturā ⁊ deo magnam iniuriā. Homini quidem triplicem iacturam facit. Prima est quia i corpore inducit magnā deformitatem ex eo q̄ facit ventrem nimis tumentem. Dicit̄ aūt ventata vento, ex eo q̄ sit plerūq̄ vento plen⁹. Gulosus igit̄ q̄to maiorem ventrē habuerit tanto maiorem vesicam vento plenā: ⁊ etiā maiorē saccū stercoribus plenū ⁊ repletum possidebit. Sicut etiam vesica vento plena ⁊ repleta acu pūcta cito detumescit: sic etiam venter gulosi pūctus acu febris cito ꝑ mortez euanescit. Stultus quoq̄ esset mercator ille qui aurum cū multo laborē acq̄situm in cistam imponeret in qua in lutum conuertēdū esse putaret ⁊ estimaret. Et qm̄ vēter gulosi est sicut saccus stercorum: stult⁹ est eo q̄ ea que cū multo labore acquirit in ventrem ponit in quo ventre in lutum fetidum conuertēda esse cognoscit. Secunda autem iactura est: qr inducit sibi multam infirmitatem ⁊ aliquando mortem. Eccl. xxxvij. In multis erit infirmitas. ibidem. Propter crapulam multi perierunt: qui autem abstinens est adijciet vitam. Pinguia corpora sunt modici sanguinis que est causa vite. Calor quippe naturalis sepe pre nimia pinguedine suffocat̄. Uia etiam spirituum ad membra nimia pinguedine impeditur ⁊ sic mors sequitur. Tertia est quia inducit insaturabilem. Prouer. xiij. Uēter impioꝝ insaturabilis. p̄s. Famem patient̄ vt canes. Canis enim postq̄ proiecta sibi deuorauit, mox ad alia deuorāda

suspēsus anhelat. Sic gulosus postq̄ multa fercula devoraverit, adhuc alia cōcupiscit: imo etiam insaturabilior est q̄ canis, et q̄ cetere fere: quia omnia spoliat elementa. Nā a terra aufert gressibilia, ab aqua natatilia, ab aere volatilia. Hieronymus. Tauri pauco rū ingerum pascua sluntur Unica silua pluribus sufficit elephantib⁹: homo vero terra et mari pascitur. Ambr. in libr. de ieiunio. Quid insatiabilius ventre? Hodie suscipit cras exigit: cum impletus fuerit disputat de continentia: cum digesserit vale virtutibus dicit, et querit luxuriam. Inter epulas philosophia predicat, inter philosophos vino laudant. Sed cū do gulosus facit deo iniuriā, ex eo q̄ vē trē suū deificat. Phil. iij. Quorū deus venter est. vbi dicit Aug. Hoc ab hole colit q̄ prie ceteris adamat. Huius rationem assignat Hugo de sancto victore dicēs, per similitudinē. Ueter deo cōparat. Solēt em dūs templa construi, altaria erigi, ministri ad seruiēdū ordinari, pecudes immolari, thura concremari. Deo siquidem ventri templum est coquina, altare mensa, ministri coqui, imolate pecudes cocte carnes, fumus incēsorum, odor saporum. Ista autē idolatria quoad aliquid peior ē q̄ idolatria paganorum: quia illi adorabant aurū et argentū: gulosus vero adorat faccus stercorum. ¶ Tertio vani homines cū deberēt laudare deū laudant diabolum diuersas dicendo choreas: quod valde fatuū est quatuor rationib⁹. Prima: quia tales choree mundi sepe ducūt ad choreas inferni. In inferno quidē sunt multe professiones peccatorū: id est congregationes superborū, auarorū, et luxuriosorū, q̄ sem per cantū lugubrē decantabūt. zacha. xij. Planget terra, scilicet infernalis familie: et familie seorsum. Cantant aūt vnā cantationem sex versus lugubres continētem. Dicūt enim. Ue quia deū offendi: ve quia diabolo consensi: ve quia nat⁹ fui: ve quia male torqueor: ve quia mori non valeo: ve quia nunq̄ liberabor. Ad istas choreas infernales iste choree mūdiales sepe perducunt. Job. xxi. Tenent tympanum et citharam: et gaudent ad sonum organi. Ducunt in bonis dies suos, et in puncto ad inferna descendunt. Huius signum est quia iste choree tēdunt ad sinistram. Proverb. iij. Uias q̄ a dextris sunt novit dom⁹. Peruerse aūt sunt que a sinistris sunt. Secūda fatuitas est: q̄ privantur choreis celi. Ibi enim sunt choree sanctorū deo iubilantiū. Hymn⁹ qui pacis inter lilia sep. cho. virgi. Istis choreis celi priuātur qui choreis delectantur mūdi. vnde refert Gregor. in dialo. de quadam puella nobili romana q̄ cū iocis et cantilenis dedita nimis esset, bta ꝟgo cū multis speciosis puellis indutis albis sibi apparuit. Et cū illa tā decore processiōi associare se vellet, prohibuit bta virgo dicēs q̄ donec esset sic vaga tali processione esset indigna. Precepit igitur vt a iocis et lenitatib⁹ se abstineret: et sic die tricesima ad illam processionem veniret: que subito cunctis mirantibus mutata fuit: et sic die tricesima beato et felici fine quieuit. Tertia aūt fatuitas est: ex eo q̄ tales chorec cedunt in iniuriem dei. Tum quia pactū in baptismo initum frangunt quo abrenunciare se diabolo et pompis eius omnibus promiserunt. Tum quia malorem cōmittunt contemptū q̄ si operi seruili incumberent. Augustī. Melius est in diebus dominicis arare et fodere q̄ choreas ducere. Tum quia festa sanctorum suis vanitatibus polluunt. Magnam enim iniuriā choree deo fecerūt: quia prophetam suum charissimū scilicet Johannem baptistam occiderūt. Iniuria enim que fit sanctis redūdat in deū. Luce decio. Qui vos audit me audit: et q̄ vos spernit me spernit. Quarta fatuitas est: ex eo q̄ ille chorce sunt arma diaboli que in hoc seculo exercentur. Trib⁹ enim modis diabolus in peccatuz luxurie facit cozrnere: modo per visum, modo per colloquium, modo per tactum. In chorets autem ista omnia occurrunt. Nam ibi sunt verba lubrica et modulationes cātuum, ibi est fixa visio faciem, ibi effictus manuū ignitarum: et ideo ex tali vicinitate et appropinquatiōe, modo per colloquiū, modo per visum, modo per tactū sepe ignis accenditur: et mala concupiscentia inflammat. Et quantūcūq̄ homo sit fortis et durus tanq̄ ferrū, vel sit naturaliter frigidus tanq̄ lapis: vel sit candid⁹ tanq̄ murus dealbatus: tamen non confidat de sua fortitudine nec de sua frigidi-

tate nec de sua sanctitate. Siquidez ferrū igne positum emollescit: sic homines firmos in suo proposito concupiscētie ignis emollescere facit. Hierony. Ferreas mentes libido domat: ex concussione duorum lapidū frigidorum ignis excutitur: sic ex nimia familiaritate virorū ⁊ mulierū licet a principio videantur frigidi: sepe per cōcupiscentiam inflammant. Quis enim frigidior esse poterit q̄ qui in extremis laborat? Unde refert Grego. in dialogo de quodam sacerdote agente in extremis: cū ei q̄dā mulier facie appropinquaret vt sciret si adhuc spiraret: ille voce qua potuit exclamauit. Recede mulier recede, tolle paleā, adhuc viuit igniculus. Murus etiā dealbatus q̄uis ex candela non comburatur tñ denigat. Sic etiaz q̄uis aliq̄ non comburant ex concupiscentia: tñ ex nimia mulierū familiaritate denigrantur in fama vel aliquo modo in cōscientia quā nō habent apud deū sinceram. Hiero. Crede mihi nō pōt cū deo toto corde ambulare: qui feminarum accessibus copulatur.

¶ Dñica.j. in quadragesima. Ser.j.

Ductus est Jesus in desertum a spiritu vt tentaretur a diabolo. Mat.iiij. Sicut christus voluit mori vt per suam mortem nostram destrueret: sic voluit tētari vt nostras tentationes superaret. Uoluit em̄ tentari immediate post baptismum vt tentatis daret consolationis remediū. Fuit enim tentatus statim quando fuit baptizatus quādo a patre filius fuit appellatus, quando spiritussanctus in specie columbe super eum mansit, quando celos apertos vidit: quando quadraginta diebus ⁊ quadraginta noctib⁹ ieiunauit: vt per hec det intelligi q̄ si aliquis tentatur non est min⁹ a peccatis mundatus, non est min⁹ dei filiatione dignus, nō est min⁹ spiritusancto dign⁹, nō est min⁹ celo dignus, non est minus in sua penitētia deo acceptus. Tentari ergo voluit xp̄s vt nostras tentationes vinceret, vt tentatis ꝯsolamē p̄beret, ⁊ vt diabolo q̄ ip̄e eēt fili⁹ dei occultaret. Sciebat q̄ppe diabol⁹ p̄ scripturas ⁊ prophetias dei filiū in mūdū esse vēturū ⁊ suū sibi dñium ablaturū. Audiēs autez ꝑm Chrys. in xp̄i natiuitate angelū pastoribus annūciātem angelorum multitudinē iubilātē. Johānē digito demōstrantē, patrē in basptismate testificantē. spm̄ sctm̄ in specie colūbe descēdentē, ⁊ nūc quadraginta dieb⁹ ⁊ q̄draginta noctib⁹ ip̄z ieiunātē: eū esse filiū dei suspicat⁹ ē. Sed postmodū videns eū esurire ip̄z esse dei filium plurimū dubitauit. Nō em̄ credebat dei filiū posse esurire. Uolēs igit̄ experiri vtrū esset dei fili⁹ an hō pur⁹: ⁊ sciēs qz primū hoiez tribus telis prostrauit, cogitauit eisdē telis ip̄m aggredi. Et si q̄dem vinci poterit: homo purus apparebit: si autem vinci nō poterit dei fili⁹ esse videbit. Nā sicut dicit Grego. in homel. Diabol⁹ primū hoiem de trib⁹ peccatis tētauit ⁊ vicit. s. de gula cum de fructu ligni vetiti ip̄m māducare suasit, de vana gloria cum dixit. Eritis sicut dij. ⁊ de auaritia cū dicit. Sciētes bonū ⁊ malum. Sicut enim auaritia est appetitus immoderatus pecunie, sic est etiā immoderatus appetitus scientie. Eodem modo tentauit xp̄m. primo de gula dicens. Si filius dei es, dic vt lapides isti panes fiāt. Cogitabat em̄ intra se dicēs. Si lapides i panes cōuertere poterit, dei fili⁹ erit: si aūt nō poterit, homo purus apparebit. Sz xp̄s ꝑm glosam rñsum taliter tēperauit q̄ ip̄m dei filiū esse nō cognouit, cū ait. Scriptum est. Non in solo pane viuit hō, sed in oī ꝟbo qd̄ procedit de ore dei. Acsi dicat ꝑm glo. Cū hō constet ex duplici substantia. s. aīa tanq̄ superiori ⁊ corpore tanq̄ inferiori, ⁊ cib⁹ aīe sit verbū dei ⁊ cibus corporis sit panis materialis ⁊ tu suades mihi tātum de cibo substantie inferioris ⁊ nō superioris: patet q̄ tua suasio tentatio est. Sed qz sic eū diabolus vincere non potuit: cogitauit apud se dicēs sicut ait Chryso. Homo iste sctūs. esse videtur. Sancti em̄ viri et si nō vincant de vitio gule: sepe tamen vincūtur de aliquo motu vane glorie. Et ideo ipsum assumpsit ⁊ eū sup vinculum templi statuit. Nec mirū fuit (ipsum Grego.) si p̄misit se assumi q̄ ⁊ crucifigi, ⁊ alia glo. q̄ hoc non fuit infirmitatis sed patientie ei⁹. In diabolo aūt non fuit virtus sz in eo fuit magna superbia. Uel ipsa assumptio potest intelligi deductio. Dicit autem alia

glos. q̄ verisimile est diabolū in humana specie apparuisse: sed tamē xp̄s sic egit vt ipse a nemine videret. Erat enim pinnaculum locus eminēs, vbi scz erat cathedra doctorū. Et ideo ip̄e diabol⁹ s̄m legē putauit ip̄z i sede doctorū positū inani gloria posse extolli vbi multos fecerat eleuari. Dixit āt ei. Si fili⁹ dei es mitte te deorsū. Hoc dixit ideo vt ex tali p̄cipitatiōe ⁊ nulla secuta lesione iactātiā īcurreret. Uel vt ex hoc diabol⁹ suā ptātē agnosceret. Sz xp̄s sic tēperauit rn̄suz vt eū relinq̄ret dubiū dicēs. Non tētabis dn̄m deū tuū. Ubi dicit glo. Suggerebat vt aliquo signo exploraret q̄tū apud deū posset, sed nemo debet tētare deū qn̄ ex humana rōne habet quid faciat. Nūc aūt poterat aliter de tēplo descēdere q̄ p iactātiā se p̄cipitare. Postq̄ aūt deficit hūana rō: cōmendet se deo nō tētādo sz deuote supplicādo. Uerū postq̄ nec p primā nec per scd̄am tētationē eū potuit cognoscere: trāsiuit ad tertiā vt saltem ip̄m posset de auaritia superare. Duxit em̄ eū super mōtē excelsum valde: ⁊ ostendit illi oīa regna mūdi. Nō aūt ista ostendit coram ei⁹ oculis huiusmodi adducendo vel visum ampliādo vel ea q̄ nesciebat sibi indicando: sed dicit ostendisse tribus modis. Primo scd̄m Chryso. ostendit acsi aliquis in loco excelso positus manum extēderet dicens. Ecce ex illa parte ē Italia: ⁊ ex illa grecia: ex illa africa. Uel scd̄m Rabanum ostendit vanitatē pōpe mundane quam ipse diabol⁹ diligebat, q̄ speciosa sit ⁊ desiderabilis v̄bis demonstrauit vt ad amandū illam ip̄m induceret. Uel scd̄m glos. ostēdit quomodo regnabat in mundanis per diuersa vitia. In quibusdam p superbiam, in quibusdam p auaritiaz, in quibusdā p luxuriā: vt p exēplum multitudinis posset ad cōsentiendū eū facili⁹ inclinare. Cū aūt oīa regna mūdi ⁊ gl̄iam ostendisset dixit ei. Hec oīa tibi dabo ⁊c. Plane mentit⁹ est: qr dei sunt oīa ⁊ ip̄e retribuet vniuersa. luc. iiij, Oīa mihi tradita sunt ⁊ cui volo ⁊c. Et qr istud continebat iniuriā ꝯditoris q̄ sol⁹ deberet adorari ideo diabolū repulit dicens. Uade sathana: nō tentabis dn̄m deū tuū ⁊c. Glo. j. vade in infernū q̄ paratus est tibi ⁊ angelis tuis. Ex his ptz q̄ diabol⁹ in tētādo incipit a minimis ⁊ procedit ad maiora. Minima tētatio videbatur tētare de pane in magna fame. Maior tentatio fuit de vana gloria. Maxima de auaritia. Hoc significatū est Esa. j. vbi dr. A planta pedis vsq̄ ad verticē non est in eo sanitas. Diabolus nanq̄ incipit a planta pedis. i. a minimis peccatis: ⁊ ꝓcedit ad verticem. i. vsq̄ ad consensum rationis. Supradicte antē tentationes facte sunt in xp̄o tm̄ exterius ⁊ nō interius. Unde ait Greg. in homel. Trib⁹ modis tentatio oritur. suggestiōe: delectatione: ⁊ cōsensu. Et nos cum tētamur plerumq̄ in delectationem ⁊ consensum labimur. Christus igit̄ tentari per suggestionē potuit: sed ei⁹ mētē peccati delectatio nō momordit. Atq̄ ideo oīs illa diabolica tētatio foris nō intus fuit. ¶ Notandū autē q̄ supradictas tentatiōes xp̄s tripliciter dicit. s. sapienter respōdendo, fortiter resistendo, ⁊ principijs obuiando. Sapienter quidem respondit cum tria scripture testimonia allegauit. Hoc significatū est. j. Regū. xvij. in victoria quā Dauid habuit de golia. Ubi dicit glos. Dauid interfecit goliam tribus lapidibus de torrente: et xp̄s diabolū tribus testimonijs ex lege ꝓstrauit. Diabolus suasit vt Christ⁹ lapides in panes conuerteret: sed Christus ecōuerso panes sacre scripture cōuertit in lapides quos contra diabolum iecit ⁊ prostrauit. Exēplo igitur Christi iniurias nr̄as debemus vincere p sapientiam: p patientiam: non p potentiam vel vindictam. Ille vincit p sapientiam qui iniurianti scit sapienter ⁊ rationabiliter rn̄dere. Sap̄. vj. Melior est sapientia q̄ vires, et vir prudens melior q̄ fortis. Prouerb. xxvj. Respōde stulto iuxta stultitiam suam. s. sapienter. ne sapiens sibi videatur. Ille vincit per patientiam qui scit dissimulare ⁊ iram suam restringere. Eiusdē. xvj. Melior est patiēs viro forti, ⁊ qui dn̄atur aīo suo expugnatore vrbium. Eiusdē. xxvj. Ne respōdeas stulto iuxta stultitiam suam. i. impatienter: ne efficiaris ei similis. Ille vincit per potentiam qui non attendit ad iustitiam sed tm̄ ad potētiam p quam iniuste opprimit innocentes. Sapi. ij. Sit autem fortitudo nr̄a lex iustitie. Quod enim infirmū est inutile inuenitur. Ille vincit per vindicta q̄

effundit iram suam, ⁊ talis potius vincitur q̃ vincat. Unde legit̃ de Alexandro q̃ licet fuerit victor orbis terrarum: tamẽ a tribus ꝑmisit se vinci. s. a concupiscẽtia: a vinolẽtia: ⁊ ab ira. Et q̃uis in ꝓprijs iniurijs patiẽtẽ esse sit laudabile, in iniurijs tamen dei est vituperabile. Unde sup illd̃ Uade sathana. dicit Chryso. Exẽplo xp̃i discam⁹ nostras iniurias equanimiter sustinere: dei autem iniurias nec vsq̃ ad auditũ sufferre. Qr in ꝓprijs iniurijs eẽ quẽ q̃ patiẽtem laudabile est iniurias autem dei dissimulare nimis impium est. ¶ Secundo xp̃s dicit tentationes fortiter resistẽdo: sic ⁊ nos fortiter resistere debemus. Nã s̃m Greg. Diabol⁹ cũ ei resistit̃ est debilis vt formica: cũ vero eius sugestio recipit̃, est fortis sicut leo. Jac. iiij. Resistite diabolo: ⁊ fugiet a vobis diabol⁹ d̃r a dia qd̃ est duo, ⁊ bolus qd̃ est morcellus: qr de hoĩe vult facere duos bolos. s. corpus et aĩam deuorãdo. Et bene dicit fugiet a vobis. A q̃busdã em̃ diabol⁹ nõ exit: sed ibi req̃escit ⁊ dormit. s. in auaris: et sup̃bis: ⁊ in luxuriosis. Job. xl. Sub vmbra dormit. ecce vmbra auaritie. In secreto thalami. ecce vacuitas sup̃bie. Sup̃bus em̃ licet exterius videatur tumid⁹ et inflatus: tamen interius est vacuus. In locis humentibus. ecce turpitudo luxurie. Ab aliquib⁹ vero exit sed nõ recedit sed ibi de prope expectat sicut ab illis qui sepe patiunt̃ recidiuum ad q̃s scit se cito reuersurũ. Luc. xj. Reuertar in domũ meã. ⁊c. Ab aliq̃bus vero exit ⁊ recedit: sed nõ fugit sed lẽto passu icedit: sicut a tepidis quos nõ plene deserit ab aliq̃bus vero exit fugit ⁊ recedit: sicut a viris ꝑfectis qui scuto fidei: galea spei: lorica iustitie: gladio verbi dei muniti fortiter resistunt illi: ⁊ ipsum in fugã cõuertũt. p̃s. Perseq̃r inimicos meos ⁊ cõprehẽdã. ¶ Tertio xp̃s vicit tẽtatiões eis in suis initijs obuiando. Nam mox vt diabolus ei tẽtatiões inferebat, eas repellebat. Sic ⁊ homo qñ sentit prauas suggestiones mox in suo initio eas debet repellere ⁊ nullũ locũ in aĩo eis dare. Eph. iij. Nolite locũ dare diabolo. Hiero. Lubricus est antiquus serpens, ⁊ nisi in capite teneatur: totus statum illabitur. Serpens enim infernalis habet caput: scilicet suggestionẽ. habet ⁊ corp⁹: scz cõsensum. habet ⁊ caudã: scz ꝯsummationẽ opis Ubi aũt ponit suggestiõis caput: statim ponit corp⁹ consens⁹ ⁊ caudã operis: ⁊ ideo in suo capite est cõterend⁹. In aliq̃b⁹ aũt est iste serpẽs q̃tũ ad caput, corp⁹, ⁊ caudã: qui scilicet habent malas cogitatiões cõsensus ⁊ opera Aliq̃ vero dimittũt mala opera in ista. xl. sz tñ post pascha ad eadẽ redire intendunt. Isti amputant serpenti caudam, ⁊ tamen adhuc viuit in eorũ cordib⁹ q̃tũ ad corp⁹ ⁊ caput, id est quãtum ad suggessionẽ ⁊ cõsensum. Aliqui peccatũ deserunt quantũ ad ꝯsensum ⁊ op⁹ Isti amputãt corp⁹ ⁊ caudã: viuit tñ adhuc in capite per malam suggestionẽ. Qñ autem suggestioni resistit̃ tũc caput amputat̃: et tũc nocere nõ potest, nec q̃tũ ad caudam id est opus malũ, nec q̃tũ ad corpus. i. cõsensũ, nec q̃tũ ad caput. i. suggestionẽ: qr ex toto contrit⁹ est. Ideo dicit̃ Genes. iij. Ipsa cõteret caput tuũ. i. suggestionẽ tuã que dicitur caput nõ tm̃ qr est principium peccati sed etiam dicitur caput a capiendo qr diabol⁹ ꝑ suã suggestionẽ oẽs capit. Et tu insidiaberis calcaneo ei⁹. i. morti ei⁹ q̃ dicit̃ calcaneũ nõ tm̃ qr est finis hois sz etiã qr calcaneũ d̃r a calcãdo. ꝑ qd̃ intelligit̃ mors bonorũ: qr calcauerũt terrena. vel d̃r a callo q̃ est durities pedũ: per qd̃ intelligit̃ mors malorũ qr fuerunt duri in peccatis. Diabolus em̃ in fine insidiabit̃ ⁊ malis vt eos rapiat, ⁊ bonis si forte aliquod ius in eis inueniat.

¶ Sermo secundus.

Uct⁹ est iesus in desertum ⁊ cetera. In presenti euangelio quatuor spiritus exprimuntur. scilicet spiritus diuinus, human⁹, malignus, et angelicus. Spiritus diuinus Christum in desertum deduxit. Spiritus humanus ipsum esurire fecit. Spirit⁹ malignus ipsum. tẽtauit. Spũs angelic⁹ sibi mistrauit. ¶ Prim⁹ igit̃ spũs. s. diuin⁹ xp̃m in desertũ deduxit. Unde d̃r duct⁹ est iesus ⁊c. Eodẽ modo spũs diuinus in desertũ nos deducit dũ penitẽtiã nos ichoare facit. Istd̃ desertũ significat̃ ꝑ illd̃ desertũ in qd̃ de⁹ filios israel deduxit dum eos de

egypto

egypto eduxit: in quo q̄dē deserto habuerūt q̄dā aspera.s.itineris fatigationē: ⁊ q̄dā suauia.s.māne refectionē. Sic etiā serui dei exeuntes de egipto peccati, venire dicunt̄ in desertuz penitētie salutarz: in q̄ exteri⁹ debēt hr̄e asperitatē: interi⁹ tñ habent diuine ꝯsolationis suauitatē. Primo nāq; dicunt̄ hr̄e pniam asperā eo ꝙ talis pnia meli⁹ curat pctā. sicut dicit Chriso. sup Mattheū triplici exēplo.s.exēplo medici corruptos humores curātis: exēplo agricole vitiosas herbas vl̄ radices eradicātis: exemplo artificis nodos lapidū p̄cidētis Dicit em̄ ꝙ spera medicina humores corruptos melius euacuat rastruz ferreum vitiosas radices melius eradicat: ferrum durū modos lapidū meli⁹ resecat. Peccator enim aliquando plen⁹ est humoribus corruptis luxurie. Psalm̄. Putruerunt ⁊ corrupte sunt cicatrices mee. Aliquando habet malas radices cupiditatis et auaritie. j. Timoth. vj. Radix omnium maloꝝ est cupiditas. Aliquādo habet nodos tumētis sup̄bie. Job. xv. Quid tumet contra deuz sp̄us tuus? Contra ista tria vitia sunt tria remedia. Primū est carnis mortificatio q̄ est tanq̄ medicina amara purgās ⁊ euacuās oēs corruptos humores luxurie. Ecclesiast. xj. Malitia vni⁹ hore obliuionē facit luxurie magne. Malitia aūt ibi vocat̄ pena que vere videtur esse mala. De hac materia amara dicitur Exa. xxiiij. Amara erit potio bibentib⁹ illam. Scdz est omniū terrenoꝝ despectio: q̄ est tanq̄ rastrū ferreuz euellēs radices malaꝝ cupiditatuz. Qui em̄ vult cupiditates abscindere ⁊ diuitias retinere cum rastro de palea hoc nititur facere. Sed qui ex toto eas abijcit: ferreū rastrū apponit. Istū modū docebat domin⁹ Mat. xix. Si vis perfect⁹ esse, vade ⁊ vende om̄ia que habes ⁊ da pauperib⁹. Tertiū est mortis meditatio: et istud est tanq̄ malle⁹ ferre⁹ precidens omnē tumorē superbie. Ferrū em̄ a feriendo vel a firmitate nomen recepit: mors enim dicit̄ ferrea: siue qr omnia tria ferit ⁊ domat. Eccl. vij. Memorare nouissima tua, ⁊c. Siue qr est dura ⁊ inflexibilis: ex eo ꝙ nulli parcit. ps. Quis ē homo qui viuet ⁊ non videbit mortē? Quanuis autē serui dei habeant asperitatē penitentie exteri⁹: int⁹ tñ in isto deserto penitentie recipiūt diuine consolationis suauitatem. Osee. ij. Ducaz eā in solitudinē, ⁊ loquar ad cor ei⁹. Hoc significatum est (vt dictū est) de filijs israel: qui licet in deserto habuerūt laborem durissimū: habuerūt tamen manna dulcissimū. Ip̄m tamē manna recipere non potuerunt donec defecit eis farina egypti et donec transierunt mare egypti. Per egyptū (que tenebre interpretatur) anima per peccatum tenebrosa ⁊ nigra intelligit̄. Qui igit̄ vult recipere māna dulcedinis interne, exeat de peccati tenebrositate. Unde sup illd̄ p̄s. Qui dat in mentis escam ipsoꝝ. dicit glosa ꝙ q̄dīu pulli cornoꝝ habēt plumas albas a parētibus relinquūtur: ⁊ rore celesti pascūtur. Quādo aūt nigressere incipiūt: tunc corui eos pascere incipiunt. Sic etiā corui infernales pascunt aiam qñ nigredine peccati est infecta. Deus aūt eam pascit qñ est paritate et munditia candida. Secundo non potest quis manna dei in deserto penitentie accipere nisi abijciat farinam Egypti que est delectatio et cōsensus peccati. Tales erant illi de quibus dr̄ Numeri. xj. ꝙ flagrabant desiderio carnium. i. carnalitatum: in quorum mētes sepe veniebāt porri cepe et allia. Dicuntur aūt porri a porrigendo: eo ꝙ porriguntur. i. longe extendūtur. Cepe autē dicūtur a cephas quod est caput. Allia vero dicuntur quasi olida ab olēdo. Per porros igitur significatur auaritia que longe extēditur. Juxta illud. Hiere. vj. Oēs em̄ a minore vsq; ad maiorem auaritie student. Per cepas intelligitur sup̄bia que est caput ⁊ initiū pctōrum. Eccl. x. Initiū oīs pcti sup̄bia. Per allia intelligit̄ luxuria que fetida est. Eccl. x. Oīs mulier q̄ est formicaria: quasi sterc⁹ in via conculcabitur. Illi igitur volunt redire in Egyptuz vt comedāt porros cepas ⁊ allia qui adhuc munduz diligētes diuitias appetūt, honores ambiūt, ⁊ carnalib⁹ delectantur. Tertio nō potest quis istud māna celeste in deserto penitētie recipere nisi trāseat mare egypti. i. nisi abijciat fluctuationes ⁊ turbationes animi. Hinc est ꝙ homo non potest faciē suā in aqua speculari. Aut qñ aqua est turbida. Aut qñ ē inquieta. Aut qñ homo se nō inclinat. Sic etiam

illa aīa deū ꝯtēplari nō pōt vel qñ agitat̄ inquietudine luxurie: vel qñ est plena turbatione per auaritiam: vel qñ se nō incuruat humilitate. Ista tria tāgunt̄ Esa.lxj. ſm aliā trāslationē. Sup quē requiescet spiritꝰ meꝰ nisi sup humilē ⁊ q̄etatū ⁊ sermones meos tremētē? Nā humilitas facit in aīa incuruationez. Quies facit tranquillitatē. Timor adducit puritatē. Juxta illd. Ecc. timor dñi expellit pctm̄. ¶ Scdꝰ est spūs humanꝰ qui christū fecit esurire. Notandū ꝙ xp̄s quatuor vicibꝰ esurijt. Una nāq; vice vsuriuit ⁊ non habuit quid comederet nisi lapides: vt hic. Per lapides intelligunt̄ homies duri q̄ nō possunt ad penitētiam frāgi: holes frigidi q̄ non pñt igne diuini amoris inflāmari. Holes aridi ⁊ sicci qui nō possunt rore diuine doctrine humectari: tales nō possunt icorporari a xp̄o sz̄a diabolo. Jp̄e em̄ cū sit lapideꝰ lapides sibi icorporat. Job.xlj. Cor eius īdurabitur quasi lapis. Alia vice esurijt ⁊ nihil habuit comedere nisi folia: sicut patet in ficulnea de qua habetur Mat. xxj. Et sicut nō comedit lapides.i.corda dura sic nec folia.i.ꝟba Arbor q̄dē ꝓducit folia gemmas, flores, ⁊ fructus. Folia sunt bona verba: gēme sunt bone cogitationes. Flores sunt bone voluntates. Fructꝰ sunt bona opa. Sicut igit̄ homo nō pascitur de gēmis, floribus, et folijs: sed de fructibus. Sic nec deus pascitur de bonis verbis nec de bonis cogitationibus si nō est ibi aliud: nec de bonis volūtatibus qñ opere nō implentur si tñ impleri possunt. Sed de bonis fructibus.i.bonis opibus. Cañ.ij. Fructus eius dulcis gutturi meo. Tertia vice esurijt scz in cruce. Et tunc data sunt sibi fel aretū ⁊ absynthiū. Tali cibo eū pascūt qui opa de genere bonoꝝ in mortali pctō faciūt. Tres em̄ sunt partes satisfactionis scz eleemosyne, oratiōes, ⁊ ieiunia. Eleemosyne facte ī penitētia sunt tanq̄ mel: facte in mortali pctō sunt tanq̄ fel. Orationes ꝟo facte in penitentia sunt tanq̄ vinum optimū: facte vero in peccato mortali sunt tanq̄ acetū. Jeiunis facta in penitentia sunt tanq̄ balsamum: facta vero in pctō mortali sunt tāq̄ absynthiū. Hec autē intelligēda sunt cōparatiue. Plꝰ em̄ valent eleemosyne, oratiōes et ieiunia vnius diei facta in penitētia: q̄ centum annoꝝ in peccato mortali exhibita. Quarto xp̄s esurit quotidie nostrā salutē ⁊ cōuersionem. Chryso. Sicut cōcupiscibile est nobis comedere sic xp̄o saluare. Istū cibū in tm̄ xp̄s desiderat ꝙ etiā hostiatiz ip̄m mēdicat. Apoc.iij. ego sto ad ostiū ⁊c. vsq; ibi ⁊ ipse mecū.i. ponemus ad saccum suum a symbolū. In ista cena debet peccator penitēs ponere tres partes ex parte sua: scz contritionē confessionē ⁊ satisfactionem. Deus autē ponit tres alias ptes ex parte sua.s.remissionē culpe: solationē gratie: ⁊ promissionē glorie. Sz multi sunt de natura ioculatoꝝ qui semper volūt comedere de alieno ⁊ nunq̄ de suo qr vellēt ꝙ deꝰ eis pctā sua remitteret ⁊ gr̄am cōferret et gloriam exhiberet. Jpsi aūt nec volūt cōtritionē habere: nec cōfessionē facere, nec satisfactionē iplere. ¶ Tertiꝰ est spūs malignus qui xp̄m tentauit. Uoluit autē xp̄s tentari tribus de causis. Primo vt tentatis cōsolationē daret. Fuit em̄ tentatꝰ statim qñ fuit baptizatꝰ: qñ a patre filius est appellatus qñ spūsscūs in specie colūbe super eū māsit: qñ celū sibi aptum fuit qñ xl. diebus ⁊ noctibꝰ ieiunauit. vt detur intelligi ꝙ si aliquis tētatur propter hoc nō est minus a peccato mundatus: nec est minus de filiatione dignus: nec minus spiritu sancto plenus: nec minus celo dignus: nec est minus in penitentia acta acceptus. Scdo voluit tētari vt depugna. spirituali certos nos redderet. Periculū ē enim hostē iuxta se habere ⁊ ignorare. Hierony. Tunc maxime impugnaris cum te impugnari nescis. Possumus autez de hoc certi esse tripliciter. Prio per scripture assertionem. Job.vij. Militia est vita hominis super terram. Ephe.vj. Non est nobis colluc. aduer. car. ⁊c, Scdo per dñi tentationem quia si tentatur dñs: tentatur et seruus. Johā.xiij. Non est seruus maior dño suo. Tertio ꝑ tētatoris differentē apparitionē. Nā beato Martino in forma cruēte bestie apparuit. Beato antonio in specie pueri nigerrimi visus fuit. Cuidaz etiā sancto patri in specie medici se manifestauit ferens diuersas ampulas dicens. Si quis noluerit de vna ꝓpinabo sibi de alia. Tertio tētari voluit vt tentatis ⁊ tri

bulatis melius misereri ⁊ compati sciret. Nemo enim pōt moueri ad compassionē ⁊ misericordiā nisi alterū cognoscat miseriā. Que quidē cognosci potest aut audiēdo aut videndo: aut experiendo. Si em audio dici ꝙ passio illata sit magna pena: iā scio ⁊ cognosco illud per auditum. Si autem videro aliquē dictā passionē patientem in magna agonia consistere: se horribiliter ⁊ terribiliter agitare, et querulas voces cōclamare, scio ⁊ cognosco illud p visum. Si igitur illam passionem in corpore meo patiar: scio illō ⁊ cognosco per experientiam. Et ista cognitio certior est q̄ due predicte. Humanum enim genꝰ multas olim tentationes ⁊ miserias patiebat: ⁊ ideo ad deū clamabat: et totū celum gemitibus et clamoribus implebat. ⁊ tunc deꝰ miserias eius quodāmodo sciuit per auditum. Exo. ij. Ingemiscentes filij Israel ꝓpter opa vo. sua et ascē. cla. eorū ad dñm et an. ge. eorum. Dominus igitur clamoribus eorum excitatus descendit et. xxiij. annis nobiscū moratus fuit: ⁊ sic nras miserias vidit. ita ꝙ filō ꝙ prꝰ sciebat audiēdo patres sciuit videndo. Exo. iij. Uidi afflictionē ppli mei q̄ est in egypto ⁊ cla. eorū audiui. ⁊ descē. li. eū de manibus egyptiorū. Tandē nras tentationes ⁊ miserias sciuit per experientiam: quia eas assumpsit in ꝑsonā. Heb. ij. Nō em habemus pōtificē q̄ non possit compati infirmi. ⁊c. Assumpsit autē per optatā tentationē, tristitiam dolorem et mortem: vt sic similis nobis fieret ⁊ nras miserias melius cognosceret: ⁊ nobis meliꝰ misereri sciret. Heb. ij. Debuit em per ota fratribus assimilari vt misereret ⁊c. Ibidem. In eo em in quo passus est ipse et tentatus: potens est et eis qui tentant auxiliari. ¶ Quartus est spiritus angelicus qui christo ministrauit. Intelligitur aūt angeli triplicem sibi cibum ministrasse. Primo cibum materialem qui cōsistit in corporali refectione quē xp̄o esurienti ministrasse creduntur: quē etiā helie ministrauerūt. vt habet. iij. Reg. xix. Secūdo cibū spūalem qui cōsistit in puritatis delectatione si enim Christus pascitur ⁊ delectatur in puritate hominum. iuxta illud Cāti. ij. Qui pascitur inter lilia. multo fortius in puritate angelorum. Tertio cibus celestem qui consistit in dei laudatione. iuxta illud p̄s. Nunquid manducabo carnes. ⁊c. Immola deo sacrificium laudis Istum cibum angeli dei semper ministrāt. iuxta illud Job. xxxviij. Ubi eras cum me laudarent astra matutina: ⁊ iubilarēt omnes filij dei.

¶ Sermo. iij.

Et quz ieiunas set quadraginta diebus et quadraginta noctibus postea esurijt. In isto euangelio mentio fit de tribꝰ. s. de xp̄o ieiunante: de diabolo tentante: ⁊ de angelo ministrāte. xp̄s nāq. xl. dieb⁹ ⁊ xl. noctibus ieiunauit. Ieiuniū em quadragesimale approbatū fuit per legē mosaicā ⁊ prophēticam: ⁊ xp̄s ip̄m approbauit per euāgelicam legem. Moyses enim legislator et elias eximius prophetaꝝ in isto numero ieiunauerunt. Ideo isti duo soli in trāsfiguratione sibi apparuerunt. xp̄s aūt no luit ieiunare plusq̄ illiime deus a diabolo putaretur. Nec minus q̄ illi ne purus homo videretur. Et qz scōm Grego. Omnis christi actio nostra est instructiō ⁊ nos instruimur vt exēplo xp̄i in isto numero strenue ieiunem⁹. De quo ieiunio tria sunt videnda. Primo de numero dieruz ieiunij istius. Secundo de differētia et specie ieiunij. Tertio de efficacia et vtilitate ieiunij. ¶ Circa primū notandum ꝙ istud ieiunium in numero quadragenario observam⁹ multiplici ratione. Quarum vna sumitur a parte Christi, alie a parte nostra. Christus em istum numeruz quadragenarium multipliciter consecrauit. s. sua conceptione: quia. xl. septimanis fuit in vtero virginis. Sua predicatione: qz. xl. mēsib⁹ predicauit in n. ūdo. Sua ieiunij observatiōe: qz. xl. dieb⁹ ieiunauit in deserto. Sua passione: qz. xl. horis. iacuit in sepulchro. Sua resurrectione: quia quadraginta diebus post resurrectionē fuit cum discipulis in mundo. Alie ratiōes sumūtur a parte nostra. Nos em seruire debem⁹ deo de corpore nostro: de aia nra: de tpe nostro: ⁊ de opib⁹ nostris. Sed qz de his sepe deo negligēter seruimus: ideo per hūc numeruz ieunij sibi satisfacere debem⁹. primo

nāq; per hūc numerū deo seruim⁹ de corpore nostro. Istam rationez assignat Grego. i homel. dicēs. In hoc mortali corpore ex quatuor elemētis subsistim⁹: per cuius voluntatē preceptis dñicis cōtraimus que per decalogum sunt accepta. Qr igitur p carnis desideria decalogi mādata contēpsimus: dignum est vt eādem carnē quaterdecies affligamus. Secundo per hunc numerum, deo de anima nostra seruimus. Nam in anima nostra sunt septē virtutes itres. s. theologice ⁊ quatuor cardinales per quas deum trinuz ⁊ vnū cognoscere ⁊ amare debemus. Quaternari⁹ autem propter quatuor tpa anni presentem vitā designat. Qr ergo nostro septenario anime deo ⁊ trinitati in tota nostra vita nō seruiuim⁹: ideo dignū est vt hoc quadragenario numero ieiunem⁹. Tertio p hūc numerū deo seruimus de tpe nostro. Istā rationem assignat Grego. dicēs. A prima dñica quadragesime vsq; ad pascha sex hebdomade veniūt: quaꝝ dies. xlij. sunt. Ex quibus duz sex dies dñici sine abstinētia abstrahūtur. xxxvj. in abstinētia remanēt. Dum vero per. ccclxv. dies annus ducitur quasi anni decimā deo dam⁹. Quarto p hūc numerū seruimus deo de operibus nr̄is. Opera em̄ nr̄a dñt esse circa obseruationem decē mādatorū dei et cōpletionem quatuor euangeliorū. Istam rationem assignat Greg. dicēs. Cur in abstinētia quadragenarius numer⁹ custoditur: nisi qr virt⁹ decalogi per libros. iiij. sancti euāgelij implet? ¶ Scdo videndū est de differētia in specie ieiunij. Que q̄dem sunt sex. Prima em̄ abstinētia est ab his q̄ in se ⁊ scdm se sunt mala. s. a vitijs ⁊ peccatis. Esa. lviij. Nonne hoc est magis ieiunium qd elegi? Dissolue ⁊c. Peccata em̄ quodāmodo sunt colligata: qr vnū trahit ad aliud, ⁊ vnum nō remittitur sine alio. Ideo dicitur. Dissolue colligationes impietatis. Quot etiaz homo habet genera peccatorū, tot habet diuersitates fasciculorū qui mentez opprimunt. ideo subdit. Solue fasciculos deprimentes. Peccata em̄ in diuersas partes cor frāgūt: ⁊ in seruitutem diaboli redigunt. ideo subditur. Dimitte eos qui confracti sunt liberos. Parū igitur homini prodest abstinere a cibis nisi ⁊ abstineat a pctis. Hiere. Tūc preclara est apud deū abstinētia corporis: cū animus ieiunat a vitijs. Quid em̄ prodest corpus attenuare abstinētia: cum anim⁹ intumescit superbia? Isido. Quia cibis abstinent ⁊ mala agunt, demones imitant q̄b⁹ esca semp abest ⁊ culpa semp adest. Secūda abstinentia est abstinere ab his que sunt occasio mali. s. a lasciuia sensuū. De hoc dicit Bernar. in sermone quadragesime. Si sola gula peccauit: sola ieiunet. si aūt peccauerūt cetera mēbra cur non ieiunent ⁊ ipsa? Deinde subditur. Ieiunet oculus a curiosis aspectibus. Ieiunet auris a fabulis et rumoribus. Ieiunet lingua a detractione ⁊ murmuratiōe. Ieiunet manus a malis operibus. Ieiunet anima a vitijs ⁊ ꝓpria volūtate. Tertia abstinentia est ab his que habēt speciē mali. j. Thessa. v. Ab omni specie mala abstinete vos. ⁊ hoc maxime propter scandalum proximorū. Speciē mali habēt verba scurrilia sepe dicere ⁊ immūditias nominare. Lingua hebraica sm Isido. fuit pria ⁊ erit vltima. Et dicit Rabbi Moyses ꝙ i illa lingua nullū vocabuluz est ad nominādū aliq̄d inhonestū. Ex quo tria notabilia eliciuntur. Unum ꝙ vocabula turpitudinū nō fuerūt ab institutiōe diuina: sed ab inuētione humana. Secundū ꝙ multū displicēt deo verba scurrilia: qr ea ponere noluit in linguā quā homini cōcreauit. Tertiū ꝙ ille habet linguaz celestē qui a talibus se seruat immunē. Quarta abstinētia est ab his que sunt simul et species mali ⁊ occasio mali: sicut est van⁹ ornatus ⁊ suspecta familiaritas mulierꝝ. Uanus em̄ ornatus ⁊ habet speciē mali: quia videtur ꝙ tales mulieres nō sunt pudice sz lasciue. Et est occasio mali: quia sepe incautos decipiunt. Suspecta etiaz familiaritas mulierū habet speciē mali et est occasio mali. Bernar. Cuz mulieribus sepe consistere ⁊ se imunē seruare: maius est q̄ mortuuz suscitare. Quod minus est non potes: ⁊ quod maius est vis: vix credam tibi. Quinta abstinentia est ab his q̄ licita sunt. Licitum quidem est ad vxorē accedere debita repetere: aliquas consolationes recipere: venationi vacare. Sed tamen in quadragesimali tempore debe-

mus a talibus abstinere. De primo dicit Ambrosi. Nullus omnino in quadragesima vxori sue ante octauā pasche iungat. Augu. in sermone de.xl. Estote his dieb⁹ crebrius ieiunātes ⁊ pauperib⁹ largius tribuētes ⁊ vobismetipsis min⁹ impēdētes ⁊ cōiugali copula abstinētes. De secūdo dicit Grego. exponēs illud verbum Esa. lviij. Ecce in die ieiunij vestri inuenitur volūtas vestra ⁊ debi. vestr. re. Neq; em̄ q; debitorem suū hoc quod dz repetit aliquod iniustum facit. licet dignū est vt quisquis se in penitentia macerat: etiā quod iuste sibi cōpetit iterdicat. De tertio dicit ꝓpheta. Renuit ꝯsolari aīa mea. Bern̄. Delicata est diuina cōsolatio: ⁊ non datur admittentibus alienā. de quarto dicit Ambro. An illum ieiunare putas qui primo diluculo vigilans ad ecclesiā non vadit sed surgens seruos congregat: retia disponit: canes producit: saltusq; ꝑlustrat. Recta abstinētia ē a cibo ⁊ potu. De qua sic dicit Ambrosi. Moneo ⁊ cōtestor vos vt nullus vestrū (nisi forte infans ⁊ infirmus sit) vsq; in pasca dn̄i nisi i dn̄icis diebus ante nonā māducet aut bibat. Aug. Alijs dieb⁹ ieiunare, aut remediū est, aut premiū. In quadragesima non ieiunare peccatum est. Alio tēpore qui ieiunat accipiet indulgētiam. In quadragesima qui pōt ieiunare ⁊ non ieiunat sentiet penam. Tales qui ieiunare contēnunt in futuro fame et siti deficiēt. Esa. lxvj. Ecce serui mei comedunt ⁊ vos esurietis: ecce serui mei bibent ⁊ vos sitietis. Verū est tn̄ q; pro vino habebūt fel draconū ⁊ venenū serpētuz. Deutero. xxiij. Fel draconū vinū eorum: ⁊ ve. aspi. insa. Pro pane habebunt ignituz calculū. Prouer. xx. Suauis est homini panis mēdacij: ⁊ postea implebit̄ os eius calculo. Talis panis non poterit masticari qr durus lapis est: nec in ore poterit tolerari: qr ignitus est: nec ab ore poterit reijci qr oris impletiuus. Pro penitentia vero habebūt sempiternū iteritū. p̄s. Mors pecatorū pessima. Itē mors depascet eos. ¶ Tertio vidēdū est de vtilitate ieiunij: q̄ triplex est. Prima est qr per hoc deus recōciliat̄. Hui⁹ exēplū habem⁹ Jone. iij. in niniuitis. vbi dr. Holes ⁊ iumēta boues ⁊ peccora nō gustēt quicq̄. Ubi dr Ambro. Quale est hoc christianū nō facere qd̄ pecudes fecerūt: nisi q; stolidior est pecude q̄ indicto sibi ieiunio, a sacerdote non ieiunat. Pecus quidē declinat foueā: cauet precipitiū. Tu aūt non vis ieiunando periculū declinare qd̄ cernis. Desperationis genus est tūc māducare cū ieiunare debeas: tūc gaudere cū debeas plorare. Scd̄a est qr ꝑ hoc homo ad patriaz celestem ducit̄. Hiero. cōtra Jouinianum. Quādiu Adam ieiunauit in paradiso, stetit. Hinc ostenditur ꝑ ieiuniū ad paradisum nos posse reuerti a quo per saturitatem fueram⁹ eiecti. Gregori⁹ in homelia. A paradisi gaudijs per culpam gule cecidimus: ad hec per abstinentiam resurgamus. Tertia est quia per hoc diabol⁹ superatur. Diabolus em̄ est serpēs: est piscis: est lupus: ⁊ est canis. Sicut enim s̄m Ambrosi. Sputum hominis ieiuni serpentem interficit: sic ieiuniū diabolū occidit, Et sicut piscis natat in fluuijs ⁊ moritur i sicco: sic diabolus delectatur in aquis deliciarū ⁊ moritur in sicco abstinentie. Et sicut fames expellit lupum a nemore: sic ieiunium expellit diabolum a corde. Et sicut aqua bulliens expellit canem de coq̄na: sic oratio feruēs diabolū fugat de anima. Marci. ix. Hoc genus demoniorum i nullo potest exire nisi i oratiōe ⁊ ieiunio. ¶ Secūdo in euangelio fit mentio de diabolo tentante. Distinguit autē Augustin⁹ super psalmuz. Qui habitat in adiutorio altissimi: i protectione dei celi commorabitur. quatuor genera tentationū. Una est leuis ⁊ occulta que notatur cum dicitur. Non timebis a timore nocturno. Alia leuis ⁊ aꝑta que notatur cum dicitur. A sagitta volante in die. Tertia grauis et occulta que notat̄ cum subditur. A negocio perambulante i tenebris. Quarta grauis ⁊ aꝑta: que notatur cū subditur. Ab incursu ⁊ demonio meridiano. Istis quatuor modis diabolus christum tētare voluit sed non preualuit. Prīo tētatione leui ⁊ aꝑta cū dixit. Dic vt lapides isti panes fiant. Ista em̄ tentatio fuit leuis quia de cibo corporali ⁊ necessario. Et fuit aꝑta eo q; de cibo spirituali nullam faciebat mentionem. Secundo tentatione leui ⁊ occulta qn̄ statuit eum super pinnaculum tem-

pliter ẽm de aliquo motu vane glorie cẽ
tare voluit: & ideo fuit tentatio leuis ꝙ
tñ per hoc suam potestatẽ cognoscere in-
tendebat: & ideo fuit occulta. Tertio tẽta
tione grauis & occulta: qñ eum tentauit de
auaritia. Talis ẽm tẽtatio fuit grauis qz
de graui peccato: & fuit occulta qz aliud p̃
tendebat & aliud intẽdebat. Pretẽdebat
eius sublimationem: sed intendebat eius
perpetuã delectionẽ. Quarto tentatione
grauis & manifesta qñ tentauit eum de ido
latria dicens. Hec omnia tibi dabo si ca-
dẽs adoraueris me. ¶ Tertio in euãge-
lio fit mẽtio de angelis ministrãtib⁹. Hec
aũt ministratio tripliciter põt intelligi se-
cũdũ tres naturas que sunt in xp̃o: vel de
cõgratulatiõe vel de tẽpora: subuẽctione.
Nã angeli ministrabãt. i. simpliciter ado
rabãt: & hoc respectu deitatis. Uel min-
strabãt. i. et pugnãti ꝙ andebat: & hoc re
spectu aie q̃ sic pugnabat & vincebat. Uel
ministrabant. i. sibi esurienti m cibo mate-
riali subueniebãt: & hoc respectu carnis.
Sicut etiã olim angeli helie ministraue-
rũt. vt habet. iij. Reg. xix. Sed tñ helie mi
nistrauerũt ad suũ quadragenariũ per-
ficiendum: xp̃o vero ministrauerũt post
suum quadragenarium celebratum.

¶ Dñica .ij. in .xl. Sermo .j.

EGressus Je-
sus secessit in partes tyri & si
donis. Matt. xv. Dñs iesus
christus multos viros ad pe
nitentiã adxerat: multos in
suis petitionibus exaudierat: multos in
corpore & anima curauerat. ideoq; ne mu
lieres a suis beneficijs viderent excluse:
istam mulierem chananeam ad penitẽ-
tiam adduxit. Unde cantat ecclesia. Qui
chananeam & publicanum vocasti ad pe
nitentiam. Ipsam in sua petitione exaudi
sti & filiam eius in corpore et animã sana
sti: vt per hoc daretur intelligi ꝙ aduen-
tus suus non tãtum fuit propter salutem
virorum: sed etiam mulierum. In isto
autem totali euangelio de quinq; personis
fit mentio. scz. De christo in quo erat
magna misericordia. De muliere chananea
in qua fuit instans petitio. De filia eius: i
qua erat magna vexatio. De diabolo. in
quo erat malitiosa oppressio. Et de disci-
pulis christi in quibus erat magna com-
passio. ¶ Primo igitur ponitur persona
christi i quo erat magna miseratio. Ideo
dixit mulier. Miserere mei domine fili da
uid. Quãuis enim sciret eum esse potentẽ
sapientem & iustum: tamen nõ recurrebat
ad eius potentiam vel sapientiam nec ad
eius iustitiam: sed ad eius misericordiaz.
qz sciebat ipsum ad misericordiã esse pro
ptum: quã quidem promptitudinem mise
ricordie habuit & inq̃ntum deus & inq̃ntum
homo. Unde ista mulier vtrãq; misericor-
diam petit: & quam habet inq̃ntum deus
cum dicit. Miserere mei domine. & quam
habet inq̃ntuz homo cuz dicit. Fili dauid.
Inq̃ntum igitur est deus causatur in eo mi
sericordia a tribus. Primo a natura diui-
na cuius proprium est misereri semper &
parcere. Sicut enim ignis naturaliter ca
lorem habet: sic deus naturaliter habet
misericordiã & bonitatẽ. Unde dicit glo
sa, Johã. ij. Deus a natura misericors pa
ratus est saluare per clementiam quos
non potest saluare per iustitiã. Secundo
causatur a consuetudine longa: qz a prin
cipio mũdi vsq; in finem non cessauit nec
cessabit misereri. p̃s. Ineternum mia et⁹.
Idẽ. Aut in finẽ miam suã abscidet quas
si diceret: non. Et qz lõgo ꝙsuetudo verti
tur i necessitatem: sicut dicimus de aliquo
qui semp cõsuevit esse liberalis, iste nescit
aliter facere. Sic deo misereri versum est
quodãmodo in necessitatẽ incommutabi
lis voluntatis. Tertio causatur ab omni
potentia. Et eo enim ꝙ deus omnipotẽs
est inuenitur misericors. Quia q̃to quis
est magnanimior tãto ad miaz p̃optior.
Ambro. Proculdubio a magnanimis cupidi-
tas vltionis. Quãto autem quis est infir-
mior: tãto est ad vindictã p̃optior. Un̄
mulier magis appetit vindictã q̃ vir. Qz
igitur de⁹ tã magnanim⁹ & potẽs est: ideo
tard⁹ est ad vindictã & pronus ad miam
vel veniã. Sap. xj. Misereris olim qz oia
potes. Oratio. De⁹ qui omnipotẽtiã tuã
parcẽdo maxime & misercẽdo manifestas.
Inq̃ntũ aũt est homo vt filius dauid habet
promptitudinẽ miserendi a tribus. Pri-
mo ab vnctione interna. p̃s. Unxit te de⁹
deus. Sicut enim res rigida vnctione

efficitur mansueta: sic deꝰ q̄ prius erat durus, factus est ex tali vnctione mãsuetus. Esa. lxvj. Spiritꝰ domini super me eo qđ vnxerit me. Secũdo causatur a progenie propria: quia fuit de stirpe dauid qui fuit homo magne misericordie ⁊ mansuetudinis. j. Macha. ij. Dauid in sua misericordia consequutus est sedẽ regni in secula. Tertio causatur ab experientia: quia ex seipso didicit aliis misereri. Ecclesi. xxxj. Intellige que sunt proximi tui ex teipso. Hebre. v. Didicit ex his q̄ passus est obediẽtiã. ¶ Secũdo fit mẽtio de chananea in qua fuit instans petitio. Petũt em̃ sapiẽter instanter humiliter ⁊ feruẽter. Sapiẽter quidẽ petijt petendo scilicet qđ erat sibi necessarium ⁊ deo gratũ. Non enim petijt diuitias, licet bonis omnibus expoliata esset a iudeis. Nec vindictam inimicorũ licet de terra sua esset expulsa. Nec libertatem licet cum ceteris chananeis i seruitutẽ a iudeis esset subiugata: sed petijt demonis expulsionẽ a quo filia sua tenebatur obsessa. Sz multe mulieres sunt que parũ curant de expulsione demonis multũ autẽ de habẽdis diuitijs, de vindicandis iniurijs, de nobilitate generis. Secundo petijt perseueranter qꝛ repulsa se pe non destitit: ⁊ ideo quod repetebat obtinuit. Chryso. Uide quanta est instantia orationis: qꝛ quod apostoli non obtinuerunt ipsa obtinuit. Necessaria quidẽ est i oratione perseuerantia: sicut patet ꝑ exẽplum mulieris vidue. Luc. viij. Deus em̃ aliquãdo differt dare triplici de causa. scilicet vt desideria feruentius augeãtur: vt habita chariꝰ possideantur: ⁊ vt possessa cautius custodiant. Greg. Sancta desideria dilatione crescunt. si autẽ dilatione deficiunt desideria nõ fuerũt. Aug. Si aliqñ deus tardꝰ dat: cõmendat dona non negat: Desiderata diu dulcius obtinẽtur. cito autẽ data vilescunt. Seruat tibi deus quod nõ cito vult tibi dare: vt discas magna magis desiderare. Tertio petit humiliter. psalmus. Respexit in orationẽ humiliũ ⁊ nõ spreuit precẽ eorũ. Humilitas enim orationi coniuncta tria bona facit. Unum est ꝙ ipsam in celum leuat ⁊ deducit. Secundum ꝙ vsq̄ ad deum eam appropinquare facit. Tertium est ꝙ donec deus compleat illud quod petit non recedit. Ista tria notant Eccl. xxxv. Oratio humiliantis se nubes penetrat. ecce primuz. Et donec appropinquet non cõsolabitur. ecce secundũ. Et non discedet donec respiciat altissimus. ecce tertiũ. Quarto petijt desiderãter. qđ notatur in clamore non tãtum oris sed etiã cordis. Iste autẽ est clamor cordis de quo dixit dominꝰ Moysi. Exodi. xiij. Quid clamas ad me? De isto clamore dixit propheta. Clamaui in toto corde meo. Et bene dixit in toto corde. Cũ enim in corde sint duo scilicet intellectus ⁊ affectus. Illi clamant in toto corde qui in sua oratione habent deuotionem ⁊ attentionem. j. Corinth. xiij. Orabo spiritu orabo ⁊ mente. Illi clamant cũ medio corde qui habent attentionem sz non sentiũt deuotionem. Osee. x. Diuisum est cor eorꝝ ideo interibunt. Illi clamãt cuz nullo corde qui nec ibi habent intellectũ per attentionem nec affectũ per deuotionẽ. Marci vij. Populꝰ hic labijs me honorat: cor autẽ eorũ lõge est a me. Tales sunt de natura ranarũ qꝛ clamant ore sed tamen sunt in palude imũditie. ¶ Tertio fit mẽtio de filia i qua erat magna vexatio diaboli cũ dicitur. Filia mea male a demonio vexat. Anima hominis est filia dei per creationẽ: sed diabolꝰ vexat eã per tentationem. Male aũt vexatur per malã operationẽ ⁊ sic que erat filia dei efficitur filia diaboli. Maxime autẽ quãdo habet in se superbiaz auaritiã ⁊ luxuriã: que tres filie diaboli nuncupãtur. Diabolus em̃ tres habuit vxores siue concubinas. scilicet vanitatem cupiditatem ⁊ carnalitatem. Et de his tribus tres filias primogenitas generauit. Nã de vanitate genuit superbiã. de cupiditate auaritiã. de carnalitate luxuriã. Has aũt tres filias maritauit. Nã superbiã maritauit tyrannis principibus ⁊ prelatis. Auaritiam maritauit mercatoribus senibus ⁊ aduocatis. Luxuriã mulieribus ⁊ iuuenibus petulantibus ⁊ viris porcinis. Istos aũt tres suos generos scz superbos: auaros: ⁊ luxuriosos: diabolꝰ vexat in presenti per diuersa vitia ⁊ in futuro male vexabit per diuersa supplicia. Clamet igitur peccator ⁊ dicat. Filia mea male a demonio vexatur. Diabolus tamẽ

60

ab eorum vexatione non cessat: nisi primo tres supradictas filias suas prio genitas occidat. Occidat igit supb⁹ superbiã. auar⁹ auaritiã. luxurios⁹ luxuriã et sic a dõmonio liberabitur. Hoc signatum est in Exo. xij. Ubi dicitur q pharao populũ israel dimittere noluit donec priogenita sũt occisa. percussit inquit dñs omne primogenitũ, a primogenito pharaõis vsq; ad primogenitum captiue. Et omne primogenitum iumentorum. per primogenitũ pharaonis notatur superbia. per primogenitum captiue notatur auaritia que facit homines seruos pecunie. per primogenitũ iumẽtorum significatur luxuria que facit hominẽ bestialem. ¶ Quarto fit mẽtio de diabolo in quo erat malitiosa oppressio. Diabolus enim opprimit corp⁹: vt sic veniat ad oppressionem anime. Ad quod ẽt vtitur sex iaculis scz suggestione: delectatione: cõsensu: opere: cõsuetudine z necessitate. Sed ista sex iacula fideles debent vincere p sex arma. prio p orationẽ q̃ est sagitta dei. ij. Reg. j. Sagitta ionathe nũq; abijt retrorsũ. Tũc sagitta orationis retrorsum vadit quãdo debili et tepido corde exit: quia talis oratio debiliter diabolũ percutit: iuxta illud ps. Sagitte parvuloz̃ facte sunt plage corũ. Secundo p ieiunũ quod est tyriaca dei. Sicut enim secũdũ Ambrosiũ. Salus hominis ieiuni ẽ venenum serpentis: sic ieiunium est venenũ diabolo, et tyriaca homini ieiunãti. Mat. xvij. Hoc genus demoniorum non ejcit nisi in oratione et ieiunio. Tertio vincitur per fidem que est scutuz dei. Ephe. vj. Sumentes scutum fidei zc. Et bene dicit extinguere. Fides enim datur et mittitur in aqua baptismi. Et ideo in ipsa omnia tela ignea extinguũtur. Quarto vincitur p cõfessionem que est quasi incãtatio dei. Qñ enim sacerdos peccatorem absoluit: tunc diabolum incantare videtur. Sed de multis dr in ps. Sicut aspidis surde et obtura. su. Quinto vincitur per clemosynam que est lancea dei. Unde dr de clemosyna. Eccl. xxix. Super scutum z lanceã adversus inimicũ suũz pugnabit. Sexto vincitur per humilitatẽ que est gladi⁹ dei q̃ ipsum supbum humiliat et vulnerat. ps. Tu hũiliasti sicut vul. supbum. ¶ Quinto fit mẽtio de discipulis inquib⁹ fuit magna compassio: et ideo rogabant pro ea dicẽtes. Dimitte eam quia clamat post nos. Ex quo sperare debemus q̃ sancti orent pro nobis: si eorũ suffragia devote petamus. Qđ q̃dẽ ostendit autoritate rõne z revelatione. Autoritate q̃ habek. ij. Mach. Hic est qui multuz orat pro populo z vniuersa sancta ciuitate hierusalem. Hic est ffm amatores et populi israel. Orant enim sancti pro populo: ideo dicitur. Hic est q̃ multum orat pro populo. Orant ꝓ clero: ideo subditur. Et vniuersa sancta ciuitate hierusalem: id est sancta ecclesia. Orãt ꝓ religiosis: ideo subditur. Hic est fratrum amator. Orant pro cõtemplativis: ideo subditur. Et populi israel. Scõo hoc, ostẽdit ratione. Si em sancti tãte fuerunt charitatis q̃ pro nobis orabãt dũ essent in miseria: manifestũ est q̃ mõ pro nobis orant dũ sunt i glia, cũ eorũ charitas non sit diminuta sed augmẽtata. Jn p̃senti ẽ ignis cul⁹ amoris: in futuro aũt erit camin⁹ charitatis. Esaie. xxxj. Ignis est in sion et camin⁹ in hierusalẽ. Tertio hoc ostẽdit revelatione. Nã in festo oim sanctoꝝ. q̃dam vir sanct⁹ per revelationẽ vidit q̃ beata virgo et omnes ordines sanctorũ ad dei processionaliter accedebãt: et ipsum pro humano genere suppliciter adorabant.

¶ Sermo secundus.



Ecce mulier chanea a finibus illis egressa clamauit dicens. Miserere mei fili dauid. Qñ aliquis ad aliqñ regem debet accedere libenter secum vicit in sua societate quos amicos regis ẽ cognoscit. Jsta igitur mulier ad christum volens accedere et sanitatẽ pro filia obtinere: illas secum virtutes assumpsit quas christo magis eẽ gratas cognouit, scilicet humilitatẽ patientiã fidẽ et compassionẽ. Siquidẽ humilitas fuit mater christi: patiẽtia sozor christi: fides filia xp̃i: ꝓpassio socia z familiaris xp̃i. ¶ Prio igitur accessit cũ humilitate que fuit mater christi. Et dicitur humilitas mater xp̃i: qz sicut dicit Bernar. Beata maria ex virginitate complacuit: ex humilitate concepit. Quãtũcũ

q̄ enim virgo fuisset: si humilis non fuisset christum non cōcepisset. Istam igitur humilitatem ista mulier habuit: quam facto et verbo ostendit. Facto ipsum adorādo: verbo catellis se cōparādo micas postulando: fideles dominos suos vocādo: se indignā mensa filiorum reputādo. Humilitas autem multū valet ad obtinēdū quod petitur. p̄s. Respexit ī orationē hūilium: et nō spreuit precē eorum. Huius autē mulieris humilitas multū cōmēdabilis fuit quia scz cū ipsa esset alienigena et dei superbi, sciuit cōuersari humiliter cū iudeis supbis, ꝛ humiliter cū christo humili. Duo quidē humiles adinuicem pacificari possunt. Unꝰ hūilis et vnꝰ supbus pacificari possunt. Duo autē superbi pacificari non possunt. Duo enim corpora plana possunt adinuicē applicari. Corpꝰ sphericum et corpus cōcauum possunt applicari adinuicem: sed concauum recipit intra se sphericū. Duo aūt corpora spherica nō possunt applicari nisi ī pūcto. Sic etiam duo humiles et mansueti possunt adinuicem pacificari. p̄s. Audiant māsueti et letentur. Unus hūilis et vnus superbus, possunt adinuicē pacificari: quia hūilis intra humilitatem suam recipit et supportat illius tumiditatem. p̄s. Cum his q̄ oderunt pacem erā pacificus: cum loquebar illis impugnabāt me gratis. Duo superbi adinuicem pacificari non possunt. Pungere si quidem possunt: pacificari nō possunt. prouer. xiij. Inter superbos semper iurgia sunt. ¶ Secundo assūpsit secū patientiam que fuit soror christi: qr ipsum nunq̄ deseruit: sed in vita et in morte et sociata fuit. Esaie. xlij. Tacui semper silui patiens fui. Ista autē patientia in tribus consistit. Potest enim iniuria homini irrogari aliqñ in temporali substantia: sicut faciunt raptores: et ista est patientia magna. Aliquādo in fama sicut faciūt criminatores: et ista est patientia maior. Aliqñ in persona et ista est patientia maxima: sicut faciunt oppressores. Istā triplicem iniuriam non inferendam docet Johannes baptista dicens. Luce tertio. Neminē ꝯcutiatis: id est non sitis oppressores in p̄sona. Neq̄ calumniam faciatis: id est nō sitis criminatores in fama. Et contenti esto te stipendijs vestris: id est non litis raptores in temporali substantia. Istam autem triplicem patientiam ista mulier habuit. Uidebatur em̄ habere tres inimicos. scz christum: iudeos: et diaboluz. Christꝰ em̄ quoddam verbum sibi dixit quod quoad apparentiā videbatur sonare in infamiā quando ipsam canem vocauit. Sed etiaz ipsam talē iniuriā ipsa libēter audiuit: qr sciebat christum hoc dixisse nō causa iniuriandi sed probandi. Unde etiam ampliꝰ se humiliauit quando se catellum appellauit. Secundo autem habuit iudeos inimicos qui sibi maxie iniuriati sunt in terrena substantia: quia eam omnibus suis bonis spoliauerūt. Unde dicit Hilariꝰ ꝙ chananei terras in quibus iudei sunt priꝰ incoluerunt: qui vltimo bello consumpti vel in loca vicina dispersi vel in seruitutem subiecti: nomen tamen suum seruauerunt. Ex illis autē ista fuit chananea que iudeis admixta creditur cognouisse ex lege christum ex semine dauid nasciturum esse. Marci autem septimo legitur ꝙ erat syrophenissa genere. i. ex syris et phenicibus orta. Istam autem iniuriā. s. bonoruz suorū ablationē patienter portabat exemplo illorum de quibus dicitur Hebre. x. Rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis. Tertio habuit ipsum diabolum inimicum qui sibi in persona iniuriam inferebat dum filiam suam male vexabat: quam vexationem suam propriam reputabat. Sed istam talem iniuriam nec libenter sicut primam nec patienter sicut secūdam: sed valde moleste ferebat. Sed ꝙ christꝰ eam reprehendi de hoc habuit magnam letitiam. Sed ꝙ hō bona sua rapuit de hoc habuit patientiam. Sed q̄a diabolus in domo sua habitaret de hoc patientiam habere non poterat. et iō ad christum clamabat. Miserere mei fili dauid. Hoc est contra multos qui in aduersitatibus dei murmurant: in persecutionibus hominum blasphemant: sz si diabolus in domo anime sue habitat de hoc nō curant: nec ad deum clamant. Qr ꝟo ista mulier fuit sic patiens ideo obtinere meruit quod petiuit. Eccle. j. Usq̄ in tempus sustinebit patiens. ꝛc. ¶ Tertio assūpsit fidem que est filia christi. Fides enim fi-

lia xpi dicitur: qz ab ipso in cordibus nostris generatur. Istam autem fidē ista mulier habuit magnaz. Unde dominus dicit ei. O mulier magna est fides tua. Tūc autem est magna quando est cum obtinendi fiducia: quando est operibus coniuncta: quando est charitati admixta: z quando est perseuerās et firma. Fides enim si nō est cum obtinendi fiducia habet dubietatē. Et ista est fides debilium, de qua dicitur Matth. xiiij. O modice fidei quare dubitasti. de hac fideq̄ sit magna sic dicitur Matthei. xxj. Si habueritis fidem et non hesitaueritis. Si non operibus coniuncta habet ociositatem. Et ista est fides malorum xpianorū. Jac. ij. Fides sine operib⁹ mortua est. Si non est charitati admixta habet inutilitatē. Unde dicitur prime Corinth. xiij. Si habuero fidem ita vt montes trāsferam. ꝛc. Et ista est fides demonū qui charitatem habere nō possunt. de qua dicitur Jac. ij. Demones credunt et contremiscunt. Si non est perseuerans et firma habet pusillanimitatē. Et ista est fides instabilium. de q̄ dicitur Luc. viij. Ad tempus credunt z in tempore tētationis recedūt. Ista autem mulier habuit fidem magnaz his quatuor modis. Fuit enī cū obtinēdi fiducia: qz firmiter credidit et sperauit q̄ filiā suam sanare posset. Fuit oper b⁹ cōiuncta: quia vacabat operibus misericordie, z corporalibus inc̄tum infirme filie sue seruiebat, et spūalibus inc̄tū orationibus insistebat. Fuit charitati admixta: tām enim charitatem habebat q̄ infirmitatem filie propriā reputabat. Fuit p̄seuerans z firma quia sepe repulsa fuit: z tamē semper p̄seuerauit. ¶ Quarto assūpsit secū compassionē que fuit socia z familiaris ihesu. Contraxit enim secū familiaritatez ex vtero et extra vterū. Job. xxxj. Ab infantia creuit mecū miseratio. ꝛc. Ista autez compassio dz radicari i corde per desiderium et affectionē: z dz ostēdi in ore per affabilem exhortationem: et dz impēdi in opere per miserationis exhibitionem. Ista triplex compassio ostenditur Esa. lviij. Cū effuderis esurienti alam tuam. ecce cōpassio cordis. Et alam afflictam repleueris. s. verbis bonis et consolatoris. ecce compassio oris. Frange esurienti panem tuum. ecce cōpassio operis. Istam triplicem cōpassionē ista mulier habuit. Magnam quidē cōpassionē habuit in corde quando filie miseriam suam propriam reputabat. Magnā in ore quando ipsam a diabolo vexari q̄rulosis vocib⁹ clamabat. Magnā etiā in opere quando eius curationē tā importunis vocibus expectabat.

¶ Sermo. iij.

Misereremei deus secundum magnam misericordiam tuam. Et secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam. Amplius lauame ab iniquitate mea et a peccato meo mundame. Quoniam iniquitatem meam ego cognosco et peccatum meum contra me est semper. Tibi soli peccaui et malum coram te feci. Ut iustificeris in sermonibus tuis et vincas cum iudicaris. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum et in peccatis concepit me mater mea. Ecce enim veritatem dilexisti incerta et occulta sapientie tue manifestasti mihi. Asperges me hysopo et mundabor. Lauabis me et super nivem dealbabor. Auditui meo dabis gaudium et letitiam. Et exultabunt ossa humiliata. Auerte faciem tuam a peccatis meis et omnes iniquitates meas dele. Cor mundum crea in me deus et spiritum rectum innova in visceribus meis. Ne proicias me a facie tua et spiritum sanctum tuum ne auferas a me. Redde mihi letitiam salutaris tui et spiritu principali confirma me. Docebo iniquos vias tuas et impii ad te conuertentur. Libera me de sanguinibus deus deus salutis mee et exultabit lingua mea iustitiam tuam. Domine labia mea aperies et os meum annunciabit laudem tuam. Quoniam si voluisses sacrificium dedissem vtique holocaustis non delectaberis. Sacrificium deo spiritus contribulatus cor contritum et humiliatum deus non despicies. Benigne fac domine in bona voluntate tua sion vt edificentur muri ierusalem. Tunc acceptabis sacrificium iustitie oblationes et holocausta. Tunc imponent super altare tuum vitulos. Psalm. l.

Dauid fili mea male a demonio vexatur. Si deproponeret virtus in exemplū sanctos qui p̄fessi sunt: forsitan se excusaret et diceret. Nō possumus sanctos imitari qui tot donis spūssancti sunt prediti. Rursus si proponeret feminis in exemplū aliquos viros deo fortiter seruientes, se forsitan excusaret z diceret. Nos cū sum⁹ fragiles viros imitari non possumus. Nūc autē ablata est excusatio virisq̄, virtis et femuis: dū ista mulierem alienigenā dabilē z infirmā in exemplū tantarū virtutū adduxit: sez in exemplū orationis, sincere humilitatis, pfunde fidei, magne firmitatis atq̄ cōstantie. ¶ Primo igitur proponit eā in exemplū orationis sincere. Tūc ait oratio est sincera qñ effundit ab ala que nullo peccato mortali est infecta. Talis erat oratio istius mulieris de qua dicitur q̄ egressa est a finibus tyri et sidonis. Tyrus interpretatur angustia. Sidon venatio tristitie qz peccatū et facit angustiā conscientie z ducit ad tristitiā pene eterne. Finis ḡo peccati sūt occasiones peccati: sicut malorū familiaritates: loci opportunitates respect⁹ incauti: copulatio hmōi a q̄b⁹ etiā est exclūdū. Sūt ait maxima ītuor pctā q̄ marie oīonē impediūt z ideo tam ab ipsis q̄ cordis finib⁹ exclūdū est. Primū est immūditia luxurie. Sicut enī aliq̄s oculos auerteret ab aliq̄bus spurcitijs: sic deꝰ oculos auertit ab oīonib⁹ factis ab immundis. Esaie primo. Cū extenderitis manꝰ vras auertā oculos meos a vobis. Manꝰ enī vestre sanguine plene sunt: id est immunditia luxurie. Secundum est in cōpassio auaritie. Sicut enim auarꝰ auertit aures suas a petitionibus pauperum:

sic deus auertit aures suas ab orationib⁹ auaroꝝ. Prouer.xxj. Qui obtu.au.ad cla. paupe.et ipse cla.⁊ non exau. Unde dicit Chryso.ꝙ ideo pauperes stãt ante fores ecclesiarũ acsi dicãt. Si vultis ꝙ deus exaudiat vos in orationibus vestris: exaudite nos in petitiõibus nostris. Tertiũ est rancor odij, qui enim cor suuz claudit ab aliquo nolens eum diligere: deus auertit ab ipso cor suum non infundens sibi medelã gratie. Ecclesi.xxviij. Hõ hoi seruat irã et a deo q̃rit medelã. Isido. Sicut nullum proficit in vulnere medicamentum si adhuc in eo sit ferrũ: ita nihil proficit oro eius q̃ liuorẽ seruat i pectore. Quartuz est cõtemptus verbi dei. Qui em̃ a verbo dei auertit aurem corporis vel cordis ad audiendũ vel intelligendum: deus auertit ab ipso aurẽ ⁊ cor ad audiendũ. Prouer. xxviij. ¶ Qui declinat aurẽ suã ne audiat legẽ oratio ei⁹ erit execrabilis. Scdo proponit in exempluz humilitatis profunde. Magna em̃ humilitas in ista muliere apparuit in hoc ꝙ nõ tm̃ canẽ sed catellum se nolauit ⁊ peccatricẽ se esse recognouit q̃ catellũ se esse asseruit: vñ postq̃ fuit iustificata xp̃s cã nõ canẽ sed mulierẽ vocauit. Aug. Prius negauit ⁊ postea concessit qꝛ cordis inspector mutatam eã vidit quã mundauit. et iõ non ait. O canis magna est fides tua: sed o mulier. Mutauit vocabulum: qꝛ mutatũ vidit affectũ. Dicitur aũt peccator canis multiplici ratione. Primo ꝓpter suã impudicitiã. Sicut em̃ canis etiã corã rege non erubescit facere feditatem suã: sic nec peccator corã deo erubescit perpetrare iniquitatem: cum tñ deus ola videat ⁊ cernat. Eccl.xxiij. Oculi dñi multo lucidiores super solem circũspicientes vias hominum. Scdo propter iracundiam. Canis em̃ si auribus trahit statim irascitur. Prouer.xxvj. Sicut q̃ apprehẽdit canem auribus: sic qui irascit ⁊ impatiens conmiscetur rixe alteri⁹ Si q̃s vero cani blandit: mox cauda applaudit. Si quis autẽ baculo vel lapide ei minet: territus fugit. Sic etiã stultus homo in reprehendentem se irascitur: et ipsum odit. Amos.v. Odio habuerũt i porta corripiẽtẽ. Sed blãdientẽ et applaudẽtẽ diligit: et tñ dicit Esa.iij. Popule meus q̃ btm̃ te dicunt ipsi te decipiunt. Comminuantem et flagellantem timet: et se saltem timore compescit. Prouerb.x. Uirga in dorso ei⁹ qui indiget corde. Tertio propter insaturabilitatẽ. ps. Famẽ patiẽt vt canes. Peccator enim nunq̃ satiatur: sed vbiq̃ famẽ patitur. Nã superbus patit famẽ ambitionũ: auarus famẽ diuitiarũ: luxuriosus famẽ deliciarum. Quarto propter mordacitatẽ. Mordet em̃ et detrahit. Os em̃ detractoris est fetidũ: quia aliorum immunditias semp̃ portat in ore. ps. Sepulchrũ patẽs est guttur eorũ. ⁊c. Itẽ est nociuuz: qꝛ i ore canz rabidi diffundit venenũ. ps. Uenenũ aspiduz sub labijs eorũ. Quinto propter reiectorũ deuorationẽ. Peccator em̃ ea que eiecit p̃ cõfessionem iterũ resumit p̃ iterationẽ Prouerb.xxvj. Sicut canis q̃ reuertit ad vomitũ suũ: sic iprudẽs qui iterat stultitiã suã. ij. Pet. ij. Canis reuersus ad vomitum suũ. Tales canes ab omnibus sunt cauẽdi. Phil.iij. Uidete canes: videte malos operarios. Tales canes a societate bonorũ sunt penit⁹ amouẽdi. Ecclesi.xviij. Que cõmunicatio hominis sancti ad canem? Imo tales a ciuitate celesti penitus sunt excludẽdi. Apoc.xxij. Foris canes et ipudici et venefici. ¶ Tertio nobis ꝓponit in exẽpluz magne fidei. Quia enim magnam fidem habuit: ideo quod petijt impetrauit. Unde dixit et dominus. O mulier magna est fides tua: fiat tibi sicut vis. Imo pl⁹ obtinuit q̃ petiuit. Nam filie sue sanitatem petiuit corporis: et non solam obtinuit filie corporis sanitatem: sed etiam mentis iustificationem ⁊ subijpsi plenã cõuersionẽ. Sepe enim ꝓpter fidẽ magnã petentis plus de⁹ exaudit et plus concedit q̃ petat. Sed notãdũ ꝙ aliquando deus exaudit ad volũtatez: sed non ad vtilitatem. Sicut medicus infirmos desperatos ad volũtatẽ exaudit: quia quicquid volunt concedit. Per istum moduz christus exaudiuit demones petẽtes mitti i porcos. Marci q̃nto. habuerũt quidem suam voluntatẽ: sed nullam assecuti sunt ex hoc vtilitatem. Taliter deus exaudit aliquos in hac vita de quorũ salute desperat: dans eis cuncta que volũt. Et ideo timẽdum est quãdo homini ola ad nutum succedunt, ne hoc sit eterne re-

probationis signū. Greg. Cōtinuꝰ successus temporalium euidentissimum est reprobationis iudiciū. Aliquādo vero deꝰ exaudit ad vtilitatem: sed non ad volūtatem. Sicut medicus infirmo vnum petenti de cuius salute non desperat vinum non concedit in hoc enim procurat suam vtilitatem: licet suam non compleat voluntatem. Per istum modum exaudiuit dominus paulum petentem stimulum amoueri. Est enim exauditus ⁊ non est exauditus. Non enim est exauditus ad voluntatem: quia non est factum quod volebat. Est autem exauditus ad vtilitatem: quia ad obseruationē humilitatis hoc vtile sibi erat. Aliquando autē deus exaudit vtroq; mō s. ad voluntatem ⁊ vtilitatez Sicut medicus infirmum qui iam conualuit petentez vinum ⁊ carnes exaudit: ⁊ sibi ista concedit in hoc enim ⁊ suā voluntatem complet ⁊ suā procurat vtilitatem: quia sibi vtile est vt amodo vino vtat̄ ⁊ carnibus reficiatur. Sic exaudiuit deus apostolos qui infra ascēsionē et pēthecostē oratiōibus vacabant: vt eis spiritussanctus mitteretur. In hoc enim ⁊ eorum completa est voluntas ⁊ multiplex ꝓcurata vtilitas. Aliquando vero deus exaudit q̄tū ad ⁊ vtilitatem ⁊ voluntatem: ⁊ etiam supra postulationē. Et sic exaudiuit salomonem. Ipse em̄ petebat sapientiā, ⁊ deus sibi respōdit ꝙ etiam sapientiā dabat: ⁊ insuper diuitias ⁊ gloriā cumulabat. vt habetur. iij. Reg. iij. Aliquando vero deꝰ neutro mō exaudit nec q̄tum ad voluntatem: nec q̄tū ad vtilitatem: sicut patet in antiocho sceleratissimo. de quo dicitur. ij. Mach. ix. Qui in tantam calamitatē incidit vt carnes eius efluerent, ⁊ vermes de eius corpore scaturirent. Unde subditur. Orabat scelestus deū a quo non est mīam cōsecutꝰ. ¶ Quarto proponit̄ nobis in exemplū firme constantie. Xp̄s em̄ primo ad eā se habuit dure: qn̄ nihil sibi respondit acsi esset excōicata. Deinde se habuit durius: qn̄ dixit ꝙ nō erat de ouibus dei: ex quo relinquitur quod erat ouis diaboli. Deinde se habuit durissime quando eam canem appellauit. Que aūt est mulier tā patiens que nō plurimum turbaretur si quis ei tanq̄ excommunicate loqui nollet: si quis eaz ouē diaboli appellaret: si quis eam canē diceret? Gre. Qualisq̄sq; apud se lateat, ꝯtumelia illata probat. Ista aūt a deo taliter reprehensa non murmurauit: non turbationem ostendit: sed potiꝰ rep̄hendenti ꝯsensit dicens. Etiā dn̄e. Nā ⁊ catelli edūt: ⁊c. Sūt em̄ quidam que qn̄ rep̄hendunt̄, sunt tāq̄ cera mollis: alij tanq̄ lapides alij spine: Cera mollis qn̄ tāgit̄ statim cedit ⁊ se duci ꝑmittit. Sic multi sunt adeo māsueti ꝙ si tāgūtur. i. rep̄hendunt̄: statim obediunt ⁊ ad omne bonū se duci permittunt. In quoruz ꝑsona dicit propheta: Factum est cor meū tanq̄ certa li. Alij sunt sicut lapides. Lapis em̄ si tāgit̄ non cedit: sed tn̄ tāgētē nō ledit. Sic etiā multi qn̄ rep̄henduntur non cedūt. i. se nō corrigūt: sed in sua duritia cōsistunt. Iuxta illud Job. xli. Cor eius indurabit̄ sicut lapis. Unū tn̄ bonū hn̄t: qr se rep̄hēdētes nō ledunt. i. verba maledictiōis in eos non inferunt. Alij sunt sicut spine, que si tangūtur non cedūt ⁊ insuper tāgētes pūgūt. Sic sunt multi tā duri ⁊ tā impatiētes ꝙ si reprehenduntur non se corrigunt ⁊ insuper verba contumelie in se reprehēdētes inferūt. Et ideo oportet ꝙ reprehendentes armēt se forti patiētia: possessiōe dn̄ica: ⁊ charitate ignita. Ista autem triplex armatura contra viros spinosos tangitur. ij. Regū. xxiij. Preuaricatores aūt quasi spine euellentur vniuersi: que nō tolluntur manibꝰ. Et si quis eas tāgere voluerit armabitur ferro ⁊ ligno lāceato. igniq; succense cōburent̄ vsq; ad nihilum. Tales em̄ viri spinosi non tolluntur manibꝰ. i. non sustinent ꝙ reprehendātur ab aliquibus. Et si quis eos voluerit tangere. i. reprehendere oportet ꝙ armet se lorica ferrea. i. forti patientia. Iō dicitur armabitur ferro. Oportet etiam ꝙ armet se dominice passionis memoria: ideo subditur. Et ligno lanceato. Istud enim lignum est christus: de quo dicitur in p̄s. Erit tanq̄ lignum quod plantatum est secus decursus ⁊c. Istud lignū fuit lanceatum. i. in cruce lancea perforatū. Oportet etiam ꝙ armet se charitate succensa per quam comburentur ⁊ annichilent̄ omnia verba maledictionis ab illis viris spinosis prolata: ⁊ ideo subditur. Igniq; succē se conburētur vsq; ad nihilū. Ista igitur

mulier tante fuit patiente atq; constantie
q licet sepe fuerit exasperata ⁊ repulsa:
n nec ad modū spine verba maledictiōis
otulit:nec ad modū lapidis dura:extitit:
ed ad modū cere a christo se duci pmisit.

¶ Dñica.iij.in.xl. Sermo primus.

Erat Jesus eij
ciēs demoniū ⁊ illud erat mu
tuz. Luce.xj. Qr diabolus ⁊
maxime isto tēpore fideles
tentare:non desinit: ideo in
his tribus dominicis ecclesia sollicitos ⁊
attentos eos reddit:vt ab eius insidijs ⁊
astutijs caueant. Eorum autem quos ten-
at quatuor sunt genera. Quosdaz namq;
entat sed nequaq; superat sicut viri spiri
uales ⁊ fortes:quoruz tentatio significat
per tentationes christi quenquidē diabo-
us tentauit sed nequaq; superare potuit.
Alios tentat ⁊ superat ⁊ per diuersa vitia
vexat sicut sunt in peccato existentes:quo
rum tentatio significatur per filiam mulie
ris chananee. de qua dicit. Filia mea ma-
e a demonio vexatur. Alios tentat ⁊ supe
rat ⁊ vincit sed tamen per confessionem ⁊
contrictionem eiectus fugit. sicut sunt viri
penitentes: horum tentatio significatur
p istum demoniacum de quo dicitur. Erat
Jesus eijciens demonium. Alios tentat et
superat ⁊ vincit ⁊ ab eis postmodum eij-
citur:sed tamen ad eos adhuc redit:sicut
sunt recidiuātes horum tentatio significa
tur per illud qđ dr. Cum immundus spi-
ritus exit. ab ho. ¶ Circa illud autem mi-
raculuz quatuor tanguntur. s. demonis ele
ctio: calumniatorum confutatio periculo-
sa recidiuatio: ⁊ nostra instructio siue in for
matio. ¶ Circa primū notandum q iste de
moniacus nō tantum erat mutus sed etiā
erat cecus vt dicitur Math.xij. Et secun-
dum Chryso. similiter erat surdus:quia
secundum eundem omnis mutus natura-
liter surdus est. Et facit diabolus ad mo-
dum latronis qui aliquam domum spolia
re desiderans ipsam domum silenter in-
greditur ne quis eum audiat: lumen ex-
tinguit ne quis eum videat:et os obstruit
ne quis clamet vel auxilium petat. Sic dia
bolus in domum anime ingressus clau-
dit auditū cordis ne audiat verbū dei:ex
tinguit lumē fidei:⁊ obstruit os ne emittat
confessionē peccati. Et sic iste fur ingredi-
tur intus ⁊ furat in aīa bona proposita:⁊
egredit extra ⁊ furat omnia bona opera
in corpore. Osee.vij. Fur ingressus est spo
lians intus:latrūculus foris. ¶ Circa secū
dū, scz cōfutationem calūniatoꝝ qui dice-
bant xp̄m in beelzebub principe demonio
rum eijcere demonia. ¶ Notādum q chri
stus ostendit p quatuor rōnes nō esse vera
que dicebant. Prima sumit a parte demo
num, ⁊ est talis. Si in aliqua familia vel ci
uitate vel regno diuisis oritur:oportet q
cadat et ad nihilum redigatur. Si igitur
demones se mutuo expellant sibijpsis cō-
trarij sunt:⁊ cum tam fuerint plusq; quin-
q; milia annorū q sunt creati:iā debuissēt
esse destructi et ad nihilum redacti. Sed
qr videm⁹ q stāt:⁊ i malitijs suis regnāt:
nō sunt sibijpsis ꝯtrarij:nec mutuo se ex-
pellunt. Ista ratio adiuuatur per illud qđ
dicit Hieronym̄. Cōcordia parue res cre
scant:discordia maxime dilabuntur. Se-
cunda rō sumitur a parte apostolorum et
iudeorū. ⁊ est talis. Filij vestri.i.apli mei
de vobis progeniti demones expellūt vir
tute nominis mei. Filij etiā vestri.i.exorci
ste vestri:demones expellūt virtute exor-
cismi. Ego aūt eijcio in digito dei.i.virtu-
te spūssancti. Si igitur illorum eiectionem
deo attributis:meam quoq; similiter deo
attribuere debetis. Ista ratio adiuuatur
p illud qđ dicit magister in Historia scho-
lastica. q Salomon fecit quosdā exorcis-
mos p quos exorciste iudeoꝝ demones ex
pellebant. Uñ refert Josephus se vidisse
quēdā exorcistā iudeū captū ⁊ ad vespa-
sianū imperatorem dū esset in obsidione
hierusalē adductū:⁊ quēdā demonē eie-
cisse. Et vt hoc comprobaret peluim aqua
plenā afferri fecit:p̄cipiēs demonio q dū
exiret euerteret eā, qđ ⁊ factum est. Ideo
inquit xp̄s. Ipsi filij vestri iudices vestri
erunt. Nam apostoli erunt eorū iudices
per sententie approbationem:⁊ exorciste
per melioris vite comparationem. Sed si
vos crederetis q ego in digito dei.i. spi-
ritussancto eijcio demonia:profecto talis
fides esset vobis via per quam ad regnuz
dei perueniretis. Dicitur autem spiritus-
sanct⁹ digitus:quia in homine est corpus

⁊ brachium cum manu et digitis. Corpus aũt est ꝑ se: brachiũ vero cũ manu ꝓcedit a corpore. Digitus vero ꝓcedit ab vtroq; ⁊ tñ ad omnia sunt eiusdẽ nature. Pr̃ igit̃ est tãq̃ corpus: qꝛ a nullo est. Filius est tãq̃ brachiũ ⁊ man⁹ patris, qꝛ ab illo ꝓcedit: et pater per illum omnia opat̃. Spũs sanct⁹ est tãq̃ digit⁹ q̃ ꝓcedit a patre ⁊ filio: ⁊ quo etiam omnia bona dantur: ⁊ tñ oẽs sunt eiusdẽ essentie. Tertia rõ sumit̃ a parte xp̃i ⁊ ip̃i⁹ diaboli. ⁊ est talis. Diabolus em̃ tãq̃ fortis armatus mundũ tanq̃ castrum tenebat et pacifice possidebat: qꝛ nullus contradicere sibi poterat. Sed ego fortior illo ipsum superaui: castrũ cepi: demonẽ alligaui: arma sua id est tentamenta ꝯtregi: spolia id est sctõs p̃res q̃ arãt in limbo eripui ⁊ diuersis mãsiõib⁹ eos distribui. Ex quo igitur sum eo fortior ⁊ eum vinctũ ⁊ ligatũ teneo: eius auxilio vel fauore non indigeo. Ista rõ imitat̃ ꝑ illd̃. ij. Pe. ij. A quo em̃ q̃s superatus est, huius ⁊ seru⁹ est. Itẽ ꝑ illd̃ Hiere. xlvj. Fortis impegit in fortẽ ⁊ ãbo pariter cõciderũt. Cecidit sed christ⁹ sed mox resurrexit. diabolus cecidit sed resurgere nunq̃ valebit. Quarta ratio sumitur similiter ex parte christi ⁊ ipsius diaboli. ⁊ est talis. Ego et diabolus habemus cõtrarias volũtates ⁊ contrariã operationẽ. Habem⁹ quidẽ voluntatem contrariam qꝛ q̃ non est mecũ cõtra me est. Ipse em̃ mecũ nullo in voluntate cõuenit. sed contraria vult eorum q̃ ego volo. Ego em̃ volo omne bonũ, ille omne malũ. Ego amo humilitatem, illud superbiã. Ego diligo castitatẽ, ille luxuriaꝫ. Habemus etiã contrariam operationem: qꝛ qui non colligit mecũ dispergit. Ego colligo ⁊ cõgrego homines ad fidei vnitatẽ. ille dispergit per errorẽ ⁊ schismatũ varietatẽ. Ego cõgrego ad vinculum charitatis. ille dispergit ꝑ odium rãcoris ⁊ litis. Ego ꝯgrego ad vtutes. ille dispgit ad vitia. Illa rõ adiuuat̃ ꝑ illud ꝙ d̃r. Matt. vj. Nemo põt duob⁹ dñis seruire: scilicet cõtrarijs sibijsips ⁊ cõtraria ꝑcipientibus. ¶ Tertio ponitur q̃ sit periculosa recidiuatio cũ dicitur. Cum immũdus ip̃us exierit ab homine ⁊c. Et potest intelligi de iudeis. Et continuatur ad superiora: vt sit sensus. Vos dicitis qd̃ ego eijcio demonia virtute demonum: sed ego possem de vobis dicere ꝙ vos prius habebatis vnũ demonem. s. ante legem qui vos faciebat idolatrare: modo autem habetis septẽ. i. omnes qui vobis suadent vt me de beatis ꝑsequi ⁊ occidere. Vel põt intelligi de recidiuãtib⁹. vt sit sensus. Quãuis diaboluꝫ vicerim tamen nullus de se confidat: quia multam adhuc habet potestatem quia quando immund⁹ spirit⁹ exierit ab homine aliquo penitentie: vadit ad aliquos ꝑfectiones ⁊ inueniens eos sine humoribus vitiorum redit ad primos, quos inuenit mũdatos interius per contritionem: et ornatos exterius per satisfactionem: ⁊ tũc assumit omnes modos tentandi: ⁊ tam nequiter eos tentat ꝙ sepe vincit ⁊ superat, Dicunt̃ aũt demões ip̃us imũdi: vl̃ affectiõe diligũt imũda: vel ꝑsuasiõe qꝛ suadẽt immũda: vel habitatiõe qꝛ inhabitãt imũda corda. ¶ Quarto circa istd̃ miraculũ ponitur nr̃a instructio. Instruimur em̃ ꝙ sicut demon tunc eiect⁹ est corporaliter: sic ip̃m a nobis eijciamus spiritualiter. Periculũ em̃ est quando permittim⁹ demonẽ in cordibus nostris habitare. Sicut enim dicit Inn. quartus in quadam decretali vbi loquitur de iudeis et saracenis. Tria sunt que malam exhibent remunerationem hospitibus suis. s. mus in pera. ignis in sinu. ⁊ serpens in gremio. Per murẽ significat̃ pctm̃ suꝑbie. Iste mus suꝑbie ascendit ĩ celum: ⁊ in angelis sic oĩa bona corrosit ꝙ demones eos fecit Peperit autem suꝑbia tres filias. scilicet vanã gloriã accidiã et inuidiam. Primã scilicet vanã gloriã misit ĩ paradisum ad primos parẽtes: ⁊ sic eos corrosit ꝙ nihil boni in eis dimisit. Aliam scilicet accidiã misit ad eosdẽ. De⁹ enim posuerat eos in paradiso vt operarentur: sed diabol⁹ inueniẽs eos ociosos aggressus est. Tertiã scilicet inuidiã misit in mundũ inter duos frares: ⁊ sic in Cain omneꝫ fraternum amorem corrosit ꝙ fratrem occidit. Tãdẽ mater ⁊ filie sic totum mundũ occupant ⁊ corrodunt ꝙ residuũ superbie corrodit vana gloria: ⁊ residuũ vane glorie corrodit inuidia: et residuum inuidie corrodit negligentia. Johel. j. Residuum cruce comedit locusta: residuum locuste comedit brucus: ⁊ residuũ bruci comedit

ubigo. Eruca nascit de oleribus ⁊ ea co-
medit: et significat superbiā que nascitur de
bonis operibus ⁊ ea cōsumit. Locusta ſm
Isid. dr quasi lōga hasta: ⁊ significat vanā
gloriā que tāq̄ longa hasta oēs percutit.
Brucus est fetus locuste anteq̄ hz alas: et
est grauior q̄ locusta: qr iacens in vno lo-
co radicitus oia cōsumit: ⁊ significat inui-
diā: q̄ iacens in corde inuidi etiam si foris
se non extendat vel ostendat ipsum corro
dit. Rubigo significat accidiam qr animꝰ
hominis dum non exercetur rubiginosus
efficitur. Per ignē in sinu intelligit pecca-
tum auaritie, ignis enim cum ligna appo-
nunt semp augetur: si subtrahant diminui
tur: si totaliter auferant extinguitur. Sic
est de auaritia. Quanto em̄ quis diuitias
magis multiplicat: tanto auaritiaz magis
inflāmat. Eccli. xviij. Secundū ligna silue
sic ignis exardescet. Quando autē q̄s pau
peribus largiēdo diminuit: tūc ignis aua
ritie refrigescit. Istam diminutionem do-
minus docebat faciendam Luc. xj. Quod
superest date eleemosynā: ⁊ ecce oia mūda-
sunt vobis. Qñ autē quis ex toto diuitias
abijcit ⁊ ꝯtēnit: tunc iste ignis penitus de-
ficit. Prouer. xxvj. Cū defecerint ligna ex-
tinguetur ignis. Per serpentē in gremio
significat pctm̄ luxurie qd venenū diffun-
dit. Fugienda est igitur vicinitas serpen-
tis. i. familiaritas mulieris. Hiero. Nulla
securitas ē vicino serpēte dormire: potest
enim fieri vt aliqñ non mordeat: et potest
fieri vt aliqñ mordeat. Idem. Quis vnq̄
iuxta serpentē securus dormiuit? Nā et si
aliquando non mordeat: timore tamē sol
licitat. Maius autem est perire non posse
q̄ iuxta periculum non perisse. Tūc igitur
iste serpens venenū diffundit: qñ malā cō
cupiscentiā accēdit. Est autem venenū fri-
gidū: amarū: ⁊ caloris extinctiuū. Sic lu-
xuria dr frigida quia ignez diuini amoris
extinguit. dicitur amara qr in conscientia
amaritudinem facit. dicitur caloris extin-
ctiua qr aiam occidit. Qui autē est taliter
venenatꝰ debet facere sicut ceruus: q̄ post-
q̄ cū serpente pugnauit et venenū hausit
ad fontem subito currit. Sic talis dz cur-
rere ad fontem lachrymaꝝ. Per lachry-
mas em̄ deponet omne venenū. p̄s. Sicut
ceruꝰ desiderat ad fontes aquarum. ⁊c.

¶ Sermo secundus.

Et cuz eiecisset
demonium locutus est mutus
Ubicūq̄ abūdat demonis ma
litia: ibi abundat ⁊ superabun
dat diuina clementia. In isto
enim demoniaco multum abundauit ma-
litia demonis quia eum tenebat obsessum
⁊ ipsum fecerat mutū ⁊ cecum. ⁊ etiam (se-
cundū Chrys.) surdū. Sed dei mia intan-
tum in ipso abundauit q̄ demonia de ob-
sesso eiecit: loquelā sibi restituit: lumen re-
cuperauit: auditum reserauit. Per hūc igi
tur hominē sic curatū intelligere possumꝰ
peccatorem iustificatū. Cui deus speciali
ter quatuor supradicta beneficia cōcedit.
Primū est q̄ diabolū ab eo expellit. Pec-
cator em̄ diabolum in domū anime sue cō
ducit: sed xp̄s ipsum tanq̄ malū pensiona
rium expellit. Sunt aūt quatuor cause ſm
iura ꝓpter quas potest q̄s de domo cōdu
cta expelli: vcz aut quādo pensionem non
soluit: aut qñ domum in prauā officinā cō
uertit: aut quando domꝰ ruinā minatur ⁊
reparatione indiget: aut qñ dñs domꝰ ha
bitatiōe caret. Propter istas quatuor cau-
sas diabolꝰ iuste de domo dei potest expel
li. Primo: qr peccatorem ꝓhibet ne persol
uat pēsionem. Deus em̄ dedit homini tria
de quibꝰ vult pensionem hr̄e: scz corpus,
⁊ aiam, ⁊ res tēporales. Nam de corpore
vult hr̄e ieiuniū: de aia deuotas oratio-
nes: d reb⁹ eleemosynaꝝ largitiōes. Dia
bolꝰ aūt ꝓhibuit ieiunium: qr sibi est vene
nū. Sic etiā dicit Amb. Sputum hois ieiu
ni est venenū serpēti. Prohibet oratiōes:
qr sibi sunt incēdiū. Tob. vj. Cordis eius
particulā si sup carbones imponas: fumꝰ
eiꝰ extirpat omne genꝰ demonioꝝ. Prohi
bet eleemosynā: qr est lācea ⁊ iaculum. Uñ
dicitur de eleemosyna. Eccli. xxix. Super
scutū potētis: ⁊ super lanceā aduersus ini
micū pugnabit. Qui aūt nō potest soluere
istas tres pēsiones, saltē soluat duas. Uñ
dt Aug. in lib. homel. Nō dicāt christiani,
comedamꝰ ⁊ bibamꝰ: cras em̄ moriemur.
sz dicant, ieiunemus ⁊ donemus ⁊ oremꝰ:
cras cm̄ moriemur. Qui aūt non pñt dice-
re ieiunemꝰ, saltē dicant donemus ⁊ ore-
mus. Ipsa enim duo scz eleemosyna ⁊ ieiu

Timoth. ij. Unus est enim mediator dei ⁊
hominum homo christus iesus: qui dedit
semet ipsum pro nobis. Sepe enim con-
tingit quia quando quis inter duos rixā
tes se apponit, ab vtroq̄ vulnus accipit:
sic christus vulneratus fuit ab homine.
zacharie. xiij. His plagatus sum in domo
eorum qui diligebāt me. Et a deo patre.
Esa. xliij. Propter scel⁹ populi mei p̄cus-
si eū. Ibidē. Disciplina pacis nr̄e sup̄ eū.
Homo quidē debebat disciplinari: sꝫ xp̄s
ip̄aꝫ disciplinā recepit: ⁊ sic p̄reꝫ pacifica
uit. Ista aūt disciplina fuit multum fortis

⁊ dura. Illa aūt disciplina q̄ fit cū virgis est fortis qr carnē frāgit. Illa q̄ fit cum spinis, est fortior qr vsq; ad ossa perforādo ꝑtigit. Illa q̄ fit cum ferreis instrumētis est fortissima: qr aīam de corpore excutit. Ista triplici disciplina xp̄s fuit disciplinatus. Primo cum virgis, quando ad colūnam fuit flagellatus: ⁊ illa disciplinatorum corpus suum vulnerauit ⁊ sanguine repleuit. Secūdo cum spinis fuit coronatus. Et illa disciplina secūdum Gregoriū. os capitis perforauit ⁊ vsq; ad cerebrū peruenit. Nec aliquis dicat hoc esse impossibile ꝙ spine fragiles os durū capitis poterāt ꝑforare, qr oīs cedit natura vbi adest volūtas diuina. Cum eñ christus voluerit sustinere durissimū cruciatum, voluit vt spine pertingerēt vsq; ad cerebrū. Nec est cōtrariū ei, quod dicitur Joannis. xix. Os non comminuetis ex eo, qr illud os capitis nō fuit cōminutū, licet fuerit perforatū. Tertio cum instrumentis ferreis. i. cum clauis acutis. Et illa disciplina animam eius a corpore excussit. Johā. xix. Inclinato capite tradidit spiritū. ¶ Scdo sanguis christi habuit virtutē in mundo. Et ista est duplex. Homo quidē erat seruus ⁊ immūdꝰ. Quis ergo erat seruus: ideo xp̄s sanguinē effudit in preciū redēptionis: quod notatur cū dicitur eterna redēptione inuenta. Et fecit christꝰ ista emptione sicut liberalis mercator facere ꝯsueuit: qui inuēto quēdiu desiderauit lapide precioso sacculū pecunie studiose ligatū non dissoluit: sz lacerat pecuniā, non numerat, non ponderat, non mēsurat, sed vēditori exponit: vt accipiat quātū velit. Christus quidem habuit sacculū pecunie. i. corpꝰ propriū plenū precioso sanguine. Prouer. vij. Sacculum pecunie se cū tulit. Nō aūt expectauit vt iste sacculus dissolueretur. i. communi morte finiretur sz qnīq; partibus ipsum lacerari voluit: vt p̄cium largiter egrederetur ⁊ homo cito redimeretur. Cetera quidē deus facit i numero, pondere ⁊ mēsuara: vt habetur Sap. xj. Excepto opere nostre redēptionis. Ibi enim non seruauit numerū vt infra vnā vel duas guttas sanguinis sui daret, cum vna sufficeret. Non seruauit pōdus: vt scz vnā vnciā vel librā effunderet. Non seruauit mensurā: vt scz vnū calicē mēsuraret: sed totū dedit totū effudit. p̄s. Copiosa apud eū redemptio. Bern. Prorsꝰ copiosa: qr nō gutta sanguinis sed vnda fluminis ꝑ quinq; partes corporis emanauit. Secundo homo erat immundus: ⁊ ideo christus sanguinem suum effudit lauacrum emundationis, qd̄ notatur cum dicitur. Sanguis chisti emundauit conscientias nostras. Non solum autē cōscientias nostras enundauit: sed etiam omnia elementa purgauit. Erat enim infectus aer ex idolatrarum thurificatiōe. Infecta terra ex innocentis sanguinis effusione. Infecta aqua ex hostiarum lotione. Infectus ignis ex sacrificiorū concrematione. Ideo enim christus in aere pati voluit vt aerem sacrificaret. Sanguis eiꝰ in terram cecidit vt terram mundaret. Aqua etiā de latere eius exiuit: vt aquā purificaret. Tādē spiritussctūs in igne apparuit vt ignem sanctificaret. ¶ Tertio sanguis christi habuit virtutē in inferno quia ipsum cōfregit ⁊ sanctos patres inde eduxit, Nam propter preuaricationes primorum parentum que adhuc durabant in veteri testamento omnes ad limbum descendebant, sed christus per suam mortē eos inde eripuit: quod notatur cum dicitur. Ut morte intercedende i redēptionē earū preuaricationum que erant sub prori testamēto. ⁊c. Legitur in historia scholastica: ꝙ Salomon habebat strutionem habētem pullū: quē pullū Salomō in caueā vitreā inclusit. Cū vero pater filiū habere nō posset vermē de deserto attulit ⁊ de sanguine eiꝰ caueā ipsam liniuit: ⁊ cōtinuo fracta fuit ⁊ sic pullū suū inde eduxit. Iste vermis est xp̄s q̄ dr in p̄s. Ego aūt sum vermis ⁊ nō hō. Uermis eñ nascit̄ de humore terre virtute caloris solaris sicut iste v̄mis patrem habet in celo scz solem: ⁊ matrem in terra scilicet humorem. Sic etiā christꝰ in celo habet patrē sine matre, ⁊ in terra habet matrem sine patre. Pulli inclusi in cauea, erant sancti patres inclusi in cauea infernali: sz venit iste vermis ⁊ virtute sui sanguinis caueā illā ꝯfregit: ⁊ filios suos vcz sanctos patres ide eduxiuit. p̄s. Cōtriuit portas ereas ⁊ vectes ferreos ꝯfregit. Zach. ix. Tu quoq; i sanguine testi tui emisisti victos de lacu in quo nō erat aqua ⁊c.

¶ Sermo secundus.

Ulerũt ergo lapides iudei vt iacerẽt in eum. Quidã ꝓpheta erat tanq̃ mare eẽ pectus suum: et tãq̃ fluuius rapidus et profundus in quo omnes periclitabant: ideo et deus quendã pontem ibi disposuit: per quẽ omnes ad patriam celestem securi transirent. Est aũt consuetudo q̃ quando pons construitur, primo lapides iaciuntur et pile fundãtur: deinde super pilas pons ipse construitur. In euangelio hodierno agitur de pilarum fundatione: cum dicitur. Tulerũt lapides iudei. In epistola vero agitur de ipsiꝰ põtis fabricatione. cum dicitur. Christus assistens pontifex: id est pontẽ faciens. ¶ Circa primum sciendum q̃ iudei christo mortem intentauerunt cum ipsum lapidare voluerunt. Tribꝰ enim vicibus christo mors intentata fuit. Primo per herodez qui ipsum voluit occidere cum infantes occidit: vt habetur Matth. ij. Secundo per suos ꝓpatriotas qui ipsum volebant precipitare: vt habetur Luce. iiij. capi. Tertio per iudeos qui ipsum voluerũt lapidare. Multi etiam adhuc hodie ipsum lapidare videntur. De quibus sic dicit Beda. Quotquot malas cogitationes quis assumit quasi tot lapides in christum mittit. Ac deinde ꝑtum ad se pertinet si ad deliberationem transit, Jesum extinguit. ¶ Circa secundum notandum q̃ Christus dicitur pontifex propter quatuor causas: scilicet propter vocabulum, propter habitũ propter vnctionis mysterium, et propter officium. Primo igitur dicitur pontifex propter vocabulum. Nam sicut dictum est põtifex dicitur quasi pontem faciens. In mari enim huius mundi fere omnes periclitabantur et naufragium patiebantur. Ideo deus contra. istud naufragiũ triplex dedit adiutoriũ: scz nauẽ tabulam et pontẽ. Nauis est innocẽtia: in qua posit⁹ fuit adã: sz ista nauis fracta fuit quando peccauit. In hac naui fuit virgo beata: que nauis integra ad portum paradisi pervenit. In hac naui sunt omnes baptizati ꝯdiu seruãt innocẽtiã baptismalẽ. Sed quia fere omnes frangunt nomen innocẽtie: ideo deus parauit secundũ adiutoriũ: scz tabulã penitẽtie. Nã secundũ hiero. Penitẽtia est scõda tabula post naufragiũ. In hac tabula penitẽtie fuit maria magdalena: quẽ cũ ista tabula ad portum paradisi pervenit. Imo etiam multas alias virgines que erant in naui innocentie transcendit: et quãtum ad meritum, et quantum ad premium. Verũ. Sicut deus nõ priuauit bonis eos qui ãbulant in innocentia, ita nec priuabit bonis eos qui ambulant in penitentia. Quia vero sunt multi qui proficiunt tabulam penitentie: ideo deus parauit tertium adiutoriũ scilicet et pontem: id est meritũ passionis dominice. Tunc enim christus ponsa ecclesie est nobis. cuius pile vt dictum est hodie sunt fundate. In paraſceue autem quatuor trabes fuerunt superinducte. Quarũ vna fuit de palma. Scõa de oliua. Tertia de cedro. Quarta de cypresso. De his quatuor crucẽ xpi facta fuit. Deinde sup has trabes l. crata est tabula. i. caro xpi purissima: que quatuor clauis ibidẽ fuit clauata: ꝯ non restat vt homo super hunc pontẽ ascẽdat et ad patriam pergat. Secundo dicitur pontifex propter habitum: habuit enim amictum quando fuit velatus. Alba quando ab herode veste alba fuit circundatus. Platenam: quando purpura fuit indutus. Cingulum et stolam quando ad columnã fuit ligatus. Manipulum: quando in manibus fuit clauis perforatus. Mitram, quando spinis fuit coronatus. Baculum pastoralem: quando arundo fuit sibi data in manibus. Sandalia quando clauos habuit in pedibus. Tertio dr pontifex propter vnctionis mysterium. Solent enim pontifices quando consecrantur inungi. Christus igitur fuit vnctus a patre, a matre, a magdalena, et a iudeis. A pre quidem fuit vnctus vnctione charismatis id est gratia vel donis spũssancti. ps. Unxit te deus deꝰ tuus oleo letitie: ꝑ cõsortibus tuis. Olim enim deus erat hominibus durus, sed modo est vnctus: et ideo factus est flexibilis et mãsuetus. ideo dicitur. Unxit te deus deus tuus. Erat iratus, sed modo factus est letus: ideo subditur. Oleo letitie. Erat auarꝰ sed modo factus est largus: ideo subdit. ꝑ cõsortibus tuis: Dedit enim christo spiritum sine mensura:

cuius plenitudine accipiunt vniuersi. Secūdo fuit vnctus a matre vnctione lachrymarum: quando scilicet eius corpus de patibulo fuit depositum. Unde potest dici de ea quod dicit̄ de anna. Tho.x. Flebat igitur mater ei⁹ irremediabilib⁹ lachrymis atq; dicebat. Heu me fili mi lumē oculorū meorum solatium vite mee: baculus senectutis mee. Erat enim lumē oculorū suoꝝ qꝛ oculum intellectus eius illuminauit diuina sapientia: ⁊ oculū effectus celesti gratia. Erat solaciū vite sue quia totū gaudiū suū erat stare cum filio suo loqui cū eo, ire cū eo, vt videre eū. Erat etiā baculus senectutis sue: qꝛ cum tunc esset fere quinquagenaria iō auxilio filij sui indigebat. Christus tamen loco sui dimisit sibi iohannem euangelistam qui respectu sui erat bacul⁹ arundineus ⁊ infirmus. Tertio fuit vnct⁹ a magdalena que ipsum inunxit in capite ⁊ in pedibus. Etiam in toto corpore inungere voluit quādo ad monumentum cum aromatibus iuit. Per quod datur intelligi ꝙ illi christum vngunt in capite qui ex deuotione afficiuntur in sua diuinitate. Illi vngunt in corpore qui afficiūtur in sua humanitate siue passione. Illi vngūt in pedibus qui misericordes sunt pauperibus. Quarto fuit vnctus a iudeis qui ipsum in toto corpore vnxerūt: quādo totū corpus sanguine repleuerunt. Unde angeli admirātur cum sic inunctum. Esaie.lxiij. Quis est iste qui venit de edom tinctis vestibus de bosra? Ibidem. Quare rubrum est indumentum tuum: et vestimenta tua sicut calcātium in torculari? Quarto dicitur pōtifex propter officium pontificis. Est autē officium pontificis triplex. Unum est pro populo orare. Leuiti.v. Rogabit pro eo sacerdos ⁊ pro peccato ei⁹ ⁊ dimittet̄ ei. Ip̄s igitur orauit ꝑ nobis multipliciter. Nā orauit ꝟbis. Joh.xvij. Nō pro eis rogo tātū: sed ⁊ pro his qui credituri sunt ꝑ verba illorum in me. Orauit lachrymis. Heb.v. Qui in dieb⁹ carnis sue.i. mortalitatis sue preces supplicationesq; ad illuꝫ qui posset eum saluum facere a morte, cū clamore valido ⁊ lachrymis offerens exauditus est pro sua reuerentia. Orauit sanguine. Hebre.xij. Accessistis ad sanguinis aspersionē melius loquentem q̄ abel. Sāguis eñ abel petebat vindictam: sed sanguis christi petebat misericordiam. Orat quotidie per cicatricum representationē. Hebr.ix. Introiuit in ipsum celū vt appareat vultui dei pro nobis. psal. Respice in faciem christi tui. Ubi dicit sanctus Ansel. Si non vis pater respicere in nos propter nos: saltem respice in faciem christi tui ꝓpter nos alapis cesam, sputis illitam, morte pallidam. Deus ergo in faciem filij sui respiciēs ⁊ q̄ chare christ⁹ nos emerit videns in nos respicit: ⁊ nobis parcit. Ber. Securum accessum habes o homo a deū vbi stat mater ante filium: fili⁹ ante patrē. Mater ostendit filio pectus ⁊ vbera: fili⁹ patri cicatrices, ⁊ vulnera. Nulla ergo p̄t esse repulsa vbi tot occurrūt charitatis insignia. ¶ Secundum officium pontificis est sacrificium offerre. Heb.v. Omnis pōtifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in his que sunt ad deū: vt offerat dona ⁊ sacrificia pro paccatis: Christus igitur dr̄ pontifex: quia seipsum deo obtulit sacrificium. Hebre.ix. Per spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatū deo. Non solum autē in sacrificiū: sed etiā i holocaustū. Heb.x. Holocaustomata ⁊ pro peccato nō tibi placuerūt: tūc dicit. Ecce venio, supple vt de me faciā holocaustuꝫ. Dicitur autem holocaustum totum incensum: ab holon quod est totum, ⁊ camna qd̄ est incēdiū. Ip̄s eñ in passiōe sua totus fuit incēsus ⁊ inflāmat⁹. Quod patet ꝑ quatuor signa. Primū est ꝙ valde sudauit. Luc.xxij. Fact⁹ est sudor ei⁹ quasi gutte sanguinis decurrentis in terram. Quando quis fiat ad paruum ignē sudat in facie. Quando vero stat iuxta foracem sudat in corpore. Magn⁹ igit̄ ignis amoris in christi pectore erat quando in toto corpore sudabat: quando sudor in terraꝫ decurrebat: quādo humor flegmaticus in humorem sanguinem conuersus erat. Secundum signum est qꝛ valde sitiuit. Johānis decimonono. Sitio. Homo enim valde inflammatus consueuit esse valde sitibundus. Bernardus. Sitio (ait christus) non doleo. O domine quid sitis? Fidē vestrā, salutem vestrā, gaudiū vestrū. Plus animarum vestrarum q̄ corporis mei cruciatus me tenet: ⁊ si non mei saltem vestri

miseremini. Tertium signum est: quia tot⁹ in corpore rubuit: ex eo q̄ totus sanguine plenus fuit. Homo stans ad partum ignē rubet in facie. Sed stans ad fornacem rubet in toto corpore. Ex quo videtur q̄ magnus ignis amoris in corde christi feruebat q̄ ipsum sic rubere in toto corpore faciebat. Corpus quidem eius quod fuerat album ⁊ candidum per mundiciam ⁊ puritatem, postmodum factum est rubicundum per sanguinis effusionem: ⁊ tandē nigrum per mortis pallorem. De his trib⁹ dicitur Canticorum. v. capitulo. Dilectus meus candidus ⁊ rubicundus, electus ex milibus. In hoc enī quod dicitur elect⁹ ex milibus notatur nigredo sue mortis: quia ipsa eius nigredo fuit nostra speciositas ⁊ pulchritudo. Quartum signū est: quia vesties in cruce ferre non potuit: sed nudus ascendit: actū ipso facto diceret. Tanto igne charitatis ardeo q̄ vestes aliquas ferre non valeo. Hoc signatum est. ij. Reg. v. vbi dicitur q̄ dauid nudus ludebat ante arcam domini, per arcam crux christi significatur in qua profunda mysteria continentur. Cōtra quā christus luit: quia cum multo gaudio crucem sustinuit. Et nudus luit: q̄ nudus crucem ascendit. ¶ Tertiū officium pontificis est prebendas et beneficia distribuere. Sic christus in cruce existens p̄bēdas diuersas distribuit. De quibus dicit Ambr. Auctor humani generis in cruce existēs pietatis officia diuidebat: perfectionē apostolis: pacem discipulis: corpus iudeis, patri spiritum, virgini paranymphū, latroni paradisum, peccatori duas impenitentibus infernum, christianis penitentibus crucē penitentie delegauit. Prebenda igitur quaz iste pontifex dedit apostolis fuit mors et persecutio. Jo. xv. Si me persecuti sunt, ⁊ vos persequentur. Prebenda quam dedit alijs discipulis q̄ non erant adeo fortes: fuit pax ⁊ tranquillitas mentis. Johā. xiij. Pacem relinquo vobis. Pacem meam do vobis. Prebēda quam dedit iudeis fuit corpus proprium: vt ipsum crucifigerent, vulnerarent, et penis afficerēt: vt sic nostra redēptio perficeret. Job. ix. Terra. i. caro christi de nra terra assumpta data est i manꝰ impij. s. iudei. Prebenda quā dedit patri celesti fuit spiritus suus quem in suis manibus cōmendauit. Luc. xxiij. Pater in manus tuas cōmēdo spiritū meū. Prebenda quam ded. ⁊ matri fuit Johannes euāgelista, quem sibi in paranymphum et custodem dimisit. Johan. xix. Mulier ecce filius tuus. Prebenda quam dedit latroni fuit paradisus. Luce. xxiij. Amen dico tibi: hodie mecum eris in paradiso. Amen. ecce quanta securitas q̄ sibi hic iurauit. Hodie. ecce quanta celeritas: quia non dixit vsq̄ ad mensem vel annum expecta. Veccum eris. Ecce quam beata societas. In paradiso. Ecce quanta loci amenitas. Prebenda quam dedit peccatoribus impenitentib⁹ fuit infernus. Matthei. xxv. Discedite a me maledicti in ignem eternum. Prebēda quam dedit peccatoribus penitentibus fuit crux penitētie. Luc. ix. Si quis vult post me venire: abneget semetipsum ⁊ tollat crucem suam: ⁊ sequatur me.

¶ Sermo tertius.

IEsus autē absc̄ōdit se: ⁊ exiuit de tēplo. Dñs noster Jesus xp̄s si aliquando dicebat verba: hec ordinabat ad nostrā instructionē. Si aliq̄n faciebat miracula: hec ordinabat ad nostrā cōfirmationē. Si aliquādo sustinebat aduersa: hec ordinabat ad nostrā consolationē. Quia vt dicit Bernardus. Videntes angustias domini nostri Jesu christi, leui⁹ nostras portabim⁹. Si faciebat aliqua fortia: hec ordinabat ad nostrā informationem. Unde in hoc facto quo scilicet christus se absc̄ōdit, informiamur vt nos a furentibus subtrahamus. ¶ Notandum autem q̄ dominus aliquando fugiebat: aliquādo occurrebat: aliquādo se occultabat. Fugiebat quidem honores: sicut patet Job. vj. vbi dicitur. Jesus autem cum cognouisset quia venturi essent vt raperēt eū ⁊ facerent eū regem, fugit in montē ipse solus. Occurrebat autē suis crucifixoribus: sicut patet Matt. xxvj. vbi dicitur. Surgite eamus: ecce obuiam eis ecce appropinquabit qui me tradet. Absc̄ōdebat vero se a iudeis furentibus: vt sic ab

psis subtraheret occasionem furendi: sicut patet hic. Per ista igitur tria exempla dat nobis tria salutifera documenta: scilicet vt fugiamus mundi prospera: vt desideremus pro christo pati aduersa: ⁊ vt vitemus iurgia. Nos autem contrarium facimus: quia honores appetimus ⁊ procuram⁹: aduersa fugimus ⁊ vitamus: ⁊ litigijs nos immissemus. ¶ Primo igit̄ christus fugit honores: vt duceret nos mundanos honores esse fugiēdos. Ita est em̄ de honoribus mundanis sicut de vmbra. Si enim homo vmbram precedentez vult insequi, ipsaz non apprehendet: et si vmbram subsequētem vult fugere, ipsam nō euadet. Sic etiam honores mundani fugiunt suos appetitores. Eccl̄i. xj. Si secutus fueris, non apprehendes: ⁊ non effugies si precurretis. In hoc tamen sunt pares: scz honor procurat⁹ ⁊ honor imperatus: quia instar vmbre cito transeunt ⁊ deficiūt. Sapie. v. Trāseūt omnia tanq̄ vmbra. Nec simpliciter transeūt: sed cuz periculo ipsos habentium transeunt. Quanto enim est maior ascensus: tanto est periculosior casus. Qui enim de plano ⁊ infimo loco cadit, cito resurgit: qui autem de alto, surgere nequit. Rami etiam arboris (sicut dicit Chrisosto.) qui sunt in summitate, cito a vi ventorum franguntur: qui autem sunt ad radicem, conseruantur. Unde et ait Quintus curtius quendam dixisse Alexandro: q̄ licet arbor magna crescat diu, tamē vna hora extirpat̄. Et licet leo sit tam superbus: paruoruz tamē animi cibus quādoq̄ efficiur. ¶ Secundo ꝑ hoc q̄ christ⁹ cruxifixorib⁹ suis obuiauit, dat nobis exemplum q̄ aduersa non debem⁹ fugere: sz ꝓ ipso ea pati. Debem⁹ etiam desiderare: et hoc ipse nobis consuluit et verbo ⁊ exemplo. Uerbo, cum dixit Lu. ix. Si quis vult post me venire: abneget se ⁊ tollat crucem suam ⁊ sequatur me. Et exēplo: quia ipse carni sue semper molestias elegit: et in natiuitate. et in vita: et in morte. Augu. Omnia terrena contempsit homo deus vt contenenda mōstraret: ⁊ omnia aduersa sustinuit vt sustinenda doceret: vt nec in illis poneretur felicitas: nec in istis timeretur aduersitas. Tali igitur consiliario, id est christo credendum est: quia nec fallere potest nec falli. Sunt autem tres alij stulti consiliarij quibus ꝯmuniter homines magis credunt: scz diabolus, mundus, ⁊ caro. Diabolus enim consulit vt appetamus honores ⁊ sublimitates. Mundus vero consulit vt appetam⁹ terrenas cupiditates. Caro autez consulit vt appetamus carnales voluptates. De his trib⁹ consiliarijs dicit̄ Eccl̄i. xxv. Tres species odiuit anima mea: pauperē superbum: diuitem mendacem: et senem fatuum insensatum. Pauper superbus est caro: que est pauper in natiuitate, quia nuda nascitur: pauper in vita quia aliunde indumentis ⁊ alimentis confouetur: pauper in morte, quia cū vili cilitio sepelitur. Pauper enim dicitur quasi paruz potēs: vel parum imperās: vel parum portans. est igitur caro in natiuitate pauper ⁊ parum potens: quia puer quādo nascitur est parum potens ⁊ infirmus. In vita autem debet esse parum imperans: quia non debet imperare rationi, sed sibi subijci. In morte autem est parum portans: quia de omnibus diuitijs suis nihil secum afferre potest. Sed q̄uis caro sit super, semp tamen superbit quando rationi contradicit. Diues mendax est mundus. Est enim diues inquātum omnia temporalia possidet: sz est mēdax: qr nō attēdit q̄ ꝓmittit. Nā in diuitijs ꝓmittit satietatē, et dat magnā esuriē. Eccl̄. v. Auarus non implebit pecunia. In delicijs ꝓmittit det electionē ⁊ det amaritudinē. Unde d̄r de carnali voluptate Prouer. xv. Nouissima eius amara quasi absynthiū. In honorib⁹ ꝓmittit sublimitatem, ⁊ dat subitaz deiectionem. Job. xxx. Eleuasti me ⁊ quasi supra vētuz ponens allisisti me valide. Senex fatuus ⁊ insensatus est diabolus. Differūt aūt fatuus ⁊ stultus. Fatuus em̄ d̄r a fando: qui scz fando ⁊ loquēdo suā stultitiam manifestat stultus autem d̄r econuerso quasi stolidus, vel stultus d̄r quasi stupidus: qui scz ad oia que videt ⁊ audit stupet, ⁊ dicere et respōdere nescit. Senex aūt s̄m Isido. dicit̄ quasi sine sensu. Et subdit. Nā phisici dicūt stultos esse homines frigidioris sanguinis prudentes vero calidioris. Uñ senex in q̄b⁹ iā friget sanguis, ⁊ pueri in quibus nondum calet: minus sapiūt.

Pueri

Pueri igitur nōdū sapiūt: qr nōduz in eis sanguis icaluit. Senes aūt decipiunt: qr in eis iam friguit. Iuuenes vero in etate viriles acute sapiūt ⁊ memorie iprimūt: quia sanguis in ipsis iuuenib⁹ incalescit. Antiqui vero habent sensum maturuz: qr eoꝝ sanguis nec est frigidus nec calidus: sed est tēperatus. Ideoq; dicitur Job.xij. In antiquis est sapientia: et in multo tempore prudentia. Est igit diabol⁹ senex, fatuus, ⁊ insensat⁹. Senex ꝓpter antiquitatem: quia sicut dr Job.xj. Ipse est principium, viarū dei. Fatuus: qr fando suā stultitiam manifestauit, qñ dixit Esa.xiiij. In celū cōscēdā: sup astra celi exaltabo soliū meū. Insensatus: qr bona que a deo accepit seruare nesciuit. ¶ Tertio per hoc ꝙ xp̄s se abscōdit dat nobis exēplū ꝙ a furētib⁹ nos debem⁹ subtrahere: ne ꝯtigat eorum irā nos amplius inflāmare. Nā cōtra furorem ⁊ irā iudeoruz xp̄s quinq; remedia cōsueuit habere. Primum est patiētiam verā seruādo. Ira nāq; quatuor gradus habet: prim⁹ est quādo est tm̄ in alo. Scd̄s est quādo est manifesta i exteriori signo. Tertius quādo ostēdit in iniurioso verbo. Quartus qñ exercetur in contumelioso facto. Isti quatuor gradus ponunt Mat.v. Audistis quia dictuz est antiquis. Non occides. ecce ira in facto. Ois q̄ irascitur fratri suo. ecce ira in alo. Qui autez dixerit racha. ecce ira in signo. Qui dixerit fatue. ecce ira in verbo. Nullo autem istoꝝ modoꝝ xp̄s vnq̄ cōmot⁹ fuit. Unde dicit Esa.xlij. Non erit tristis neq; turbulentus. Nō em̄ habuit impatiēttiā in animo. Ideo dr. Non erit tristis. Nec in exteriori signo: ideo dr. Neq; turbulent⁹. Nec in verbo: ideo dr. Nō clamabit. Nec in facto: ideo subdit. Calamū quassatū non cōteret: ⁊ lignum fumigans non extinguet. Illos enim q̄ sunt concassati diuersis temtationib⁹, non conterit: sed reparat. Illos in q̄b⁹ est fere extinctus ignis diuini amoris nō extinguit: sed reaccendit ⁊ inflammat. ¶ Scd̄m remedium qd̄ habuit christus cōtra iudeos furētes fuit oino tacendo. Sicut patet ꝙ coraz Herede ⁊ Pilato ⁊ aliis iudeis tempore passionis sue tacebat: sciēs ꝙ ex hoc amplius fuissent inflāmati. Esa.xlij. Tacui semp, silui, patiens fui. Et iste est optimus modus extinguēdi ignem furoris, qñ scz furēti nihil respondetur. Sicut ignis in se deficit qñ ligna nō apponūtur: sic ira furentis euanes quādo verba nō respōdent. Proue.xxvj. Cū defecerint ligna, extinguetur ignis: et susurrone subtracto, iurgia cōquiescēt. Qñ vero quis litigat, tūc ligna parat ⁊ furentis irā inflāmat. Eccli.viij. Nō litiges cuz homine linguato: et non struas in ignem illius lingua. Dicit em̄ Chrysost. ꝙ qñ aliquid iactatur si resistens inuenerit, valde concutitur: si autez non inuenit, per aerem dissoluitur. Sic etiā iracund⁹ si resistentez inuenit, amplius inflammatur: si non inuenit, tranquilatur. Eccli.xxviij. Secundu ligna silue: sic ignis exardescit. Et secūdū virtutē hois: sic iracūdia illius erit. Grego. Imitatiōe etem̄ dei gloriosius est iraz tacendo fugere, q̄ respōdendo superare. ¶ Tertium remediuz qd̄ xp̄s habuit fuit verba pacifica rñdendo: sicut patet hic. Cum em̄ verbū contumeliosum tam iniuriosum iudei sibi dixissent, ꝙ scz demoniū haberet: ille humiliter ⁊ pacifice rñdit, dicēs. Ego demonium nō habeo. Et vide qr sibi duo iponebant. Unū in quo nō erat magna infamia, ⁊ poterat nihilominus sustineri: scz ꝙ esset samaritanus: qui custos interpretatur. Et ipse est custos: iuxta illud psal. Nisi domin⁹ custodierit ciuitatem frustra vigilat qui custodit eam ⁊c. Aliud qd̄ cōtinebat infamiam ⁊ non poterat sustineri. s. ꝙ demoniū haberet. Ideo dñs ad primā nihil respōdit. De secūdo autē humiliter se excusauit. In hoc dans dñs, exemplum nobis ne ad oīa que de nobis dicūtur, respōdeam⁹: sed si talia sunt que tolerari possunt, dissimulemus: si aūt infamiam importāt, nos humiliter excusemus. Beda. Duo xp̄o illata fuerūt, vnū negauit, ⁊ aliud tacēdo consensit. Hic igitur dñs in semetipso prebuit exēplum patiētie: vt eo tēpore quo a proximis ex falsitate cōtumelias accipim⁹: eoꝝ etiam vera mala taceamus. Et iste est optim⁹ mod⁹ extinguēdi irā furētis: ⁊ ꝟba scz pacifica respondēdo. Cor enim iracūdi instar esse ebullire consueuit. Prouerb.xv. Os stulti ebullit stultitiam. Sicut igitur cessat ebullitio olle quando aqua frigida apponit: sic

cessat ebulitio ire quãdo verba pacifica respondentur Eccli.xv. Responsio mollis frangit irã. Sermo durus suscitat furorẽ. ¶ Quartuz remediũ qđ habuit christ⁹ cõtra iudeos furẽtes, fuit ab eis recedẽdo: sicut patet hic Gregori⁹. Exẽplo nobis dñs loquitur vt cũ etiã resistere possim⁹, irã superbientiũ declinemus. Et iste ẽ ali⁹ modus extinguendi ignem furentis. vt si ille contra quẽ furit recedat et elongetur: cessat illius ira, cessat eius ebulitio. Sic quando ille ꝯtra quẽ furit ab eius presentia recedit. Sicut vas quãdo fortiter ebullit: si ab igne eleuetur inflammato. Prouerbiorum.xx. Honor est homini qui separat se a contentionibus. Omnes autem stulti miscentur contumelijs ⁊ rixis. ¶ Quintuz remedium quod habuit christus contra iudeos furentes, fuit beneficia largiẽdo. Unñ postq̃ iudei ei dixerunt demoniũ habes. Propter talis improperia non cessauit eis impendere salutaria documenta dicens. Amen dico vobis: si quis sermonem meuz seruauerit: mortem non gustabit i eternũ. Glosa. Hic discat homo Iesus non malum reddere, sed bonũ. Ex talib⁹ tamen beneficijs peiores sunt effecti dicẽtes. Nũc cognouim⁹ qꝛ demoniũ habes. Beda. Sicut accepta cõtumelia bon⁹ melior fit: ita mali de beneficijs fiũt deteriores. Aliqui tamen ex beneficijs meliores fiũt. Unde dicitur Ro.xij. Si esurierit inimicus tuus ciba illum: si sitit potum da illi: hoc enim faciens carbones ignis cõgeres super caput eius. Carbones isti secũdũ glo. sunt vel feruor chatitatis ad quã amplius incitantur, vel amor spiritussancti ad quẽ inflãmant, vel ardor penitẽtie ad quam prouocantur.



¶ Dñica palmarum. Sermo.j.

Cum appropinquasset Iesus hierosolymis: et venisset bethphage ad montẽ oliueti ⁊c. Matthei.xxj. Appropinquante die passiõis appropinquare voluit Christus loco passionis vt voluntarie se pati ostenderet. Et quamuis sepe Hierusalem ascenderet nunquam tamen aliquem honorem sibi voluit exhiberi nisi modo cum ad passionem ibat: vt ex hoc detur intelligi quod in morte sanctorum virorum non est dolendum sed poti⁹ gaudendum: ⁊ quod sua passio erat sibi in gaudium ⁊ in magnum festum agendũ et quod persecutiones propter Christum debemus gaudenter appetere: mundanos autem honores vitare sicut fecit Christus qui regiuz honorẽ fugit. vt habet Iohan.vj. Ad locum autem passionis hodie gaudenter accessit. In hoc euangelio quãtũ ad tria instruimur ⁊ iformamur. ¶ Primo vt carnem nostram mortificemus et eius vitijs dominemur: quod notatur per hoc quod christus super asinam ascẽdit. Asina est caro nostra: super quam tunc ascendim⁹ cũ eã rationi subijcimus ⁊ eam mortificam⁹. Et ista mortificatio habet triplicẽ gradũ. Quidã enim sic mortificãt ꝙ cum pri⁹ viuerẽt scđm appetitũ sensualitatis tanq̃ bestiales: postmodũ viuere icipiunt scđm iperiũ rõnis tãq̃ holes rationales. Et ista mortificatio est magna. Alij sic mortificant ꝙ oẽm actũ carnalẽ ꝯtẽnunt: ⁊ inquantũ possibile est puritati angelice se coniungunt: ⁊ ista est maior. Alij sic oẽs passiones vincũt ⁊ oia carnalia ⁊ terrena cõtennũt ⁊ sola spũalia ꝯcupiscũt: vt deo per amorem se vniãt et intima charitate se cõiungãt. ⁊ ista ẽ maxima. Ex his patet ꝙ quadruplex est hõ. s. brutalis: rõnalis: angelic⁹: ⁊ diuin⁹. Brutalis ẽ q̃ viuit more bestiarum. Bestia semper ad terram respicit. Tales sunt auari q̃ semper terrena concupiscunt. ps. Oculos suos statuerũt declinare in terrã. Bestia vna femina non est cõtẽta: sed plures inuadit. Tales sunt luxuriosi q̃ vxore ꝓpria nõ sunt ꝯtẽti Hiere.v. Unusq̃sq̃ ad vxorẽ ꝓximi sui hinniebat. Ib. dẽ. Equi amatores in feminas et emissarij facti sunt. Bestia agit nõ regitur ratione, sz fertur ipetu sue nature. Tales sunt superbi q̃ nõ regunt ratione sed propria volũtate: dicẽtes. Sic volo sic iubeo sit pro ratione voluntas. Bern. An nõ tibi videtur bestia bestialior esse hõ ratione vt gens ⁊ ratiõe nõ vtẽs? Homo rationalis est qui viuit secũdũ imperium rõnis: qui tã inter coniugia q̃ inter diuitias ⁊ honores discrete se habet. De talibus dicit. j. Corin.vj. Qui habẽt vxores tãnq̃ nõ habẽtes sint: ⁊ q̃ vtũtur hoc mũdo tanq̃ non

vtantur: ⁊ qui gaudent tanquā nō gaudē tes. Ille habet vxorē tanq̄ non habeat q̄ ea vtitur nō ad voluptatis expletionē: sed ad liberorū procreationē. Ille vtitur hoc mūdo tanq̄ non vtatur q̄ diuitias retinet nō ad voluptatē sed ad necessitatē ⁊ pauperū sustentationē. Ille gaudet tanq̄ non gaudeat qui inter prospera nō efferr̄ per elationē: sed hūiliter recognoscit sue infirmitatis imperfectionē. Homo angelicus est qui ab oī actu carnali abstrahit̄. iuxta illud Luce.xx. Filij huius seculi nubūt et traduntur ad nuptias. Illi aūt qui digni habebunt̄ illo seculo nec nubēt nec ducēt vxores. Equales enim angelis sunt. Ille est etiam hō angelicus q̄ cuncta inferiora despiciens solo amore dei pascitur. iuxta illud Tobi.xij. Et enim cum essem vobiscū videbar quidem manducare ⁊ bibere sed ego cibo inuisibili ⁊ puto qui ab hominibus non potest videri vtor. Homo diuin⁹ est qui totaliter est cōuersus in deū. Deus q̄dē est charitas ⁊ est ignis ⁊ est amor. Ille igitur est hō diuinus q̄ totus cōuersus est in charitatē vnde dicit Chryso. de sancto paulo. Ut enim ferrū missum in ignem totū efficitur ignis: sic paulus charitate successus totus effectus est charitas. Ille est homo diuinus qui totus feruet per ardorem dei, quem ardorē petebat August. dicēs. O amor qui semp̄ ardes et nūq̄ extingueris: Deus meus accēde me. Ille est homo diuin⁹ qui totus liquescit p̄ amorē. Cañ.v. Nūciate dilecto q̄ amore lāgueo.

¶ Secūdo in euāgelio erudimur vt operibus bonis ⁊ officijs que nobis magis cōpetunt insistamus. Non enim oīb⁹ oīa cōpetunt. Ambro. in. lib. de officijs. Sepe, q̄d vnū decet alterꝝ nō decet: aliud iuueni aptū aliud seni: aliud in periculis aliud in reb⁹ secūdis. Vñ scdm philosophū. verecūdia in iuuene est laudabilis nō in sene. Silentium etiaꝫ laudabile est in muliere magis q̄ in viro. Et timor scdm Aug, in. nobis est laudabilis quem tamen in deo ponere est blasphema reprehēsibilis. Et ideo in ista processione christi non vnus oīa faciebat: sed Alij asinā adducebāt. Alij vestimēta in via prosternebant. Alij ramos oliuaꝝ ⁊ palmaꝝ cedebāt. Alij iumēto vestimenta imponebant. Alij iubilabant. Unusquisq̄ illud officiū debet assumere ad q̄d videt se magis idoneū esse. Quidā sunt quib⁹ magis cōpetit assumere opera penitentie sicut sunt penitētes viri. De quibus Luc. iij. facite fructus dignos penitentie. Ille fructus dignos penitentie facit qui in corpore habet macerationē ⁊ in corde contritionē. Isti significātur per illos q̄ asinā ⁊ pullū ad xp̄m deducebāt. Sicut per asinā caro: sic per pullū anima designatur. Ille igitur asinā ⁊ pullum ad xp̄m adducit q̄ ⁊ carnem suā dat deo per mortificationē: ⁊ animā per contritionem. p̄s. Cor meum ⁊ ca. mea. exul. i deū vi. Tūc caro exultat q̄n puritate induitur. Tunc cor exultat q̄n gaudens cōteritur: iuxta illud Aug. Ver⁹ penitēs semp̄ doleat ⁊ d̄ dolore gaudeat. Alij sunt quibus magis competit assumere opera virtutum orationū ⁊ gratie: sicut sunt viri perfecti. Isti significantur per illos qui vestimenta sua in via sternebant. Uestimenta anime diuersorum coloꝝ, sunt varietates diuersarū virtutum. De quib⁹ dicit̄ in p̄s. Astitit regina a dextris tuis in vesti. deau. curcū. varietate. Charitas em̄ facit colorē aureū: humilitas nigrum: puritas albū: meditatio passionis christi rubeum: cōtemplatio celestiū vir idē. Ista vestimenta virtutum tunc in via sternim⁹ q̄n ea in exempluꝫ alijs prebemus, Cesa. Benedicta illa dei aīa cuius humilitas alterius cōfundit supbiā, cuius patientia proximi extinguit iracūdiā, cuius obediētia pigritiā alterius tacite increpat, cuius feruor inertiā alicui corporis suscitat, q̄ proximi sui turbatū pre ira occulū cordis gratia consolationis atq̄ edificationis illuminat. Alij sunt quibus magis competit exercitare se circa opa misericordie. Isti significātur per illos qui ramos oliue ferebant. Oliua signū est pacis. Unde romani quando pacem dabant, ramū oliue mittebant. Oleum fomentum est luminis et supereminet liquoribus vniuersis. Ex q̄b⁹ patet q̄ ipsa mīa valet homini in vita: q̄ deū sibi pacificat. Hoc significatū est Genes. viij. c. vbi columba attulit ramum oliue in signū diuine clementie. Ualet in morte quia instar lucerne viam illuminat ne aīa i tenebras cadat. Tob. iiij. Eleemosyna ab omni peccato ⁊ a morte liberat ⁊ nō

patietur animā ire i tenebras. Ualet post mortē: qr aiam in celū subleuat. Uñ dñs de mōte oliueti in celū ascendit: qr ipsa mia in celum deducit. Alij sunt quib⁹ magis cōpetit intendere circa victoriā tētationū: sicut sunt de nouo conuersi qui multas patiuntur tētationes. Et ideo opz ꝙ sint parati ne ex improuiso feriātur: ⁊ habeāt timorem dei tanq̄ scutuz, ⁊ iustitiam bonorū operū tanq̄ gladiū, Ista tria tanguntur Eccli. ij. Fili accedens ad seruitutem dei sta in iustitia ⁊ timore: ⁊ prepara aiam tuam ad tentationē. Isti assignātur ꝑ illos qui ramos palmarū ferebāt. Palma sicut dicit Isido. a fulmine nō feriri ꝑhibetur: quia tales a fulmine diabolice tētationis feriri nō possunt. Unde dr de martyrib⁹. Apo. vij. Palme i manib⁹ eoꝝ Alij sunt quibus magis cōpetit intendere circa expositiones scripturaꝝ: sicut sunt predicatores deuoti. Isti significant ꝑ apl'os qui vestimenta sua iumento imposuerunt. vnde dicit Hiero. ibidē. Uestimēta que iumento supponunt est doctrina virtutum. Uel ꝑ vestimenta discretio scripturarum intelligi potest: siue ecclesiasticorum dogmatum varietates: quib⁹ nisi anima istructa fuerit et ornata sessorē habere dñz nō merek. Isti igitur vestimenta iumento supponunt q̄ per suas exhortationes aiam erudiūt, a peccatis astrahunt, virtutibus ornant ⁊ componunt: vt sic ibi christus sedeat ⁊ quiescat. Alij sunt quibus magis competit attendere circa deuotionez orationū: sicut viri cobtemplatiui. Isti significantur per illos qui clamabāt dicentes. Osanna filio dauid. ⁊c. Ubi notatur ꝙ in nostris orationibus triplex conditio esse debet. Prima est magna desiderij intētio: quod notatur in hoc ꝙ clamabāt. Intensum enim desiderium animi est quasi magnus clamor in aurib⁹ dei. Sic dixit moysi nihil loquēti. Exod. xiiij. Quid clamas ad me? Secūda est magna spei conceptio quod notat i eo ꝙ dicit Filio dauid. Multū enim sperare debemus ꝙ nostras orōnes exaudiat: tū qr pater mīaz habuit. de quo dr. j. Macha. ij. Dauid in sua mīa cōsecutus est sedē regni in secula. Tū qr frater noster esse voluit dum de stirpe dauid carnē assumpsit. Ber. Puto meiā spernere non poterit os ex ossibus meis ⁊ caro de carne mea. Tertia est magna discretio, quod notat cū dr. Osanna i excelsis. Et est osanna ſm Remigium compositū ex corrupto ⁊ integro: quasi osi anna. i. obsecro salua. Osi eñ sonat salua. Anna est interiectio obsecrantis sicut pape admirantis. Discretio enim orantis notatur in hoc qd dicit. Osanna in exelsis. Qui enim petit salutē corporalē petit in infimis: et ideo non petit discrete. Qui autē petit celestē petit in exelsis Mat. vj. querite primum regnum dei. ¶ Tertio erudimur vt prosperitatem mundanā salubri tristitia tēperemus: qd notat ꝑ hoc ꝙ dominus tanto honori ⁊ letitie lachrymas imiscuit quando videns ciuitatē super illā fleuit. Luc. xix. Mundana enim prosperitas est sicut vinū purum quod cito inebriat ⁊ insanire facit nisi ex consideratione aduersitatis alicuius tēperet. Eccli. vij. Cor sapiēs vbi tristitia est: ⁊ cor stultorū vbi letitia. Refert Lactātiꝰ ꝙ poete tres furias esse dixerunt scz libidinem cupiditatem ⁊ irā. Sed de⁹ istis certos terminos dedit: vt homo vtatur concupiscenti ad filiorū procreationē: cupiditate ad necessarioꝝ ꝓuisionē: ⁊ ira ad subditorū correctionē. Hec iste. Ideo aūt vocant furie qr nisi reprimantur tanq̄ furiose ⁊ insane se hñt. Nālibido adeo insanit ꝙ trahit aiam ad voluptates illicitas. Sapien. ij. Uino precioso ⁊ vnguentis nos impleamus: ⁊ non pretereat nos flos tēporis. Nemo nostrū sit exors luxurie nostre. Cupiditas trahit ad rapinas ⁊ vsuras ⁊ fraudulētias. Sapien. xv. Existimauerunt lusum esse vitam nostrā ⁊ conuersationē vite compositam ad lucruz: ⁊ oportere vndecunq̄ etiam ex malo acquirere. Ira trahit ad vindictas ⁊ inimicitias ⁊ iniurias multas. Sap. ij. Opprimamus pauperem iustum ⁊ nō parcam⁹ vidue nec veterano nec reuereamur canos multi temporis: sit autē fortitudo nostra lex iustitie. Reprimende sunt igit: furie. Primā furiā. scz libidinē reprimebat qui dicebat. Tob. viij. Tu scis domine ꝙ nō luxurie causa accipio sororē meā: sz sola posteritatis dilectiōe. Ecclesi. xxv. A carnibus tuis abscinde illā ne semꝑ abutatur te. ¶ Secundā furiā: scz cupiditas

tem reprimebat apostolus qui dicebat.j. Tim.vj. Habentes alimēta ex quibus legamur his contenti simus. ¶ Tertiā furiā scz irā reprimēdā docebat Job.xxxvj. Non te superet ira vt aliquē opprimas. Prouerb.x. Fatuꝰ statim indicat irā suā: qui aūt dissimulat iniuriā calidus est. ꝛc.

¶ Sermo secundus.

Ecce rex tuus venit tibi mansuetus. Dñs nr̄ iesus xp̄s in hūc mūdum veniēs semp et vbiq; dilexit paupꝛtatē ꝛ hūilitatē: scz in natiuitate in vita in morte et post mortē. Nam in natiuitate habuit humilē ꝛ pauperem matrem, in vita pauperē societatē, in morte pauperē lectū scz crucē: q̄ adeo fuit strictus ꝙ duo pedes ibi q̄escere non potuerunt: sed vnꝰ superaliū fuit confixꝰ. Post mortē autē habuit pauperē sepulturam: quia non in proprio sed alieno sepulchro positꝰ fuit. Ita etiā nūc pauperē habuit equitaturam, scilicet asinam ꝛ pullū: ideo dicit propheta. Ecce rex tuus venit tibi mansuetꝰ. Ubi dicit quatuor in isto rege fuisse. ¶ Prīo fuit i eo sublimitas diuina cum humana infirmitate: cum dicitur: Ecce rex tuus. Fuit enim rex inq̄tū deus summus: sed tuus inq̄tum factus est homo infirmus. Ex quo habetur q̄tum descenderit: quoniam de diuina sublimitate vsq; ad humanam infirmitatem. Non em̄ descēdere magis potuit: quod inde manifestatur. Quoniam infra naturā diuinam est natura angelica. Infra naturam angelicam est natura humana. Infra naturam humanam est pena. Infra penam est culpa. Infra culpam vero nihil est quia nihil inferius peccato. Christus ergo descendit infra naturā diuinaz: quia minori seipso factus est. Philippensiū.ij. Semetip̄m exinaniuit formam serui accipiēs. Secundo descendit infra naturam angelicā: qꝛ paulo minus ab angelis minoratus: inq̄tum scilicet angeli habent naturā impassibilem: ꝛ ipse habuit passibilē. p̄s. Minuisti eum paulo minꝰ ab angelis. Tertio descendit infra naturam humanam inq̄tuz opprobrium hominū factus. p̄s Ego aūt sum vermis ꝛ nō homo. Uidebatur enim esse minor oī alio hoīe: qui sic fuit despectus: sic consputus sic deturpatus sic hūiliatꝰ. Esa e.liij. Nō est ei species neq; decor: ꝛ vidimus eū ꝛ non erat aspectus. vñ nec reputauimus eū. Quarto descēdit vsq; ad penam. Circa penam aūt triplex est gradus. Est em̄ quedā pena multū ignominiosa: sicut est suspēsio in patibulo vbi latrones puniuntur. Est quedā multū dolorosa: sicut est excoriatio quā fuit passus sanctus Bartholo. ꝛ adustio quā fuit passus sanctꝰ Laurē. Est quedā que vtrūq; habet: sicut est crucifixio. Erat ignominiosa qꝛ erat pena latronū. Et dolorosa. Tū propter neruositatē: qꝛ fit in locis neruosis ꝛ maxime sensibilibꝰ. Tū propter pōderositatē qꝛ ipsum corporis pōdus pendētis cōtinue auget dolorē. Tū ꝓpter diuturnitatem: qꝛ nō statim moriuntur sicut illi qui gladio feriuntur. Usq; ad culpā aūt non descēdit. Tū qꝛ deꝰ erat in quē pctm̄ cadere nō poterat. Tū qꝛ decebat vt nullū haberet pctm̄: q̄ nr̄a veniebat auferre pctā. ¶ Scdo fuit in eo imensa charitas cum magna nr̄a vtilitate: cū dr̄. Uenit tibi i. ad vtilitatē tuā. In hoc em̄ ostendit infinita eiꝰ charitas: qꝛ ideo ad nos venit vt ꝑ suā passionē nr̄am procuraret salutē. De q̄ charitate dr̄ Jo.xv. Maiorē hac dilectionē nemo hz vt aīam suā ponat q̄s ꝓ amicis suis. Et ponit hic vltimū signū amoris. Amor em̄ ꝑ q̄tuor signa manifestat. Primo ꝑ verba: qñ em̄ cor est plenuz amore: tunc os redūdat vel abundat in sermone. Luc.vj. Ex abūdātia cordis os loquit. Scdo ꝑ collata bñficia: ꝛ istud est maius q̄ primū. Multi em̄ bona ꝟba vel amatoria dicerent qui nō seruirent de rebus suis. Grego. Probatio dilectionis exhibitio est operis. Tertio ꝑ obsequia ꝑsonalia: ꝛ istud adhuc est maius. Multi eniz seruirent de substantie sua qui non seruirent de persona sua. Gen.xxix. Seruiuit iacob pro rachel septē annis. Quarto per aduersa, ꝛ istud est vltimū vltra qd̄ aliud non inuenitur. Multi enim darent personā suā ad seruiendū q̄ nō datēt aīam suā ad moriēdū. De isto signo dr̄.ij. Cor.xiij. Libentissime impēdar ꝛ supimpēdar ego ipse ꝓ aīabꝰ vr̄is. Ista aūt quatuor signa amoris deꝰ hūano generi ostēdit. Tpe em̄

legis ⁊ prophetarū oñdit suū amorē per verba: qꝛ tunc hoī documēta dedit per q̄ ad vitā ꝑuenire potuit. Leui.xxviij. Custodite leges meas atq; iudicia: que faciens hō viuet in eis. Baruch.iij. Beati sumus israel, qꝛ que deo placent sunt manifesta nobis. Deinde ostendit nobis amorē suuz ꝑ beneficia. Et hoc i lege: ante legē: ⁊ post legē: qꝛ oī tꝑe beneficia sua dedit scꝫ beneficia tꝑalia: corporalia: ⁊ spūalia: ⁊ ꝓmisit etiā dare celestia. Matth.vj. Nonne anima plus est q̄ esca: ⁊ corpus plus q̄ vestimentum? Querite ergo primū regnum dei. Nomine autē aīe itelligunt bona spiritualia. Noīe corporis bona corporalia. Nomine vestimēti bona tēporalia. Noīe regni dei bona celestia. Est ergo sensus. Nō sitis solliciti q̄rere nisi bona celestia: qꝛ pr̄ vr̄ q̄ vult vobis dare bona celestia dabit ⁊ spūalia: ⁊ si dabit bona spūalia dabit ⁊ corꝑalia: ⁊ si dabit bona corporalia dabit ⁊ tꝑalia. Quia qui dat maiora dabit ⁊ minora. Tandē xp̄s ad nos venit ⁊ signuz amoris qd̄ est per obseq̄a ꝑsonalia nobis ostendit qñ ꝑ trigita tres annos ꝑsonaliter nobis seruiuit: infirmos sanādo, mortuos suscitādo, demones expellēdo. Actuū.x. Qui ꝑtrāsiuit bñfaciēdo oēs oppressos a diabolo qm̄ deꝰ erat cuz illo. Ultimo oñdit signum amoris qd̄ est per aduersa: qꝛ ꝟz Ber. Pro nobis passus est dura verba. duriora verbera, ⁊ durissima crucis tormēta. ¶ Tertio in isto rege fuit mansuetudo cum benignitate: cum dicitur mansuetus. Dicitur autem mansuetus quasi manu assuetus: sicut auis domestica dicitur mansueta qꝛ ad ostensionem frusti carnium statim venit ad manum. Deus enim olim erat valde durus: quia q̄tum cunq; vocaretur, non veniebat scilicet in carnem: sed modo sic factus est mansuetus ꝙ ad modicum desiderium nostrum venit ad cor nostruz. Sapien.vj. Preoccupat qui se concupiscūt vt illis se prior ostēdat. Multi autem sunt tanq̄ aues contumaces ⁊ siluestres: qꝛ licet deus ad eos veniat bona proposita inspirando: ipsi tamen ad eum ire volunt suis inspiratiōibꝰ obediendo. Job.xxiij. Ipsi fuerunt rebelles lumini. ¶ Notandum autem ꝙ aues tribꝰ de causis ad dominos suos non reuertuntur: aut quando sunt nimis replete: aut quando sunt in deuoratione p̄de occupate: aut quando non sunt bene domesticate. Sunt aūt quidā q̄ ad xp̄m non veniunt: quia diuitijs sunt nimis repleti. Deute.xxiij. Incrassatus est dilectus ⁊ recalcitrauit. Alij q̄ spurcitijs peccatorum sunt pleni: sunt similes coruo q̄ ad arcā nō redijt: qꝛ deuorationi cadauerum se dedit: alij qui adhuc non sunt bene domesticati. Animalia autem siue aues multipliciter domesticantur. Quedā ex flagellatione vel aliena vel propria. Aliena sicut leo q̄ domesticatur qñ catulus corā eo flagellatur. Uel ꝓpria sicut catulus q̄ domesticatur qñ sepiꝰ verberat. Quedā domesticātur ex lōga cohabitatione cum hominibꝰ vel domesticis aīalibꝰ. Quedā vini sumptione: sicut pueri dant auibus vinū bibere qñ ad loquēdū volūt eas docere. Quedā ex bñficiorū ipēsione. Nō em̄ est aliqd̄ animal tam siluestre qd̄ ex beneficijs non fiat leue: ⁊ tamē aliq̄ adeo sunt siluestres ꝙ domesticari nō possunt. Nec ex cōsideratione flagellati leōis.i.xp̄i. Lu.xxiij. Si in viridi ligno hoc faciūt: i arido q̄d fiet? Nec etiā ex immissione alicuiꝰ aduersitatis. Hiere.vj. Frustra conflauit conflator: malitie enim eorum nō sunt consumpte. Nec ex longa cōuersatione cū viris sctis: imo qd̄ deterius est aliquādo bonos cōmaculāt. Ose.vj. In domo israel vidi horrēdum. Ibi fornicatione effraiz cōtaminatur israel. Nec ex potu dñici sanguinis quē xp̄s nobis dimisit ad bibēdū. Deute.xxxij. Sāguinē vue biberēt meracissimū. Nec ex assiduis bñficijs. Hie.xxxij. Feriā cum eis pactū sempiternū ⁊ non desinam eis bñfacere. ¶ Quarto i isto rege fuit humilitas cū lenitate cū dicit. Sedēs super asinā. Magna humilitas fuit ꝙ sup asinā sedere voluit talis ac tātus. Quod tribꝰ causis fecit. Primo vt superbiā prelatoꝝ multoꝝ ꝯfunderet q̄ delectant in multis magnis equis: in frenis argēteis: in sellis depictis: calcaribꝰ deauratis: ⁊ alijs pōpis. Unde post illud. Sedēs sup asinā. subditur. zacha.ix. Et dispergā quadrigam de effraim ⁊ equū de hierusalē. Ber. Ministri xp̄i sunt ⁊ seruiūt antixp̄o: honorati incedūt de bonis dñi: q̄ deo honorem

non deferūt. In his quoq; quotidie viget meretrici⁹ nitor: histrionicus habitus: regius apparat⁹: plus calcaria q̄ altaria fulgent. Idē miror de clericis q̄ aliud esse volūt ⁊ aliud videri. Habitu milites, q̄stu rustici, actu neutrū exhibēt: qr nec vt milites pugnant, nec vt rustici laborāt, nec vt clerici euāgelizāt: ⁊ dū vtrunq; appetunt vtrūq; confundūt. Scdo vt super māsuetos se quiescere demonstraret. Non enim quiescit sup dextrarios. i. supbos: nec super palefredos. i. vanigloriosos: sed sup asinā. i. animā māsuetā. Chryso. Non sedit in curru aureo preciosa purpura fulgens. Nec ascendit super feruidū equuz discordie amatorem ⁊ litis: sed sup asinā trāquillitatis ⁊ pacis amicā. Tertio vt in quo statu homo erat ostenderet: quia similis erat bestijs ⁊ iumentis. Hoc significatum est Daniel. iiij. vbi dicitur de Nabuchodonosor. Eijcient te ab hominibus: ⁊ cum bestijs atq; feris erit habitatio tua: fenum vt bos comedes. Septem quoq; tempora mutabuntur super te. Sicut autem dicitur in histo. schola. Ista non est passus secundū corporis immutationem sed secundū mentis alienationē. Et sublatus est ei sensus ⁊ vsus lingue. Et videbatur sibi q̄ esset bos siue taurus in anterioribus, in posterioribus autem leo. Daniel quoq; pro eo orabat ita q̄ septē tempora i. septē anni ad preces suas in septē menses redacti sunt. In quibus septē p quadraginta dies insaniā patiebatur: p alios vero quadraginta ad cor reuersus flebat ⁊ orabat ita q̄ ex magnis fletib⁹ oculi ei⁹ vt caro facti sunt. Multi autē ad eum exibant ⁊ eum videbant. Cōpletis autē septē mensib⁹ reuocat⁹ est. Noluit eñ statim regnare sed vsq; ad septem annos penitentiam egit: panē ⁊ carnes non comedēs et vinū non bibēs. Ex hac historia quatuor eliciuntur. Primo qualis est homo in statu peccati qr similis bestijs. ps. Homo cū in honore esset non intellexit: comparat⁹ est iumentis insipiētibus ⁊ similis factus est illis. Ber. Ecce quomodo de grege bestiarū facta est nobis creatura: puto iumēta dicerent si loqui fas esset. Ecce adā q̄si vnus ex nobis fact⁹ est. Secūdo que sint illa peccata que animam assimilant bestijs: que quidem sunt luxuria ⁊ ferocitas nimia. hoc significatur ex eo q̄ sibi videbatur q̄ esset bos siue taurus in anterioribus ⁊ leo in posterioribus. Nam in tauro feruens luxuria: in leone effrenata superbia significatur. Tertio quilibet homo debet esse in statu penitentie: qr debet orationibus ⁊ fletibus insistere: ⁊ aliorū sanctorum suffragia implorare. Que quante virtutis sint patet: qr Daniel per suas orationes septem annos mutauit in septē menses. Jaco. vlt. Multū eñ valet deprecatio iusti assidua. Quarto qualiter homo se debeat habere post peractā penitētiā: qr scz debet semper timere ⁊ vsq; ad mortē i bonis operibus pseuerare. Eccli. v. de propitiatu pctōrū: noli esse sine metu. Eiusdē xviij. Ne vercaris vsq; ad mortē iustificari: qm̄ merces dei manet in eternum. ⁊c.

¶ Sermo. iij.

Plurima autē turba strauerūt vestimenta sua in via ⁊c. Maiorē semp in vita sua xp̄s familiaritatē habuit cū pauperib⁹ humilib⁹ ⁊ simplicib⁹: q̄ cū diuitibus potētibus ⁊ sapientibus. Imo de oībus diuitibus non habuit aliquē amicū nisi vnum solū: scz zacheū: de quo habet Luce. xix. Et de oib⁹ potētibus nisi vnū solū: scz cēturionē. de quo habet Mar. viij. ⁊ d oib⁹ sapiētib⁹ nisi vnū solū: scz nicodemū: de quo habetur Joh. iij. Hinc eo q̄ hodierna die quādo diuites potētes ⁊ sapiētes: scz scribe ⁊ pharisei mortē xp̄i tractabāt: tūc paupes humiles et simplices. i. turbe christum honorabant ⁊ ipsum processionaliter in hierusalē deducebāt. ¶ Notandū aūt q̄ i hac die triplex pcessio celebratur. ¶ Prima est qua xp̄s de mōte oliueti vsq; i hierusalē honorabiliter fuit associatus. De qua processione agitur in euāgelio hodierno. In qua pcessione sm̄ Bern. triplex obsequiū xp̄o fuit exhibitū. Primū a iumēto cui insedit. Scdm ab his q̄ vestimēta i via psternebāt. Tertiū ab his q̄ ramos de arboribus cedebāt. Possum⁹ etiā addere quartū q̄ d fuit exhibitū a pueris qui eū laudabāt. Per ista igit̄ significatur q̄ debemus deo seruire ⁊ obsequiū exhi-

dere de oib⁹ q̄ in nobis vel circa nos sūt. Primo de vocib⁹ nostris vt sez deū laudemus. Istud designatur in pueris qui xp̄m laudabāt. Et istud obsequiū ē deo valde acceptū. ps. Sacrificiū laudis honorabit me. Dz aūt ista laudatio fieri corde ore et opere. Aug. in lib. homel. Qui nō prevalet laudare vocibus, laudet bonis operibus: bonis orationibus: bonis cogitationibus. Sūt autē quidā qui laudāt ore: sz nō corde. Matt. xv. Popul⁹ hic labijs me honorat: cor autē eorū lōge est a me. Alij sunt q̄ laudāt ore: sed nō opere. Aug. vbi supra. Si male vivis et bona dicis nō me laudas: si loqueris bene vivere et meritis tuis tribuis nō me laudas. Rursus si fueris quasi influs: et de iustitia tua inflatus incesseris, et alios in tui cōparatione contēpseris: non me laudas. Scōo debemus servire deo de reb⁹ nostris: vt sez mie opera faciamus et ostēdamus: qđ significatur in illis q̄ ramos olivarū ferebāt. per oliuā em̄ mia significatur q̄ sex ramos hz: qr sex mie opera cōtinet q̄ sunt vestio: potor: cibo: rectum do: visito: soluo. Quot g̃ mie opera facim⁹ q̄si tot ramos de hac arbore incidimus. Quilibet autē ramus huius arboris deū ad miam inclinat. Matt. xv. Bti misericordes qm̄ ipsi miaz ꝓsequēt. Tertio debemus deo servire de exemplis nostris vt bona exempla proximis p̄beamus. Istud significat i illis q̄ sua vestimēta in via prosternebāt. Vestimēta aūt alie sunt ipsa bona opera. Apoc. xvj. Beat⁹ q̄ vigilat et custodit vestimēta sua ne nudus ambulet. Illi igit vestimēta sua i via sternūt q̄ p bona sua opera exēplū bene vivē di proximis tribuunt. Sunt quidā q̄ ista vestimēta nolunt in via sternere: sed semper in dorso tenere: nolentes aliqua bōa opera plusq̄ alij facere timentes inanis glorie notam incurrere. Cū tamen dicat Matth. v. Sic luceat lux vestra coraz hominibus. ꝛc. Augustī. Si times peccatores non habebis imitatores. Debēt igit et interius tenere synceram intentionē: et exterius bona opera ostēdere ad edificationem. Bernar. Sic sit opus in publico vt tamē intētio remaneat in occulto. Alij sunt qui nō sternūt vestimēta sua sed alie aliqui seruz habent mala opera sz bona verba. De quib⁹ dicitur Mat. xxiij. Quecunq; dixerint vobis servate et facite: sm opera eorum nolite facere. Alij sunt qui nō ponūt i via vestimēta sua sed laqos et retia: sicut plati q̄ habēt malā vitā et periculosam doctrinam: qui sunt alijs in scandalum et ruinam. O sec. v. Laqueus facti estis speculatiōi et rete expansū. ꝛc. Quarto debem⁹ servire deo de cordib⁹ nostris vt sez corda viridia et floruida semp geramus: quod significatur in illis qui ramos palmarū ferebant. Palma em̄ floret in vere: autūno: estate: et hyeme. Per ver significatur inuētus vbi omnia florēt. per autumnum senectus vbi folia cadunt. p estatem prosperitas. per hyemē aduersitas. Illi igitur sunt sicut palma quorū cor nūq̄ arescit: sed semper viret, et in inuētute p feruorem: et in senectute per perseuerātie vigorem: et inter prospera p tēperātiā: et inter aduersa per patientiā. ps. Justus et pal. flore. ꝛc. Quinto debemus servire deo de corporib⁹ nostris: vt sez christū in corpore nostro p mortificationē portemus. Isti tales significātur per iumētū cui xp̄s insedit: qui dicūt cum propheta. Ut iumētum factus sum apud te. De talibus dicitur. j. Cor. v. c. Glorificate et portate dñm in corpore vestro. Col. iij. Mortificate mēbra vestra que sunt super terram. Non dixit vivificate vel occidite: sed mortificate. Illi vivificāt qui corpus suum in deliciis nutriunt et in membris suis vitia regnare permittunt. De quibus dicit. j. Timot. v. Vidua que in deliciis est viuens mortua est. Illi occidunt qui pre nimia abstinentia sic se debilitant q̄ cum vitijs naturam necant. Ideo monet apostol⁹ ibidez. Noli adhuc aquā bibere: sz modico vino vtere propter stomachum et frequentes tuas infirmitates. Illi mortificant qui naturaz nutriunt et vitia extinguunt. De quib⁹ dicitur Roma. xij. Exhibeatis corpora vestra hostiā viuentem. Dze. Hostia immolat et vina ē qñ ab hac vita hō nō deficit et ih se carnalibus desideriis occidit. ¶ Secūda processio fuit qua a hierusalē vsq; ad caluarie locum ignominiose est deducta: de qua legitur in passiōe que hodie l⁹ missa recitatur. Ab ista processione quidam recesserunt sed postea redierūt: licet apo

stoli, qui relicto eo fugerunt: et fidem amiserunt. Sed postmodum fidem recuperãtes redierunt ad christũ. Quidam recesserunt ⁊ nunq̃ redierunt: sicut iudas qui abiens laqueo se suspendit. Quidam nunq̃ recesserunt sicut virgo beata et cetere mulieres que iuxta crucez iesu semp̃ steterũt. Sed cũ prima processio fuerit magne letitie, ⁊ ista sit magne tristitie. quare ecclesia vtrũq̃ cõiungit: scz letitiã ⁊ tristitiam: legẽs euãgeliũ qd̃ est tãti gaudij ⁊ honoris: ⁊ passionem que fuit tanti ludibrij et doloris? Potest dici ꝙ hoc fit tribus de causis. Prima est vt ostendatur quanta in voluntate humana ⁊ dignitate mundana sit instabilitas ⁊ breuitas. Ber. Ab eodez populo ⁊ in eodẽ loco ⁊ eodẽ tẽpore paucis diebus interpositis: primo cum tanto triumpho susceptus: ⁊ postea crucifixus est. O q̃ dissimile est: tolle tolle crucifige eũ ⁊ benedict⁹ q̃ venit in nomine domini. O q̃ dissimile est: rex israel ⁊ nõ habem⁹ regem nisi cesarẽ. Quã dissimile est rami virentes ⁊ crux: flores et spine. Cui ꝓsternebãtur vestimẽta aliena: ecce exuit ꝓprijs ⁊ sors mittitur super ea. Cui dixerũt. osanna id est salua obsecro: tunc dixerũt alios saluos fecit, seipsum saluum facere nõ potest. Secunda est vt ostẽdatur ꝙ tẽperanda est mundana prosperitas: meditatione scilicet mortis vel alicuius aduersitatis de facili contingentis. Ideo em̃ nimia prosperitas salomonẽ infatuauit qꝛ ipsã tẽperare nesciuit. Istã ꝓsp̃itatẽ et mũdanã letitiã hodie xp̃s ⁊ ecclesia tẽperauit. Christus dupliciter. Primo ĩ hoc qꝛ honorẽ sibi exhibitũ in tãta humilitate suscepit qñ nõ super palefredum sed super asinã sedere voluit. Scdo in hoc ꝙ tanto honori lachrymas admiscuit dum sup̃ hierusalẽ fleuit: vt habetur Luce. xix. Ecclesia etiam mundanam prosperitatem tẽperãdam docet dum letitie processionis adiungit tristitiam passionis. Ber. Optime processioni passio est coniuncta vt discamus in nulla letitia huius seculi fiduciam habere: scientes quia extrema gaudij luctus occupat. Tertia est vt ostendat quãta in his qui honorem appetunt sit fatuitas. Fatu⁹ enim esset qui cum honore ad mortem deduci vellet. Fugit christus in vita honorem regium: vt habetur Johã. vj. nũc autem ad mortem vadens suscipit honorẽ impensum: vt ostendat ꝙ cũ hec vita quidaz sit cursus ad mortem: tale est in vita hac honorem appetere quale esset ad mortẽ cum honore velle properare. Grego. Qui presenti suauitate capitur quasi per amena prata ad interitum ducitur Mors igitur aduenientes ostẽdit fatuitatem esse, in hac vita prosperitatem vel honores querere. Fatuum enim est tot diuitias cõgregare cũ nõ possit homo secũ nisi saccum et cilicium portare. Job. xvj. Saccum consui super cutẽ meam. ⁊c. Fatuum est corpus in delicijs enutrire quod postmodũ vermes in cibũ debẽt habere. Eiusdẽ. xvij. Putredini dixi pater me⁹ es, mater mea ⁊ soror mea verm b⁹. Fatuum sup̃ alios velle exaltari quẽ ĩ breui cõtingit a bestijs conculcari. Eccl̃i. x. Qñ enim morietur homo: hereditabit bestias serpẽtes ⁊ vermes. ¶ Tertia processio est quã hodie facit ecclesia: in qua plura notatur mysteria. Primũ est qꝛ ordinate debẽt incedere. Si em̃ aliquis subsisteret vl̃ retro rediret: vel nimis curreret, ꝓcessionẽ turbare. Subsistũt tepidi ⁊ negligẽtes. Apocal. iij. Utinã frigidus esses aut calidus: sed quia tepidus es. ⁊c. Retro redeũt recidiuantes. Luc. ix. Nemo mittens manũ suã ad aratrũ ⁊ respiciens retro. ⁊c. Currunt presumẽtes. Prouer. xiij. Substãtia festinata minuetur. ⁊c. Secundum est quia cito rami oliuarum ⁊ palmarũ vbi haberi possunt debent deferri: per oliuam misericordia designatur. Amb. in lib. sermonũ. Sine causa ramum oliue portat q̃ opera misericordie nõ amat. Per palpam significat victoria. Tum qꝛ arbor illa dedicata erat marti. Tum qꝛ victores inde coronabantur. Ambro. vbi supra. Sine vtilitate palmam portat quez diabolus decipiẽdo superat. Tertium est qꝛ cruces portãtur ⁊ campane pulsantur. Ut demones videant vexilla dei ⁊ audiãt tubas dei: ⁊ sic territi fugiant. Propter hanc causam pulsantur campane ⁊ cruces exaltãtur quando tempestates concitantur. Quartuz est quia versiculi clausis ianuis decantãtur. Quod fit duplici de causa. Quarum vna est literalis ex eo ꝙ fuerunt a clauso pri-

mitus decantati. Theodulphus enim aurelianensis episcopus false apud Ludouicū imperatorem ab inuidis accusatus. ab ipso est i custodia andegauis mācipatus: qui in ramis palmarū illos versus a se editos p̄sente imperatore ⁊ processione clausus in carcere: aperta tamen fenestra decantauit. Qui in tātum imperatori placuerunt ꝙ mox a vinculis ipsum absoluit. Secunda ratio est mystica. Tēp⁹ em̄ illud signat tempus veteris testamenti in q̄ adhuc ianua regni celestis clausa erat et velamen legalium adhuc positū erat: sz in parasceue et ianua fuit aperta quantū ad precij solutionē, et velamina remota quātū ad mysteriorꝝ expositionem. Et tūc iō versus agyos i aperto decātant ⁊ cortine q̄ velabāt altare penit⁹ remouēt.

¶ In die sancto pasche. Sermo primus.

Maria magdelene ⁊ Maria Jacobi et salome emerunt aromata ⁊c. Mar. vlt. Pauci sunt q̄ amicum diligāt in vita: q̄a fere oēs amicum diligunt propter sua nō propter se. Eccl. vj. Est amicus socius mense ⁊ non permanebit in die necessitatis. Pauciores qui diligant in morte: imo sepe filij parentibus aduersantur: qñ in morte volūt aliqua ordinare. Paucissimi qui diligāt post mortem: qr post modicū tēpus amici obliuiscuntur. p̄s. Obliuioni datus sum tanq̄ mortuus a corde. Iste autē sancte mulieres xp̄m dilexerunt in vita: qr seq̄bant eū predicātē. Luc. viij. Seq̄bat eū maria magdalena ⁊ Johāna vxor Chuze procuratoris herodis et alie multe q̄ ministrabāt ei de facultatibus suis. Dilexerūt in morte: qr sociauerūt se ei in cruce pēdēti. Joh. xix. Stabat iuxta crucē Jesu mater eius. ⁊c. Dilexerūt post mortez: iō vnguēta parauerūt vt corp⁹ eius inungerēt. Et hoc est quod Maria magdalena ⁊ Jacobi et Salome. ⁊c. In hoc igitur euāgelio de trib⁹ fit mentio. ¶ Primo de sanctarū mulierū deuotiōe. Quarū deuotio ostendit quantum ad tria. Primo quātum ad numerum personarū. Describuntur eniz tres: scilicet Maria magdalena ⁊ Maria mater Jacobi: scilicet minoris: ⁊ Maria filia Salome. Prima xp̄o nihil attinebat nisi fide ⁊ deuotione. Due sequentes erant eius matertere. Unde dicit. Ex Joachim Cleopha Salome tres Anna marias Quas habuit iunxit Joseph Alpheo zebedeo Uni⁹ hec mater, hec quatuor, illa duorū. Juncta enim Joseph. s. beata virgo fuit mater vnius: scz xp̄i. Jūcta alpheo fuit mater quatuor. s. Jacobi minoris Simonis Jude ⁊ Joseph. Juncta zebedeo fuit mater duorū: scz Jacobi maioris ⁊ Johānis euāgeliste. Scdo ostēditur earū deuotio quātū ad opus deuotum: cum dicit. Emerūt aromata. i. vnguēta aromatica. Cōsuetudo em̄ erat iudeorꝝ vngere corpora mortuorū vt cōseruarent a fetore: ab incineratione: ⁊ a vermiū corrosiōe. Sed ille mulieres erāt decepte qr cū corp⁹ xp̄i deitate esset imbalsamatū: si per mille annos in terra iacuisset non potuisset putrefieri nec incinerari nec inde vermes generari. p̄s. Nō dabis sanctum tuū videre cor. Tertio ostēditur earū deuotio quātū ad opus festiuū: cū dr. Et valde mane. Sed si erat valde mane quō iaz ort⁹ erat sol? Dicēdū ꝙ ille mulieres in ciuitate habitabāt: sepulchrū autē extra ciuitatem erat. Valde mane venerūt. i. venire inceperūt: sed iā ort⁹ erat sol qñ peruenerūt. Uel sol dupliciter dr ortus: vel quātū ad fulgorē, suū q̄ dr aurora, vel quātū ad sperā suā. Primo modo ort⁹ erat sol. Unde dicit Aug. Orto iā sole. i. cū celū ab orientis parte iaz albesceret. Uel nomine solis xp̄s intelligitur: q̄ dupliciter fuit ort⁹ scz de matris vtero p̄ natiuitatē penosā: ⁊ de sepulchro per resurrectionē gloriosā. Est ergo sensus, valde mane veniūt: sed tñ verus sol xp̄s qui prius fuerat ort⁹ natiuitate carnali: iam erat ort⁹ natiuitate celesti. Qd aūt dicit vna sabbatorū intelligēduz est prima die sabbati: qui nunc dñica. dr. Dies em̄ aliter a iudeis: aliter a romanis, aliter nolant ab ecclia. Judei el nomināt ipsos a sabbato dicentes. prima sabbati. scda sabbati. et sic de alijs. Et hoc ꝓpter reuerentiam sabbati in quo deus requieuit: in quo opera sua perfecit: ⁊ qd pre oibus santificauit. Romani nominant dies a planetis ⁊ maxime ab illo qui prime hore diei dominatur. Et qr sol dominatur

prime hore diei dominice: ideo illum diez vocabāt diē solis. ⁊ sic de alijs. Diē autē sabbati vocabāt diē saturni: qꝛ prime hore illius diei dñatur saturnꝰ. Eccl̄ia noiat dies a ferijs dicēs. Feria scd̄a. Feria tertia, ⁊ sic de alijs. Et est idē feria qd̄ cessatio. Uñ antiq̄ diē solēnē feriā appellabāt: qꝛ ab opere seruili cessabāt. Uel d̄r feria a feriēdis victimis: qꝛ in diebꝰ festinis sacrificia offerebāt. Modo autē eccl̄ia omnem diē appellat feriā: qꝛ omni tp̄e a vitijs est cessādū. Uel d̄r feria a fieri: qꝛ oēs dies facti sūt ꝑ fiat ⁊ factum est. p̄s. Dixit ⁊ facta sunt. Geñ. j. Fiat lux ⁊ facta est lux, et factū est vespere. ⁊c. Sed q̄re btā virgo cuz istis mulieribꝰ ad monumētū nō venit? Dici pōt ꝙ triplici de causa. Prima est qꝛ nō potuisset sustinere videre sepulchrum filij quin gladiꝰ doloris aīaz eiꝰ ꝑforasset. Secūda est qꝛ i parasceue ⁊ sabbato tātuz se macerauerat ⁊ fleuerat ꝙ pre nimia debilitate sustinere se nō valebat. Uñ s̄m Ber. Oportuit ꝙ de loco passionis inter manꝰ discipulorū tanq̄ semiuiua ad domū propriā deferretur. Augu. Illa q̄ppe pia mater ī mani dolore eiulās ⁊ pectora delicata cōtūdēs: ita ipsa viscera oīa fatigauerat ⁊ mēbra vt iā sēsu deficiēs vix ꝑuenire potuisset ad xp̄i funꝰ. Tertia ē qꝛ sciebat ꝙ xp̄s resurrexerat ⁊ ꝙ ī monumēto corpus nō erat. Et pie credēdū est ꝙ añ oēs sibi iā appuerat qd̄ tripliciter ostēdi pōt. Prio ꝑ autoritatē. Seduliꝰ eī agēs d̄ xp̄i apparitiōe dicit. Sēper virgo manēs huius se visibꝰ astans. Luce palam dominꝰ prius obtulit. Secūdo per romane eccl̄ie approbatam cōsuetudinem. Sūmus em̄ pontifex in die pasche ad sanctam mariā maiorem: primam facit stationem: ꝑ hoc innuens beate marie primam factam fuisse apparitionē. Tertio per quādā moralē rationē: xp̄s em̄ p̄cepit. honora patrē tuū ⁊ matrem tuam. Sed qualis honor eēt, si aliquis de vltra mare veniens ꝑsonas extraneas p̄mo visitaret: ⁊ matrē de sua absentia desolotā vltio visitādā accederet? Si xp̄s matrē nō mlt̄ū honorasset, si priꝰ alios de sua resurrectione letificasset ⁊ iā dē matri desolate apparuisset. ¶ Scd̄o fit mentio de monumenti clausione ⁊ apertione cum dicitur. Quis reuoluet nobis lapidē. ⁊c. Monumentū enim tripliciter clausum erat. scz grandis lapidis ad ostiū ad uolutiōe, sigilli appositione, ⁊ militum deputatione. Et ideo mulieres nō sperabāt se posse intrare: quia et lapidē tam grandē remouere nō possent: et milites eas fugarent: et sigillū p̄sidis frangere nō auderēt. Xp̄s aūt q̄ exiuit de clauso vtero matris et qui intrauit ad discipulos ianuis clausis: ipse d̄ sepulchro exiuit saluis sigillis. Dicitur ī historia scholastica ꝙ anno dñi. M.cxx. cuidam monacho sancti Laurentij extra muros mirant de cingulo suo de quo cinctus erat, insoluto et proiecto ante eū, vox ī aere facta ē. Sic potuit christus clauso ꝓdire sepulchro. ¶ Tertio fit mētio d̄ angelica visione cū dicitur. Uiderunt iuuenem. ⁊c. Qui describitur quātuz ad quatuor. Primo quantum ad sitū cum dicitur. Sedentem in dextris. Gregorius. Quid per sinistram nisi vita presens, q̄d per dexteram nisi vita perpetua designatur? Quia ergo redemptor noster iam p̄sentis vite corruptionem trāsierat: recte angelus qui nunciare eius perennem vitā venerat, in dextera sedebet. Scd̄o quātū ad habitum. cum dicitur. Coopertum stola candida. Seuerinus. Stola ista nō est ex mortali vellere: sed ex vitali virtute: splendens celesti lumine non terreno colore: dicēte propheta. Amictus lumine sicut vestimento. Et de iustis d̄r. Tunc iusti fulgebūt sicut sol. Gre. Stola candida cooperꝰ apparuit: qꝛ festiuitatis nostre gaudia nunciauit. Cādor em̄ vestis splēdorē denūciat nr̄e festiuitatis. Matthe⁹ aūt dicit ꝙ aspectus eiꝰ erat sicut fulgur: et vestimenta eius sicut nix. Fulgur est de celo, nix de terra. Per quod datur intelligi: ꝙ in xp̄i resurrectione terrenis celestia sunt cōiuncta. Scd̄m aūt Gre. In fulgure terror timoris est: in niue blandimentū cādoris. per qd̄ datur intelligi ꝙ xp̄s ī iudicio terribilis erit peccatoribus: et blandꝰ iustis. Tertio quātū ad etatē cū dicit̄. Uiderūt iuuenem ad innuendū ꝙ oēs in etate iuuenili resurgemus. Seuerinꝰ. Uiderūt iuuenē vt cernerent nostre resurrectionis etatem: qꝛ nescit resurrectio senectutem: et vbi nasci ⁊ mori nescit̄, ibi etas nec admittit detrimēta nec indiget incrementis.

Unde inuenę nō senem, non infantem sed iocundam viderunt etatę. quarta quantū ad locutionem. Allocutus est em̄ mulieres tripliciter Nam primo eas confortauit dicens nolite expauescere. Sicut dicitur. ij. Chorinth. xj. Sathanas trāsfigurat se in angelum lucis. In hoc tamē bonus angelus a malo discernitur: quia bonus angelus in principio terret ex suo fulgore: in medio confortat ex sua allocutiōe: in fine letificat ex sua iucunda visione. Propriū vero mali angeli est, in principio ex sua apparitione terrere multum: in medio ex sua allocutione terrere magis: in fine ex sua horribilitate & visione terrere maxime. Scō ipsas confortatas & de resurrectiōe certificatas a dapostolos destinauit dicēs. Ite, dicite discipulis eius & petro &c. Petrum aūt solūmodo nominauit triplici de causa. Una assignat Greg. dicēs. Petrū vocat ex nomine ne desperet ex negatiōe. Si em̄ nominatim eum non exprimeret qui magistrum negauerat, venire inter discipulos non auderet. Alia ratio est Ideo specialiter ōt petro: qz indignū se iudicabat discipulatu dū ter negauit magistrū: sz pctā nō nocent que nō placent. Scōa causa est vt angelus sibi tanq̄ summo pontifici deferret. Si em̄ quis pape & collegio cardinalū literas mitteret: papā notatim exprimeret cardinales in generali proferret: Angel⁹ igitur notatim exp̄ssit petrū tanq̄ pōtificē sūmū. Discipulos aūt gñaliter tanq̄ collegiū. Tertia cā est: qz petr⁹ interētat agnoscēs: pqō dat intelligi q illi xp̄m inuenīt qui deū & se veraciter agnouerūt. Tertio christi apparitionē & visionem per eas apostolis predix & cū ait. Precedet vos in galileā. Apparitio aūt facta in galilea, iz fuerit occulta: tñ ꝓpter mysteriū spāliter nominat. Galilea vero interpretat trāsmigratio. Xp̄s dū esset in hac vita mortali triplicē defectū patiebat. Unū quātū ad corpus scz mortalitatē: aliū ōtū ad animā. s. passibilitatē: tertiū quantū ad vtrūq; scz multiplicē miseriā & penalitatē: sz in resurrectiōe facta est trāsmigratio. Si quidem transmigrauit corpus de mortalitate ad immortalitatē. Alia de passibilitate ad impassibilitatē. Corp⁹ & anima de miseria et penalitate ad eternam gloie felicitatem. De his tribus dicit Leo papa Post passionem christi ruptis vinculis mortis infirmitas in virtutem, mortalitas in eternitatem, & contumelia transiuit in gloriam. &c.

¶ Sermo secundus.

IEsum queritis nazarenū crucifixum, surrexit nō est hic. Christus in vita sua nobilem societatez habuit scz apostolos & quasdā sanctas mulieres. Quo rū aūt tēpore passionis quidā ab eo recesserunt: & quantū ad corporalē associationem: & quātū ad fidē: & quantū ad amorez sicut iudas. Alij quantum ad corporalem associationem & fidē: sed non quantū ad amorez sicut ceteri apostoli: qui eo relicto fugerunt et fidem perdiderunt sed non amorem. Alij ōtum ad fidē sed nō ad associationem nec amorem: sicut sancte mulieres: que iuxta crucem stabant & ipsum etiaz defunctum amabant. Virgo aūt dā filiorū quam recessit nec quoad associationem: quia iuxta crucē immobilis stetit. nec quoad fidē qz ipsam retinuit. nec quo ad amorē: quia ipsum perpetuo amore dilexit. Istud representat in quindecim candelis q̄ in matutinis alternatim exstinguūtur. Et rep̄sentat duodecim apl̄os & tres marias, qui omnes in passione christi quo ad lumen fidei fuerunt extincti. Una tamē candela seruatur inextincta que representat virginem mariam in qua lux fidei non quam fuit extincta. Quānis aūt mulieres iste fidem amisissent, propter amorē tamē & deuotionem ipsum querebant & corpus eius vngere volebant. Ideo dixit eis angelus. Jesum queritis nazarenū. &c. In q̄bus verbis tria ostendūtur. ¶ Prio q̄ in mulieribꝰ fuit magna studiositas cū dicit. Jesum queritis. Circa quod tria sunt videnda. Primo quare pre ceteris mulieribꝰ iste sole venerūt. Et dicendū q̄ ꝓpter multa beneficia ille christo pius ceteris tenebātur. Nam de magdalena septem demonia ejecti martham sororem suam a fluxu sanguinis liberauit: fratrē suū lazaꝝ quatriduanū suscitauit: & semper dulciter excusauit scz apud pharisēum q̄ dicebat eam immundam et apud sororem que dicebat ipsam otiosam: & apud iudam q̄ dicebat eā pros

dignā. Scōa maria. ſ. mater iacobi mino-
ris et matris tenebatur. Tum quia nepos
ſuus erat. Tū qz tres filios ſuos. ſ. iacobū
ſimonem ⁊ iudā: cardinales ideo apoſto-
los fecerat. Tertia ſez filia ſalome eiſimili
ter multaz tenebatur. Tū quia nepos ſu⁹
erat tū qz duos filios ſuos. ſ. iacobū ⁊ io
hannem apoſtos fecerat. Scōo videndum
eſt quare in ſil̄ tres venerunt. Et dicendū
qꝙ propter quatuor cās. ꝓmo ꝓpter malo
rē teſtimonij firmitatē, vt in ore duorum
vel trium teſtium ſtet oē verbū. Scōo p
pter decētiā ⁊ honeſtatē. Decet em̄ matro
nas ire bene aſſociatas. Tertio ꝓpter
myſticā ſignificationē: vt ex hoc deꝫ intel-
ligi qꝙ illi ad chriſtū venīt qui habēt fidē
charitatē ⁊ bona opa. Quarto propter cō
mēdandam coniugationē. Tuti⁹ eſt enim
ſeruire deo in ſocietate bona, qm̄ in ſingula
ritate. Eccl. iiij. Melius eſt duos ſimul eſ
ſe qꝫ vnū. ⁊c. Tales. em̄ merito ſocietatis
ai: quando liberantur a malo culpe perpe
trate. Ideo ſubditur. Si vnus ceciderit,
ab alio tuicietur. Aliquādo a malo culpe
perpetrande. Ideo ſubditur. Si quiſqꝫ ꝑ
naluerit aduerſus ali⁹, duo reſiſtēt ei. Alī
quando multo ſe accendunt in amorē dei.
Ideo ſubdit. Si dormierint duo: foueb un
tur mutuo. Unus quomodo caleſiet? Ali
quando protegūtur a tēptationibus diabo
li vñ 6⁹. Eccl. iiij. Funiculus triplex diffi
cile rūpitur. Diabolus em̄ nō poteſt rūpe
re ſenios dei inſimul congregatos qm̄ nō po
teſt inuadere niſi ſolos. Iuxta illō. ſ. Reg.
xvij. Eligite vobis virum ⁊ deſcendat ad
ſingulare certamen. Tertio videndum eſt
propter quid venerunt: vt ſcilicet vngerēt
eius corpus iam prius magdalena vnxe-
rat caput eius: vt habetur Luce. vij. Unxe
rat pedes eius: vt habetur Matthei. xxvj.
Modo ipſa cū aliis volebat vngere corꝓ
pus eius per que ſignificatur triplex vn
guentum ſpirituale quod diſtinguit Ber-
nardus ſuper. Cañ. ſ. cōtrictiōis, deuotio
nis, ⁊ compaſſionis. Species vnguenti cō
tritionis (vt idem dicit) ſunt peccata ꝓ
pria: ſpecies vnguenti deuotiōis ſunt dei
beneficia, ſpecies vnguenti compaſſionis
ſunt proximorum calamitates et irro ga-
ta ſupplicia. Tunc igitur cum magdale-
na pedes Chriſti vngimus, ⁊ lachrymas
fundimus cum dei peccatis noſtris doles
mus. Tunc caput inungimus, quando de
eius bñficijs ſibi gratias exhibemus. Gra
tiaꝝ em̄ actio ipſa letificat: et quodāmodo
impingnat. ꝑs. Impinguaſti in oleo caput
meū. Tūc corꝓus eius mortuū inungim⁹:
quādo afflictos ⁊ pene mortuos oleo cō
paſſiōis mie delinimus. Secūdo in xp̄o
fuit feſtina ioc̄ditas cum dicit. Nazare
nū: qui interpretatur floridus. In ſua em̄
reſurrectione omnia floreut et gaudent.
Iuxta illud dies venit magna in qua re-
floreut oia. Gauiſe ſunt omnes creature
ſcilicet ſuperiores ſicut ſol qui maiori luce
reſplēdut. Maxim⁹. In reſurrectiōe chriſ
ti elementa omnia gloriantur: nam et ſo
les ipſum arbitror in hac die ſolito clario
rem. Neceſſe enim eſt vt ſol in eius reſurꝛ
rectione gaudeat: qui in eius paſſione cō-
doluit. Qm̄ autē tūc ſol maiorem qꝫ vnq̄
habuit paſſus eſt obſcuritatē ⁊ ſignū triſti
tie (qz creditur qꝙ tūc fuerit vltꝫ eclypſis)
ideo nunc maiorē deberet recipere claritā
tem in ſignū letitie. Scōo gauiſe ſunt creꝛ
ture inferiores. i. patres qui erant in limꝛ
bo. Valde gauderet qꝺ ſi de carcere ſarꝛ
cenorum eu⁹deret. Multū igit gauiſi fue
runt quādo fuerunt educti de carcere tene
broſo vbi diuina viſione carebāt. De car
cere horrēdo vbi demonū ſocietatē habe
bāt. De carcere ignominioſo: qz ſub terra
in lacu iacebant. De carcere tā lōgo quia
per multa milia annorum ibi remāſerant.
Eſaie. xxxv. Gaudiū ⁊ letitiam obtinebūt
et fugiet dolor et gemitus. Habuerūt em̄
gaudium: quia aſſecuti ſunt diuine viſiō. ⁊
aſpectū, Habuerunt letitiā: qz euaſerūt tā
horribile ꝓcultū. Fugit ab eis dolor quē
habebāt ꝓpter locū tā ignominioſum
⁊ gemitus quem habebāt ꝓpter carcerez
H diuturnū. Si aūt querat vbi ſcil de ins
ferno educti fuerūt vſq ad aſcēſionē dñi
ipſe deus nouit qui eos eduxit. Uel dicit
qꝙ cū dño fuerūt in extremis maris. i. ſup
amꝑiſſimos fines orbis. Uel forte fuerūt
in paradiſo terreſtri: vbi em̄ nunc enoch et
helias. Tertio gauiſe ſunt creature mes
die. i holes. holz aūt quidā erāt ꝓcreti. i.
mortui. Iſtis fuit reſurrectio in viuificatio
nē. Matth. xxvij. Multa ſcōrū corꝓora q̄
dormierāt ſurrexerunt. Alij erāt ꝓſentes

et viui. Istis fuit in iustificationem. Rom. iiij. Traditus est propter delicta nra, et resurrexit propter iustificationē nram. Alij sunt futuri et nascituri. Istis fuit ad illuminationem. Johā. j. Illuminat omnem hominez veniētem in hunc mundū. Maximus in sermone de resurrectiōe. Letemur in hac die que et viuos circūfulget, et mortuos viuificat, et vēturos illumiat. Cōiungit autem angelus ista duo noia, scz nazarenū et crucifixum: ad innuēdum quod qui vult florere in gloria, crucifigat se in penitentia. Filij em̄ isrl agnū cū lactucis agrestibus comederūt: et discipuli xp̄o piscē assū cū fauo mellis dederunt: et magi xp̄m cū maria inuenerunt. Qui em̄ vult peruenire ad esum agni celestis: assumat lactucas amare contritiōis. Qui vult perfrui dulcedine, asset igne penitētie. Qui inuenire iesū vult in glia, habeat secū penitētiā amarā. ¶ Tertio ponit resurgētis felicitas cū dicitur. Surrexit: non est hic. Non erat em̄ ibi tanq̄ mortuus qr iā resurrexerat gloriosus. Notādū autē quod eius resurrectio est figura nre resurrectiōis spiritualis: qr sicut xp̄s velociter resurrexit. sic et nos ad deum velociter cōuertamus. Debemus aūt ad deū cōuerti in iuuētute qr talis cōuersio habet facillitatem: tales enim sunt sicut mollis cera: qr de facili ad bonum deducuntur. p̄s. Fctm̄ est cor meū tanq̄ cera liquescens. Sunt sicut recēs testa: quia in bono odore vsq; in senectutem ꝯseruantur. Prouer. xxij. Adolescens iuxta viā suā: et cum senuerit, non recedet ab ea. Sūt sicut gracillis virgula: quia de facili ad bonum flectuntur. plas. Quorum filij sicut nouelle plantatiōes in iuuentute sua. Non debemus aūt nostram conuersionem differre: nec vsq; ad senectutem, nec vsq; ad mortem, nec vsq; post mortem. Primo non debemus eam differre vsq; ad senectutem: qr talis cōuersio habet difficultatem. Difficile enim cōuertit, qui in pctō inueterat. Vn̄ postq̄ ꝓpheta dixit in persona iuuenū. Factum est cor meū tāq̄ cera liquescēs. Subdit in ꝑsona senū. Aruit tanq̄ testa virtus mea. ꝛc. Tales em̄ in malo indurant et ab humore gratie exiccantur. Ideo enim dicit. Aruit tanq̄ testa virtus mea. Et vix aut nūq̄ vere cōfitent. Ideo subdit. Et lingua mea adhesit faucibus meis. Et sepe in peccatis suis moriūtur. Ideo etiā subdit. Et i puluerē mortis deduxisti me. Scdo etiam non debemus nostram cōuersionē differre vsq; ad mortē: qr talis ꝯuersio habet dubietatē. Aug. in lib. j. home. Fidelis bene viuens securus hinc exit: baptizatus ad horā securus hinc exit: agēs penitentiam ad vltimum et recōciliatus, si securus hinc exit ego non sum securus: penitentiam dare possum, securitatē dare non possum. Nūquid dico damnabit? nō. sed nec dico saluabit. Vis de dubio liberari, age penitentiam dum sanus es et securus es: quia penitentiam egisti eo tēpore quo peccare potuisti. Si aūt vis agere penitentiam quando peccare nō potes peccata te dimiserunt: et non in illa. Ergo tene certum et dimitte incertum. Ideo autem sanctus Augustinus dubitatur de penitentia illorum qui penitent extremis: qr tunc quidam penitent tantum timore pene: quidam amore iustitie: quidam cōsideratiōe vtriusq; cause. Et tales in extremis constituti videntur potius penitere timore pene q̄ amore iustitie: ideo eorum pnia dubia esse dicitur. Tertio nō debemus differre nostram cōuersionem post mortem: quia talis conuersio habet impossibilitatem: Talibus enim dicit dominus Prouer. j. Vocaui et renuistis. Et infra. Ego. quoq; in interitu vestro ridebo: et subsannabo vos cū vobis quod timebatis aduenerit. Tunc inuocabunt me et non exaudiam: mane consurgent et non inuenient me. ꝛc. Inuenient quidem damnati deum et non inuenient. Deus em̄ est in mundo per miam: tu in celo ꝑ gloriā: in inferno per iustitiā non poterūt igitur ipsum inuenire vt miseratorē: qr hoc mō inuenit in mundo. nec vt glorificatorē: qr hoc mō inuenit in celo. sed vt iudicē et tortorē: qr hoc modo est in inferno. ¶ In horū significationem xp̄s post resurrectionem quadruplici tempore est quesitus. Primo in mane ab istis mulieribus que de facili eū inuenerunt: per mane aūt iuuentus significatur. Secundo in vespere a duobus discipulis euntibus in emaus q̄ tarde et difficiliter inuenerūt: vn̄ dixit eis. O stulti et tardi corde ad credendū. ꝛc. per vesper aūt senectus accipitur. Tertio in sero a discipulis congregatis,

qui dubitauerunt credentes ipm esse spm. Luc.vlt. per sero aūt que est vltima pars diei mors intelligitur. Quarto a militib⁹ ad custodiam noctis deputatis: qui nūq̄ inuenire potuerūt. per noctem autē significatur obscuritas infernalis.

¶ Sermo.iij.

Ite: dicite discipulis eius et petro: quia precedet vos in galileā. Prima mulier fuit media inter serpētem ⁊ hominē trahens ipsum ad perditionē. Scda mulier scilicet beata virgo fuit media inter deū ⁊ genus humanū faciens nostram reconciliationē. Iste autē mulieres fuerūt medie inter angelum ⁊ apostolos nunciantes eis nostraz saluationē. Iā nō potest hō cōqueri de muliere: qr si prima dānauit: secūda saluauit. tertia nunciauit. Si prima fuit causa mortis nostre: secūda fuit causa vite: tertia fuit nūciatrix salutis eterne. Et ideo angelus istas mulieres fecit nuncias resurrectiōis dominice dicens. Ite dicite discipulis eius ⁊ petro. ⁊ cetera. Circa istam autem resurrectionem christi quatuor considerare possumus, que etiam circa spiritualem resurrectionem similiter considerare valemus: scz velocitatē, veracitatē, potestatem ⁊ integritatē. ¶ Primo nāq̄ resurrexit velociter: qr die tertia, sic et nos saltē die tertia resurgam⁹. Tres dies sunt praua delectatio, consensus ⁊ opus. Qui non resurgit a delectatione vel cōsensu, saltem resurgat ab opere: et hoc est resurgere tertia die. Quarta est cōsuetudo: ⁊ ab ista cum difficultate resurgitur. Istud significatum est etiam in tribus mortuis quos xp̄s resuscitauit. Nā de facili resuscitauit puellam in domo. vt habetur Math.ix. de facili suscitauit adolescentē delatū extra domum: vt habet Luc.vij. Lazarū aūt quatriduanū cum difficultate suscitare voluit: scz cum sui turbatione, cum oratiōe, cū lachrymatiōe, cum clamore, vt habet Joh xj. Tūc mortuus est in domo qñ peccatum adhuc est in anima aut per delectionē aut per cōsensum. Tunc mortuus defertur extra domum quando pctm̄ exterius exit in actum. Tales igitur de facili suscitari pñt. Tunc mortuus est quatriduanus quādo per lōgā cōsuetudinem in peccato est inueteratus. Tales vix aut nūq̄ suscitant nisi de⁹ manum sue pietatis apponat. ¶ Secūdo resurrexit veraciter: in corpore. s. et in anima. Qd hō veraciter viuat, duo sunt signa scz sensus ⁊ motus. Spūs quidē coniūgitur corpori aliquādo quātū ad motū sed non quātū ad sensum: sicut qñ spūs bon⁹ vel malus aliquod corpus assumit: cōiunct⁹ est corpori q̄tū ad motū: qr spūs mouet ipm de loco ad locum ⁊ membra ipsi⁹ corpis: sed nō quātū ad sensum: qr p illud corpus non videt, nec audit, nec odorat, nec sapit, nec sentit: ⁊ vere illud corpus nō est viuū: Aliqñ cōiungit q̄tū ad sensum ⁊ nō q̄tū ad motum: sicut dicit Aug. q spūs mali sunt coniuncti igni infernali non dantes illi motum: sed recipiētes ab illo igne sensum: ⁊ illud corpus sil'r non est viuum. Aliqñ coniungit q̄tū ad sensum ⁊ motum, sicut ala cōiuncta est corpori organico: qd quidē mouet ad suas operationes ⁊ in eo sentit per sensus corporeos: ⁊ tale corpus est viuum. Est tñ aliquod corpus qd omnino caret sensu ⁊ motu: sicut lapis que nec sentit: nec per se mouetur nisi ab alio moueat. Sic igit xp̄s ostēdit q corp⁹ suū vere viuebat: qr spūs suus corpori coniūct⁹ erat q̄tū ad motū: qr mouebat ipsum mō vsq̄ ad monumētū, modo apparēdo mulieribus, modo vsq̄ in castellū emaus, modo vsq̄ ad discipulos clausos in hierusalē, modo de hierl'm vsq̄ in galileā, mō de galilea vsq̄ in montem oliueti, modo de monte oliueti vsq̄ in celum. Coniunctus etiam erat q̄tuz ad sensum: quia videbat, audiebat, ⁊ comedebat. In comestione tñ quatuor sunt: scz masticatio: traiectio: digestio ⁊ deriuatio. ¶ Quātum ad ista quatuor christ⁹ ante passionem vere comedebat: post resurrectionem autē comedebat quantum ad duo prima: quia ⁊ cibum masticabat ⁊ in corp⁹ traijciebat: sed nō quātum ad duo sequentia quia nec cibum in stomacho digerebat nec ad membra deriuabat. Quid ergo de illo cibo fiebat? Potest dici quod virtute deitatis absumebatur: sicut aqua immissa in igne absumitur ab igne. Unde dicit glosa. Luce vlti. Manducauit potestate non necessitate. Aliter

em̃ absorbet aquam terra sitiẽs: aliter radius solꝫ cãdẽs. Illa indigẽtia, illic ptãte. Si quis igitur vult scire vtrũ a peccato sit resuscitat⁹ ⁊ veraciter viuat, videat si habeat sensum ⁊ motũ. Sunt em̃ q̃ habẽt sensum. i. fidẽ recte de deo sentiẽtes: sed non habẽt motũ scz se p̃ bona opera exercitãtes: sicut mali christiani. Illi non sunt viui, sed mortui: qz sicut ór Jaco. ij. Fides sine operib⁹ mortua est. Alij sunt q̃ non habent sensum: qz de deo non recte sentiunt. videt̃r th̃ habere motũ: qz aliqua de genere bonoꝝ facũt: sicut heretici. Illi etiaz sunt mortui: q̃ⁿ⁹ aliquib⁹ videt̃r viui. Apoca. iij. Scio opa tua: qz nomẽ habeo q̃ viuas ⁊ mortuus es. Alij sunt q̃ habent sensum fidei rectũ et motum odorationis bone sicut boni christiani. Illi veraciter surrexerũt ⁊ viuũt. Tit. ij. Sobrie ⁊ iuste ⁊ pie viuam⁹ in hoc seculo. Illi em̃ viuunt pie q̃tuz ad deuz: sobrie q̃tũ ad seipsos: iuste q̃tuz ad primos. Alij sunt q̃ nec habẽt sensũ nec motũ: sicut sunt pleriq̃ q̃ falso nole vñr christiani: q̃ nec de futura vita habent fidẽ: nec p̃ bona opera se mouent: similes lapidibus ⁊ statuis q̃ nec sentiunt nec se mouẽt. p̃s. Simulachra gẽtiũ argẽtum ⁊ aurũ: os habent ⁊ non loquẽtur ⁊c. ¶ Tertio resurrexit potẽter ꝓtute ꝓpria. Inuenim⁹ aliq̃s q̃ viuus suscitat mortuũ sicut petr⁹ Thabitã: vt habet̃ Act. x. Aliquãdo mortuus suscitauit mortuum: sicut corp⁹ helisei suscitauit quẽdã defunctum in sepulchro suo: vt habet̃. iiij. Regũ. xiij. Sed nusq̃ inuenitur q̃ aliqs suscitauerit seipsũ Christ⁹ aũt viu⁹ suscitauit mortuũ: sicut lazar̃. Et mortu⁹ suscitauit mortuos: qz in sua passiõe multa corpora sanctorũ q̃ dormierãt, surrexerũt. Et mortu⁹ suscitauit seipsum: iuxta illũ Joh. ij. Soluite ꝛ. pluz hoc: et in tribus diebꝰ excitabo illud. Per hoc dat intelligi q̃ sancti viri q̃ sunt viui possunt suscitare mortuos in peccatis: mortui autez nec se nec alios suscitare possunt. Si enim carbones viui ponantur cũ viuis: mutuo se inflãmãt amplius. Si autem carbones viui ponãtur cum mortuis: eos accẽdũt ⁊ vinificãt. Si aũt mortui ponãtur cum mortuis: amplius se denigrãt. Sic si boni morãtur cum bonis: in amore dei amplius se inflãmãt. Unus em̃ ab alio discit patiẽtiã: ab alio tẽperãtiã: ab alio humilitatẽ: ab alio pietatẽ. ⁊ sic de aliis. Prouer. xxvij. Ferrũ ferro acuit: ⁊ homo exacuit faciẽ amici sui. Si ꝛo boni moraz tur cũ malis: ipsos sepe vinificant ⁊ inflãmãt: modo per ignita ꝛba: modo p ignita exẽpla: modo per ignita merita: modo per ignita desideria. p̃. Carbões succẽsi sunt ab eis. Rom. xij. Si exuerit inimicus tuus, ciba illũ: si sitit, potũ da illi. hoc em̃ faciẽs, carbones cõgeres supra caput eiꝰ. Inimicꝰ noster ẽ petõr iquantũ petõr: quẽ tũc pascim⁹ q̃n sacra doctrina ipsi⁹ re ficimus: tũc potamus q̃n per nostras oraciones vinum sancti spũs sibi ꝓpinamus: et tunc carbones sup caput eius cõgerim⁹ q̃n iꝑz dei amore accẽdim⁹. Si vero mali mor⁹ ipz cũ malis: tũc ampli⁹ se deprauãt. Ose. iij. Sanguis sanguinẽ tãgit. Tũc em̃ sanguis sanguinẽ tãgit q̃n vnus peccator aliũ inficit. ¶ Quarto surrexit integraliter. Quare integraliter: qz ꝓposita omni miseria. Nihil em̃ in eo fuit quod glorificatum non fuerit. Sic ⁊ nos integraliter resurgamus: vt nihil in nobis remaneat quod a peccato non resurgat. In homine quidẽ sunt potẽtia intellectiua, memorativa, affectiua, et operatiua. Sũt igitur qui intellectiuam dãt deo: memorativã peccato: affectiuã mũdo: operatiuã diabolo. Intalib⁹ tres ꝑme sunt mortue, quarta viuat et ideo regulariter nõ resurgũt. Unũt em̃ ẽ tum ad intellectiuam: qz ipsam dãt deo per fidẽ. Taliter etiã viuũt demões. Jacobi. ij. Tu credis q̃n vn⁹ est de⁹, ⁊ bene facis: ⁊ hoc demones credũt ⁊ ꝛremiscũt. Sunt aũt mortui q̃ memorativaz dant peccatis de aliquibus immũditijs ⁊ iniurijs ⁊ carnalitatib⁹ sepi⁹ memorãtes: similes illis qui dixerũt Nũe. xj. Recordamur piscium quos comedebam⁹ in egipto: in mẽtem nobis venit̃ cucumeres ⁊ pepones, porri, sẽpe. ⁊ alia. Affectiuam etiam dant mũdo, amãtes diuitias, delicias, ⁊ honores. cũ dicat. j. Joh. ij. Nolite diligere mũdum. neq̃ ea que in mũdo sunt ⁊c. Operatiuam etiã dãt diabolo: quia faciunt opera diabolo placita ⁊ grata. Joh. viij. Vos facitis opera patris vestri. Ille homicida erat ab initio: et in veritate nõ stetit: quia veritas non est in eo: cũ loquitur mendacium

cium, ex proprio loquitur. Sapie.ij. Inuidia diaboli mors introiuit in orbē terrarum. Job.xj. Ipse est rex super omnes filios superbie. Ex quibus verbis habetur ꝙ opera diaboli sunt occidere: mendacia dicere: inuidere ⁊ superbire. Et ideo q̄ talia opera agunt, opera diabolica faciunt. Ut ergo homo integraliter resurgat, oportet ꝙ deo totum cor suū tribuat: vt scz viuat in intellectiua, in deum veraciter credēdo viuat in memoratiua, christi passionem ⁊ dei beneficia memoriter retinendo. Uiuat in affectiua, deum super omnia diligendo. Uiuat i operatiua, pietatis opera faciendo, ⁊ sic integraliter resurgat ⁊c.

¶ Dñica.j.post pascha. Sermo.j.

Cum sero esset die illo vna sabbatorum: et fores essent clause ⁊c. Joā. xx. Post passionem Christi discipuli remāserant in multo merore: iuxta illud Joan.xvj. Plorabitis ⁊ flebitis vos. Unde cantatur. Tristes erant apostoli de nece sui domini. In multo timore: ideo tenebant̄ fores clause propter metū iudeoꝝ. In multo errore: qr xp̄i resurrectionem ampliꝰ nō sperabant. Unde dixit vnꝰ ex eis Luce vlti. Nos aūt sperabamꝰ ꝙ ipse esset redempturus israel. Sed xp̄s resurgēs ⁊ eis apparēs mestos letificauit. Joh.xvj. Iterꝝ aūt videbo vos: ⁊ gaudebit cor vestrū. Timidos cōfortauit. Luce vlt. Ego sum: nolite timere. Erroneos illuminauit. Ibid. Tūc apperuit illis sensum vt intelligerent scripturas. In hoc ergo euāgelio tria ꝓponunt̄. ¶ Prio qualiter mestos letificauit: cū dicit̄. Uenit Jesus ⁊ stetit in medio ⁊c. ⁊ sequit̄. Gauisi sunt ergo discipuli viso dño. Ideo in ip̄o die resurrectionis quinquies apparuit illis: scz q̄ maxime turbati erāt, ⁊ qui consolatione precipue indigebāt. Nam primo apparuit Magdalene, q̄ se fletibus macerabat: vt habet̄ Joh.xx. Scdo ip̄i ⁊ alteri marie, que anxie multū erant: vt habetur Matth.vlt. Tertio Petro, qui ꝓpter negationem in tribulatiōe erat: vt habet̄ Luce vlt. Ubi autē sibi apparuit nō legitur, nisi forte tunc quando ad monumentum cucurrit: vt habetur ibidem. In historia tamen scholastica legitur ꝙ Petrus quando Christum negauit, in quandaz foueā (que galli cantus dicitur) fugit: et ibi per tres dies in lachrymis fuit: et ibi forte apparuit. Quarto duobus discipulis euntibus in Emaus, qui multum tristes erant. vt habetur ibidem. Quinto discipulis cōgregatis in multo timore positis: vt habetur hic. Due prime et due vltime apparitiones fuerunt manifeste: media inter eas qua scilicet apparuit Petro fuit occulta. hoc representat sacerdos in missa: qui q̄nq̄es se populo manifestat. Nota tamē quod due prime ⁊ due vltime manifestationes fiant voce aperta: media fit voce submissa. Nihilominus tamen ⁊ hodie Thome apparuit, q̄ in errore erat: in quo magna christi pietas demonstratur: qui propter vnum solum venit. Chryso. Considera dominatoris clementiam: qualiter pro vna ala ostēdit se vulnera habentē: ⁊ accedit vt saluet vnū. Ex his patet ꝙ xp̄s licet deposuerit passionem: nō tamē ꝯpassionē. Et tn̄ honores quatuor mala inducere consueuerūt: sz Obliuionem, sicut legitur Gen.xl. ꝙ pincerna succedētibꝰ prosperis oblitꝰ est interpretis sui. Scdo elationem. Gre. Plerunq; ad regiminis culmen q̄s erigitur: in elationem ꝓximꝰ permutatur. Unde Saul qui indignū prius se cōsiderās fugerat mox vt regni gubernacula suscepit, itumuit. Tertio moꝝ mutationem Unde dr̄ ꝙ honores mutāt mores qui em̄ prius habebāt mores māsuetos, incipiunt habere pōpaticos. Quarto incōpassionē. De his duobꝰ dr̄ Amos.vj. Optimates capita populoꝝ ingrediētes pōpatice domū dñi: nihil. cōpatiebantur super cōtritiōe domꝰ Joseph. Christꝰ aūt exaltatus nec suoꝝ pauperū oblitus, fuit: sed eos benigne visitauit. Nec sup eos elatus: sz eos fratres appellauit. Joh.xx. Uade aūt ad fratres meos ⁊c. Nec i moribus imutatꝰ: sz humiliter cū eis comedit ⁊ bibit. Nec durus: sz cōpassibilis factus. Ideo discipulos in merore, timore ⁊ errore positos visitauit, ⁊ dulciter cōsolatus fuit. ¶ Scdo ponitur qualiter timidos cōfortanti. Quod quidē multipliciter fecit. Primo exibendo verbū ꝯsolationis: cum dixit Pax vobis. Eccl.xviij. Nōne ardorē

refrigerabit ros: ſic ⁊ verbū melius & da tuin optimū. Et ponit hic tribus vicibus Pax, ad innuēdū ꝙ tripler pax a xp̄o no bis datur: ſcz tēporis pectoris, et eternitatis. Jn huius ſignificationē in miſſa pontificali ter pax nominatur. Sed prima vice nominat eam vertēdo ſe ad populū: qz pax tēporis aliqñ datur in miniſterio ſanctoꝝ virorū. Scōa vice nō ſe vertendo: qz pax pectoris nō acquirit tumultib⁹ populoruz ſcīm miſcendo, ſed ſibi ſolivacādo. Tertia vice a toto clero cātatur: quia pax eternitatis ab oibus deſiderat. Scēo eos cōfortauit, oſtēdēdo eis grāde miraculū et exēplū: cū dicit. Oſtēdit eis manꝰ ⁊ pedes. Multū cñ mius animari debet quādo regē fortiter inimicā ſ videt: ſic diſcipuli multum animari debebāt videres xp̄m tam fortiter inimicaſſe ⁊ victiſſe. Si ꝯgo eſt frigid⁹ in amādo, videat latꝰ xp̄i vulnera cor perforatum, ⁊ inflāmabitur ad amorem. Cāt. viij. Pone me vt ſignaculū ſuper cor tuū ⁊c. Si tepid⁹ in operāda: videat manus eius pforatas, ⁊ incitabitur ad laborē. Eſa. xlix. Ecce in manib⁹ meis deſcripſit te. Si eſt infirm⁹ in aduerſa ſuſtinēdo videat ei⁹ pedes pforatos, ⁊ animabitur ad ſuſtinendū. p̄o. Jntinguatur pes tuus in ſanguine. Tertio confortauit eos promittēdo grāde auxiliū: cū dicit. Sicut miſit me pater: et ego mitto vos, i. ſicut pater me ad patiendum miſit: ⁊ cñ ſemp mecū fuit. Joan. viij: Qui me miſit mecum eſt. ſic ego ad patiēdū vos mitto: ⁊ cñ ſemper vobiſcū ero. Matth. vlt. Ecce ego vobiſcum ſum oib⁹ diēb⁹ vſq; ad cōſummationem ſeculi. p̄a. Cum ipſo ſum i tribulatione. Deus cñ tribulationes noſtras ſuportat: ⁊ ideo dicit. Cū ipſo ſum in tribulatione. Ab ipſis nos liberat: ideo dicit. Eripiam eū. Et ꝙ ipſis remunerat: ideo dicit. Glorificabo eū. Quarto eos pſortauit, dāndo grāde ſolatiū: cū dicit. Accipite ſpiritum ſanctū: vos ſcz p̄ſolantē. Jdeo vocat̄ paracl⁹. i. ꝓſolator p̄o. Scōm multitudinē doloꝝ meoꝝ in corde meo cōſolatiōes tue letificauerunt aiam meā. Jmo multo magis cōſolat̄ōe diuina ſuperāt tribulationes mūdanas: ſicut lune punctum, hora momentū, dies ora, annꝰ die. De duobus punctis. Eſa. liij. Ad punctum i modico dereliqui te: ⁊ in miſerationibus magnis cōgregabo te. Jn momēto indignatiōis abcōdi facie meā parūper a te: ⁊ in mia ſempiterna miſert⁹ ſum tui. Tertiū patet per hoc qđ dicit Aug. ꝙ dñs. xl. horis mortuꝰ iacuit, qđ fuit triſtitie: et. xl. diebus reſurgens cū diſcipulis manſit, qđ fuit letitie. De quarto dicit Eſa. xlj. Predicare annū placabilē dño: ⁊ die vltionis deo vro. Ecce pro die vltionis reddit annum placationis. Quinto eos cōfortat, dādo eis ſuper alios grāde dñium: cū dicit. Quoꝝ remiſeritis peccata ⁊c. Sicut em aliquis rex mittens aliquē principem, dat ei poteſtatē in carcerē mittēdi ⁊ liberādi: ſic eſt qđ dicit dñs Quoꝝ remiſeritis peccata ⁊c. Ecce go. Ecce nō ſolū de ſenetipſis ſecuri ſunt: ſed ⁊ principatum ſupra iudicij ſortiūtur. vt vice dei quibuſdam peccata remeant, quibuſdam relaxēt. Hoꝝ locū tenent epi. Grādis honor: ſz graue pōdus honoris. Durum quippe eſt vt qui neſcit tenere moderamina vite ſue, inder vite ſiat alienc. Chryſo. Sacerdos ⁊ ſi prozuū dñ diſpēſauerit vitā: alioꝝ vero non cū diligentia curā habuerit: cū pernicioſis in gehēnaz vadit. Sexto eos cōfortat, ꝓmittēdo grāde premiū: cū dicit. Beati qui nō viderūt ⁊ crediderūt. Et intelligit de fide formata q̄ habet ſecū charitatem ⁊ opera. Eſt em neceſſaria fides: vt opera ſint deo accepta. Heb. xj. Sine fide ipoſſibile eſt placere deo. Charitas cum fide: ne fides ſit vacua. p̄me Cor. xiij. Si habuero fidē, charitatē aūt nō habeā: nihil ſum. Opera eā fide: ne fides ſit mortua. Jacobi. ij. Fides ſine operibus mortua eſt. ¶ Tertio ponit qualiter xp̄s diſcipulos erroneos in fide confirmauit. Qđ quidē fecit per o ēs ānq; corpoꝝ ſenſus. primo per auditū: cū dixit. Pax vobis. Per hoc dans nobis exēplum vt ſemper habeamus verba pacis, non diviſionis: qđ de multis dicitur. Eccl. xxviij. Lingua tertia multos commouit et diſperſit illos de gēte in gētem. Cōtingit aliquando magnū monſtrum ꝙ vnus homo tres linguas habeat. Una ē adulationis: que blāditur in facie. Secūda detractiōis: que mordet in abſentia. Tertia diſſentionis: que ſeminat iurgia. Oēs iſte linguę ſunt abſcindēde. Prima: quia decepit.

Psale.lij. Populemeus, qui beatum te dicunt: ipsi te decepit. Secūda: qz infamat. Unde sapiēs admonet nos ne cum talib⁹ assidui simus. Eccli.xxij. Ne forte assidui tate tua insatuatus improperium patiaris: & maluisses non nasci &c. Tertia: quia cōturbat. Eccli.vij. Calūnia perturbat sapientes. Secūdo p visum: cum dicit. Oculos dit eis man⁹ & pedes. Quidam cīm ex eis credebant ipsum esse spiritum: ideo dixit. Palpate & videte &c, Alij ipm corpus alienum assumpsisse & non suum: ideo dixit. Videte man⁹ meas & pedes meos &c. Alij ipsum credebāt assumpsisse corp⁹ suum: sed nō vere, sed phātastice: ideo dixit habetis hic aliquid quod manducentur? &c. Tertio per olfactum: per hoc p & locus insufflauit. Flatus enim ille valde odoriferus erat: qz ab illo pectore procedebat qō quasi apotheca omnium charismatū erat. Nam erat quasi odor myrrhe inquantum procedebat a carne mortificata: quasi odor thuris inquātū ab ara deuota: quasi odor balsami inq̄tum a deitate preciosa. Quarto per gustum: inquātum manducunt piscem assum, & fauum mellis. In fauo enim est cera lumi⁹osa & mel sapoz⁹osum. In christo vero sunt tres nature: scz anima, caro, & deitas. Illi ergo comedūt piscem assum qui delectantur circa eius carnem crucifixam. Illi mel cum cera: qui delectāt circa animam eius lucidā: Illi fauum: qui circa deitatem ꝺulcissimam. Quinto per tactum cum dixit. Infer digitū tuum huc &c. In hoc dat nobis exēplum vt vulnera peccatorū nostroz⁹ dimittamus tangēdi. repte hendi. Sed sunt quedā alia que nō permittūt se tāgi: quia superba sunt: sicut leo p quem supbi signant. Quedā qz hispida sunt: sicut hericius. Quedā quia sinestria sunt: sicut lupus. Superbi enim non pmittunt se tangi. i. reprehendi propter suam arrogantiam. Tales enim videtur pati illud apoſtema qō dr: Noli me tāgere. Exodi.xx. Quis q̄ tetigerit mōtē morte morietur. Duarī q̄ sunt hispidi & spinis diuitiaq̄ pleni: nō sustinēt se reprehēdi. ſ. Regum xxij. Si qs spinas tāgere voluerit: armabitur ferro & ligno lāceato. Oportet ergo q̄ sit munit⁹ armis ad pregēdum scz lorica ferrea. i. impenetrabili patiētia: & ad fricēdum, scz lāceas. obiurgatione severa. Luxuriosi aūt nō sustinēt se reprehendi: qz silue stres sūt: & nihil qō sit dei & salutis percipe possunt. ſ. Cor.ij. Animalis hō nō p cipit ea q̄ sunt spiritus dei.

¶ Sermo secundus.

Enit ihesus & stetit i medio &c. Magna dignatio & qñ dō ad suos venire dignat: maior qñ cum eis etiā pmanat. Johannis.xiij. Ad eū veniem⁹: & māsionē apud eū faciem⁹. Maxima qñ cū eis ēt pmanat. Apoca.iij. Cenabo cū illo, & ille mecū. Si quis igit vult recipe deū venientē & manentem & reficiētē, sic illum disponat. Nō cīm ad oēs venit, nec cū oīb⁹ mansionē facit, nec oēs reficit: sz cīm quibus gñā p̄sonap̄ q̄ in phil euāgelio notant. ¶ Prio cīm venit ad pseuerātes: qō notat cū dr & ū esset sero die illa. Sicut enim p mane procipiū opis, p meridiē medium operis, sic & per sero finem operis intelligim⁹, Hora cīm seroti⁹a est hora terminatī laboris: p & recipiende mercedis: vt habet Mat.xx. Uñ dr Proverb. iiij. Justoz⁹ semita quasi lux splēdes procedit & crescit vsq̄ ad perfectū diē. Lux splēdens est opus iusti qui est in inchoatione: lux procedens qui est in pfectione: pfecta dies, qui est in ꝓsummatione. Ideo in lege precepti erat vt deo tota hostia offerretur: scilicet caput, corpus & cauda. per caput itelligere possum⁹ inuētutē, q̄ est etas prima: per corpus, virilem etatē: per caudam, senectutē. Sed sunt quidā qui dant diabolo suā inuētutem: isti auferūt de hostia dei caput. Alij q̄ dāt similiter diabolo suā virilē etatem, & volūt deo dare solum modo senectutem: isti auferūt caput & corpus, & deo offerūt solū caudam. Nos aūt deo totū offeram⁹: & nostram iuuentutem bene incipiēdo: & nostram viriłem etatem viriliter pfequēdo: & nostram senectutem feliciter cōsummādo. De vnguēto Aarō dicit pphēta. Sicut vnguentum in capite qō descēdit in barbam barbā Aaron &c. per caput iuuētus: p barbā etas virilis: per oram vestimēti senectus intelligitur:

qz unctionem spūs sancti debet homo habere in iuuētute ⁊ virilitate, ē conseruare in senectute. ¶ Scōo venit ad quiescētes: qō notat cū ōr. Una sabbatoz. Sabbatū ēm dies interpūat. Hic est q aplūs recesserūt spūm sanctū fedērēs, i. a curis mundi quiescētes. Et filij israel nō receperūt mānna nisi postq̄ pertransierūt mare: qz nullus potest recipere mētis dulcedinem nisi habeat mētis quietem. Sūt tn quidā qui quiescūt mēte sed non corpore: sicut serui dei q carnē suā crucifigūt, mēte tn cū eo quiescūt. Matt. xj. Inuenietis requiē animabus vestris. Quid est sabbatū de quo Leuit. xxj. Sabbatū requietionis dñi est: affligetis alas vestras religione perpetua. Alij sunt q̄ quiescunt corpore sed non mente: sicut pctōres. Hiere. xlvij. Requiescit iacob in fortitudine suis. Luce. xij. Dia mea habes multa bona: requiesce, comede ⁊c. Quid tale sabbatū a demonib⁹ irridet. Thren. j. Viderūt eaz hostes: ⁊ derisērūt sabbata ei⁹. Nō ēm possunt habere verā quietem in mente ⁊ in corpore: iuxta illud Esaie. lvij. Cor impij quasi mare feruēs. qō quiescere non pōt. Alij sunt q̄ quiescūt mēte ⁊ corpore: sicut beati. Esa. xxxij. Sedebit ppls me⁹ in pulchritudine pacis: in tabernaculis fiducie in requie opulenta. Quid est illud sabbatū de quo ōr. Esa. viij. Erit sabbatū ex sabbato: qz ex rede mētis quenitur ad quietē eternitatis. Alij sunt q̄ nec quiescūt mēte nec corpore: sicut sunt damnati. Hiere. v. Seruietis ibi dīs alienis die ac nocte: qui non dabūt vobis requiē. ¶ Tertio venit ad clausos: qō notatur cū ōr. Et fores essent clause. Qō aūt dñs corp⁹ suū clausis ianuis introduxit, hoc fuit diuinū miraculū. Aug. Quidā sic disputāt: si corpus erat, qūo p ostia clausa intrare potuit? si cōprehēdis modum, non est miraculū, vbi deficit ratio: ibi est fides edificatio. hoc ēm fuit diuine potestatis indiciū. Idem. Queritis a me dicitis. si per ostia clausa intrauit: vbi est moles corporis? Ego respōdeo. Si sup mare ambulauit: vbi est corporis pōdus? sed fecit istud dñs tanq̄ dñs. Nūquid ergo qz resurrexerit desiuit esse dñs? Hoc etiā attestatur q̄ corpus habuit gloriosum: cui⁹ natura est vt corpus non glorioſū sibi resistere non possit. Greg. Quid mirū est si ianuis clausis post resurrectionem intrauit: qui antea non aperto virginis vtero exiuit? In hoc ergo q̄ ad clausos venit datur intelligi q̄ venit ad illos q̄ portas sensuz suoz claudūt. Specialiter aūt porte oculoz: ū sunt claudēde: qz sunt magis periculose. Dauid ēm qz non clausit, in adulteriuz ⁊ homicidiū cecidit. Circa has aūt portas quatuor sunt attēdēda. primo vt in feminas oculos non figamus. Augus. Oculi nostri sic tractūtur in aliqua femina rum, in nulla figātur. Legitur in vitis patrum q̄ quidā abbas fratrē quēdā appetita in eremo nutritum, in ciuitatem duxit: ⁊ cū quasdā formosas mulieres vidisset ⁊ oculos in eas fixisset: interrogauit cu ipsmodi res essent. Cui abbas: anseres fili sunt. Cū ergo ad monaster. ū redūsse nt, ille flens dixit abbati. Pater da mihi de anseribus illis vnā: qz animo⁹ me⁹ in amorē earū exarsit. Tūc abbas fratres admonuit vt a spectaculis mulierū cauerēt. Nā hic mquit puer qui nūq̄ mulierē viderat: qz semel aspexit incaute: ecce inquantam concupiscentiam exarsit. Secundo vt formosas mulieres maxime fugiam⁹. Unde legitur q̄ cū paris helenā duxisset: philosophi dā ad eā videndā purgētes ⁊ eius pulchritudinē videntes vultū operuerūt: dicentes fugiamus. Sicut enim naturaliter magis nocet oculis videre rez valde albam q̄ nigram sic magis nocet animę respicere mulierem pulchram q̄ fedā. Ecclesi. ix. Auerte faciem tuam a muliere cōpta. Tertio vt videndo pulchras q̄ sint fede interi⁹, cogitem⁹. Animalia que lynces vocantur visus sui subtilitate corpora opaca penetrare dicūtur. In videndo igit mulieres formosas lynceos oculos habemus, ⁊ q̄ fede sint interius, cogitemus. Quid enim aliud est corpus pulcherrime mulieris nisi pulcher saccus stercoris? Quis aūt tentari posset si stercora videret? Cā. viij. Tota pulchra es amica mea: absq̄ eo quod intrinsec⁹ latet. i. pulchra es exteri⁹: iz fedā interius. ¶ Quarto vt muliere libidinosa aspici deuitem⁹. Probabile enim videtur q̄ quando mulier virū libidinose aspicit: famus libidinis abeu⁹ oculis ascēdēs acrē, iniit oculos viri-

ꝛ sic infectio ad cor ascendit. Si enim suo visu speculū inficit mulier menstruosa ſm philosophum: non est mirū si aliam inficit mulier libidinosa. Sicut enim basiliscꝰ visu ignito aues volātes occidit: sic aspectꝰ mulieris igne concupiscentie inflammatꝰ aliam interficit. Eccl.xxvj. Fornicatio mulieris in extollentia oculorum. Et dicitur fornicatio quasi fortis necatio: quia fortiter necat virum. ¶ Quarto venit ad congregatos: quod notatur cum dr. Ubi erāt discipuli congregati ꝛc. Matth.xviij. Ubi duo vel tres sunt congregati in nomine meo: ibi sum in medio eorum. ¶ Ex congregatione autem multiplex vtilitas acq̄ritur. Prima est quia tales non possunt extingui a dei gratia. Uidemus enim ꝙ vna candela cito extinguitur sed multe coniūcte extingui non possunt. Serui dei sunt lux mundi. Mat.v. Uos estis lux mundi. Sunt carbones accensi. p̄s. Carbones succensi sunt ab eo. Sunt lapides igniti. Ezechi.xxviij. In medio lapidum ignitorum ambulasti. Sicut ergo lux siue ignis non melius accenditur q̄ ignez igni applicando: sic serui dei non melius inflammatur q̄ insimul habitando. Et sicut carbones mutuo se accendunt: sic illi mutuo se calefaciunt. Et sicut ex mutua collisione lapidum ignis excutitur: sic ex mutua exhortatione spiritussancti ignis augetur: Eccles.iiij. Si dormierint duo fouebūtur mutuo: vnus quomodo calefiet? Secunda vtilitas est quia non possunt vinci a tētatione diaboli. Uidemus enim ꝙ acies pugnantiū militium coniuncte vinci nō possunt: sed si quis de acie egreditur cito capitur, Sic est de seruis dei. Juxta illd Cā. vj.c. Terribilis vt castrorum acies ordinata. Ideo em̄ thomas a diabolo victus fuit: qꝛ ab acie apostolorū recessit: diabolus enim non vult singulare certamē. Sicut dixit Golias.j.reg.xvij. Eligite ex vobis virū ꝛ descendat ad singulare certamen. Tertia vtilitas est ꝙ non possunt frāgi a mundo per aduersa. Uidemus enim ꝙ vna virga cito frangit: sed plures insimul frangi nō possunt. Legitur ꝙ q̄dā habēs tres filios dū morti appropinquaret dedit eis vnam virgam vt frangerent: et cōtinuo fracta fuit. Dedit eis duas ꝛ vix fregerūt. Dedit eis tres ꝛ frangere nō potuerunt. Et ait. Sic erit de vobis. Si enim diuisi fueris cito ab inimicis superabimini. Si autē vniti non poteritis superari. Ecclesi.iiij. Funiculus triplex difficile rūpitur. Quarta vtilitas est quia non possunt seduci a mundo per prospera. Uidemus em̄ q̄dīu oues sunt in grege sunt secure: sed si aliqua se separat a grege cito errat. Sic ꝛ serui dei a blandimentis mūdi decipi non possunt. Tum qꝛ manu pastoris.i.prelati reguntur. Tum qꝛ latratu canum.i.doctrina predicatorum muniūtur. Tum quia exemplis eorū cū quibꝰ sunt fulciuntur. Ille aūt qui solus est cito decipitur. Unde clamat propheta. Erraui sicut ouis que perijt.ꝛc. ¶ Quinto venit ad timoratos quod notat cū dicit. Propter metum iudeorū. Bernar. super cañ. In veritate didici nihil tam efficax ad gratiam promerendā retinendā ꝛ recuperandā: q̄ si omni tpe corā deo inueniaris non altus sapere: sed timere. Timor igitur primo valet ad gratiam promerendā: qꝛ sicut dr Ecclesi.j. Qui sine timore est non poterit iustificari. Secundo ad gratiam cōseruādaz. Eiusdē.xxvij. Si non in timore domini tenueris te instanter: cito subuertetur domus tua. Tertio ad gratiā perditā recuperandā. Recuperat em̄ per sancta desideria: per sancta suspiria: ꝛ p bona opera. Esaie.xxvj. ſm aliam literam. A timore tuo concepimus ꝛ parturiuimꝰ: ꝛ peperimus spiritum salutis. Conceptio respicit fetum dū est in ventre: parturitio dum mulier est in dolore: partus dum fetū emiserit. Uirtute ergo timoris dei concipimꝰ sancta desideria: parturimꝰ sancta suspiria: ꝛ parimus bona opera.

¶ Sermo tertius.

Infer digitum tuum huc ꝛ vide manus.ꝛc. Secundū btm̄ Aug. triplex est status hominis. Unꝰ prout est in vita. Alius prout est in morte. Tertiꝰ prout consideratur post mortem. In hoc triplici statu christus discipulos suos dilexerat scilicet in vita sua eis secreta manifestando ꝛ amicos vocādo. Johā.xv. Uos dixi amicos: quia omnia

nia que a patre meo audiui, nota feci vobis in morte sua pro eis animam suaz ponendo. Ibidem. Maiorem hac diletionē nemo habet. Post mortē suā eis sepe apparendo. Prima duo signa amoris ostenderat beato thome sicut ꝛ ceteris. Tertiū aūt nondū sibi ostenderat: qꝛ nondū sibi apparuerat: iō hodie sibi apparuit ꝛ tam per visum q̄ per tactū eū ad fidē reduxit dicens. Infer digitū tuū. ꝛc. ¶ Circa autē istā apparitionē tria notabilia videri possunt. Unū ꝙ chr.st⁹ qui cicatrices vulnerꝝ in carne seruauit: alia tamen causa seruauit ea post resurrectionem in mūdo: alia nunc seruat in celo: alia seruabit in iudicio: alia post iudicium. Post resurrectionem quidem eas seruauit vt in discipulis ꝛ in nobis fidem resurrectionis astrueret. Glos. Ad dubitantium corda sananda vulnerum sunt seruata vestigia. Greg. in homel. Egit namq; miro modo diuina supernaq; clemētia vt discipulus dubitās dum in magistro palparet vulnera carnis in nobis vulnera sanaret infidelitatis. Plus enim nobis thome infidelitas ad fidem contulit q̄ fides credentium discipulorum profuit: quia dum ille ad fidem palpando reducitur: nostra mens oī dubitatione postposita in fide solidatur. Secundo eas seruat nūc in celo, ꝛ hoc vt patri eas representet ꝛ nobis eū reconciliet. Cicatricum em̄ representatio est quedam apd̄ patrē pro nobis aduocatio. Sic miles tacēs ab imperatore impetrat qn̄ vulnera que pro eo pertulit sibi demonstrat. Exemplum legitur i historia schol. ꝙ antipater idumeus pater magni herodis in quodā seruitio imperatoris multis vulneribus est confossus. Qui tandē ab emulis accusat⁹ rei ectis vestib⁹ dixit, Ego cesar nolo me verbis excusare apud te sed ista vulnera que suscepi pro te loquant̄ ꝓ me si ego diligo te. Tunc cesar ip̄m in gratiā suscepit. Sic etiam xp̄s vulnera patri ostēdit: vt insinuet q̄tum nos dilexit. Bernar. Securum accessum habes o homo apud patrē vbi stat mater ante filiū ꝛ fili⁹ ante patrē. Mr̄ ostēdit filio pectus ꝛ vbera: filius ostēdit pr̄i latus ꝛ vulnera. Nulla ergo poterit esse repulsa vbi tot occurrūt charitatis insignia tertio seruabit eas i iudicio vt mali videāt q̄ iuste sint condemnati. Unde dicet eis in hec ꝟba: vt dt̄ Chry. super Mat. Ego ꝓpter vos hō fact⁹ suz: propter vos alligat⁹ sum ꝛ delus⁹ ꝛ ces⁹ ꝛ crucifixus vbi est tantarū mearū iniuriarū fructus? Ecce preciū sanguinis mei quē dedi in redēptionē animarū vestrarū: vbi est seruitus mihi impēsa: quā ꝓ precio sanguinis mei mihi dedistis? Ego sup̄ gloriā meā vos habui cū essem de⁹ apparens hō: ꝛ viliorē oīb⁹ reb⁹ vr̄is me fecistis. Nā oēm rē vilissimā terre ampli⁹ dilexistis q̄ iustitiā meā ꝛ fidē. Quarto seruatur⁹ est eas post iudiciū in celo. Et propter se ꝛ propter sctōs. Propter se quidē vt semp̄ secū deferat insignia sue victorie gloriose. Beda super Lucā. Miles i p̄lio fortitet agens ꝛ victoriā obtinēs multis vulneribus confossus si datur ei medicus ꝛ dr̄. Uis sanari sine omni cicatrice vel cū cicatricib⁹ sine omni deformitate? puto ꝙ in signū sue victorie cicatrices seruaret. Ille enim cicatrices in christo sunt non in deformitatem, sed ad magnaz pulchritudinē. vnde dt̄ Chry. ꝙ super radios solis erūt lucidiores. Sicut eniz honor est militi de prelio reuertēti deferre scutū fractū: sic est christo honor secū deferre victorie sue gloriosum triūphū. Glo. sup̄. Lucā. Non ex impotētia curandi cicatrices seruauit: sed vt perpetuū victorie sue circumferat triūphū. Seruabit etiam eas ꝓpter sanctos: vt vidētes q̄ misericorditer sint redempti cantēt in eternū mias dñi: iuxta illud. Cōfitemini dño qm̄ bonus: qm̄ in seculū misericordia eius. Dicant nūc q̄ redempti sunt a domino ꝛc. Non solū autē circa cicatrices christi: sed etiam circa cicatrices martyrum sancti afficientur. Augu. de ciuita. dei. Nescio quomodo sic afficimur amore martyrū beatorū: vt velimus in isto regno videre vulnerū cicatrices q̄ pro christi nomine pertulerūt, ꝛ fortasse videbim⁹. Nō em̄ deformitas in eis sz dignitas ꝛ pulchritudo erit. ¶ Secundum notabile est ꝙ christ⁹ cicatrices thome palpandas exhibuit: vt per illarū palpationem auferret illius dubitationē. Unde mox certificatus dixit. domin⁹ ꝛ deus meus. Per quod datur intelligi ꝙ vulnera peccatorum nostrorum non debemus

abscondere sed ea per confessionez manifestare. Sz notandū ꝙ vulnera aliqñ sunt recētia: aliqñ inueterata: aliquādo putrida. Recentia sanātur vnctione siue emplastri appositiōe. Inueterata adustione. Putrida incisione. Tūc vulnera peccatorum nostrorū sunt recētia qñ adhuc sunt ī volūtate vel ī recēti opere: ⁊ tūc sanari possunt per vnctionem .i. spūssancti inspirationem. Uel emplastri .i. leuis penitētie impositionē. Eccli. x. Lāguor prolixior grauat medicū breuez languorē precidit medicus. Eiusdem. xxxviij. Unguentariꝰ faciet pigmenta suauitatis: ⁊ vnctiones cōficiet sanitatis. Tunc sunt inueterata qñ ꝑ longam consuetudinem sunt iterata. ps. Inueteraui inter omnes inimicos meos. Et tunc indigent adustiōe: id est adustiua carnis maceratione. ps. Ure renes meos ⁊ cor meū. zach. xiij. Per ignē vrā eos sicut vrit argētū. Tūc sunt putrida qñ tamdiu stat hō in peccatis ꝙ fetet corā deo ⁊ hominibus. Jo hel. j. Cōputruerūt iumēta in stercore suo. In quorū persona dicit propheta. Putruerunt ⁊ corrupte sunt cicatrices. ⁊c. Et tunc indigent incisione .i. incisiua tribulatiōe. Tūc em̄ sepe carnes putride auferuntur: ⁊ ipsi ad deum conuertuntur. ps. Multiplicate sunt īfirmitates eorum: postea accelerauerunt. De ista incisione dr̄ Job. xvj. Cōcidit me vulnere sup vulnꝰ. ¶ Tertiū notabile est ꝙ xp̄s ꝑ ostensionē vulnerū thomam in fide solidauit. Ipse quidē erat tribulatus de christi passiōe: desperatus de eius resurrectione: ⁊ tepidus factus in eiꝰ amore. Sz xp̄s per ostensionem vulnerū tribulatū letificauit: desperatum certificauit: ⁊ tepidum inflāmauit. Ista tria etiam in christi vulneribus inuenimus. Primo namq; tribulati ibi inueniunt consolationez. Grego. Si passio christi ad memoriam reducatur nihil est adeo durū qd̄ non equo animo toleretur. Hoc significatuz est Exod. xv. vbi lignū missum ī aquas amaras eas dulcorauit, quia memoria crucis omnes tribulatiōes in dulcedinē conuertit. Refert aūt Aristo. ꝙ si vas cere noue vndiq; clausuz in mari ponatur aqua que subitrat in dulcedinem conuertitur. Istud vas factum de cera noua est corpus christi factum de carne virginea: quod vndiq; fuit clausum quia nulli vnq̄ tentationi fuit peruiū. Si igitur mittimꝰ aquas amaras .i. tribulationes nostras in porros, idest in vulnera istius valis: omnes in dulcedinem conuertentur. Bernar. Tua dulcedo domine lapides torrētes stephano dulcorauit, Tua dulcedo craticulam laurētio dulcorauit. Pre tua dulcedine ibant apostoli gaudētes a cōspectu cōcilij. Secundo in christi vulneribus desperati inuenīūt spei corroborationē. In passione enim sua pactum firmauit per quod omnibus veniam dare promisit. Pactum autē olim tribus modis firmabatur, aut manuuz percussione: aut signi electione: aut aque effusiōe. De duobꝰ primis habetur Josue vltimo. de tertio .j. Reg. vij. Sicut enim in aque effusione nihil de aqua remanet nec quantū ad substantiam nec quantum ad saporem: sic de illis qui pactum illud frangerent nullum debebat vestigiū remanere. Christus igitur vt pactum nobiscum firmaret quo omnibus veniam daret: fuit nō tantū in manibꝰ sz etiam in pedibꝰ ⁊ etiā in latere ⁊ toto corpore percussus. Esaie. liij. Propter scelꝰ populi mei percussi eū. Fuit in cruce exaltatus. Johānis. iij. Sicut exaltauit moyses serpētez in deserto. Eiusdem. xij. Si exaltatꝰ fuero a terra omnia trahā ad me ipsum. Fuit sicut aqua effusus: quia nihil ei remansit. Nec anima quia eam in morte deposuit. Nec caro qr tota atrita fuit. Nec sanguis qr totū effudit. Nec familia quia euz dereliquit. Nec vestes quia eis spoliatꝰ fuit. Et ideo poterat dicere cū propheta. Sicut aqua effusus sum ⁊c. Tertio in christi vulneribꝰ frigidi inueniunt inflammationez, hoc significatum est. ij. Machabeorum .j. vbi dicitur ꝙ ligna aspersa aqua crassa fuerūt vehemēter accensa. Et q̄ est ista aqua crassa: nisi sanguis domini, spiritussancti pinguedine perfusus. Quo si ligna id est corda nostra arida aspersa fuerint: continuo inflammatur. Istud etiam significatum est. j. Machabeoruz .vj. vbi dicitur ꝙ elephātis ostenderunt sanguinem vue ⁊ mori: ad acuendum eos ad prelium. Fructus mori s̄m Ambro. primo est albus: postea rubeus: postremo niger. Si christus pri-

mo fuit albus et puras in tota sua cõuersatione: rubeus in cruce: niger in morte. Huiꝰ mori sanguis debet nos accendere: et cor nostrũ ad bellum cõtra vitia totaliter inflammare.

¶ Dñica.ij.post pascha. Sermo primꝰ.

Ego sum pastor bonus. Johan.x. In p̃senti vita nullus debet seipsuz laudare: nec velle laudari ab alio. Et ratio est q̃a si cogitat tempus suuz preteritũ videbit ꝙ multa fecit vñ debet dolere. Si futurũ, videbit imminere multa vnde debet timere. Si p̃ns, inueniet multos in se defectus pro quibus debet erubescere et se humiliare. Quomodo igitur homo debet se laudare et velle laudari: qui habet causam tanti doloris et timoris et ruboris siue humiliationis? In christo autẽ non sic est: quia de nullo trãsacto qd̃ fecit doluit: quia fuit sanctissimus. De nullo futuro eũ timere oportuit: quia erat omnipotentissimus. De nullo defectu presenti vitioso erubescere debuit: qr erat ꝑfectissimus. Si igitur deus petit a nobis laudari: hoc non est propter se sed propter nos. Augu. super p̃s. Laudari a te vult deus: vt per hoc tu proficias: non vt ille sublimetur. Non a te amat quod illuz augeat: sed quod te ad illũ perducat. Similiter qñ se laudat: hoc nõ facit propter se sed propter nos. Greg. in moral'. Deus qui nos prohibet ne proprio ore laudemus, per scripturas sacras laudes suas loquitur: non quia ipse eis indiget qui ꝓficere laudibus nescit: sed dum suam nobis magnitudinem narrat: nostram ad se imperitiam subleuat: et bona sua loquendo nos edocet que omnino homo nõ cognosceret si deus tacere voluisset. Deinde subdit. Idcirco igitur laudes suas indicat: vt valeamus eum audientes cognoscere: cognoscentes amare: amantes seq̃: sequentes adipisci: adipiscentes vero eiꝰ visione perfrui. Propter nos igitur nõ ꝓpter se christus in euangelio se cõmendat dicens. Ego sum pastor bonus. ¶ In isto igitur euangelio de quatuor fit mentio. s. de pastore: mercenario: lupo: ꝛ ouibꝰ. Pastor bonus est xp̃s cuius tria ponit signa. Primũ est quia pro ouibus alam ponit. Sz cũ homo hz tria scz bona ꝓpinq̃s personam propriã. Ista tria pro ouibꝰ sũt ponenda. Berñ. sup Cañ. Nec ociose totiẽs repetitũ est: petre amas me. in cõmissione ouiũ. Ecsi dicat Jesus. Nisi me valde ꝛ ꝑfecte ames, hoc ẽ plusq̃ tua: plusq̃ tuos: plus q̃ te: neq̃q̃ suscipias curã hanc: nec te intromittas de ouibus meis ꝓ quibus sanguis meꝰ fusus est. Sua autẽ ꝓ ouibꝰ non ponunt qui temporalia eis non tribuunt. j. Johan. iij. Qui habuerit substantiã huius mundi et viderit fratrem suũ necessitatẽ habere: et clauserit viscera sua ab eo: quomodo charitas dei est in eo? Suos ponunt qui consanguineos insufficientes promoueri faciunt: sepe autẽ q̃ carnaliter intrat carnaliter viuit. Johan. iij. Quod natũ est ex carne caro est. Petrus introductus in atriũ pontificis ꝑ ancillã, xp̃m negauit, quia sepe quẽ caro que est ancilla anime introducit: xp̃m non cognouit. Personam non ponunt qui malis nõ resistunt. Ezechie. xiij. Non opposuistis vos murũ pro domo israel ꝛc. Christus autẽ ista tria pro ouibꝰ posuit. Hiere. xij. Reliq̃ domuz meam. i. familiam meam scilicet angelos. Dimisi hereditatẽ meã. i. totã celestẽ substantiã meam. Dedi dilectã animam meã in manus inimicorũ meorũ. Secundum signum est: quia oues cognoscit. Unde dicit cognosco oues meas. ꝛc. Cognoscit autẽ eas per imaginem suam quam eis impressit. psalmus. Signatum est, super nos lumẽ vultus tui domine. Per arma et vestimẽta virtutũ q̃bꝰ fideles ornauit. Rom̃. xiij. Induamur arma lucis. Et infra Induimini dominum iesum christum. Per signa bonorum operũ quibus eos decorauit. ij. Tim̃. ij. Firmum fundamentum dei stat habens signaculũ hoc: cognouit dominꝰ q̃ sunt eius, et discedit ab iniquitate oĩs qui inuocat nomẽ domini. Quasi dicat hoc est signuz ꝙ sunt domini quãdo a malis discedunt et bona faciunt. Per doctrinam suaz qua eos informauit. Jo. xiij. In hoc cognoscent omnes quia mei estis discipuli si dilectionem habueritis ad inuicem. Quia vero mali ista non habuerunt: ideo in iudicio a christo non cognoscẽtur:

unde Chrysosto. super Matthēū loquēs in pſona christi dicit. Pater cū cognoscit filios suos ꝓpios ꝙ imaginē suā: rex vero milites suos ꝙ arma sua: pastor oues per signa sua: magister autem cognoscit discipulos suos per doctrinam suā. Ego autē nō cognosco vos tanq̄ pater filios meos: quia meam imaginem nō habetis. Nec tanq̄ res milites, da mea arma abiecistis. Nec ego cognosco vos tanq̄ pastor oues meas: quia mea signa nō portatis. Nec cognosco vos tanq̄ magister discipulos meos: quia meā doctrinam contempsistis. Tertiū signum est: qz oues ad ouile deducit. Ideo & alias oues habeo que non sunt ex hoc ouili. ꝛc. Notandum autem ꝙ quidam sunt qui sunt totaliter intra ouile: sicut sunt boni christiani qui sunt de ecclesia et numero et merito. Quidam totaliter extra: sicut heretici qui nec fidem habent nec opera. Quidam partim intra et ptim extra: sicut mali christiani. Nam inquantum habēt fidem sunt intra tm̄ta mala opera sunt extra. Prelatus igitur oues que sunt intra debet fouere: mordicas vero que sunt extra debet effugare: illas ꝯo q̄ sūt ptim intra ꝛ ptim extra dz exercere. Hāb tripler offm̄ repūtat bacul⁹ pastoris: cuius principiū habet reflexionem ad innuendum vt ea que aliquis predicat ad se reflectat: vt sic oues que sunt intra per bonum exemplum nutriat. Medium autem habet rectitudinez et est aptus ad gentilēdū: vt scilicet oues morbidas expellat. In fine habet stimulum ꝛ punctionem: vt scilicet pigros in ecclesiā introducat. Eccle. xij. Verba sapiētium q̄si stimuli. ꝛc. ¶ Secūdo fit mentio de mercenario: ꝙ autē aliquis sit mercenarius tria signa ponit. Unū est ꝙ de ouibus nullā curam gerit: qđ notatur cū dicitur. Mercenarius videt lupum venientē ꝛ dimittit oues. Aug. Mercenari⁹ si ouis aberrat nō revocat: si infirmatur nō medetur: si devoratur non lachrymatur: si fubter fugiunt temporalia que ipse amauit fugit. Secundū signum est quia fugit. Unde subdit. Mercenarius autē fugit qz mercenari⁹ est. Aug. O mercenarie lupū vidisti ꝛ fugisti. Forte dices. Ecce hic fuz non fugi. Fugisti qz tacuisti. Corpore hic fuisti: spiritu fugisti. Greg. Lupus venīēs inducat q̄ quisq; animo sup gregis custodiam stabat. Aliquādo tamen prelat⁹ ꝓ posse fugere: quādo scilicet ipse solus quēritur: sicut fugit paul⁹ vt habetur. ij. Corin. xj. Quia scōm Aug. Cessit persecutionī vt seruaret se in aliorū vtilitatem. Aliquādo debet se opponere quādo sez ꝓsecutio populo inducitur. Aliquādo nō debet fugere nec se opponere: sed patienter expectare: quādo sez tantū lana. i. temporalia diripiunt. Matt. v. Qui vult tecū in iudicio contendere ꝛ tunicā tollere: dimitte ei ꝛ pallium. Tertium signū est: qz tātū lanam id est tēporalia querit. Aug. Sunt in ecclesia quidam prepositi non propter deum que sunt dei q̄rētes, sed tēporalia ꝓmoda sectātes: honores ab hominibus appetētes: quisquis talis est mercenari⁹ est. Legit Ge. xxxj. ꝙ quādo labā ibat ad tondēdas oues iacob fugit: qz quādo ꝓlatus in subditis tantum tēporalia querit xp̄s ab eo recedit. ¶ Tertio fit mētio de lupo cuius tripler officiū ponit sez rapere dispergere ꝛ mactare. De duobus ꝓmiis dicit hic. De tertio dicit supra Joh. x. Fur nō venit nisi vt furet ꝛ mactet ꝛ perdat. Lupus igit̄ infernalis animas dispergit: dispalas rapit: raptas occidit. Primo igitur dispergit. i. ꝙ diuersa vitia spargit. Nam lucifer spargit per superbiā. Mammona per auaritiam. Asmodeus per luxuriam. Tanto autē spargunt crudeli⁹ q̄to sciunt se habere tēpus breuius. Dicit enī b. de animalibus: ꝙ quando lupus senescit ꝛ non potest ꝓdari: vadit de nocte ivsta ciuitates ꝛ hominibus insidiatur. Sic diabolus sciens tēpus suum esse breue, cū de hominibus bestialibus nō curat: sz bonos deuotare festinat. Isidō. ō summo bono. Tunc diabolus contra eum quē possidet acri⁹ sevit: quādo se divina virtute ab eo expellēdum cognoscit. Apoc. xij. Ue terre ꝛ mari: quia descendit ad vos diabolus habēs iram magnā sciēs ꝙ modicū tēpus habet. Secundo animas dispersas rapit ad penā: ꝛ hoc quādam catena annulos multos habēte. Cū ficitur eni ex mala suggestione: delectatione: consensu: opere: cōsuetudine: ꝛ necessitate. Prouer. v. funibus peccatorū suorum constringit-

tur. Quãuis autẽ eleemosyne sint lãcee in corde demonis ⁊ sagitte, ⁊ orationes sint lapides: tamen postq̃ diabolus sic eũ incatenauit vix expelli potest: siue per sagittas eleemosynarũ: siue ꝑ lapides orationum. Job. xlj. Non fugabit eum vir sagittarius: ⁊ in stipulam versi sunt lapides fũde. Tertio alas sic raptas occidit morte eterna. ps. Mors peccatorũ pessima. Est em̃ mala: qꝛ animã deuastat ⁊ pascit. ps. Mors depascet eos glo. Hoc dicit ad similitudinem iumentorũ que non radicit⁹ herbas euellunt: sed summitates carpũt: vt iterum herbe nascantur ad pastũ. Sic etiam illi morte de pasti reuiuiscunt: qꝛ nõ deficiũt. Et est peior: qꝛ non possunt mori. Aug. de ciui. dei. Nulla quippe maior ⁊ peior est mors: q̃ vbi nõ morit̃ mors. Est pessima: qꝛ vtrũq̃ occidit. s. corpus ⁊ animam. Idem ibidem. Mors anime fit cum eam deserit deus. Mors corporis cum illud deserit anima. Mors vtriusq̃ cuꝫ anima a deo separata deserit corpus: ita em̃ nec ex deo viuit anima: nec corpus ex ip̃a.

¶ Quarto fit mentio de ouibus christi de quibus tria signa ponuntur. Primum est, qꝛ pastorem recognoscunt: vnde dicit. Cognoscunt me mee. Boni enim cognoscũt deum non tantum cognitione innata que est per instinctum naturalez. De qua Job. xxxvj. Oẽs homines vident eũ. Non tantum cognitione speculatiua que est per fidem. De qua. j. Cor. xiij. Uidemus nũc ꝑ speculum in enigmate. Sed maxime cognitione practica: que est per mandato: ũ dei obseruationẽ. ps. A mãdatis tuis intellexi. De qua tandem peruenitur ad cognitionem que est aperta. De qua ibidẽ. Tunc autem facie ad faciẽ. Secunduꝫ est: quia vocem eius audiunt. Unde dicitur infra. Oues mee vocem meam audiunt. Unde supra dicitur. Non nouerunt vocẽ alienorum. Tres enim voces sunt alienorum: quarta veri pastoris. Prima est vox lupi. i. demonis qui vocat oues ad occidẽduꝫ. Grego. Lupus est malignus spirit⁹ q̃ caulas fideliũ insidians circuit: ⁊ mortes animarum querit. Secũda est vox furis. i. carnis que vocat ad predandũ. De q̃ fure dicitur supra. Fur nõ venit nisi vt furet̃. ⁊c. Caro enim per visum ⁊ alios sensus corporis animam depredatur. Threno. iij. Oculus meus depredat⁹ est animã meã. Tertia vox est mercenarij: id est mundi q̃ eas vocat ad tondendum. Licet mundus diuitias ꝓmittat: tamẽ ĩ morte oues suas tondet: attõsas ipsas extra mundum mittit. Job. xxvij. Diues cum dormierit nihil secum auferet. Quarta vox est veri pastoris: id est xp̃i: qui eas vocat ad pascendum. Johan. x. Ingredietur ⁊ pascua iueniet. De his quatuor vocib⁹ dicit Bern. Uocat mũd⁹: vocat caro: vocat diabol⁹: vocat Christ⁹. Mũdus dicit ego deficio: caro ego inficio: diabolus ego interficio: xp̃s ego reficio, vid̃ quẽ sequeris. Tertiũ signum est ꝙ pastorem sequũtur ⁊ post eũ vadũt. Unde postq̃ dixit dñs. Oues mee vocem meã audiunt. subiunxit: et sequunt̃ me. Ideo xp̃s assimilat se galline. Matt. xxviij. Quotiens volui congregare filios tuos: quẽadmodũ gallina cõgregat pullos suos sub alas? Instar em̃ galline fouet bona nostra proposita donec proficiamus per bona opera: ⁊ tunc debemus eũ sequi regratiando ⁊ cognoscẽdo eius dona. Legitur de proprietatibus auium ꝙ gallina interdum fouet oua anetarũ ⁊ pauonum et propria. Sed cum omnes creuerint veri pulli matri adherent: anete in aquis se immergunt: pauones de sua pulchritudine gloriantes nutricẽ relinquũt. Sic etiam deus bona proposita fouet et nutrit: sed quidam sibi adherent qui ip̃m sequuntur per imitationem ⁊ gratiarum actionẽ. Alij vero eũ deserentes in aquas voluptatum se immergunt. Alij vero de sua superbia gloriantes ingrati existunt.

¶ Sermo secundus.

Bon⁹ pastor animam suam dat pro ouib⁹ suis. Mercenarius autem ⁊ qui nõ est pastor videt lupum venientem. ⁊c. Sicut est differentia inter regem ⁊ tyrannum: qꝛ rex intendit vtilitatem populi non suam: tyrannus autem intendit vtilitatem suam non populi. Sic differentia est inter pastorem et mercenarium ⁊ lupum. Officium em̃ pastoris est oues pascere: ⁊ mercenarij oues tondere: ⁊ lupi oues occidere. Dicit autem Augu. de ver

bis dñi q̄ pastor est diligendus. Mercenarius est tolerādus: quia tādiu est vtilis q̄ diu non videt lupum venientem: tunc em̄ fugit. Latro siue lupus est vitandus. Est igitur officium pastoris pascere: verbo scilicet ⁊ exemplo ⁊ temporali subsidio. Uerbo quidem per instructionem. Hierem̄.iij. Dabo vobis pastorem iuxta cor meum q̄ pascet vos scientia et doctrina.ij. Timothe.iiij. Argue obsecra increpa: in omni patientia ⁊ doctrina. Boni enim sunt obsecrandi: mali arguēdi et increpandi: omnes autem cum discretione ⁊ patientia tolerādi. Hinc est q̄ in arca moysi erant mā na virga ⁊ tabule testamenti: vt habetur Hebre.ix. Quia in prelato qui est arca dei dz esse manna dulcis exhortationis quo ad bonos: ⁊ virga seuere: correctiōis quo ad duros: ⁊ tabule discretiōis quo ad omnes. Hinc est q̄ Salomō fecit sculpi in basibus templi boues ⁊ leones ⁊ cherubim. vt habetur.iij. Regum.vij. In boue mansuetudo siue maturitas. In leone ferocitas. In cherubim sciētia designatur. Prelatus em̄ qz dz esse basis.i. sustētamentuz ecclesie: dz q̄tū ad bonos esse māsuetus, q̄tū ad duros seuer⁹: q̄tū ad oēs sapiēs ⁊ discretus. Scdo dz pascere exēplo p̄ bone vite informationē. ad Titū.ij. In omnibus teip̄m prebe exemplū bonorum operū. Legitur.j. Reg.x. q̄ Saul fuit altior oī populo ab humero sursum: qz prelat⁹ sicut pre alijs eminet officio: sic dz eminere exemplo. Greg. Non debet hominum ducatum suscipere qui nescit hoīes viuēdo preire. Sed hodie multi habent vocē Jacob per bonam doctrinā: sed man⁹ Esau per operationē malam. De talibus dicit Job.xl. Ossa behemoth velut fistule eris. Sunt enim ossa diaboli inq̄tū carent sensu bene viuendi: sed videntur esse fistule dei inq̄tum habent sonum bene docendi. Tales nō viuificāt animas sed occidunt. Tripliciter em̄ potest dici pastor esse occisor ouium suarū, etiā sine iniectione manuum. Uno modo quando dat eis pabulū venenatū. Scdo modo quādo subtrahit eis pabulū necessariuz. Tertio modo quādo videt q̄ herbā venenatam comedūt: ⁊ tñ nō arcet. Sic ⁊ prelat⁹ subditos occidit. Primo malū exēplum prebendo. Osee.vj. Participes sacerdotū i via interficientium p̄gentes de sichem in hierusalem. Interl. Falsi sacerdotes abscōdunt viam: ⁊ occidunt homines malis operib⁹ ne perueniant in Hierusalem. Secūdo bona temporalia auferēdo. Eccl.xxxiiij. Panis egentiuz vita pauperū est: qui defraudat eum homo sanguinis est. Ibidē. Qui aufert in sudore panē: quasi q̄ occidit p̄rimū. Tertio vitia dissimulādo. Eze xxxiij. Si dicente me ad impium morte morieris: non fueris ei locutus vt se custodiat a via sua mala, ipse in iniquitate sua morietur: sanguinē autem eius de manu tua requiram. Unde dicit negligens prelatus zacha.xj.c. Nō pascā vos. Quod morit̄ moriatur: et quod succiditur succidatur. Gre. Tot occidimus quot ad mortē quotidie tepidi ⁊ tacentes ire videmus. Tūc subditus moritur sine te quando in causa mortis nō contradicentem pertulerit te. Tertio debet pascere temporali subsidio per subministrationez. Aug. Talis debet esse rector q̄ p̄ponat verbū doctrine ignorantibus: ⁊ mensam suam cōmunicet indigentibus. Libēter audit eius linguam loquētem cuius expectat dexteram porrigētem. Greg. Qui non dat pro ouib⁹ substātiam suum: quomodo pro his datur⁹ est animam suā? Sed multi sunt qui sua subditis non tribuūt: sed potius ab eis bona sua auferūt. Tales videntur esse peiores diabolo. Cum em̄ homo tria habeat: scz res temporales corpus ⁊ animā. Diabolus non curat de rebus nec de corpore: sz tantū de anima occidenda. Gen̄ xiiij. Da mihi animas: cetera tolle tibi. Quanuis autem aliquando res auferat ⁊ corpus ledat: hoc non facit nisi propter animaz vt scz per rerum ablatiōem ⁊ corporis lesionem animam trahat in desperationē. Prelatus autem auarus: ⁊ res aufert indebite rapiendo. Ezec.xxxiiij. Ue pastorib⁹ Israel qui pascunt semetipsos: Et corp⁹ ledunt iniuste opprimēdo vt ex tali oppressione possint pecuniam extorquere. Michee.iij. Si quis non dederit in ore eoruz quippiam sanctificans super eum preliū. Animas occidit prauū exemplū p̄bēdo. zacha.xj. Pasce pecora occisionis. Glos. Quicunq̄ doctores minimos scandali-

zant ipsi pecora occisionis nutriũt. ¶ Sequitur videre de officio mercenarij quod est tondere: ⁊ tamen christus primo pastori nunq̃ dicit tonde, qꝛ non erat mercenarius: nec dixit occide, qꝛ non erat lupꝰ: sꝫ dixit pasce, quia erat pastor verus. Semel tamen sibi dixit occide. Nam sicut dicitur Actu.x. Cum Petrus vidisset linteum de celo descendere in quo erant quadrupedia ⁊ serpentia terre ⁊ volatilia celi facta est vox ad eum dicens. Surge Petre occide manduca. Ibi enim non erant oues: qꝛ non dixisset ei occide sed pasce. sed erant volatilia per que intelligũtur superbi. Et reptilia terre per que intelliguntur auari: Et quadrupedia immunda: per que intelligunt̃ luxuriosi. Luxuria enim in corpore agitur quod ex quatuor elementis componitur. Uel signatur luxuria per quadrupedia: qꝛ luxuriosus vadit in infernum cum quatuor pedibꝰ. Auarꝰ eñ vadit cũ duobus. Unus est quia male acquirit. Alius quia male retinet. Superbus autez vadit cum tribus. Unus est quia bona que habet suis meritis recepisse se credit. Alius autem est quia falso de se sentit, ⁊ multa se credit habere que non habet. Tertius autem est quia in sui comparatione ceteros paruipẽdit. Luxuriosus aũt vadit cũ quatuor. Unus est vitium gulositatis: vult enim laute comedere vt possit suam libidinem exercere. Secũdus autem est vitiũ libidinose voluptatis. Ut dicit Hierony. Uenter mero estuans cito despumat in luxuriam Tertius autem est vitium prodigalitatis. Sicut patet in filio prodigo qui dissipauit vniuersam substantiam suã viuendo luxuriose vt habet̃ Luc.xv. Quartus est vitium rapacitatis, qꝛ postq̃ consumpserit propria conuertit se ad rapiendum aliena. Omnes igitur tales prelatus debet occidere vt videlicet occidat superbiam in superbis, auaritiam in auaris, luxuriã in luxuriosis. ¶ Sequitur videre de officio lupi: id est diaboli: qd̃ est oues occidere: quas quidem tripliciter occidit. Primo decipiẽdo per astutiam. Legitur enim ꝙ lupus aliquando voces humanas emittit ⁊ aliquando latratum canum fingit: vt sic pastores ⁊ oues decipiat. Aliqñ etiam diabolus aliquam suggestionẽ immittit q̃ habet speciem boni: vt sic homines decipiat. ij. Corin.xj. Timeo autez ne sicut serpens euam seduxit astutia sua ita corrumpantur sensus vestri. Ibidem. Ipse enim sathanas trãsfigurat se in angelum lucis. Tunc se in angelũ lucis transfigurat: qñ ea videtur suggerere que boni angeli persuadere consueuerunt. Secundo frangendo per impatientiam. Legitur ꝙ quando lupꝰ ad ouile vadit ne canes: eius odorez sentiant contra ventum vadit, Sicut autẽ per ventum prosperum ꝓsperitas: sic per ventum contrarium aduersitas designat̃. Tũc igitur diabolꝰ contra ventum vadit quando hominem in aduersitatibus existentem iterum tentando inuadit. Sepe enim dei iustitia permittente homini tribubulato ex ablatione terrene substantie addit afflictionem in corpore: ⁊ inde tentationem in mente: vt sic ad impatientiam ⁊ desperationẽ inducat: Sicut patet in Job cui primo res abstulit. Deinde filios extinxit. Deinde graui vlcere eum percussit. Tãdem per vxorem ⁊ amicos graues tẽtationes in cor eiꝰ misit: sed iste eũ in omnibus supauit. Talis enim est natura diaboli ꝙ si in principio ei resistitur, debilis efficicitur. Chryso. sup Matth. In primis grauis ⁊ intolerabilis est impetus diaboli: quem si quis fortiter sustinuerit in secũdo inuenient eum infirmiorem. Quãto eñ plus repercussus fuerit tanto magis refrigescit ⁊ deficit. Tertio alludendo ꝑ spem vanam. Legitur in libro de alalibus ꝙ lupus diligit valde ludere: ⁊ si potest rapere puerum cum eo ludit ⁊ postea eũ comedit. Qualiter autẽ diabolus cũ peccatore ludat, ostendit Grego. in pastorali dicens. Diabolus modo aliorũ facta grauiora alleuiat: modo nihil esse quod perpetratuz est affirmat: modo misericordem deum loquitur: modo adhuc tẽpus subsequẽs ad penitentiã pollicetur: vt diu per hec decepta mens diutiꝰ ab incepta intentione penitentie suspẽdatur. Prouer.xiiij. Stultus illudet peccatũ. i. diabolus qui fuit causa peccati. Postq̃ autẽ cum peccatore sic luserit eum comedit. Ambro. in sermõibus. Diabolus filios suos non diligit sꝫ odit. Sic enim eos amat vt perdat: sicut amat gluto porcellum vt comedat. Uel per lu-

pos intelligi possunt tyranni. Greg. Lup⁹ super oues venit: cum quilibet iniustus raptor fideles ⁊ humiles opprimit. De istis lupis dicitur Soph.iij. Judices eius lupi vespere non relinquebant in mane. Abacuch.j. Uelociores lupis vespertinis. Sūt enim lupi vespertini matutini ⁊ meridiani. Lupi matutini quia adhuc non esuriunt multum: partē ouis comedunt ⁊ partē relinquunt. Tales sunt multi tyranni qui bona pauperum rapiūt: sed partez tamē eis dimittunt lupi vero meridiani.i. qui vsq; ad meridiē non comederunt: ⁊ qr multum esuriunt: ⁊ qr propter estum multū sitiunt: totā ouem comedunt ⁊ sanguinem bibunt. Tales sunt qui totā supellectilē auferūt: ⁊ insup possessiones quas cū multo sudore acquisiuerunt dir.piūt. Isido. Judices praui luporum more cuncta diripiūt: ⁊ vix pauca pauperibus derelinquunt. Lupi autem vespertini.i. qui vsq; ad vesperā non comederūt, adeo esuriūt, q ⁊ carnes ouis comedunt, ⁊ sanguinē bibūt, ⁊ pellem scindunt, ⁊ ossa frangunt. Sic sunt multi tyrāni qui a pauperibus pecunias exhauriūt: possessiones diripiunt: domos tollūt: vestes auferunt: ꝑsonas opprimūt. Hiere.lj. Comedit me ⁊ deuorauit me Nabuchodonosor rex babylonis. hoc q̄ ad lupos matutinos qui partem carnis comedunt. Absorbuit me sicut draco, hoc quo ad lupos meridianos qui totā ouē comedunt ⁊ sanguinē bibūt: v superi⁹ dr, Iste nouissimus exossauit me. Nabuchodonosor. hoc quo ad lupos vespertinos qui oīa comedunt ⁊ sanguinē bibunt ⁊ ossa frāgunt. Prouer. xxviij. Leo enim rugiens ⁊ vrsus esuriēs princeps impius super populū pauperē.

¶ Sermo tertius.

Animā meam pono pro ouibus meis. Serui dei ꝑ quibus christus animā suā posuit: et quos precioso sanguine redemit: comparātur ouibus propter sex que in ouibus reperiuntur. ¶ Primo ouis est animal multa simplicitate preditum: sic serui dei debent esse simplices. i. sine plica duplicitatis. De qua simplicitate dicit Gregorius in moral. Qd abominant egyptij: hoc israelite deo offerunt: qr simplicitatē ⁊ māsuetudinem deo immolāt, quā abominantes egyptij fatuitatē putant. Est ista simplicitas ꝯsistit q̄tum ad aspectum: affectum ⁊ actū. Debēt em̄ habere aspectū simplicē: scz ipsum ad deū tātū dirigant: ⁊ tunc totū corpus.i. cōgeries operū erit lucidum. i. deo gratū. Mat.vj. Si oculus tuus fuerit simplex totū corpus tuū lucidum erit. Istā simplicitatem aspect⁹ non habēt illi qui cum vno oculo volunt respicere in celū ⁊ cū alio in terrā.i. volūt simul diligere deū ⁊ mūdū. Cōtra quos dicit Matth.vj. Non potestis deo seruire ⁊ māmone. Tales non habēt simplicitatē aquilinā. Aq̄la em̄ pullos quos viderit celū aspicere tāq̄ ꝓprios nutrit: quos aūt ad terrā, tāq̄ degeneres abijcit. Scdo debēt hēre simplicē affectū.i. vt simplici corde nō duplici ꝓximū diligāt.j. Pet.j. Simplici ex corde inuicē diligite attētius. Istam simplicitatē affect⁹ nō habēt illi qui in ore habent dilectionē: sed in corde seruāt rancorem. Eccle.xiij. In labijs suis indulcatur inimicus: ⁊ i corde suo isidiat vt subuertat te in foueam. Isti non habent simplicitatē columbinam que caret felle amaritudinis ⁊ rancoris. Mat.x. Estote prudētes sicut serpentes ⁊ simplices sicut columbe. Tertio debent habere simplicem actū: vt simplici mētione ꝓximo seruiant. Ro.xij. Qui tribuit in simplicitate. Istam simplicitatē nō habēt illi qui ideo aliquib⁹ tribuūt aliqua vt surripiant sua. Eccl.xiiij. Subridens spem dabit narrans tibi omnia bona: et dicet quid opus est tibi. cōfundet te in cibis suis donec exinaniat te bis ⁊ ter. Isti non habent simplicitatem ouium. Ouis enim nullū ledit ⁊ nescit mala inferre: sed illata patienter tolerare. Omnibus seruit: qr pascit ⁊ induit. Unde dicit Aug. q ouis implet preceptum euangelicum: quia de duabus tunicis dat vnam non habenti. ¶ Secūdo ouis est animal qd naturaliter fugit lupū: sic quilibet debet fugere peccatū. Eccl.xxj. Quasi a facie colubri fuge pctm̄ imo multo ampli⁹. Nā iter ea q̄ sunt infra terrā nihil est peius inferno. Inter ea q̄ sūt i terra nihil est pei⁹ serpente ⁊ colubro. Inter ea q̄ sunt super terrā.i. in aere

nihil est peius dracone. Et tñ ista tria luitāt a ꝓpheta vt laudēt deum. Laudate (inqt) dñm de terra dracones ⁊ oēs byssi, serpētes ⁊ volucres pennate. Nusq̄ autē ꝓpheta dicit ꝙ superbi auari vel luxuriosi laudent deum. Ex quo sequitur ꝙ peccatū est peius dracone, inferno, ⁊ serpēte. Nec mirum ꝙ infernus laudat dei iustitiam: sicut latro in patibulo iudicē laudat: qr ip̄m iustū esse demonstrat. Draco pre sui magnitudine laudat dei potentiā. Est ei maxim⁹ oīm aiantiū super terram. Serpēs laudat die sapientiā. Ipse enim caput abscondit ⁊ corp⁹ ꝑcussioni exponit. Et in hoc deuz laudat qui tantā sapientiā sibi dedit. Peccator autem non laudat sed blasphemat. Ro.ij. Nomē dei per vos blasphematur. ¶ Tertio ouis est aial vtile ⁊ fecūdū: necesse ē aūt ꝙ quādo oues sunt fete, pastor eas custodiat ⁊ portet. Esaie.xl. Fetas ip̄e portabit. Tribus aūt de causis ouis aliqñ aborsum patitur. Primo secundū plinium quādo est sola. Tūc enim pre nimio timore frequēter abortit: qr timet ne in os lupi deueniat. Secūdo propter tonitruū: sicut idē dicit. Tertio quādo comedit herbas venenatas. Aristo. autem ponit quartū quod maxime eas abortire facit scilicet fum⁹ extincte candele. Anima tunc est pregnās qñ habet multa bona ꝓposita. Tūc parit qñ ea complet per bona opera. Sz pctōr est sol⁹ qui non habet deum secū et ꝑdit participationem meritorum ecclesie. Et quia solus est nō habet qui eum adiuuet vel subleuet. Ideo tm̄ fetū boni ꝓpositi, nec etiā in corde potest nutrire: nec ipsū per bona opera parere: ⁊ sic necesse est ꝙ patiatur aborsum. Eccli.iiij. Ue soliqr si ceciderit non habet subleuantem. Auar⁹ in corde suo multa habet tonitrua. Unum est āxietas in acqrendo. Aliud timor in custodiendo. Aliud dolor in ꝑdendo. Et ista tonitrua boni propositi fetum extinguūt. Inter tot em̄ anxietates, timores, ⁊ dolores bona proposita crescere non possunt. Sicut patet in semine quod spine suffocauerūt. Luc.viij. Luxuria est herba venenata que corpus ⁊ animam inficit ⁊ corrumpit ⁊ boni propositi fetū extinguit. Semen enim nō potest crescere in terra conculcata: vt habetur ibidē. Anima em̄ luxuriosa a demonib⁹ conculcatur. Eccli.ix. Omnis mulier que est fornicaria quasi stercus in via cōculcabitur. Superbia est fumus qui in altum ascendit: ⁊ subito euanescit. iste fumus fetum boni propositi extinguit. Semen etiam non potest crescere in terra petrosa.i. mente dura q̄ ad penitētiā rescindi nō pōt. vt habet ibidē de semine qd̄ supra petram cecidit. ¶ Quarto ouis est aial obediens et mansuetum: illi autē pastori oues secure obedire possunt q̄ eas cognoscit diligit ⁊ defendit. Sic ⁊ verus pastor christus circa eas habet scientiam cognoscendi. Johā.x. Cognosco oues meas. Potentiam defendendi. Ibidem. Non rapiet eas quisquam de manu mea. Et voluntatem saluandi ibidem. Animam neam pro ouibus meis pono. Bern̄ huic secure me credo q̄ saluare me velit norit ⁊ possit. Dicitur in lib. de animalibus ꝙ pastores docent oues festine ambulare ad auditum alicuius vocis: sic ⁊ viri religiosi debent esse veloces multum ad obediendum ad vocem prelati sui. Debet autem ista obedientia habere tres comites: scilicet simplicitatem, charitatem, ⁊ concordem voluntatem: istud significatum est Job.xiij. Ubi dicitur ꝙ ibi amici dederunt sibi ouē vnā: ⁊ inaurem aureā vnam. per inaurem intelligitur obedientia. ꝑs. In auditu auris obediuit mihi. Ista obedientia debet habere ouem annexam: quia debet fieri cum humili ⁊ simplici corde: ⁊ debet esse aurea: quia debet fieri ex vnanimi ⁊ concordi voluntate. Quidam enim obediunt non simpliciter sed ficte: isti non habent ouem annexā. Alij obediunt non ex charitate sed necessitate. horum inauris non est aurea. Alij prudentes apud semetipsos suaz volūtatē nolūt vnire cū volūtate prelati. hoꝝ inauris nō est vna. ¶ Quinto ouis est aial sobriū ⁊ modestū: qr paruis pascuis est contēta ⁊ expēsis modicis sustētatur. Sic ⁊ serui dei modicis debēt esse cōtēti. Sen̄. Uictus sit tibi ex re facili nec ad voluptatem sed ad cibum attende. Palatum tuum fames excitet nō sapores. Desideria tua paruo redime, quia hoc tātum curare debes vt desinant. Cibus aūt istarum ouium in futuro erit ille de quo dicit Ezech.xiiij. In pascuis vberrimis pas

scam oues meas: et in montibus excelsis erunt pascue earū. Ibi requiescent in herbis virentibus et pascuis pinguibus pascentur super montes israel. Et quib⁹ verbis habet q̄ pascua beatorum erunt vberrima pinguia et virentia. Pascentur enim in cognitione summe veritatis. Et ista pascua erunt vberrima: quia siue ingrediātur ad contemplandum deitatem siue ingrediantur ad contemplādum humanitatē: vbiq; inuenient pienam satietatē. Joh.x. Ingredietur et egrediet et pascua inuenie. Eiusdem.xvij. Hec est vita eterna vt cognoscant te solum verum deū et quē misisti iesum christum. Secundo pascentur in delectatione et fruitione summe suauitatis. Et ista erūt pascua pinguia. ps. Ex adipe frumenti satiat te. Istud frumentum est ille q̄ de se dicit Joh.xij. Nisi granum frumenti cadēs in terram mortuū fuerit: ipsum solum. etc. Adeps istius frumenti est suauitas et delectatio que causat ex amore dei. ps. Sicut adipe et pinguedine repleatur anima mea. Tertio pascent in eternitate perpetue securitatis. Et ista erunt pascua virentia. Nunq̄ enim illa pascua arescent vel marcescēt sed semper ipsa virescent et perpetua erūt. ¶ Sexto autē ouis est animal multum pacificū, māsuetum: et quietū. Sic et serui dei laborare debent vt quieti sint. Thes.iiij. Rogamus aūt vos fratres vt abundetis magis et operā detis vt q̄eti sitis. Istā aūt quietē habent illi q̄ terrena despiciūt: et in deo amorē suū ponunt. Jo. xvj. Hec enim locut⁹ sum vobis: vt in me pacē habeatis. Greg. Quid quietius q̄ nihil hoc mundo appetere: quid laboriosius q̄ terrenis desideriis estimare? Hinc est q̄ israel sabbatum accepit in munere: egyptus percutit in musca et multitudine. Cū enim tria sint que naturaliter quietem appetant. s. corpus: sensus: et animus. In hominib⁹ terrenis desideriis dediti desiderāte ista nō pñt. Corp⁹ em̄ semp est in labore et fatigatione. Eccli.xxxj. Laborauit dues in congregatiōe subtātie. Sensus nō pñt hre somnū nec q̄tē. Cū em̄ quies sensuū sit somn⁹, a talib⁹ somnus fugit. Eccli. xxxj. Fugiebat sōnus ab oculis meis. Eccl: v. Saturitas diuitis. i. abūdātis diuitiarū nō sinit eū dormire. Animꝰ em̄ ei⁹ sq̄ē b̄ solicitudie. Hiere.xlix. Turbati sunt i mari: p̄ solicitudine q̄escere nō potuerūt. Et qz ista tria in auaris quietē nō pñt habere: ō b⁹ Aug. Diuitias inuenisti, requiē perdidisti. Cum vigilas de his cogitas, cum dormis latrones somnias. In die solliciꝰ, in nocte pauidus, semper autem mendicus.

¶ Dfiica.iij. post pascha. Sermo.j.



Modicum et nō videbitis me: et iterū modicum et videbitis me. Joh̄. xvj. Naturale est inter amicos q̄ cupiunt mutua visione perfrui mutua locutione refici: et corporali presentia consolari. Ideoq; discipuli desiderabāt semper christum videre, eius verba audire, et presentiam retinere: et ideo nimis contristabantur q̄n xp̄s de suo recessu mētionē faciebat sicut dixit in p̄bis p̄missis. Modicū et nō videbitis me. Circa q̄ sciendū q̄ apli fuerūt in quadruplici statu. ¶ Primꝰ est in q̄ fuerūt in multo timore: et hoc ān passionē. Timebāt em̄ sp̄ne xp̄i p̄tiā perderent, et ad hoc ptinet id q̄ dixit parū supra, hec aūt ab initio nō dixi: qz vobiscū erā: et nūc vado ad eū q̄ me misit. Istū aūt timorē in eis gñabāt p̄ba tristitia q̄ sup hoc sepe eis replicabat. Jo.xiij. Filioli mei adhuc modicū vobiscū sum. Eiusdem.xiij. Adhuc modicum et mundus me iam non videt. ¶ Scōs status est in quo fuerunt in multa tristitia et dolore: Et hoc in passione et in toto illo triduo in quo ipsam non viderunt. Et ad hoc pertinet illud quod dicit. Modicum et non videbitis me. Et illud quod sequitur. Amen amē dico vobis q̄ plorabitis et flebitis vos. etc. ¶ Tertius status est in quo habuerunt gaudiū sed semiplenum: et hoc post christi resurrectionē. Gaudebant em̄ de hoc q̄ christū sibi apparentem videbāt: sed plene gaudere non poterant: quia sciebāt q̄ modico tp̄e debet tantū quadraginta diebus: cū eis moraturꝰ erat. Et ad hoc pertinet illud: et iterū modicū et videbitis me. Et illud. Vos aūt cōtristabimini: sed tristitia vestra vertetur in gaudiū. Quomodo aūt predicta p̄bā sint intelligēda, dicit Alcui. Modicū (inquit) christus fuit q̄ nō viderunt eū: dedit illud

triduum quo in sepulchro quieuit. Et iterũ modicũ quo eum viderũt.i.illi quadraginta dies in quibus sepius post resurrectionẽ suã eis apparuit. Hec aũt verba in tãtum eis erant obscura ꝙ ea intelligere nõ valebãt. Jõ dicebãt. Quid est quod dicit nobis modicum? huius autem triplex erat causa. Prima secũdum Chryso. Propter tristitiam que amouebat a mente eorum ea que dicebãtur. Alia erat secundũ eundem cõtrarietas, que videbat esse in verbis domini dicẽtis: videbitis me ⁊ nõ videbitis. Tertia erat quia credebant ꝙ ei parabolice loqueretur sicut sepe facere cõsueuit. ¶ Quartus stat⁹ est in quo habuerunt gaudium plenum ⁊ perpetuũ, vt in beata dei visione in qua modo sunt. Et ad hoc ꝑtinet illud. Iterũ aũt videbo vos ⁊ gaudebit cor vestrũ ⁊ gaudiũ vestrũ nemo tollet a vobis. Scdm autẽ Aug. istud intelligit de gaudio illi⁹ beate visiõis: de qua dicit.j.Joh.iij. Cũ apparuerit ei similes erimus: qꝛ videbimus eum sicuti est. Istud em̃ gaudiũ nunq̃ tollit nec finitur. Aug. ibidẽ. Ibi non est finis et sufficit nobis eternus igitur erit: neq; em̃ sufficit nobis nisi cuius nullus est finis. Istum autem quadruplicẽ statũ apostolorũ ostẽdit dñs ꝑ similitudinẽ mulieris pregnantis et parturiẽtis. Talis em̃ mulier quadrupliciter põt considerari. Primo prout est pregnãs ⁊ tũc est in multo timore: semper em̃ timet ne fetus dispereat. Et huic respõdet primus stat⁹ aplorꝝ in quo semꝑ timebant ne xp̃s ab eis recederet. Scdo ꝓut est in ꝑtu: ⁊ tũc est in multo dolore ꝓpter vẽtris cruciationem. Et huic respõdet secũd⁹ status apostolorũ in quo fuerũt in multa tristitia propter christi passionẽ. Tertio ꝓut est post partum: ⁊ hoc dupliciter. Uno modo prout peperit filiam et habet gaudiũ semiplenum. Et huic respõdet tertius status aplorꝝ in q̃ fuerunt aliquantulum in letitia propter xp̃i resurrectionẽ ⁊ tũc semiplenũ habuerũt gaudium. Secundo prout peperit masculum: ⁊ tũc habet gaudiũ plenũ. Et huic respondet quartus status apostolorũ in quo mõ sunt vbi habẽt plenũ gaudiũ ⁊ ꝑfectũ. Unde dicit aug. ibidem. Parturitio tristitie, partus aũt gaudio cõparatur quod tunc maius esse consueuit qñ nõ puella sꝫ puer nascitur. ¶ Istũ quadruplicẽ statũ habet etiam serui dei. Sũt em̃ in timore ⁊ merore, in gaudio semipleno ⁊ in gaudio ꝑfecto. In timore quidem sunt ne deum amittant: sicut propheta cõquerebat se amisisse dicens. Redde mihi letitiam salu. tui. Sed notandum ꝙ ab aliquibus recedit ⁊ nunq̃ redit. Ab aliquib⁹ recedit ⁊ redit. Ab aliquib⁹ nunq̃ recedit ⁊ ideo nõ opꝫ ꝙ redeat. Et ista triplex differentia fuit in christi familia quã hauit in hac vita. Fuit enim vnus scilicet iudas a quo xp̃s recessit qñ ip̃m tradidit: ⁊ nunq̃ redijt qꝛ desperauit cũ dixit. Peccaui tradẽs sanguinẽ iustũ ⁊ plen⁹ malitia et omni iniquitate sp̃m exhalauit ibidem. Et in fine laqueo se suspẽdit. Secũd⁹ fuit petr⁹ a quo xp̃s recessit qñ ipsum negauit: sꝫ statiꝫ redijt qñ amare fleuit. Tertia fuit beata virgo maria a qua nunq̃ xp̃s recessit: ⁊ ideo redire nõ oportuit. Ista triplex differentia quotidie in hac vita inuenitur ⁊ per similitudinẽ in sole consideratur. Sol em̃ aliquas partes mundi nunq̃ illuminat. s. regionẽ infernalem. Aliquas aliqñ illuminat aliqñ non: sicut nostram habitabilem. Aliquas autẽ semper illuminat: sicut eas que supra sunt vt dicit Dionysi⁹. Similiter in hominib⁹ q̃dã sunt a quibus sol iustitie recedit et nunq̃ redit: sicut sunt duri et obstinati qui deũ a se expellunt: ⁊ ne ad eos reddet malis operibus cõtradicunt. Job.xxj. Dixerũt deo recede a nobis. Ecce quia expellunt deũ. Sciẽtiam viarꝝ tuarum nolum⁹. Ecce quia ne redeat cõtradicũt. Eiusdẽ.xxiiij. Ipsi fuerunt rebelles lumini. Isti sunt qui dicunt Esaie.xxx. Auferte a me viam, declinate a me semitam, cesset a facie nostra sanctus israel. Nolũt em̃ ꝙ deus ad eos redeat, nec per viã mandatorũ: nec per semitã consiliorum: nec ꝙ illuminet per inspirationem faciem mentis eorũ. Alij sunt a quib⁹ deus recedit ⁊ post ea redit. Sicut sunt penitentes, a quibus deus recessit per culpam sed redit per penitentiam. Hieremie.xviij. Si penitẽtiam gens illa egerit a malo suo quod locutus sum aduersus eam: agam et ego penitentiam super malo quod cogitaui vt facerem ei. zacha.j. Cõuertimini ad me ⁊ ego cõuertar ad vos: dicit domin⁹ deus exercituum. Tales

tum. Tales etiam sanctos dñs ad modicum locanditas cõtemplationis subtrahitur vt hoc feruẽtius requiratur: et fortius teneatur. Bernar. super cantic. Subtrahit se ad tẽpus ab eis quo amicꝰ renocetur et fortius teneatur. Preterens vult teneri: abiẽs reuocari. Et tamẽ illud modicũ quo se subtrahit videt eis valde longum. Idem. O modicum nõ modicũ: o modicum longum. Pie domine modicũ dicis q̃ non videamus te. Salium sit verbum domini mei. Tamen longum est multum et valde nimis. Ueruntamen vtrunq; verum: et modicum meritis nõ modicum votis. Alij vero sunt a quibus nunq̃ recedit sed quasi violenter eum tenent. Cantic. ij. Tenui eum nec dimittam. Ambro. Cum facimus domino non compellẽdo sed flẽdo: nõ paocando murmus sed lachrymis exorando: nõ blasphemãdo per superbiam sed per humilitatem vincẽdo. O beata violẽtia q̃ nõ indignatione perpetratur: sed mia cõdonat. ¶ Scõo serui dei sunt in meroze et hoc q̃drupliciter de causa q̃ significatur Josue. xv. Suspianit Axa vt sedebat asino et dixit patri suo. Terram anstralem et arentem dedisti mihi: iunge et irriguã. Dedit q̃ et irriguum superius et inferius. Axa sedens asino: est ala presidẽs corpori suo quẽ ploramus. Primo quia sepe habet mentem aridam ab humore deuotiõis interne: et hoc est habere terrã arentem. ps. Anima mea sicut terra sine aqua tibi. Eccli. ij. Ale nostre sentiũt vehemẽter. Scõo ploramus q̃ hz corpꝰ adhuc inflãmatũ igne concupiscentie: et hoc est habere terrã australẽ. ppter qõ dicit apls. Ro. vij. Infelix ego homo ds me liberabit de corpore mortis huius. Tertio ploramus pro dilatiõe superne patrie: et hoc est habere irriguum superius. ps. Sup flumina babylonis illic sedimus et fleuimus. Quarto ploramus p incolatu presentis miserie: et hoc est habere terrã irriguũ inferiꝰ. ps. Heu mihi q̃ incolatus meus. &c. ¶ Tertio serui dei habent hic gaudium et cõsolationem semiplenam, qđ sic significatũ est. ij. Reg. xvij. Ubi dicit q̃ dꝰ per coruos mittebat helie mane et vespere panem et carnes: et bibebat de torrente. Ille pane et carne vescitur, qui celesti consolatione nutritur: que maxime ex medi-

tatione diuinitatis et humanitatis percipitur. Sed ista cõsolatio in tribus deficit. Primo quia habet imperfectionẽ. q̃ notatur per hoc q̃ dabatur tñ mane et vespere: et non meridie. In mane et vespere est lux et calor: sed imperfectus, in meridie ꝑfectus. Beati qui pascũtur i meridie. i. in perfecta dei cognitiõe et dilectiõe. Cant. j. Indica mihi vbi pascas: vbi cubes in meridie. In presenti autem pascuntur mane et vespere: quia imperfecte deũ diligũt et cognoscũt. j. Cozin xiij. Nunc cognosco ex parte. &c. Secundo habet admixtionẽ: que admixtio causatur vel ex corporis corruptione: vel diaboli tẽtatiõe: vel mundi persecutione, qđ notatur per hoc q̃ bibebat de torrente. Esa. j. Uinũ tuũ mixtũ est aqua. Tertio habet terminationẽ qđ notatur per hoc q̃ deus illũ cibũ sibi subtraxit i tantũ q̃ vadens in sareptam fidelem dixit q̃ non indigemus pane vir habere potuit qz deꝰ viris sanctis sepe consolatiões spirituales subtrahit: adeo vt etiaz modicũ habere non sinat, et hoc facit deus siue vt in humilitate conseruentur. ij. Corint. xij. Ne magnitudo reuelationũ extollat me. &c. sine vt incauta securitas vitetur que est mater negligẽtie. Grego. Dum mens securа redditur in torpore relaxat. ¶ Quarto serui dei habent gaudium plenũ: et hoc prout sunt in beata vita. qđ quidẽ ex dei visione causatur. Et ideo dicit. Iterũ antẽ videbo vos, et gaudebit cor vestrũ. &c. De qua visione dicitur Job. xxxiij. ca. Uidebit faciem eius in iubilo. j. petri. j. In quẽ desiderãt angeli prospicere. Matth. xviij. Angeli eoꝝ semper vidẽt faciem patris mei. Sed facit hic Gregorius questionem in moralibus. Queritꝰ si vident q̃modo videre desiderãt: et si videre desiderãt quomodo videtur? Et respõdet. Desiderium (inq̃t) anxietatẽ hz, anxietas penam. satietas vero fastidiũ. Ne sit ergo in desiderio anxietas desiderantes satiantur. Ne sit in satietate fastidium satiati desiderãt. Erigitur nobis delectabiliter impressa sitis simul, atq; satietas. Sz lõge aberit a sitis necessitas, lõge a satietate fastidiũ: qz sitientes satiabimur et satiati sitiemꝰ. Patet ergo q̃ eis defectꝰ ibi supplẽt et gaudiũ plenũ inuenit, ad qđ nos ꝓducat dñs.

¶ Sermo secundus.

Mulier cum parit tristitiam habet quia venit hora eius.ꝛc. Inter malos ꝛ bonos hoc distat: quia mali volũt facere festũ añ vigiliã volẽtes nunc gaudere tẽporaliter: ꝛ ideo in futuro facient vigiliã quia flebunt eternaliter. Aliqui etiam sunt qui vellent venire de festo ad festum: id est de gaudio presentis vite ad gaudiũ felicitatis eterne, contra quos dicit Hieronym⁹. Difficile imo impossibile est, vt presentib⁹ quis ꝛ futuris fruatur bonis: vt de delicijs trãseat ad delitias: hic ventrem ibi mentem impleat: ei in vtroq; seculo sit primus, et in vtroq; appareat gloriosus. Boni vero faciunt hic vigiliam in luctu penitentie: ideo perueniunt ad festum iocunditatis eterne. Et hoc est quod dicitur hic sub metaphora mulieris. Mulier cum parit tristitiam habet. Ecce vigiliam penitentie. Deinde subdit. Tristitia vestra vertetur in gaudium. Ecce festiuitas iocunditatis eterne in verbis premissis tria ponuntur. ¶ Primum est similitudo mulieris parientis, cum dicitur. Mulier cũ parit. Ista mulier significat ecclesiam: vel quamlibet fidelem animã que concipit per bona proposita: sed parit per bona opera. De qua dicit Apocal.xij. Mulier amicta sole, ꝛ luna sub pedibus eius: ꝛ in capite eius corona stellarum duodecim, ꝛ in vtero habẽs: ꝛ clamat parturiẽs, ꝛ cruciatur vt pariat. Tunc ista mulier est amicta sole quando est inducta christi conuersatione: scilicet pietate, humilitate, patientia, ꝛ obedientia. Rom̃.xiij. Induimini dominum iesum christũ. Per lunam significatur mutabilitas rerum tẽporalium, Sicut enim luna, mutatur quia nunc plena, nunc semiplena modo vacua sic. Sic mundus aliquando est plen⁹ quãdo alicui dat plenam cõsolationem aliquando semiplenus quãdo ex vna parte dat cõsolationem ex alia tribulationẽ. Aliquãdo vacuus quãdo dat omnimodam desolationem. Istam lunã sancti habent sub pedibus, quia temporalia habẽt sub affectib⁹. Auari autẽ habẽt istam lunã in capite quia habent cupiditatem in mẽte. Amos.ix. Auaritia in capite omnium. Debent etiam habere coronã duodecim stellarum: quia debent imitari doctrinam ꝛ exempla duodecim apostolorũ. Parit autem per bona opera: sed cũ cruciatu: quia in bene operando multa sustinet aduersa. Ro.viij. Omnis creatura ingemiscit ꝛ parturit vsq; adhuc. Sũt autem alique mulieres que nolũt parere: qꝛ nolunt dolorem part⁹ sustinere. Sic etiã sunt multi qui nolunt facere opera penitẽtie quia timent aduersa sustinere. Sed inter ceteras ꝓprietates lilij legitur ꝙ succus eius prodest mulieri ad pariẽdũ. Cerua etiam comedit quandã herbã vel radicem q̃ dicitur dragantea q̃ parere eam facit. Ait etiam Plini⁹ ꝙ aquila in nido suo ponit quendã lapidẽ preciosum q̃ ipsam iuuat ad pariẽdũ. Istud liliũ est: xp̃s: q̃ dicit. Cant.ij. ego flos cãpi: ꝛ liliũ cõualiũ. Nõ est flos orti sed campi: quia odor mie non est clausus sed apertus. Et non est liliũ mõtiũ sed valliũ: qꝛ nõ plãtat̃ in montib⁹. i. in cordib⁹ superborũ: sed humiliũ. Succus hui⁹ lilij est sanguis xp̃i. Per herbã significat̃ humana fragilitas siue mortalitas. Esa.xl. Ois caro fenum. Sicut em̃ herba virescit: deinde arescit: postea putrescit sic homo viret in iuuentute: arescit in senectute: putrescit ĩ morte. Per lapidẽ preciosum significatur gloria sanctorum. Que ꝛ lapis est inquantũ est solida ꝛ eterna: ꝛ preciosa est inquantũ est ineffabilis ꝛ supra merita: et lucida est inquantum illuminat mẽtes ꝛ corda. p̃s. Posuisti in capite eius coronã d̃ lapide p̃cioso. Ista igitur tria faciũt vt homo non dimittat propter aduersa quin pariat ꝑ bona opera. Primũ est meditatio passionis dominice. Heb.xij. Recogitate eum qui talem sustinuit a pctõrib⁹ aduersum semetipsum cõtraditionem: vt nõ fatigemini animis vestris deficiẽtes. Gre. Si passio xp̃i ad memoriam reducitur: nihil est qd̃ non equo animo tolleret̃. Scd̃m est memoria mortis ꝓprie. Idem. Ualde se sollicitat in bono opere: qui semper cogitat de extremo fine. Tertiũ est meditatio celestis glorie. Glo. sup̃ illud Iaco.j. Om̃e gaudiũ existimate ꝛc. Ne indignemini si mali in mũdo florent, si ꝛ vos patiamini: qꝛ nõ est chri-

stiane dignitatis in temporalib⁹ exaltari: sed poti⁹ deprimi. Mali nihil habēt in celo, ⁊ vos nihil in mūdo: sz spe illius boni ad qd tēditis: quicqd in via cōtingit, gaudere debetis. ¶ Scdo ponitur huius mulieris tristitia salubris: cū dr. Tristitiā habet. Que quidē tristitia causat ex quadruplici causa: vt dicit Grego. i moral. scz qñ quis considerat vbi fuit. vbi erit: ⁊ vbi est: et vbi non est. Ubi fuit (inquit) in peccato. vbi erit: in iudicio. vbi est: i miseria. et vbi nō est: in gloria. Primo igitur tristari debet qr fuit in peccato: ex eo qr pdidit deū et omne meritū suū. Michee. j. Faciā eis planctū velut draconū: ⁊ luctū quasi struthionum. Camel⁹ draconis in insidijs positus caput cum planta cōterit: tūc draco planctū magnū emittit. Struthio oua inpuluere relinquēs eoꝝ obliuiscit: que aliquādo a bestijs conculcantur. Tādē struthio rediēs ⁊ fracta oua inueniens, luctū facit. Pctōr igit debet luctū facere ⁊ deplāgere instar draconis: quia caput suū. i. deū pdidit. ⁊ instar struthionis lugere: qr perdidit oua sua scz oīa merita sua ⁊ bōa opera. Scdo debet habere tristitiā ⁊ timorem, cōsiderādo ꝙ erit in iudicio. ps. A iudicijs em̄ tuis timui. Nam sm Bern̄. superius erit iudex irat⁹: inferius infern⁹ accēsus: a dextris pctā accusantia: a sinistris demonia ad suppliciū trahentia. Tertio debet habere tristitiā cōsiderādo ꝙ est in miseria. ps. Heu mihi qr incolat⁹ me⁹ plōgatus est. Nec mirū: qr sicut dicit Chryso. sup Matth. Aīa in hac vita est potēs, sed peregrina: caro aūt infirma, sed in domo ppria est. Caro igitur qr hic ē domestica, sepe aīe dñatur. Aīa vero qr est potēs resistit ⁊ sepe carnē ad bonū trahit: in futuro aūt erit aīa potēs, qr in domo propria: caro vero infirma ⁊ peregrina. Et ideo tūc aīa carni totaliter dñabitur: et quicqd voluerit spūs, mox consentiet corpus. Et ponit exēplum Chryso. Si em̄ aliquis potēs in domo pauperis hospitatur: pauper ibi iubet, qr in domo sua ē. Diues aūt aliquā ibi habet agēdi fiduciā: qr potēs est. Sed si pauper in domo diuitis intrauerit, non est ausus os aperire: tuz qr peregrin⁹ est, tum qr pauper est. Quarto debet habere tristitiam, considerādo ꝙ nō est in gloria. Ideo suspirabat ppheta dicēs. Sicut ceruus desiderat ad fontes aquaꝝ ⁊c. Ceru⁹ qñ senescit grauatur in cornib⁹: inueterātur pili, caligāt oculi tūc pugnāt cum serpēte ⁊ eū occidit: haustoq; veneno ardentissime sitit: ⁊ in flumen se proijciēs totus renouatus erit. Sic viri sancti pugnant cū diabolo, carne, ⁊ mundo: ⁊ ardentur sitiūt ad fontem vite puenire: vbi renouantur in cornibus. i. in vtutib⁹: qr modo habēt eas ipfectas, tūc āt pfectas. j. Corin. xiij. Cū venerit qd pfectum est: euacuabit qd ex parte est. Renouātur in pelle. i. corpore qd efficit immortale, subtile, clarū, ⁊ agile renouant i oculis, qr nunc vident in enigmate, tunc aūt facie ad faciem: vt dicitur. j. Coꝝ. xiij. ¶ Tertio ponitur opportunitas tēporis: cū dicitur. Quia venit hora ei⁹. In presenti em̄ vita est tēpus flendi peccata in futuro aūt erit tempus letandi in gloria. Eccli. iij. Tēpus fledi ⁊ tēpus ridendi. Modo est tēpus pugnādi cōtra vitia: tūc erit tēpus quiescēdi pace ppetua. Modo est tēpus belli: tūc vero tps pacis. Modo est tēpus ppter deū pdēdi modicum: tūc erit tēpus acquirēdi in cētuplū. Aug. in lib. j. homel. Quasi fenus traiectitiuz cū deo facis. hic das: ibi recipies. hic das res perituras: ibi recipies res sine fine māsuras. ¶ Notādū ꝙ tēpus quadrupliciter potest considerari: scz in mundo, in iudicio, in celo, ⁊ in inferno. In mundo de tēpore est magna copia: ⁊ ideo ipso vti debem⁹ ad bonū operandū. Gal. vj. Dū tēp⁹ habem⁹ operemur bonū ad omnes. Ad malū vitandū. Eccli. iiij. Conserua tēpus ⁊ deuita malū. Et ad salutem pcurandū. ij. Coꝝ. vj. Ecce nūc tps acceptabile: ecce nunc dies salutis. In hoc igit tēpore debet quilibet bene facere: priusq; tēpus pretereat, priusq; mors supueniat, priusq; oīa derelinquat. Eccl. xj. Nescit ꝙ temp⁹ pretereat, ⁊ mors appropinquet ⁊ relinquat oīa alijs. In iudicio aūt erit de tēpore ratio districta. Tūc em̄ de⁹ omne tēpus nostrum accipiet: ⁊ sm illud nos examinabit ⁊ iudicabit. ps. Cū accepero tps: ego iustitias iudicabo. Bern̄. Omne tps nobis impēsuz: requireret a nobis qualr sit expēsum. Idem. Sicut non peribit capill⁹ a capite: sic nec momētum a tpe. Ideo sanc

90

eti viri diligenter cauēt ne de tpe modicū quid amittāt: ne de eo in iudicio rationē reddāt. Unde Aug. in lib. cōfes. accusat se corā deo de hoc ꝙ araneas muscas capiētes aliqñ libēter aspexit: ⁊ de hoc ꝙ ꝑ viā transiēs, canes leporē insequētes aliqñ libēter vidit. Ideo aūt de his se accusat, non qꝛ in his peccatū sit: sed qꝛ tēpus qđ ibi occupauit, in bonis meditationib⁹ expendere debebat. In celo aūt erit tpis ꝑfectio plena. Deut. xxxiij. Adesse festināt tēpora. i. ad ꝑfectionem. Sed modo est tēpus preteritū: modo presens: mō futurū. Tūc nullū erit preteritū: nullū futurum: nullus annus: nullus mēsis: nulla hebdomada: sꝫ tm̄ vna dies. zacharie. xiiij. Erit dies vna que nota est dño. Non dies neq; nox: ⁊ in tēpore vespere erit lux. In inferno aūt erit de tpe magna caristia. Apoc. x. Angel⁹ iurauit per viuentē ꝙ tp̄s non erit, scꝫ ad penitendū. Si em̄ dānati possent hr̄e aliqđ tēporis momētum, carius esset eis q̄ si totū lucrarent̄ mūdū: qꝛ tūc possent penitere, ⁊ mīam ꝓmereri. Unde dixit sanctus Martinus diabolo. Si tu miser ab hoīm infestatione desisteres, ⁊ de malis tuis peniteres: ego de deo cōfisus tibi veniā polliceret. Sed qꝛ diabolus est extra tēpus merēdi, ⁊ in malo cōfirmatus: ideo penitere non potest. Seruāduꝫ est igit̄ qđ dꝛ Eccl's. ix. Quodcūq; potest manus tua, instanter operare: qꝛ nec op⁹ nec ratio nec sciētia nec sapiētia erāt apđ inferos quo tu ꝓperas. ¶ Homo em̄ quatuor modis mereri potest. Primo bona opera faciēdo: sed hoc ibi non erit, iō dꝛ ꝙ non erit ibi opus. Dānati em̄ man⁹ ligatas habebūt: ⁊ ideo nihil boni operari poterūt. Matt. xxij. Ligatis manib⁹ ⁊ pedibus ⁊c. Scđo potest q̄s mereri carnem suaꝫ mortificādo ⁊ rationi subijciēdo: sꝫ hoc ibi non erit. ideo dꝛ ꝙ ibi non erit ratio que sensualitati dñet̄. Non em̄ viuent ꝟm rationem, sed ꝟm furiosam sensualitatem: qꝛ semper erūt in turbatiōe. p̄s. Peccator videbit ⁊ irascetur. Sēper in desperatione. Hiere. xviij. Desperauimus: post cogitationes nostras sum⁹. Tertio potest quis mereri per fidem in deum credēdo sed hoc ibi non erit, ideo dicitur ꝙ ibi nō erit scientia videlicet sanctorū: quia per fidem deū cognoscūt. In hac em̄ vita fideles habēt de deo veram fidem: ī beata autem vitam habebūt apertam visionez: sꝫ damnati habebūt obūbrataꝫ. Mat. xxij. Mittite eū in tenebras exteriores. Quarto potest quis mereri deum diligendo: sꝫ hoc ibi nō erit: ideo dicitur ꝙ non erit ibi sapiētia. i. sapida sciētia: qꝛ cū sapore de⁹ diligitur. Dānati aūt deum non diligent: sed odio habebūt. vñ Psal. Superbia eorum qui te oderunt ascendit semper.

¶ Sermo tertius.

Cum aūt peperit puerum iam non meminit pressure propter gaudium: qꝛ nat⁹ est homo in mundum Quāuis penitētia sanctorū virorū multā videatur habere asperitatem: tamen leuigari debet cōsiderādo tāte glorie immēsitatez. Et istud ostēdit Hiero. quadruplici exēplo, dicēs. Amaritudinem radicis: dulcedo pomi cōpensat. Pericula mars: spes portus delectat. Dolorem medicine: spes salutis mitigat. Qui em̄ nucleum desiderat: nucē frāgat. Ergo penitentiam agat: q̄ eterno vult adherere bono. Quintum aūt exēplū ponit dñs hic: quia Dolorem parturiētis alleuiat natiuitas optate prolis. Ideo dicit. Cū aūt peperit puerū ⁊c. Per hāc mulierē designat̄ ecclesia siue quelibet fidelis aīa: quā q̄dē xp̄s despōsauit: que despōsata concipit ⁊ parit. Despōsat aūt eā xp̄s annulo fidei. Osee. ij. Spōsabo te mihi in fide. Uñ dixit beata Agnes. Annulo suo subarrauit me ⁊c. Designatur aūt fides per annulum: quia sicut annullus gēmis ornat̄, sic fides duodecim articulis quasi duodecim lapidib⁹ preciosis distinguitur ⁊ decorat̄. Qđ signatur per duodecim lapides preciosos qui erant in rationali summi sacerdotis: vt dicitur Exodi. xxviij. Ista autem fides debet habere annexam bonā operationē ⁊ spez ⁊ charitatem: que etiam in annulo significātur. Nam inquantū in manu defertur: bona opera exprimūtur. Lu. xv. Date annulum in manu ei⁹. Multum em̄ sponsus pro malo haberet si spōsa sua annulum in arca vel in bursa teneret ⁊ non in manu portaret. Sic christo fides grata

non est que tantūmodo est in corde ⁊ non manifestatur in opere. Inquantum antez est figure spherice que finem non habet, signat spem q̄ est dei inuisibilibus ⁊ eternis. Roma.viij. Spes que videtur nō est spes: nā quod videt quis, quid sperat? Si autez quod non videmus speramus, per patientiam expectamus. In quantum autem annulus ponitur in quarto digito, signat charitatem. Dicunt enim physici ꝙ a corde quedā vena ꝓcedit q̄ in quarto digito respondet: per quod significat ꝙ sponsa debet amare christuz sponsum suum amore precordiali. Matthei. xxij. cap. Diliges dñm deū ex toto corde tuo. Ponitur aūt tātum in vno digito: ad innuendū ꝙ dz amare eū amore singulari. In ceteris em̄ homo vult habere sociuz, nisi in amando vxorem, sic ⁊ christus vult vt mundū cū ipo non amemus. Jaco. iiij. Quicūq; voluerit amicus esse huius mundi: inimicus dei cōstituetur, Debet autem annulus aureus esse ad innuēdum ꝙ debet eū diligere amore insuperabili. Sicut enim aurū sua preciositate omnia metalla excellit: sic amor sponsi ⁊ spōse omnes alios amores vincit. Unde vir ⁊ vxor patrem ⁊ matrez relinquunt, ⁊ inuicem sibi adherent. Gen̄.ij. Relinquet homo patrē ⁊ matrem: ⁊ adherebit vxori sue. Sic etiā amor quo christum diligimus: ceteros amores excellere debet. Matthei.x. Qui amat patrem ⁊ matrem plusq̄ me: nō est me dignus. ¶ Scdo aīa postq̄ xp̄o despōsata fuerit, cōcipere ⁊ parere debet. De cuius conceptu ⁊ partu dicit Aug. in epl̄a ad Probam ⁊ Julianam. Hec est vberior fecūdiorq; fertilitas non ventre ingrauescere, sed mente grandescere: non lassescere pectore: sz corde cādescere: nō visceribus terram, sed celuz orationibus parturire. Sunt quedā mulieres que concipiūt sz nūq̄ pariūt. Quedā que pariunt: ⁊ harū quedā pariūt monstra: quedā pariūt tātum feminas: quedā tm̄ masculos. Ista autem moraliter prosequamur. Sūt em̄ quedaz anime que concipiūt bona ꝓposita: sz nunq̄ pariūt ea per opera. Esa. xxxvij. Uenerūt filij vsq; ad partuz: ⁊ virtus non erat pariēdi. Pro talibus dicitur Matth. xxiiij. Ue pregnantib⁹ ⁊ nutriētibus in illis diebus. Orate autem ne fiat fuga vr̄a hyeme vel sabbato. Scdm Amb. loquitur hic dñs de die vel fuga que est in die iudicij, siue in morte cuiuslibet morientis. Pregnantes autem sunt s̄m eundem, qui dei timore ⁊ bona proposita cōceperūt: ⁊ per bona opera non peperunt. Nutrientes paruulos s̄m eūdē sunt qui opera infirma ⁊ debilia habuerūt. Uel aliter s̄m Aug. Pregnātes sunt qui iniquos cōceptus in corde gerūt. Nutriētes paruulos sunt q̄ diabolicas suggestiōes prauis delectationibus nutriunt, qui dicuntur paruuli: quia non possunt vincere nisi volētes. p̄s. Sagitte paruuloꝝ facte sunt plage eorum. Idem Beatus qui tenebit ⁊ allidet paruulos suos ad petram. Glos. Beati qui paruulos qui carne nascunt. i. motus pranos ⁊ malos anteq̄ crescāt, retinēt ne fiant liberi: ⁊ allidūt ad petram christum vt confracti dispereant. Est ergo sensus. Ue illis qui in die mortis sue inueniētur timorē dei ⁊ bona propositis cōcepisse, ⁊ bona opera non peperisse: ⁊ opera etiam infirma ⁊ parua fecisse. Itez. Ue illis qui iniqua desideria habuerūt: ⁊ qui diaboli suggestiones praua delectatione: consensu, ⁊ opere nutrierunt. Deinde subdit dñs. Orate ne fuga vestra fiat hyeme vel sabbato. Dicitur autez mors fuga: qr anima tūc fugatur a deo vt sibi rationem reddat a diabolo vt eaz ad tartaruz rapiat. Caro fugatur a vermib⁹ vt eā cōedant. diuitie fugant a parētibus: vt eas diripiāt. Illi igitur s̄z Hilariuz fugantur hyeme vel sabbato q̄ moriuntur aut i frigore peccatoꝝ, aut in ocio bonorū operꝝ. Chrysostomus autez dicit. Qui non habet illum ignem de quo dicit dominus. Ignem veni mittere in terraz: in hyeme est etiā si fuerit in media estate. Est igitur necesse vt oremus deū ne mors nostra fiat in frigore peccati: vel cū extinctione ignis diuini: nec cum ocio in operibus bonis. Secundo quedaz sunt que pariunt monstra. Unde refert Augustinus in lib. de ciui. dei. ꝙ tēporibus suis natus est homo duplex in superioribus, simplex i inferioribus. Habebat eniz duo capita: duo pectora: quatuor manus: tantuz vnuz ventrez: ⁊ duos pedes. Illi igitur monstra

pariunt qui faciũt peccata. Peccatum em̃ facit hominem monstruosum. Monstrum esset si quis faciem retro, ⁊ tergum ante haberet. Talis est quilibet peccator q̃ habet faciem retro mundum per amorez respiciendo: tergum autem ante, deum scz obliuiscẽdo. Hier. ij. Uerterũt ad me tergum ⁊ non faciem. Maius mõstrum esset si quis oculos ⁊ os in pedibus haberet. Talis est auarus qui ad terrena semper respicit. ps. Oculos suos statuerũt declinare i terrã. Et de terrenis semp loquitur. Esaie. xxix. De humo eloquium tuũ mussitabit. Maximum monstrum esset si quis caput deorsum ⁊ pedes sursuz haberet. Talis est auarus superbus qui habet caput deorsuz terrena auare amãdo. Unde Amos. ix. Auaritia in capite omnium. Et pedes sursum habet cõtra deũ per superbiã recalcitrando. Deut. xxxiij. Incrassatus est dilectus ⁊ recalcitrauit. Super maximum monstrum esset si quis celum deorsum ⁊ terraz sursuz videret. Talis est homo carnalis ⁊ luxuriosus: in quo carnalitas ⁊ sensualitas rationi dñatur. Facit em̃ celum. i. rationez deorsum descẽdere: ⁊ terrã. i. sensualitatem sursuz ascendere. cũ tamen dicat Prouer. xxv. Celũ sursum ⁊ terra deorsum. ¶ Tertio sunt quedã q̃ tm̃ pariũt filias. Illi feminas pariũt qui quedã vitia feminea faciũt. Ille parit filiam q̃ habet iracũdiã, que est vitiũ femineum: qz mulieres de facili irascuntur. Eccli. xxv. Non est ira sup iram mulieris. Sicut em̃ ꝓprium vitiuz est hois supbia: ita ꝓprium vitiũ mulieris est ira. Eccli. x. Nõ est creata hoib⁹ supbia: nec iracũdia nationi mulierũ. quasi dicat. Ista vitia nõ habẽt a natura cõdita: sed a natura corrupta. Et qz iracũdia est ꝓpriũ vitiũ mulieris: ideo citi⁹ ira apparet in facie mulieris q̃ in facie viri. Et sicut vrsus ad peluim excecat: sic eius animus ab ira obnubilatur. Et sicut saccus apertus qd̃ hz intus effundit: sic ei⁹ animus iratus ⁊ apertus improperia dicit. Eccli. xxv. Nequitia mulieris immutat faciẽ ei⁹: ⁊ obcecat vultũ suũ tanq̃ vrsus: ⁊ quasi saccus apert⁹ effundit iram suã in medio ꝓximorũ. Ille parit aliã filiã qui habet emulationẽ ⁊ inuidiã, que est vitiũ femineum: qz cito mulieres ad inuidiã cõmouentur. Unde dicit Auicẽ. q̃ mulieres naturaliter sunt inuide. Eccli. xxxvij. Cum muliere tracta de his que emulat. Ille parit aliã filiã q̃ habet mẽtis incõstãtiam, que est vitiũ femineum: qz mulieres ⁊ sepe ⁊ cito mutãtur. Uir em̃ bene cõstãs vix de mille vn⁹ inuenitur: de mulierib⁹ aũt nulla. Eccli. vij. Uirum de mille vnũ reperi: mulierem nullã ex oib⁹ inueni. Ideo sm̃ iura testimonium mulieris in causis non recipit: qz sm̃ Isido. variũ ⁊ instabile testimonium femina profert. Ille parit aliam filiã qui in factis suis habet improuidentiam, q̃ similiter ẽ vitiũ femineũ: qz ꝓpter defectũ discretionis mulieres de facili decipiuntur. Ideo serpẽs non iuit ad virũ scz ad Adam: sed ad mulierẽ scz Euam: sciẽs q̃ mulier decipi posset. j. Tim̃. ij. Mulier seducta est nõ vir. Item ille parit aliã filiã qui habet rixam ⁊ loquacitatẽ nimiã, que est vitiũ femineum: qz mulieres sunt verbose ⁊ rixose. Prouer. xxvij. Tecta igiter perstillãtia in die frigoris, ⁊ litigiosa mulier cõparãtur. Eccli. xxv. Sicut em̃ ascensus arenosus in pedib⁹ veterani: sic mulier illiguata homini quieto. Istas malas filias diabolus libẽter nutrit. Aug. sup psal. Pharao masculos occidebat: feminas reseruabat, id est virtutes prefocabat: cõcupiscentias nutriebat. ¶ Quarto sunt quedã que pariunt masculos. Ista mulier vt dictum est signat ecclesiã: que oẽs fideles filios ꝓut sunt in hac vita in vtero gerit, sed eos parit cũ ad celos eos transmittit. Augu. Sicut mulier nato i hoc mũdo homine letatur: ita ecclesia nato in vitã eternam fidelium populo exultatiõe repletur. Una autem de maiorib⁹ causis ꝓpter quas puer extra vterũ exire appetit postq̃ ad debitum cõplementum venit, est qz in vtero nõ inuenit sufficiẽs nutrimẽtum: ⁊ ideo exire desiderat vt sufficiẽtez cibũ inueniat. Ideo igitur sancti viri in celo cupiũt nasci: vt ibi possint refici ⁊ satiari. In hoc em̃ mũdo non est satietas aliqua, sed esuries tam in viris mũdanis, q̃ in cõtẽplatiuis. Homines enim mũdani appetũt diuitias delicias, ⁊ honores: ⁊ in his nulla est satietas. Unde dicitur Prouerb. xxx. Tria sunt isatiabilia: scz infernus: terra sitiẽs

et ignis ardēs. Infernus non satiat animabus: et signat superbum qui non potest satiari ambitione et dñio hoim. Unde refert Ualerius q cum Alexāder audiuisset ab Anaxarcho comite suo ex auctoritate sui p̄ceptoris innumerabiles esse mūdos, suspirauit profunde: et dixit. Heu me miserum: qr nec adhuc vno potitus sum mundo. Et tamen ille qui volebat totum mūdum possidere: post modicum sepultura vix quinq pedum fuit contentus. Unde quidam philosophus ad eius sepulturā veniens dixit. Heri nō sufficiebat isti tot⁹ mundus: hodie sepultura quinq pedum est contentus. Terra sitiēs non potest satiari aqua. Et signat auarū qui ad instar hydropici quāto pl⁹ bibit, tāto pl⁹ sitit. Eccli.v. Auarus nō implebitur pecunia. Ignis non satiatur appositione lignorū. Et signat luxuriosum: qui quāto plus delicijs occupatur, tanto amplius inflāmatur. Eccli.xxviij. Scdm ligna silue sic ignis exardescet. Similiter spūales viri et concēplatiui tria desiderāt: scz amare deū, cognoscere deū: et summe delectari i deo. Sed in istis satietatem in presenti habere non possunt. Itē sunt tria alia insatiabilia que ponit salomon: scz oculus, auris, et cor. Eccli. Non satiatur oculus visus nec auris iplet auditu. Quid est qd fuit? ipm qd futurū est. Quid est qd factū est? ipsum qd faciēdū est. Oculus em̄ non potest satiari in videndo pulchros colores. Auris i audiēdo iocūdos rumores. Cor in cogitādo modo preterita, modo presentia, modo futura. Ideo dicit. Quid est quod fuit etc. In viris igitur spūalib⁹ oculus non potest satiari hic in videndo pulchritudinem dei: nec auris i audiēdo dulcem inspirationem dei: nec cor in afficiendo se circa dulcedinem dei. In futuro autem ista tria satiabuntur. Propter qd dr.j.Cor.ij q oculus nō vidit: nec auris audit: nec in cor hois ascendit que preparuit deus illis qui diligunt illum etc.

¶ Dñica.iiij.post pascha Sermo prim⁹.

Vado ad eū qui misit me et nemo ex vobis interrogat me quo vadis. Joh. xvj. Quādo aliquis pater familias aliquo est longius profecturus illis qui sunt de sua familia hoc prio predicit: et si viderit eos contristari tripliciter eos consolatur: vel dicendo q in breui reuertet, vel q mittet eis aliū tanq̄ qui eos consolabitur vel q occasione sui itineris magna vtilitas eis procurabitur. Sic dñs noster ascensur⁹ in celū. Primo discipulis suis suuz recessum predicit cū ait. Uado ad eum qui me misit. Et quia vidit eos ex hoc tristari consolatur eos: Primo promittēdo eis suā celerē reuersionez: et hoc recolit ecclesia in euangelio dominice precedentis. Modicū inquit et non videbitis me. etc. Secūdo promittēdo aliū consolatorē tanq̄ seip̄m: cū ait. Si em̄ nō abiero paraclitus non veniet ad vos. etc. Tertio promittēdo q ex suo recessu vtilitas magna erit: scz mūdi argutio cū dicit. Arguet mūdū de peccato. Ipsorū apostolorū instructio cū dr. Docebit vos oēz veritatē. Et christi clarificatio: cū dicit. Ille me clarificabit. Dicit ergo vado ad eū q me misit. Quod āt subdit. Et nemo ex vobis interrogat me quo vadis. Pōt dici q hoc erat vel ꝓpter ascensionis euidētiā quo fuerāt certificati. Un̄ dicit gl. Ita palā vt nemo interrogaret qd visu corpali fieri cerneret. Uel ꝓpter nimiā tristitiaz recessus sui: cui⁹ occasione fuerant absorpti. Uel ꝓpter penarū tolerātiā q̄bus fuerāt exterriti. Dixerat em̄ supra. Ois q̄ iter ficit vos arbitratur obsequiū p̄stare deo. et ideo dicit. Nemo ex vobis iterrogat me quo vadis. Xp̄s autē qui erat in celestib⁹ triumphator. j. Reg. xv. Porro triūphator in israel non parcet. fact⁹ est in terrestrib⁹ viator. Hiere. xiiij. Quasi colonus factus es in terra et quasi viator declinās ad manēdū. Iste autē viator nihil habuit de plano: sz tota via sua fuit ascensus vel descensus. Nā primo descendit de celo i mundū: deinde ascendit de mūdo in patibulū: postmodū descendit de patibulo in limbū, deinde resurgens ascendit i celū: ideo dicit. Uado ad eū q me misit. ¶ Notādū aūt q xp̄s qui est ver⁹ sol multos circuitus et multas vias fecit. De quibus dr Eccli.j. Orit sol et occidit et ad locū suuz reuertitur: ibiq renascens gyrat p meridiem et flectit ad aquilonem lustrans vnia

uersa, in circuitu pergit spūs, et in circu-
los suos reuertit. ¶ Pria igitur via fuit q̄
per natiuitatē carnis venit in mundū. Et
hoc notat cū dr. Orit sol. Uenit autē p sca
lā hñtē tres grad⁹. s. hūilitatis pauptatz
et acerbitatis. Luc. ij. Inuenietis infantē:
ecce quanta hūilitas. Pānis inuolutū: ec-
ce quāta pauptas. Positū in presepio: ec-
ce quanta acerbitas. Per istos aūt eosdē
gradus postmodū redijt in celū. Phil. ij.
Semetipsum exinaniuit: ecce gradus ino
pie et pauptatis. Formā serui accipiens.
ecce gradus humilitatis. Fact⁹ obediēs
vsq; ad mortez. ecce gradus acerbitatis.
Sed quo duxit eum ista scala? Sequitur.
Propter qd̄ et deus exaltauit illū ⁊ dedit
illi nomen. ⁊c. Stulti igit sunt qui volunt
in celū ascendere per scalā contrariā. s. p
diuitias delicias ⁊ honores: quia ista sca-
la ducit ad infernū: sicut p̄dicta ducit ad
celū. De hoc habem⁹ exemplū Luce. xvj.
Erat inquit q̄dā hō diues: ecce diuitiaruz
abūdantia. Qui induebat purpura ⁊ bys
so: ecce supbia ⁊ vana glia. Et epulabat
quotidie splendide: ecce diuitiarū affluen
tia. Sed quo duxit euz ista scala? Sequit.
Mortu⁹ est diues et sepultus est in infer-
no. Lazarus aūt erexit sibi ista scalā con-
trarios grad⁹ habentē. Jacebat inq̄t ad
ianuā ei⁹: ecce grad⁹ hūilitatz. Erat inq̄t
q̄dā mendic⁹ vlcerib⁹ plen⁹: ecce grad⁹
acerbitatis. Cupiens saturari de micis: ec
ce grad⁹ paupertatis. Sz q̄ duxit eū ista
scala? Sequitur. Factū est aūt vt moreret
mendicus ⁊ portaret ab angelis in sinuz
abrahe. ¶ Secūda via quā fecit xp̄s fuit
de mūdo in patibulū vbi occubuit. Unde
postq̄ dixit, oritur sol: statim subiunxit, et
occidit. Et ista fuit via excellētissime cha-
ritatis. Unde ei⁹ passio vocatur excessus.
Luc. viij. Dicebant excessum ei⁹ quē ꝯple
tur⁹ erat i hierusalē. Excellit el, oēs alio-
rū passiōes in tribus. s. in amore. Joh. xv.
Maiorem hac dilectionē nemo habet. ⁊c.
In dolore. Threnorū. j. Attendite ⁊ vide
te si est dolor sicut dolor meus. Et in valo
re Johā. xij. Si exaltat⁹ fuero a terra om
nia trahā ad me ipsuz. ¶ Tertia via fuit
qua iuit de cruce in tumulum. Et notatur
similiter p hoc qd̄ dicit. Et occidit. Sicut
enim mortuus fuit in patibulo: sic et mor-
tuus iacuit i sepulchro. Et ista via fuit ma
gne paupertatis: quia non potuit habere
monumentū propriū. Matthei. viij. Uul-
pes foueas habent. ⁊c. Acsi dicat. Paup
fui in hac vita: quia non habui nidū. i. do-
mū vbi possem habitare: sicut habēt vo-
lucres Pauperior fui in morte: qz in cruce
nō habui ceruical vbi caput possem recli
nare. Pauperrimus fui post mortē: q̄a nō
habui foueā propriā in qua corpus meuz
posset requiescere: sicut habent vulpes.
¶ Quarta via fuit qua iuit in celū, et nota
tur cū dicit. Et ad locū suum reuertit. Et
ista via fuit magne iocūditatis. Cū em̄ so
nus letitie et melodie fiat trib⁹ modis vt
dicit. Aug. sup p̄s. scz voce, flatu et pulsu.
Xp̄s ascēdit in celū cū melodia vocis. p̄s.
Jubilate deo in voce exultatiōis. Cū me-
lodia flat⁹. p̄s. Ascendit deus i iubilatio-
ne, quo ad primū. Et dñs i voce tube, quo
ad secūdū. Cū melodia pulsus. p̄s. Lau-
date eū i psalterio ⁊ cithara, q̄ ad tertiū.
¶ Quinta autē via est qua ad iudiciū est
venturus. Et hoc dr. Ibiq; renascēs gy-
rat p meridiem et flectitur ad aq̄lonem.
Tūc em̄ p meridiē gyrabit qñ bona illo-
ruz q̄ erunt a dextris enumerabit dicens.
Mat. xxv. Esuriui ⁊ dedistis mihi mā duca
re ⁊c. Et dicūtur sancti meridies: q̄a sunt
in plena luce cognitiōis et calore amoris.
In quoꝝ cordib⁹ flauit auster sancti spiri
tus. Est em̄ auster vētus calid⁹ humidus
⁊ fecundatiuus. Sic spiritussanctus est vē
tus calid⁹ inq̄tū glaciē peccatorū dissol-
uit. Ecclesi. iij. Sicut in sereno glacies sol
uentur peccata tua. p̄s. Cōuertere dñe ca
ptiuitatē nostrā, id est nosipsos qui a dia-
bolo tenemur captiui: sicut torrens in au-
stro. Augu. in glo. Peccata nos ligant ne
bñ operemur vel ad penitētiā curram⁹:
sicut frig⁹ vel glacies liquat aquā ne cur-
rat. Qñ autē fiat calidus ventus auster, li
quescit glacies et implent et currūt torrē
tes. sic stante spū sancto soluimur a pecca
tis et currimus ad penitentiā. Est etiā hu
midus inq̄tū in lachrymas nos dissoluit.
p̄s. Flauit spūs eius ⁊ fluent aque. Rom.
viij. Ipse spūs postulat pro nobis gemiti
bus inerrabilibus. Est etiā fecundatiuus
inq̄tū germinare nos facit p bona opera.
Cañ. iiij. Ueni auster perfla ortū meū. ⁊c.

Deinde flectet se ad aquilonē qñ conuertet se ad illos q̄ sūt a sinistris ⁊ dicet. Discedite a me maledicti. ⁊c. Signant autez mali per aquilonē: qr est frigidus ⁊ siccus ⁊ pluuie retentiuꝰ, sic diabolus infrigidat eorū corda frigore malitie. Eccl. xliiij. Uētus frigidus aquilo flauit ⁊ cōgelauit crystalluz, crystallus ab aqua gñat. Desiccat ab humore gratie. Hiere. iiij. Uentꝰ vrēs in via deserti. ⁊c. Et impedit ne fluant pluuie lachrymarū. Prouerbio. xxv. Uentus a q̄lo dissipat pluuias. ¶ Sexta via est q̄ in apostolos misit spiritū sanctū et nihilominus ipse cū eo venit. Iuxta illud Joh. xiiij. Non relinquam vos orphanos: veniā ad vos. Ista via notatur cum dr. Lustrans vniuersa in circuitu pergit spūs. Uniuersa em̄ intima apostolorū spiritussanctus lustrādo circuit ita ꝙ nihil vacuū in eisdem dereliquit. Et hoc quadrupliciter. Primo infundēdo se eis ad iustificationē et hoc quādo primo christꝰ eos ad se vocauit. Rom̄. viij. Quos vocauit hos et iustificauit. Secūdo ifundēdo se eis miraculorum operationē. Lu. ix. Dedit illis virtutē et potestatē sup omnia demonia. Tertio se eis infundendo ad peccatoꝝ remissionē. Joh. xx. Accipite spiritū sanctū: quorū remis. pec. remit. eis. ⁊c. Quarto infundendo se eis ad corroborationē sicut in pentecoste. p̄s. Spū oris eiꝰ omnis virtus eoꝝ. ¶ Septima via est qua quotidie ad sanctos viros reuertitur gratiā infundendo: quod notatur cū dicit. Et in circulos suos reuertitur. Dicuntur autē sancti viri circularis figure. Prio qr vndiq; sūt clausi ne diabolꝰ ad cor eorū intrare possit p illicitā cogitationē. Econtra in persona malorū dr. Job. xxx. Quasi rupto muro et aperta ianua irruerūt super me. Secundo quia sunt veloces p sollicitā operationē. Sic forma spherica velociter currit. Prouer. xxij. Uidisti hominē velocē in opere suo: corā regibus stabit. Tertio q̄a mouētur circulariter a deo. s. in deū. Omnia em̄ a deo recognoscunt: et per gratiarū actionē cuncta ad ipsum referūt. Eccl. j. Ad locū vñ exeunt flumina reuertūtur: vt iterū fluant. In istos igitur tales circulos xp̄s reuertit dū gratiam spiritussancti eis largitur. Joh. xiiij. Ad eū veniemꝰ et mānsionem apud eū faciemus. Uenit igitur pater nostrā impotentiam roborādo: venit filius nostrā ignorantiā illustrādo. venit spiritussanctus nostrā tepiditatē et negligentiam inflammando.

¶ Sermo secundus.

Expedit vobis vt ego vadā: si enim nō abiero paraclitus non veniet ad vos. ⁊c. Scdm Chry. sup Mat. tria sunt q̄ impediūt ne quis spiritualia capere possit: scz amor carnalis: duritia cordis: et perturbatio mentis. Ista tria fuerūt in discipulis. Primo amor carnalis: quia minus corporalē dei presentiam diligebant: et ideo ad susceptionem spiritussancti nimus idonei erant. Unde super verbis premissis dicit Aug. Si carni adheseritis capaces spiritus non eritis. Secundo duritia cordis. Mar. vltimo. Exprobrauit incredulitatē. ⁊c. Tertio pturbatio mētis de eo. s. ꝙ christus eos relinquebat. Aug. Cōtristabatur humanus affectus: quia carnalis desolabatur aspectus. Ista tria in apostolis impediebant ne intelligerent ꝙ expediebat ꝙ xp̄s ad celū ascenderet: ideo dicit. Expedit vobis. ⁊c. Apostoli quidem de recessu dolebāt ex eo ꝙ erat eoꝝ consolator. iuxta illud Johā. xiiij. Nō turbet cor vestrum: creditis in deū et in me credite. Eorum defensor et excusator. Math. ix. Nunquid possunt filij spōsi lugere. ⁊c. Itē erat eorum instructor. Joā. xv. Oīa que audiui a patre meo nota feci vobis. Sz christꝰ in presenti euangelio consolatur eos: pmittens ꝙ mittet eis spiritū in cōsolatorē: in defensorem: et in eruditorē. ¶ Prio in cōsolatorē contra omnē tristitiā: cū dicit. Si non abiero paraclitus. i. cōsolator nō veniet ad vos. ⁊c. Serui enim dei de tribus habent tristitiā: scilicet de aliqua perpetrata culpa. ꝑ s. Excitꝰ aqua. dduxe. oculi mei: quia non custodiui legē tuā. De eo ꝙ sunt in miseria. p̄s. Heu mihi quia incolatus meus prolōgatꝰ est. Et de eo ꝙ nō sunt in patria. p̄s. Fuerūt mihi lachryme mee panes die ac nocte. ⁊c. Sed spiritus sanctus consolatur eos: cōtra primū. dādo remissionem peccatorum. Greg. in ho

mel'. Cõsolator spiritus vocatur: quia de peccati perpetratione merẽtibus dũ spẽ venie preparat, ab afflictione tristitie mẽtem leuat. Contra secundũ, dando in tribulationib⁹ eternã cõsolationem. ps. Secũdum multitudinem dolorũ meorũ i corde meo consolationes tue letificauerunt animã meã. Beda in homel'. paraclit⁹ cõsolator interpretatur: qr corda fideliũ ne inter hui⁹ seculi aduersa deficiãt, celestis vite desiderio subleuat ac reficit. Greg. in moral'. Qui superna degustat: inferiora equanimiter tolerat. Contra tertium: dando celestis dulcedinis: pregustationez. Illa enim dulcedo que hic datur: dicitur gustus, arrha, ⁊ gutta. Gust⁹ q̃dẽ dicitur secũdũ ps. Gustate et videte qm̃ suauis est dominus. Crys. Uere non habet sup terrã quod amet, q̃ donũ celeste in veritate gustauerit. Si autẽ tanta est dulcedo in gustu q̃tã erit in pleno potu? ps. Inebriabũtur in vbertate domus tue. Dicitur enim arrha siue pign⁹. Eph. j. Signati estis spiritu promissionis sancto qui est pign⁹ hereditatis vestre. Si autem est tanta securitas ⁊ iocũditas i arrhe datione: q̃ta erit in premij ⁊ mercedis plena solutione? De qua dicitur Gen. xv. Ego protector tu⁹ et merces tua magna nimis. Dicitur etiam gutta. Augu. Qui biberit de fluuio paradisi cui⁹ gutta maior est oceano, restat vt in eo sitis mundi penitus extincta sit. Si igitur est tanta suauitas in gutta q̃ta erit in fluuiali abundantia? ps. Torrente voluptatis tue potabis eos. ¶ Scdo misit spiritum sanctũ in defensorem ⁊ reprehẽsorem contra mundi malitiam cum dicit. Ille arguet mundum de peccato. s. quod fecit. de iustitia bonorum operũ quã non habet: et de iudicio quod nõ timet. Et sic illi qui sunt spirititu de. pleni debent tria genera hominum arguere: scilicet peccãtes, non operãtes, dei iudicium non timẽtes. Arguẽdus est igitur peccator sicut argueretur ille qui poti⁹ vellet esse inter spinas lacerantes q̃ inter flores redolẽtes. Talis est auarus. Job. xxx. Esse sub sentibus delicias computabunt. Arguend⁹ est etiam sicut ille qui potius esse vellet in loco fetido q̃ in prato ameno. Talis est luxurios⁹. Eccl. ix. Omnis mulier fornicaria quasi sterc⁹ i via ꝯculcabit. Arguẽd⁹ ẽ sicut ille q̃ poti⁹ esse vellet i vẽto valido q̃ in loco trãquillo. Et talis ẽ sup b⁹: et ideo cito deijcit. Job. xxx. Quasi supra vẽtũ ponẽs allisisti me valide. Scdo arguẽdi sunt nõ operãtes: iuxta illd Matth. xx. c. Quid hic statis tota die ociosi? Iste em̃ mundus nõ est datus ad ociandũ: sed ad laborandũ. ¶ Notandũ autẽ q̃ sunt quidam qui transeunt de labore ad laborem: sicut auari q̃ die ac nocte laborãt in congregandis pecunijs. Ecclesiastici. xxxj. Laborauit diues in congregatione substantie: post modicũ autẽ laborabit die ac nocte infernalibus. penis. Hiere. xvj. Seruietis sbi scz i inferno: dñs alienis. i. d̃monib⁹ die ac nocte qui non dabunt vobis requiem. Alij sunt qui de quiete transeunt ad laborẽ: sicut sunt deliciosi qui quiescunt hic in delicijs: sed postmodũ laborabunt in perpetuis tormentis. Job. xxj. Tenent tympanũ et citharam et gaudent ad sonitum organi: ducunt in bonis dies suos ecce q̃ta quies in delicijs. Et in puncto ad inferna descendũt. ecce quãtus labor in tormẽtis Luc. xij. Aĩa mea habes multa bona: requiesce, bibe comede epulare: ecce quãta q̃es deliciarũ. Sed sequit. Stulte hac nocte repetẽt animã tuã a te scz demones: ecce quantus labor penarũ. Alij sunt qui de labore penitẽtie trãseũt ad quietẽ celestis glorie. Apoc. xiiij. Amodo iã d̃t spiritus: vt requiescãt a laborib⁹ suis. Opera enĩz illorum sequunt illos. Matthei. iij. Agite penitẽtiam. ecce labor. Appropinq̃bit em̃ regnũ celorum. ecce quies. Istum ordinẽ seruabat deus qui prius sex dieb⁹ laborauit et postmodum septima die requieuit. Istum ordinẽ conuertit lucifer qui prius voluit quiescere q̃ laborare, dicẽs. Esai. xiiij. capi. Sedebo in monte testamenti in lateribꝰ aq̃lonis. Quãtã differẽtiã impossibile est esse: scz illorũ qui de quiete transeũt: ad quietẽ d̃ delicijs: ad delicias. imo dato p ĩpossibile q̃ tales celestes nuptias intrarent: deus eos inde expelleret. Hoc significatũ est Mat. xxij. in illo qui ad nuptias venit: sed vestem nuptialem non habuit. per vestẽ nuptialẽ secundũ Glos. significat fides cũ operib⁹ charitatis. Tales et si habent fidẽ tñ nõ hñt opera cha-

ritatis: sed iniquitatis et carnalitatis. Et ideo expellerent etiã si ingrederẽtur. Tertio arguendi sunt iudicia dei contẽnẽtes et nõ timẽtes. Cũ dicat propheta. A iudiciis eñ tuis timui. Timor eñ dei valde necessari⁹ est ad salutẽ: qꝛ licitat ad bonũ: cõseruat in bono: ⁊ p̃seruat a malo. Et iõ in edificio spirituali tenet locũ fundamenti cemẽti et tecti. Nã inq̃tũ est principium oĩs boni, tenet locũ fundamenti, Prouer. j. Timor dñi principiũ sapiẽtie. Inq̃tum cõseruat ⁊ cõstrigit in bono: tꝫ locũ cemẽti Eccli. xxvij. Si nõ in timore dñi tenuerĩ te instanter: cito subuertet̃ dom⁹ tua. Inq̃tum p̃seruat a malo: tꝫ locũ tecti. Ecclesi. xxv. Timor dñi sup oĩa se supponit. Sicut eñ tectũ p̃seruat habitantẽ in domo ab estu a vento et a pluuia. Sic timor dñi p̃seruat hominẽ ne cadat ab estu concupiscẽtie inflãmatus. Aut vento diabolice tẽtationis impulsus. Aut pluuia examinationis celestis et diuine probatus. Esaie. iiij. Tabernaculũ erit in vmbraculo diei ab estu, et in securitatẽ ⁊ abscõsionẽ a turbine et pluuia. Anima eñ q̃ est tabernaculũ dei qñ hꝫ ĩ se timorẽ dei: tũc hꝫ vmbraculũ refrigeratiuũ cõtra estũ cõcupiscentie: tũc abscõditur a turbine tẽtatiõis diabolice: ⁊ a pluuia probationis diuine. ⁊c.

¶ Tertio misit spm̃ sanctũ in eruditorez cõtra ignorantiã: qđ notat̃ cũ dr. Cũ autẽ venerit ille spũs veritatĩ docebit vos omnẽ veritatẽ. ꝟm Augu. Ueritas opponit̃ falsitati, vanitati et duplicitati. Illud eñ qđ verũ est non est falsum non est duplex, non est vanũ. Est igit̃ spũssanct⁹ spũs ꝟitatis qꝛ excludit falsa vana et duplicia. i. amorẽ terrenoꝝ: q̃ q̃dẽ terrena sunt falsa vana et mẽdacia prio hec terrena sũt falsa. Hiere. xvj. Uere mẽdaciũ possederũt patres nr̃i. Hiero. Si mund⁹ cultello ꝟitatis aperiret̃ nihil in eo appareret aliud q̃ falsitas: qꝛ quicq̃d in mundo est aut est p̃teritũ ẽt nõ est. Aut futurũ ⁊ incertũ est. p̃sens, ⁊ instabile ⁊ momẽtaneum ẽ. Scđo hec terrena sunt vana ⁊ ex p̃te p̃ricipij: qꝛ desinunt facta: et ex p̃te medij qꝛ mutabilitati sunt subiecta: et ex p̃te finis q̃a cito trãsitura. Eccle. iij. Cuncta subiacẽt vanitati. q̃ ad medium. De terra fcã sunt oĩa. q̃ ad p̃ncipiũ. Et in terrã pariter reuertentur. q̃ ad finẽ vltimũ. Tertio hec terrena hñt duplicitatẽ. Ille est duplex q̃ aliud p̃mittit et aliud facit. Mundus tria p̃mittit amatoribus suis. s. longeuitatẽ satietatez et suauitatem. Ista tria p̃miserat illi q̃ dicebat. Luc. xij. Anima mea habes multa bona reposita in annos plurimos: ecce q̃ta longeuitas Bibe et comede: ecce q̃ta satietas Requiesce et epulare: ecce quanta suauitas. Sed male attendit quod sibi p̃miserat: quia dedit sibi breuitatẽ vacuitatẽ ⁊ acerbitatẽ. Uñ sequitur. Stulte hac nocte repetent. ecce q̃ta breuitas. Animã tuam a te. s. demones ad puniẽdũ: ecce q̃ta acerbitas. Que autẽ congregasti cuius erunt? non tua, quia nihil inde portabis. ecce quanta vacuitas.

¶ Sermo tertius.

Cum venerit paraclitus ille arguet mundum de peccato: ⁊ đ iustitia: ⁊ de iudicio ⁊c. Ad hoc q̃ reprehensio sit ordinata, tria requiruntur. Unum ex parte reprehendentis: scilicet eius irreprehensibilis vita. Augustinus. Iudex in nullo eorum sit iudicandus que in alio iudicare est prõpt⁹. Scđm est ex parte rep̃hẽsi: ei⁹ scꝫ reprehẽsibilis culpa: qꝛ sicut đt Aug. Si ea ĩ me rep̃hẽdis q̃ rep̃hẽdenda nõ sunt: teipsuꝫ poti⁹ ledis q̃ me. Tertiũ ex p̃te modi reprehẽdẽdi. s. discretio p̃uida. De discretione dicit Greg. ĩ mora. Subiectorũ vitia aliqñ sunt prudẽter dissimulãda: aliqñ subtiliter inuestigãda: aliquando leuiter punienda: aliqñ vehemẽter obiurgãda. Ista tria apl̃i habuerũt ⁊ ideo mundũ digne arguere potuerũt. Habuerunt eñ vitã sanctã. Joh. xxvj. Spũs ei⁹ ornauit celos. i. apostolos suos donis et virtutib⁹ suis. Habuerũt etiã in arguẽdo discretionẽ prouidaꝫ. de q̃ discretione đr. j. Thessa. v. Corripite inquietos, cõsolamini pusillanimes, suscipite infirmos. patientes estote ad omnes. Inuenerunt etiam in mundo triplicẽ culpã, de qua đr in verbis premissis Ille scꝫ spiritussanct⁹ arguet mundum per vos de peccato: et de iustitia et de iudicio. ¶ Ad quoꝝ ꝟborum intelligentiam. Notandum q̃ iudei ⁊ ceteri homines qui erant in mundo tria

baptismo. Filie igitur regum ideſt anime ſanctorum que ſe bene regunt: que ſūt domus eburnee. i. pure et caſte: et quarū veſtimenta. i. opera aromatibus virtutū ſūt plena: chriſtū multū delectāt. Delectatur enim in contritione penitentiū, in humilitate cōtēplationū, ⁊ in fide formata actionū. Sicut ei cōtritio neceſſaria eſt de nouo quereſis: ⁊ fides formata neceſſaria eſt actiuis: ſic humilitas neceſſaria eſt cōtēplatiuis. Nemo ei pōt aſcendere ad deū niſi habeat humilitatis gradū. Aug. Tutā ſe curāc̄ viā ſibi molit humilitas leuans cor ad deū nō cōtra deū. ¶ Tertia cena eſt infernalis: de qua ꝺr Apoc. xix. Uenite cōgregamini ad cenā magnā dei: vt māducetis carnes regum. ⁊c. In iſta cena dabitur duplex panis. Unus durissimus qui nūc̄ poterit digeri, ſcilz mors eterna. ꝑs. Mors depaſcet eos. Prouer. xx. Suauis eſt hoc panis mēdacij. Et poſt ſequitur. Implebit os eius calculo. Sicut em̄ calculꝰ non pōt maſticari nec digeriſſimos eos depaſcet: et tm̄ nunc̄ poterit finiri. Alius panis erit amariſſimus: ſcilicet conſcientia amara. Job. xx. Panis eorum, vertetur in fel aſpidū intrinſecus. Bzego. Nicenus. Mala cōſcientia ſequit̄ ſe: imo nō recedit a ſe. Uix poteſt fouis aliquod eē remediū qm̄ꝰ eſt vulnus inclusum. Scō in cena iſta dabim̄ duplex vinū. ſ. rubeū qđ ē fel draconū: ⁊ albū qđ eſt venenū aſpidū, ſer pētum. Deut. xxxij. Fel draconū vinū eorū: ⁊ venenum aſpidum inſana. Tertio in iſta cena apponēt̄ carnes lixe ⁊ aſſe. Sicut em̄ ꝺr Apo. xvj. Cōmanducauerūt linguas ſuas pre dolore. Mānati q̄dē tranſibūt ab aquis niuiū ad caloꝛē nimiū: vt dicitur Job. xxiij. Qñ igit̄ erūt i aq̄s niuiū: tunc pre nimio dolore manducabunt linguas ſuas congelatas: et ſic quodammodo comedent carnes lixas. Quādo vero erūt in igne tūc pre nimio dolore mānducabunt linguas ſuas aduſtas: ⁊ ſic quodam mō comedent carnes aſſas. Quātūcunq; aūt ⁊ quotieſcūc̄ lingua comedatur, ſubito reintegrabitur vt iterū comedatur. Et quonīā i magnis cōuiuijs cōſueuerūt ſonare diuerſa muſicorū genera: ideo i illa cena reſonabunt tria genera muſicoꝝ. Primum eſt ſtridoꝛ dentium. Mat. viij. Ibi erit fletus et ſtridoꝛ dentium. Secūdū eſt vlulatꝰ demonū. Eſa. xvj. Ululabit moab ad moab vniuerſus vlulabit. Moab iterpretat̄ ex patre: ⁊ ſigt̄ illū ꝺ quo dicit Job. viij. Ex pre diabolo eſtis. Moab igit̄ vlulabit: qa demones maiores vlulabūt ad moab. Similiter vniuerſus vlulabit: qa ceteri demones eis reſpōdebūt ⁊ ad eos ſimiliter vlulabūt. Tertiū eſt plāctus cōiter oim. zach. xij. Plāget terra. ſ. ifernal⁹ familie: ⁊ familie ſeorſum. Nā ſeorſū plāget familia ſuperbor, ſeorſū familia luxuriosoꝝ, ſeorſū familia auaroꝝ. ¶ Quarta cena eſt celeſtis: de q̄ ꝺr Apoc. xiij. Beati q̄ ad cenā nuptiarū agni vocati ſūt. Circa iſtā aūt cenā duo ſunt videda. Primo ꝺs eā preparauit. Scōo ꝓpter q̄d eā ꝑparauit. Circa primū notandū q̄ cenā iſtam ꝑparauit tota trinitas ita q̄ pater ſua fercula ibi poſuit: ⁊ filꝰ ſua: ⁊ ſpūſcūs ſua. Pater enim poſuit ibi tria fercula. Primo ſue faciet claram viſionez. ſ. Johānis. iij. Scimus quoniam cū apparuerit ſimiles ei erimus: qr videbimus eū ſicuti ē. Scōo oim bonorum plenam poſſeſſionem. Tūc enīz erit deus oia in oib⁹: vt dicit. ſ. Cor. xv. Sap. vij. Uenerūt mihi oia bona pariter cū illa. Tertio omniū volūtatū ⁊ deſideriorū plenā cōpletionē et q̄netationē. Joh. xiiij. Dñe oſtende nobis patrē ⁊ ſufficit nob⁹. Propter iſta tria ꝺr. ſ. Cor. ij. q̄ oculꝰ nō vidit, nec auris audiuit. ⁊c. Oculus em̄ non ſufficit, videre tantā viſionis claritatem. Nec auris audire tantū bonorum omnium vbertatez. Nec cor cogitare tantam voluntatū impletionē ⁊ tranquilitatē. Filius aūt in illa cena ponit tria fercula. Primo panē vite. de quo dicit Joh. vj. Ego ſum panis vite. Secundo ſatietatē in ſua humanitate. Unde dicit Joh. vj. Qui veniet ad me non eſuriet. Tertio ſatietatez in ſua deitate. Joh. x. Ingredietꝰ: et ad cōſiderandū diuinitatē. ⁊ egredietꝰ ad cōſiderādū hūanitatē: ⁊ paſcua inueniet. Spūſcūs in illa cena tria fercula ponit. Primo ignē quo fercula decoquent. Eſa. xxxj. Dixit dñs cuius ignis in ſion et caminus in hieruſalem. Secūdo vinū quo ſancti inebriabunt. ꝑs. Inebriabunt ab vbertate domus tue. Tertio fructus quib⁹ delectabunt. Gal. v. Fructꝰ aūt ſpūs charis-

tas gaudiū pax. ꝛc. Quāuis aūt tā deliciosa cibaria i ista cena denk: aliqui tñ venire ꝯtēpserūt: ex eo ꝙ interne dulcedinis experiētiā nō habuerūt. Greg. in homel. Corporales delicie cū nō habenk graue i se desideriū accēdūt. Cū aūt habite edūtur comedentem protinus in fastidiuz per satietatem vertunt. At ecōtra spirituales delicie cuz non habentur in fastidio sunt, Cū vero edūtur in desiderio sunt. Augēt ei spūales delicie desideriū dū mentē satiant: quia quanto magis sapor earū percipit eo amplius cognoscitur: eo ꝙ auidius amek: et propterea non habite amari non pñt quia earum sapor ignorak. Quis eñ amare valeat quod ignorat? ¶ Circa secūdū scz ꝓpter quid deus istā cenā preparauit et tam multos vocauit. Sciendum ꝙ ꝓpter hoc fecit: vt scz celestis ciuitas suis ciuibus impleretur: vnde dixit. Compelle intrare: vt impleat domus mea. Glos. Numero predestinatorum fideliuz: qui numerus inexpletus non remanebit. Ante ascēsionem quidē christi in celū domus dei q̄tum ad homines omnino erat vacua: q̄a nullus adhuc ibi fuerat. Nunc autē est semiplena. Tuz qr numerus sanctorū adhuc non est impletus. Tum quia anime sanctorum adhuc nō habent suam beatitudinē completam: ex eo ꝙ earū corpora adhuc non sunt glorificata. Post iudicium autem totaliter domus dei erit plena: quia et numerus electorum erit impletus: ꝛ quilibet sanctus i corpore et in anima erit glorificatus. Unde dicit de christo Prouerb. vij. In die plene lune reuersurus est in domum suā. Sicut enim luna aliqñ est vacua aliquando plena, aliquando semiplena. Sic domus dei ante christi ascensionē de animabus sanctorū omnino erat vacua: post ascensionem vero fuit semiplena: sed qñ post iudicium christus in domum suaz celestē reuertetur tūc totaliter erit plena.

¶ Dñica.iij.post trinitatē. Sermo .j.

Erant appropinquantes ad iesum publicani ꝛ pctōres vt audirent illum: ꝛ murmurabant iudei ꝛ scribe, dicentes: qr hic pctōres recipit ꝛ manducat cū illis Luc. xv. Sicut dt Aug. sup Joh. Quidā sunt infirmi sed sanabiles: quidā infirmi sz insanabiles: quidam aūt ꝑfecte sani. Ista triplex differentia tāgitur in hoc euangelio. Nā ifirmi sanabiles erāt publicani ꝛ peccatores. Infirmi insanabiles erāt scribe ꝛ pharisei. Perfecte aūt sani, sunt iusti q̄ nō indigēt penitentia. In medio aūt horum erat medicus constitutus. ¶ Primo igitur ponunk infirmi sanabiles: scz publicani ꝛ peccatores. de q̄bus duo dicūtur: scz ꝙ ad xp̄m appropinquabāt: et ꝙ eius verba audire affectabāt. In hoc aūt qd dr appropinquabāt, ostēdik ꝙ prius lōge erāt. p̄s. Lōge a pctōribus salus Appropiquāti aūt deo ꝑ penitētiā: deus appropinquat ꝑ gratiam. Jaco. iiij. Appropinquate deo: ꝛ appropinquabit vobis. Ista aūt elōgatio et appropinquatio non fit loco, sz similitudine vl dissimilitudine. Aug. sup Psal. Deo q̄ vbiq; est neq; ꝑ loca appropinquamus: neq; ab illo per loca remouemur. Appropinquare illi, est sile illi fieri: recedere ab illo, dissimile fieri. Et subdit August. Nōne cū vides duas res ꝓpe sibi similes, dicis appropinquat hec illi? Qñ aūt dissimiles, q̄uis vna manu teneātur, dies, lōge est hec ab illa? Si ergo vis appropinquare, similis ei esto: si nō vis esse silis, elōgaberis. hec Aug. Boni igit ꝛ sunt christo ꝓpinq: ꝛ a xp̄o lōginqui. Propinqui q̄tum ad similitudinem vite. Ipse eñ est misericors: et ipsi misericordes. Luce. vj. Estote misericordes sicut et pr̄ vester misericors est. Ipse ꝑfectus est: ꝛ ipsi ꝑfecti. Matthei. v. Estote ꝑfecti sicut ꝛ pater vester ꝑfectus est. Ipse sanctus est: ꝛ ipsi sancti. Leuit. xix. Sācti estote: qr ego sanctus sum. Sūt aūt lōge a deo tñ vno modo: scz q̄tum ad statum miserie, s̄m quem ei dissimiles sunt. Christus eñ est in statu felicitatis: et ipsi in statu penalitatis. Olim quidē xp̄s similis eis fuit: qñ in corpore habuit mortalitatem: in aia passibilitatem: in vtroq; multiplicem miseriam et penalitatez. Sz post resurrectionem corpus eius induit immortalitatem: aia impassibilitatem: ꝛ vtrunq; oīmodam felicitatem. Et ideo sancti viri modo sibi dissimiles sunt: cum sint mortales, passibiles, et multas penalitates habētes. Pctōres aūt a deo lōge sunt ꝛ dissi

miles duplici modo. Primo q̃tum ad statum miserie: qꝛ sunt mortales ⁊ corruptibiles sicut boni. Scdo q̃tum ad dissimilitudinē vie. Unde dr̃ Esaie.lv. Sicut exaltant celi a terra: sic exaltate sunt vie mee a viis vestris: et cogitationes mee a cogitationibus vestris. Uie quib⁹ xp̃s ad nos venit, fuerunt humilitas ⁊ pietas. Cogitationes aūt eius, fuerūt pure imo ipsa puritas. Superbus igitur non assimilatur ei in sua humilitate: nec auarus in sua pietate: nec luxuriosus in sua puritate. Dānati aūt sunt lōge a deo tripliciter. Primo q̃tum ad statum miserie. Licet em̄ habeant corpus immortale, adeo tamē erit passibile ⁊ tot miseriis subiectum ꝙ subsistere vix valebit. ps. In miseriis nō subsistent. Secūdo q̃tū ad dissimilitudinē vite: q̃tū ad hoc non tm̄ erūt dissimiles deo, sꝫ etiā sctis. Ualde em̄ dissimile est esse in satietate ⁊ in esurie: in vlulatu ⁊ in cātu: in gaudio ⁊ in dolore. Ista notātur Esa.lxv. Ecce serui mei comedēt, ⁊ vos esurietis. Tertio quia erunt extra ambitum diuine mie: et ideo dicūtur proijci ī tenebras exteriores: vt habet Math.viij. Peccata em̄ sūt tenebre: sed ꝓut sunt in presenti sunt tenebre interiores, quia adhuc sunt intra ambitū diuine mie. prout aūt sunt in inferno sunt tenebre exteriores: qꝛ extra ambituꝫ diuine mie cōputātur. ¶ Scdo publicani et pctōres christi v̄ba diuina affectabāt. Peccatores sunt fedi, tenebrosi, ⁊ frigidi. Uerba aūt dei (s̄m Amb. sup Beati immaculati) habēt mūdare, illuminare, ⁊ accendere. Utile igitur est pctōrib⁹ ad v̄ba dei accedere: qꝛ si sūt fedi, mūdātur. Joh.xv. Jam vos mūdi estis ꝓpter sermonē quez locut⁹ sum vobis. Si sunt tenebrosi, illuminātur. ps. Lucerna pedib⁹ meis v̄buꝫ tuū: ⁊ lumen semitis meis. Si sunt frigidi inflāmātur. ps. Ignitum eloquium tuum vehemēter. Origenes super Josue. Scriptū est q̄ appropiquāt mihi, approximāt igni: si aūt aurū vel argētū fueris, multo rutilātior per ignē effulgebis: si aūt fuerꝫ fenū vel stipula, ꝯsumeris. ¶ Scdo ponūtur infirmi insanabiles: scꝫ scribe ⁊ pharisei: qui s̄m glo. dupliciter errabāt: qꝛ ⁊ se iustos putabant, cū essent superbi: ⁊ illos reos, cum essent penitētes. Primus error eoꝝ erat: qꝛ se iustos putabāt cū essent superbi: et ideo nulla ꝯpassione ad pctōres mouebātur: sꝫ cōtra eos poti⁹ indignabātur. In pctōre em̄ penitēte tria cōsiderantur: scꝫ vera penitētia: culpa p̄terita: ⁊ iustificatio assecuta. Scdm aūt Greg. nature debem⁹ cōpassionem siue dilectionez: culpe districtionē. i. districtā correctionez. Uñ ait. Oportet vt sollicite discernam⁹: qꝛ districtionem debem⁹ vitijs: cōpassionem nature. Si em̄ ferendus est peccator, nutriēdus est ꝓximus. Aug. Sic diligēdi sunt hoies, vt eoꝝ nō diligantur errores. Iustificationi aūt assecute, debem⁹ cōgratulationem: iuxta illud Luce.xv. Epulari aūt et gaudere oportebat: qꝛ frater tuus mortu⁹ fuerat ⁊ reuixit ⁊c. Isti aūt nec de natura curabāt vt diligerēt vel cōpaterētur: nec de iustificatione assecuta vt cōgratularētur: sed tm̄ de culpa preterita vt indignarētur. Greg. in homel. Uera iustitia cōpassionē habet: falsa dedignationē: q̃uis ⁊ iusti soleant recte peccatorib⁹ indignari. Sed aliud est qd agit typo superbie: aliud qd zelo discipline. Scds error istoꝝ erat: qꝛ illos pctōres reputabāt, cuꝫ essent penitētes. Et ideo cōtra christuꝫ de duob⁹ murmurabāt. Primo de eo ꝙ eos recipiebat: scdo de eo ꝙ cum eis comedebat. Ex eo em̄ ꝙ eos recipiebat, credebāt ip̄m coinquinari. Sicut ⁊ phariseus ex accessu peccatricis Magdalene xp̄m inquinari credebat. Petr⁹ Rauen. Erras pharisee. Lutū tangit sol: sed lutum non inficit solem. Medicus tāgit vulnera: sꝫ ip̄m putredo nō corrūpit. Reus tangit iustum iudicem: sed ipsum maculare non potest. Et vocat hic xp̄m solem, medicum ⁊ iudicem: peccatorem aūt vocat lutum, vulneratum ⁊ reum. Christus igit qui est verus sol lutū tāgebat cū pctōres recipiebat: sꝫ tamen ip̄m lutū solem non inficiebat: sed potius sol lutū in aurū mutabat cū peccatores iustificabat. Christus aūt q̄ est ver⁹ medicus vulnera pctōꝝ curabat ⁊ fetorē non sentiebat: sed fetorem fugabat cū culpam remittebat. Christus etiā qui est iustus iudex eos admittebat et ipsos ꝑ iustam sentētiā absoluebat, dicēs. Gaudiū est corā angelis dei sup vno pctōre penitētiā agēte. Secūdo cōtra xp̄m murmura-

bant qr cũ pctõrib⁹ comedebat. Hoc autẽ xp̃s ex magna dispensatione faciebat. Inter iudeos em̃ aliqui erant supstitiosi: q̃ diligebãt i alijs magnã vite austeritatẽ. Alij erãt terrenis assueti: qui magis diligebãt quãdam vite cõmunitatem. Alij erant curiosi: q̃ requirebãt miraculoꝝ potestatem. Fecit igitur xp̃s (s̃m Joh. chryso.) sicut faciũt venatores: q̃ per duas vitas ꝯtrarias aliqd animal insequũtur: vt in alterã incidat. Misit em̃ Johannem baptistam cũ vita austera: vt sic conuerteret supstitiosos. Uenit ipse cũ cõmuni vita manducãs ⁊ bibens cũ pctõrib⁹: vt sic conuerteret terrenis assuetos. Uenit cũ miraculoꝝ potẽtia: vt sic conuerteret duros ⁊ curiosos. Sed cõqueritur dicẽs. Matth. xj. Uenit Johãnes non mãducãs nec bibẽs, ⁊ dicũt, demonium habet ⁊c. ¶ Tertio erãt quidam perfecte sani: scz iusti, qui non indigebant penitẽtiã. Greg. Sũt plerique iusti in quorũ vita tm̃ est studium vt eis quelibet peccatoꝝ penitentia proponi nullatenus possit. Hinc ergo colligẽdum est q̃tum deo gaudium faciat quãdo humiliter plũgit iust⁹ si sic facit in celo gaudium quãdo in se qd male gesserat per penitẽtiam dãnat iniustus. Tales igitur penitẽtia indigẽt ⁊ nõ indigẽt. Est enim penitentia purgãs, sicut fuit penitentia Magdalene. Est penitẽtia ornãs, sicut fuit penitẽtia Johãnis baptiste. Bern. Confessio peccatoꝝ purgat: ⁊ iustoꝝ ornat. Est penitẽtia cõseruãs, que iustum conseruat a casu: iuxta illd. j. Coꝝ. ix. Castigo corpus meũ: ⁊ in seruitutem redigo ⁊c. Perfecti igit̃ viri etsi non indigent penitẽtia purgãte: indigẽt tm̃ penitẽtia ornãte ⁊ conseruante. ¶ Quarto in istoꝝ medio erat iudex ⁊ medicus cõstitutus: q̃ infirmos sanabiles. i. peccatores penitentes recipiẽdos esse ostẽdit. Et super hoc tres parabolas adduxit. Unam de oue ꝑdita. Aliam de drachma amissa. Tertiã de filio prodigo reuertẽte que post istas duas ponitur immediate. Tria em̃ sunt que hoiez ad miserãdum inducere consueuerũt: scz simplicitas, propinquitas, ⁊ necessitas. Ista tria similiter deũ ad miserandum inducunt. Primo nr̃a simplicitas. Et ad hoc ꝑtinet prima parabola de oue errãte. Homo em̃ est simplex respectu hostis tã astuti. i. diaboli: ⁊ ideo cito decipit̃. Unde clamat Psalmista. Eram sicut ouis q̃ perũt: require seruũ ⁊c. Scdo nostra ꝓpinquitas quã nobiscũ cõtraxit. Heb. ij. Nusq̃ angelos apprẽhẽdit ⁊c. Et hoc ꝑtinet secũda parabola de drachma amissa: i qua ẽ imago Cesaris vl̃ regis ⁊ superscriptio nois: Sic ⁊ homo est ad imaginem dei format⁹ ⁊ habet superscriptionem xp̃i: qr a christo dicitur christian⁹: ⁊ ideo xp̃s debet nostri misereri: iuxta illd Ephe. v. Nemo carnez suam vnq̃ odio habuit ⁊c. Tertio nostra necessitas ⁊ paupertas. Et ad hoc pertinet tertia parabola de filio ꝓdigo reuertẽte: qui dixit. Quãti mercenarij in domo patris mei abũdãt panibus? ego aũt hic fame pereo. Quãdo em̃ homo cognoscit suã miseriam ⁊ infirmitatem: tũc deus sibi exhibet suã pietatem. Unde dicitur ibidem q̃ pater videns eum, misericordia mot⁹ est super eum: ⁊ cecidit super collum eius: ⁊ osculatus est eum.

¶ Sermo secundus.

Erãt appropinquantes ad iesum puplicani ⁊ peccatores ⁊c. Libẽter debẽt omnes ad xp̃m appropinquare: quia omnia remedia in ipso poterunt inueniri. De quib⁹ sic dicit Amb. in lib. de virginibus. Omnis oia accedat ad christuz, qr oia xp̃s est nobis. Si vulnera curare desideras: medicus est si febrib⁹ estuas, fons est. Si grauaris iniq̃tate: iustitia est. Si auxilio indiges: virtus est. Si mortem time: via est Si celum desideras: via est. Si tenebras fugis: lux est. Si cibum queris alimentum est. ¶ Ex his verbis hẽtur q̃ debemus ad xp̃m accedere ⁊ appropinquare. Primo sicut vulnerati ad medicum ⁊ sanatorem: ideo dicit. Si vulnera curare desideras: medic⁹ est. Sũt aũt quedã peccata q̃ vulnerant corp⁹: sicut gula. Eccl̃s. xxxij. ca. In multis escis erit infirmitas. Quedam que vulnerãt aiam: sicut supbia qua primus angelus vulnerat⁹ fuit. Unde alij angeli qui cum eo ceciderũt, sibi insultãt dicẽtes Esa. xiiij. Et tu vulnerat⁹ sicut ⁊ nos: nostri similis fact⁹ es. Quedã que vulnerãt vtrũq̃: sicut luxuria que quidem vulnerat corp⁹ mala ꝯcupiscẽtia. Job. xvj.

Cõuulnerauit lũbos ꝛc. Et aiaꝫ amara cõ
sciẽtia. Prouer.vij. Statim eam scꝫ mulie
rem sequitur sicut bos ductus ad victimã
donec transfigat sagitta iecur eiꝰ. Ista sa-
gitta est cõsciẽtia amara. Et qm̃ sunt que-
dam vulnera que sanatur per incisionem,
quedam per adustionem, quedaꝫ per em-
plastri appositionem: ideo iste medicꝰ vul
nus gule sanandum docet per incisionem
qꝛ inordinatus gule appetitus est penitus
resecãdus. Unde dr̃ Prouer.xxiij. Quãdo
sederis vt comedas cũ principe, diligẽter
attẽde que posita sunt ante faciem tuam:
ꝛ statue culturũ in gutture tuo. Ille in gut
ture suo culturũ statuit, qui inordinate gu
le appetitum abscindit. Uulnus superbie
per emplastri appositionez.i. per passiõis
xp̃i meditationem sanari debet, Aug. sup
illud. Phili.ij. Factus est obed.ẽs vsq; ad
mortem. Ecce habes humilitatis exẽpluꝫ
superbie medicamentum. Quid igit̃ intu-
mescis: o homo pellis morticina quid tẽ-
deris: o sanies fetida quid inflaris? Prin
ceps tuus humilis, ꝛ tu sup̃bus. Uulnus
luxurie per adustionem.i. per adustiuã car
nis mortificationem: sicut petebat ꝓpheta
dicẽs. Ure renes meos ꝛ cor meum. ¶ Se-
cũdo debemꝰ ad xp̃m accedere sicut estiua
ti ad refrigerãtez: ideo subdit. Si febribꝰ
estuas fons est. In presenti vita boni ꝛ ma-
li estus multipliciter patiũtur. Nam boni-
actiui ꝛ cõiugati patiuntur estum tribula-
tionũ. j. Coꝝ.vij. Tribulationẽ carnis ha
bebũt hmõi. Intel̃.scꝫ coniugati pro ne-
cessarijs rebꝰ. Contẽplatiui patiũtur estũ
tentationem: qꝛ ob humilitatis custodiam
aliquãdo a deo molestari permittuntur: si
cut patet in Apostolo vsq; ad tertium celũ
rapto: vt habet̃.ij. Coꝝ.xij. Mali aũt ali-
quãdo patiũtur estum auaritie: aliquãdo
carnalis cõcupiscẽtie: aliquãdo furẽtis su
p̃bie. Oẽs aũt isti ad xp̃m fontẽ accedãt:
ꝛ ibi refrigerium inueniẽt. Zacharie.xiij.
Erit fons patẽs domui dauid: ꝛ habitan-
tibus hierl̃m in ablutiõe peccatoris ꝛ mẽ
struate. Per dauid q̃ interpretatur manu
fortis intelligũtur actiui. Per hierusalem
que interpretatur visio pacis, intelligunt̃
cõtẽplatiui. Noie aũt peccatoris signant̃
auari ꝛ sup̃bi. Noie vero menstruate luxu
riosi. In isto igitur fonte actiui inueniũt re
frigerium patiẽtie: contẽplatiui refrige-
rium deuotionis interne: ceteri peccato-
res refrigerium mie. Hiere.vj. Inuenietis
refrigerium aiabꝰ vr̃is. ¶ Tertio debemꝰ
ad xp̃m accedere sicut grauati ad iustũ re
leuatorẽ: ideo subdit. Si grauaris iniqui-
tate: iustitia est. Mũdus grauat nostrã ira
scibilẽ tria hñdo ad impatiẽtiam: diabolꝰ
nostram rationem decipiẽdo p̃ fraudulẽ-
tiam. Caro nostrã cõcupiscibilem inflam-
mãdo per malam concupiscentiam. Sꝫ ta
les sic grauati ad xp̃m accedant: ꝛ ipse de
talibꝰ iustitiaꝫ faciet, scꝫ de persecutoribꝰ
mũdi qꝛ ad nihilum eos deducet: de dia-
bolo, qꝛ eiꝰ falacias deteget: ꝛ de carne,
qꝛ eam rationi subijciet. Joh.xij. Nũc iu-
dicium est mũdi. quo ad primũ. Nũc prin
ceps huiꝰ mũdi cijcietur foras, quo ad se
cũduꝫ. Et ego si exaltatꝰ fuero a terra oia
trahã ad meip̃m. quo ad tertiũ. Tũc xp̃s
oia que sunt in hoie ad se trahit qñ corpꝰ
et animã sibi subijcit: vt iam caro aie non
resistat, sed vtrũq; deo seruiat iuxta illud
Psal. Cor meũ ꝛ caro mea exultauerunt
in deo viuo. ¶ Quarto debemꝰ ad xp̃ꝫ ac
cedere sicut fatigati ad auxiliatorez: ideo
subdit. Si auxilio indiges: virtꝰ est. Indi-
gemus em̃ auxilio xp̃i ꝛ in vita et in morte
ꝛ post mortem. Et ideo ad xp̃m accedamꝰ
vt nobis ferat auxilium in vita conseruan
do a casu peccati: i morte custodiẽdo a la
queis diaboli: ꝛ post mortem deducendo
ad gloriã celi. p̃s. Tenuisti manũ dexterã
meã: in vita scꝫ a peccatis me cõseruãdo:
Et in volũtate tua deduxisti me: in morte
scꝫ a laqueis diaboli me custodiẽdo. Et cũ
gloria suscepisti me: post mortem scꝫ in ce
lum me deducendo. ¶ Quinto debemꝰ ad
xp̃m accedere sicut mortui ad viuificato-
rem: ideo subdit. Si mortẽ times: vita est.
Est autem triplex mors: scꝫ nature, culpe,
ꝛ gehenne. Qui igitur ad xp̃m accedit nõ
debet timere mortẽ nature: quia corpora
suscitabit. j. Corin.xv. Per hominez mors
ꝛ per hoiem resurrectio mortuorũ. Neq;
mortẽ culpe: qꝛ omnem culpam delebit.
Esaie.xliij. Ego sum ipse qui deleo iniqui
tates tuas ꝓpter me: ꝛ peccatoꝝ tuoꝝ vl-
tra non recordabor. Nec morte gehenne:
qꝛ ipsam precipitabit. Eiusdẽ.xxv. Preci-
pitabit dominꝰ mortem in sempiternum:

⁊ auferet oēm lachrymam ab omni facie. ¶ Sexto debemus ad xp̄m accedere sicut peregrini ⁊ errabūdi ad ductorē: iō subdit. Si celū desideras: via est. Ipse em̄ est via ⁊ ductor vie ⁊ termin⁹ vie: iuxta illud Joh.xiiij. Ego sum via veritas ⁊ vita. Ista via ē penitētia. De qua dr. Esaie.xxx. Hec est via, ambulate in ea: neq; ad dexterā neq; ad sinistram declinabitis. A penitentia enim non debemus declinare: neq; per aduersa neq; per ꝓspera. Ista via est multum breuis: qꝛ tm̄ cōtinet tres dietas. Primam dietā facit cōtritio: scdam cōfessio tertiam satisfactio. Ista est via trium dierū qua ab egypto.i.peccato receditur: vt deo gratū sacrificium offeratur: vt habet: Exo.v. Eodē modo via que ducit ad infernū ꝯdinet tres dietas. Primā facit malus cōsensus: scdam malū opus tertiā mala cōsuetudo. Ductor aūt in via penitentie est xp̄s q̄ est veritas: ⁊ ideo aīa errare nō poterit in hac via. Licet em̄ vna sit via que ducit ad infernū, alia que ad limbum, alia que ad purgatoriū, alia que ad celū: iste tn̄ ductor oēs vias nouit, ⁊ ideo aīas sanctorū per bonam viaz deducit. p̄s. Deduxit eos per viā rectā vt irēt in ciuitatem habitationis. Terminus hui⁹ vie est vita beata: iuxta illō Matth.iij. Agite penitentiā: appropiquabit em̄ regnū celoꝝ. Libēter igitur ꝑ hāc viā ire debem⁹: ⁊ ꝓpter vie breuitatem, ⁊ propter ductoris talis societatē: ⁊ propter termini tanta vtilitatē. ¶ Ceptimo debemus ad christum accedere sicut tenebrosi ad illuminatorē: ideo subdit, Si tenebras fugis, lux est. Iste aūt tenebre quas debem⁹ fugere sunt tenebre infernales. vbi sunt tenebre superiores que causantur ex absentia visiōis diuine: tenebre inferiores, qꝛ ipsa infernalis regio ē tota de se tenebrosa: tenebre interiores, qꝛ ip̄e aīe ⁊ conscientie tenebrose erūt: ⁊ tenebre exteriores, qꝛ ipsi demones tenebrosi sunt q̄ erūt dānatoꝝ socij. Sed illi qui ad xp̄m accedūt istas tenebras fugiēt: ⁊ lucē inueniēt. Habēbūt em̄ lucem a superiori: scz visionez dei. Apoca.xxj. Claritas dei illuminabit eam: ⁊ lucerna ei⁹ est agnus. Ab inferiori: scz mansionez claram. Tobie.xiij. Lux splēdida fulgebit. Ab interiori: scz lucidā aīam. Esa.lviij. Implebit dn̄s splēdoribus aīaz tuā. Et ab exteriori: scz societatem fulgidiā ⁊ iocūdam. Sapie.iij. Fulgebūt iusti ⁊ tanq̄ scintile in arūdineto discurrēt. ¶ Octauo debem⁹ ad xp̄m accedere sicut famelici ad cibatorez: ideo subdit. Si cibum queris, alimētum est. Notādus aūt q̄ filij israel dum exirēt de egypto, triplicem habuerūt cibū, scz farinam egypti: qua deficiēte habuerūt māna deserti: quo deficiēte habuerūt fruct⁹ terre promissionis. Pctōres quidem pascunt farina egypti. ⁊ delectatiōe peccati: de qua fit panis diaboli: q̄ licet videatur modo esse dulcis: iuxta illud Eccli.xxiij. Homini fornicario oīs panis dulcis. in futuro tn̄ multum erit amarus. Job.xx. Panis in vtero illi⁹ vertetur in fel aspidū intrinsecus. Sed cum deficit ista farina peccati: tūc aīa reficitur māna.i.gr̄a dei. p̄s. Panem celi dedit eis. Eccli.xv. Cibauit eū pane vite ⁊ intellect⁹. Qn̄ vero labor deserti.i.presens vita finit tūc aīa reficitur fructu terre ꝓmissionis.i. dulcedine celesti satiatur. Quiquidē fructus causatur ex cōtemplatione deitatis: ⁊ ex visiōe humanitatis. p̄s. Cū dederit dilectis suis somnū: ecce hereditas domini filij merces. Hoc refertur ad visionē diuinitatis: qꝛ secundū Aug. visio est tota merces. Fructus vētris. hoc refertur ad visionem humanitatis: quia fuit benedictus fructus ventris virginis benedicte.

¶ Sermo tertius.

Gaudium erit coram angelis dei super vno peccatore penitentiam agente, ⁊c. Magna ⁊ preciosa est penitētia peccatoris de qua angeli in celo faciunt tantum festum. Non em̄ dicuntur gaudere de tam gloriosa dei visione: de qua dr. j. Pet.j. In quē desiderāt angeli ꝓspicere. Nec de sua tam iocunda iubilatione: de qua dr in psal. Laudate eū oēs angeli eius, Nec de sua tam dulci epulatione: de qua dr Tob.xij. Ego cibo inuisibili ⁊ potu q̄ ab hoīb⁹ videri non potest, vtor. Sed dicuntur gaudere de nostra cōuersione: ideo dr. Gaudium erit coram angelis dei ⁊c. In quibus verbis tria tāgūtur. Primum est angeloꝝ letitia: cum dr. Gaudiū erit in celis corā angelis dei.

Scōm est letitie materia:cum subdit. Super vno petōre. Tertiū est materie causa: cū subdit. penitētiam agēte. ¶ Circa primum notādum est q̄ de nostra cōuersione non tm̄ angeli gaudent,sed etiā tota trinitas gaudet. Angeli em̄ gaudent triplici de causa. primo: qz videt sue custodie tā gloriosum fructū. Cuilibet em̄ homini angelus ad custodiā delegat. Et dum est in vtero:me ibi a diabolo suffocetur. Et dum est egressus ex vtero:me forte a baptismi gratia impediatur. Et dū est in mundo:me forte ad peccata plurima pertrahatur. Et dū exit de mūdo:me forte a diaboli laqueis teneatur. Sicut em̄ medicus gaudet quādo videt ergā infirmū sue curationis fructū: sic angelus multū gaudet cū videt circa hominē sue custodie effectum. De contrario autē multū dolet:iuxta illud Esa.xiij. Angeli pacis amare flebūt. Scōo gaudēt quādo videt ex peccatorib⁹ conuersis suū adumpleri numerū. Sicut em̄ tot ascendāt de hoib⁹ quot angeli ceciderūt,sine quot steterūt:manifestum est q̄ eoꝝ ruina debet de hoib⁹ reparari:ideo multum gaudent quādo petōres quertūtur:vt de ipso eoꝝ numer⁹ reparetur. Ideo i xp̄i resurrectione per quā peccatores sunt iustificati,angelus totus festinus apparuit offendens suā letitiam in aspectu qui instar fulguris fuit coruscans:in habitu qui instar nimis fuit candidus:z in affatu que dulcis fuit z amenus quando dixit mulieribus. Mat. vlt. Jesum queritis crucifixum ꝛc. Tertio gaudent q̄ vident in laudādo deū tale se habere consortiū. Olim quidē laudabat deū sola natura angelica:sed nunc addita est natura humana:z ideo modo veracit̄ dici pōt illō Job.xxxviij. Cū me laudarent astra matutina. hoc spectat ad laudē angelorꝝ. Et iubilarent oēs filij dei. hoc spectat ad laudē hominū. ¶ Scōo de conuersione peccatoris gaudet z festum facit tota trinitas. s. pater z filius z spiritussanct⁹. Et primo pater. Multum quidem gaudet rex terrenus q̄ filius sibi concipitur:sicut letatus est Abraham de conceptu Sare. Multū gaudet q̄ nascit:sicut gauisi sunt Zacharias z Elizabeth in ortu p̄cursoris. Multū gaudet q̄ filius ablactatur. Unde Abraham fecit magnum cōuiuiū in ablactatione Isaac filij sui. vt habet Gene.xxi. Multū gaudet q̄ filius grandis effectus ad mensam suā recipitur. pater igit celestis de filio spūaliter concepto,nato,ablactato,z ad mēsam recepto multū gaudet. Conceptio autē attendit in contritione: sine in boni propositi conceptione. Esaie. xxvj. Facie tua domine concepimus z parturiuimus spiritū salutis. Natiuitas attēditur in confessione vel bonorū operum offensione,z ad te multis potest dici illud Esa.xxvij. Venerunt filij vsq; ad partū:et virtus parienti non est. Ablactatio attendit in vite perfectione q̄. s. hō intantū p̄ficit q̄ iam non indiget lacte parunlorū sed cibo solido perfectoꝝ. Hebr.v. Perfectoꝝ est solidus cibus. Ad mensam receptio attenditur in celesti refectione. iuxta illud Luce.xxij. Edatis et bibatis super mensam meā in regno meo. ps. Filij tui sicut nouelle olivarū,in circuitu mense tue. Scōo de conuersione peccatoris gaudet filius. Et hoc tripliciter de causa. primo quia ex hoc videt effectū sue passionis:quod notatur in prima parabola de one pdita z inuēta, Greg. Una ouis perijt q̄n hō peccando vite pascua dereliquit. Jn hūero aūt posuit qz peccata nr̄a in corpe suo ipse portauit. De hoc sic dicit Augustī. in lib. contra ḡnas hereses. Homo cū esses inimicus patri meo,reconciliaui te per me:cū inter montes et siluas errares quesiui te:humeris meis portaui te:patri meo reddidi te. Lassauit,sudauit:caput meū spinis oppositū. Manus meas clauis obtec:lancea latus meū aperuit. Tot opprobijs iurijs aspernatib⁹ lacerat⁹ fuz. Sanguinē meū fudi, animā meā posui:vt p̄cūgerē te mihi,z tu diuideris a me. Tārā aūt desiderij de one luemēda habuit q̄ ostēdit. s. ecclā dereliqt. q̄ dr̄ deserta. i. derelictā. Tū qz fuit derelictā ab angelo in quo fuerat creatus. Tū qz fuit derelictā ab hoīe q̄ ipsuz fuerat habitatur⁹. Tū qz ad instar deserti in eo sunt dulces cātus aūiū. i. angelorū. Jbi sunt rose martyrū,viole confessorū,z lilia virginum. Secūdo gaudet filius:qz in peccatore quersoviderē reformationē sue imaginis quod notat in secūda parabola de drachma perdita z inuēta. Jn qua imago regia refulget,Decē ei drachme sūt. if. ordines

angelorũ ⁊ decim⁹ hoim:qui ad dei imaginẽ sunt creati. Sz decima drachma perdita fuit qñ hõ peccauit:sz christus ipam quesiuit et suam imaginẽ reparauit. Tertio gaudet ex eo ꝙ videt resurrectionẽ sui fratris,qđ notatur in tertia parabola de prodigo de quo dicit. Epulari et gaudere oportebat qꝛ frater tu⁹ perierat ⁊ reuixit. Tertio de conuersiõe peccatoris gaudet spiritussanctus triplici de causa. Primo quia recuperat tẽplum suum quod debet inhabitare iuxta illđ.j. Cor.iij. Nescitis quia templũ dei estis ⁊ spirit⁹ dei habitat in vobis? habitare aũt nõ posset nisi spiritus malign⁹ recederet.ij. Corint.vj. Que aũt cõuẽtio xp̃i ad belial? Quis autẽ consens⁹ tẽplo dei cũ idolꝫ? Scđo gaudet:qꝛ recuperat mẽbrum suũ qđ dz viuificare.j. Corint.vj. An nescitis,qm̃ mẽbra vr̃a tẽplum sunt spũssancti? ⁊c. Uidem⁹ enim ꝙ mẽbrũ precisum vel putridũ vel paraliticum non viuificat a spũ hũano. Eodẽ modo nec peccator a spiritu diuino tunc quia diuisus est ab eo. Esa.lix. Iniquitates vr̃e diuiserunt inter vos ⁊ deũ.tũ qꝛ putrefactus est in peccato. Johel.j. Cõputruerũt iumẽta in stercore suo:tũ quia paralytic⁹ est ex motu inordinato. Nõ em̃ habet sensum amoris dei:đ q̃ đꝛ Sapiẽ.j. Sẽtite de dño in bonitate. Nec hz motũ ordinatum operis boni:sed inordinatũ operis mali. p̃s. Turbati sunt et moti sunt sicut ebrius. Tertio gaudet qꝛ recuperat vas suũ ꝙ debet implere. Opz aũt ꝙ istđ vas sit vacuũ ab amore mũdi si debet ipleri amore dei. Augu.sup. Joh. Uas es:si plenus es funde quod habes vt recipias qđ nõ habes. funde amorẽ seculi vt iplearis amore dei. hoc significatũ est.iiij. Reg.iiij. in Heliseo qui vasa vacua impleuit. De isto festo et gaudio quod facit de⁹:dicit Orige.super illud Nume.xxviij. Oblationem meam et panes ⁊ incensum odoris suauissimi offerre ꝑ tẽpora sua. Litera aũt Orige.habet in diebus festis vestris: habet inquit sua festa deus. Est enim magna festinitas salus humana,puta per singulos fideles qui conuertuntur ad deum ⁊ in fide proficiunt. Festiuitas oritur quando letificat eum impudicus si sit castus:⁊ iniust⁹ quãdo iustitiã querit. ¶ Scđo ponit hui⁹ letitie materia:cũ đꝛ. Sup vno ptõre. Et sup addit:q̃ super nonagintanouẽ iustis. Cđ q̃dẽ intelligi põt aut de tepidis iustis aut de feruentibus. Et primo mõ tũc verũ est qđ hic đꝛ. Et sup hoc ponit Gre.duo exẽpla dicẽs. Maius de peccatore cõuerso q̃ de stante iusto gaudiũ fit in celo: qꝛ ⁊ dux in prelio plus illũ militẽ diligit q̃ post fugam reuersus hostem fortiter p̃mit q̃ illũ qui nunq̃ terga vertit ⁊ nunq̃ aliquid fortiter fecit. Sic agricola illã terram magis amat q̃ post spinas vberis fruges profert q̃ eã que nunq̃ spinas habuit:⁊ nunq̃ fertilem messem produxit. De hoc etiam sic dicit Augustinus in libro contra faustum. Agricole pl⁹ placẽt agri q̃ spinis magnis eradicatis centesimum proferunt q̃ qui nullas spinas vnq̃ habuerũt ⁊ vix ad tricesimum peruenerunt. Si autem intelligitur de iustis feruentibus tunc distinguendum est inter affectum ⁊ effectum. Nam secundum Ber.meliori maior est tribuendus effectus:magis autẽ indigenti maior est tribuendus affectus. Uidemus enim ꝙ si aliqua mater habeat decẽ filios si vn⁹ infirmat ⁊ postea sanatur:mai⁹ gaudiũ ostẽdit de sctitate isti⁹ recuperata q̃ de sanitate in aliis conseruata. Super hoc etiã Augusti in lib.confes. tria exempla ponit dicens. Triũphat imperator ⁊ vincit:sed nisi pugnasset non dicisset. Et quãto maius periculũ fuerat in prelio:tanto maius est gaudium in triumpho. Iactat tempestas nauigantes minaturq̃ naufragium, omnes futura morte pallescũt. Tranquillat celum ⁊ mare,⁊ exultant nimis qui timuerũt nimis. Chatus aliq̃s infirmatur:omnes aĩo egrotãt cum eo:postq̃ vero recte cõualuerit fit et omnibus tale gaudium quale ante non fuerat. ¶ Tertio ponit letitie ⁊ materie causa cum dicitur. Penitentiam agente. Non dixit penitentiam cogitante que est penitentia procrastinatorum Prouerbiorũ.iij. Nec dicas amico id est christo:vade ⁊ reuertere ⁊ cras dabo tibi, cum possis dare. Nec dixit penitentiam docente: que est penitentia verbosorum predicatorum. Matthei.xxiij. Dicunt em̃ et non faciunt.⁊c. Nec dicit penitentiam ostendente:que est penitentia hypocritarum ⁊ simulatorum. Matthei.vij. veniunt

ad vos

ad vos in vestimentis ouium ꝛc. Sed dixit penitentiam agente: que est penitentia deuotorum. de quib⁹ dicitur Luce.iij. Facite dignos fructus penitentie.

¶ Dñica.iiij.post trinit. Sermo.j.

Estote misericordes sicut et pater vester misericors ē. Luc.vj. Inter legem mosaicam ꝛ euangelicā differentia esse videt: qꝛ in illa p̄dicabat seuera iustitia ista dulcorās mia: iō subdit. Estote misericordes ꝛc. Ibi deus vocabat se dñm metuēdū: hi vocat se patrē benignū iō subdit. Sicut ꝛ pater vester misericors ē. Ibi ꝓmittebantur carnalia ꝛ terrena: hic spūalia ꝛ eterna: iō pater iste sepe vocat pater celestꝫ. i. dator celestiū. Inserte igit hui⁹ euāgelij tria tāgunt. Prīo em̄ xp̄s exēplo dei p̄ris ad misericordiā nos inducit. Scdo isti⁹ mie tres species pōit. Tertio rōnes et causas istaꝝ specierū ostēdit. ¶ Primū notat cū dicit. Estote misericordes sicut et pater vester misericors est. Circa ꝙ notandum ꝙ licet deus habeat potētiā sapientiam bonitatem diuitiaꝝ copiā ꝛ miam: tamen nō dixit. Estote potētes sicut et pater vester potens est. Nec estote sapientes nec locupletes sed misericordes. Ratio huius est: qꝛ appetitus potentie habet deiectionē. p̄s. Deiecisti eos dū alleuaret. hoc patet in lucifero qui dei potētiam appetūt ꝛ ideo in abyssum deiectus fuit. Appetitus sapientie hꝫ inflāmationē. j. Coꝝ.viij. Scientia inflat. Col.ij. Inflat⁹ sensu carnis sue. Diuitie inducūt obliuionē dei. Gen.xl. Succedētibus prosperis preposit⁹ pincernarū oblitus est interpretis sui. Deute.xxxij. Incrassatus est dilectus et recalci. Et seq̄tur. Dereliquit deū factorē suū. Mia autē inducit hominē i celestis regni eternā possessionē. Uñ dixit xp̄s misericordib⁹. Matthe.xxv. Uenite bñdicti pa. mei possidete paratū ꝛc. Nō em̄ dicet. Uenite potentes: sꝫ ve vobis q̄ potētes fuistis ad bibendū vinū: ꝛ viri fortes ad miscendā ebrietatē. vt dicitur Esaie.v. Nec dicet. Uenite sapiētes sed ve vobis qui sapientes fuistis in oculis vestris ꝛ corā vobismetipsis prudētes: vt dr ibidē. Nec dicet. Uenite diuites: sed ve vobis diuitibus q̄ habuistis consolationē vestrā. Sꝫ dicet. Uenite misericordes qꝛ esuriui et dedistis mihi manducare, ꝛc. ¶ Scdo ponunt huius mie tres species. Prima cōsistit in nō iudicādo: quod notatur cū dr. Nolite iudicare ꝛc. Interl. Non tantū in largitate bñficiorū sitis misericordes sed etiā in iudicando. ¶ Notādum autē ꝙ scdm Augu. de sermone dñi. Quedā sunt manifesta: quedā occulta quedam media. De manifestis autē possum⁹ iudicare. Unde dicit ibidē. De apertis q̄ bono animo fieri non possunt vt sunt stupra blasphemie: ꝛ huiusmodi ꝓmittitur nobis iudicare. Alia sunt occulta. Et de his iudicare periculosum est. Uñ super illud. j. Coꝝ.iiij. neq̄ meipsum iudico: dicit August. periculū est nobis de ignotis cordibus alioꝝ iudicare. Tāta enim profunditas credēda est esse in hoie ꝙ lateat ipsum hoiem in quo est. In petro profunda infirmitas latebat dū se cū dño moriturū promittebat. Cū ergo quisq̄ de se aut nō omnino aut vix possit veram ferre sententiā: qūo potest de alijs iudicare cuꝫ nemo sciat quid agat in hoie nisi spūs hois q̄ est ipso? Media autē sunt que bono ꝛ malo aio fieri possunt. De quib⁹ nō debem⁹ certam sententiā dare: sed debemus ea in meliorē partē conuertere. Unde sup illud j. Corin.iiij. Nolite ante tēp⁹ iudicare. dicit Augu. Et si suspitiones vitare non possum⁹ qꝛ homines sumus: tamē iudicia. i. diffinitiuas firmasq̄ sententias ꝯtinere debemus. Si ergo suspicamur (qd est humana tentatio) saltē nō iudicem⁹. Hoc enim ad humanā tētationē pertinet: sine qua vita ista non ducitur. Item sup illud Rom. xiiij. Stabit aūt. ꝛc. dicit Aug. Hic innuit apostolus ꝙ ambigua debem⁹ in meliorē partē ꝟtere: ꝛ in futuro spē boni habere: etiam si aliter sit in p̄senti. Manifesta igit sunt iudicanda. Occulta sunt diuino iudicio relinquenda. Media autē nō sunt diffinitiue iudicāda: sed in meliorem ꝑtē vertenda secūda ipēs mie consistit in dimittēdo. Dimittite (inq̄t) scꝫ iniurias: et dimittetur vobis. scilicet peccatū vestrū. Alia vero litera hꝫ dimittite ꝛ dimittemini. Homo quidem aliquando detinetur a peccato qñ scilꝫ enormitas peccati non dimittit

ipsum ꝯfiteri: sz tūc a pctō dimittit qñ ipe ꝑ cōfessionē pctā dimittit. Prouer.xxviij. Qui abscōdit scelera sua nō dirigeť. Qui autē cōfessus fuerit ea et reliquerit, miam consequit. Legit zacharie.v. ꝙ missa est massa plūbea in eos amphore Qñ massam plumbeā in ore suo vel in gutture tenet suffocatur: si deglutit extinguitur: si reijcit liberatur. Ista massa plūbea est peccatū pōderosum, qđ homni claudi os qñ ꝓhibet ꝯfiteri: tunc aūt deglutit qñ delectatio pcti in corde habeť, sed tūc reijcit qñ hō cōfitetur. Aliqñ peccator tenetur a diabolo qñ scz male ablata non vult restituere. j. Tim.vj. Qui volūt diuites fieri incidunt in tentationes ⁊ laqueum diaboli. Tunc autē a diabolo dimittuntur quando ipsa male ablata dimittuntur vel restituūtur. Huiusmodi enim homines tenet diabolus per capillos. Capilli em̄ nascunt ex superfluitate humorum et significant superfluitatē malarū diuitiarū: qñ homo illos capillos radit tūc Diabolus ipsuz dimittit. Aliqñ tenetur a deo: qñ scz iniurias nō vult remittere. Mat.vj. Si non dimiseritis hoibus: nec pater vester dimittet vobis pctā vr̄a. Qñ aūt hō dimittit iniurias tunc deus nr̄as dimittit offensas. Et ibidem. Si dimiseritis hoibus peccata eorū dimittet vobis pater celestis peccata vr̄a. Aug. sup ps. Dicit tibi deus Aliq̄d cōtra te teneo, aliquid tu ꝯ aliū tenes: dimitte ⁊ dimittā. Tertia species misericordie ꝯsistit in eleemosynaꝝ largitiōe: cū dicit. Date dabit ⁊ vobis. Interl. Date beneficia ⁊ dabitur vobis vita eterna. Qui enim dat temporalia deus dat sibi et tēporalia ad sustentationem: ⁊ corporalia ad consolationem: et spiritualia ad iustificationem: ⁊ celestia ad glorificationē. Esaie.lviij. Frāge esurienti panem tuum. Et sequitur. Et sanitas tua citius orietur. hoc refertur ad bona corporalia. Et anteibit faciem tuam iustitia tua. hoc refertur ad bona spiritualia. Et gloria dñi colliget te hoc ad bona celestia. Et eris quasi ortus irriguus cuius non deficient aque. hoc ad temporalia. ¶ Tertio xp̄s ponit rationes et causas per quas inducit nos ad supradictas tres species misericordie. Primo enim inducit nos ne alios iudicemus ex consideratione maioris defectus proprij cū dicit. Quid autē vides festucā i oculo fratris ⁊c. per festucā peccata minima: per trabem peccata magna intelliguntur. Sunt enim multi qui non vident sua grauia: et vident aliorū leuia peccata. Ante peccatū in primis parētibus oculus erat apertus ad videndum opera dei: post peccatum vero apertus est ad videndum defectū ⁊ miseriā sui: quia tunc aperti sunt oculi eorum ⁊ cognouerunt se nudos. Modo autem ecōtra est: quia oculus noster non est apertus ad vidēdum et considerandum opera dei: nec ad videndum defectus et miserias nostras: sed est apertus ad videndum defectus alienos: ⁊ est clausus ad videndum defectus proprios. Bernardus. Egregiū instrumentū corporis esset oculus si sicut cetera videt, sic etiam posset seipsum cognoscere. Legitur in vitis patrum ꝙ quidam frater portabat ante se sacculos parvos: ⁊ post se saccos magnos arena plenos. Et super hoc interrogatꝰ respondit. Sacculi parui sunt peccata parua aliorū que aut oculos meos semꝑ habeo. Isti magni sunt peccata mea magna que post dorsum meum proijcio. Unde Chrysostomus multi sunt qui cum viderint monachū superfluūt vestimentū habentē accoscopiosori cibo potitū amari fiūt accusatores q̄tidie ipsi rapiētes ⁊ crapulā patientes. ¶ Scđo nos inducit vt iniurias remittamus ex cōsideratione magni periculi et magni exempli. Primo ponit periculū dicens. Si cecꝰ ceco ducatū prebeat ⁊c. Aliquando contingit ꝙ ille qui fecit iniuriaz et ille qui recepit ambo sunt vidētes: qñ scz ille qui fecit iniuriā humiliter recognoscit: et ille qui recepit liberaliter dimittit: ⁊ tunc nullū est periculū. Aliquando vero contingit ꝙ alter est cecus et alter vidēs: qñ scz ille qui fecit vult satisfacere: sed ille qui recepit non vult remittere vel ecōuerso. Et tunc non est magnum periculum: qꝛ sepe benignitas vnius conuertit cor alterius. Rom.xij. Si esurierit inimicus tuus ciba illū: si sitit potū da illi. hoc em̄ faciēs carbones ignis ꝯgeres super caput eius. hoc est induces eū ad amorē tui. Aliquando contingit ꝙ ambo sunt ceci, qñ scz nec ille qui iniuriā fecit vult satisfacere: sz nec

ille qui recepit vult parcere, & tunc est magnum periculū: qz ambo cadūt in foueam peccatorū. Deinde inducit ad iniurias remittendas ex cōsideratiōe magni exempli qū dicit. Nō ē discipul⁹ sup magistrū. Magister em̄ nr̄ iniurias oēs sic remisit q̄ nec seruauit tur bationē in corde: nec dixit impropериū ore: nec fecit aliquā iniurā in opere. Ysaie. xlij. Non erit tristis neq; turbulent⁹: quo ad primū. Nō clamabit nec audietur foris vox eius: quo ad secundum. Calamū cōtusū non cōteret & lignū fumigans non extinguet. i. minimā iniuriam non inferet: quo ad tertiū. ¶ Tertio inducit nos ad dādū eleemosynas ex cōsideratione magni premij cū dicit. Mensurā bonā. &c. Mēsurā autē hic est intellect⁹ q̄ implebitur gloria visionis aperte, & affectus q̄ implebitur gloria dilectiōis immēse. Est aūt mēsura bona in hac beatificatiōe. Cōferta in corpous glorificatiōe: qz ad delitiā cationē alię pferēt & addet glificatio: corporis, & tunc est mēsura cōferta. Coagitata erit in tocūda & inordinata sanctoz̄ societate. Sicut em̄ i coagitatiōe vasis grana ordinātē ordinant & associātur: sic societas sanctorū erit ordinata et iocunda. Super effluens, erit in aperta dei visione. Ysaie. lx. Tunc videbis & affines: quo ad mēsurā superfluētē q̄ erit in dei visione. Et mirabitur & dilatabitur cor tuum: quo ad mensurā bonā q̄ erit in mirabili & leta hac glorificatiōe. Qñ cōuersa fuerit ad te multitudo maris: quo ad mensurā conferta q̄ erit in corpous glorificatiōe. Corpus em̄ mare hac fuit: qz multas amaritudines sibi dedit. Sed tunc conuertetur. i. hac totaliter subiicietur. Fortitudo gētiū veneriet tibi: quo ad mēsuram coagitatā q̄ erit in sanctoz̄ iocūda societate que ex omnib⁹ gentibus est collecta, & contra mundū carnem & diabolum fuit fortis et robusta.

¶ Sermo secundus.

Estote misericordes sicut & pr̄ vester misericors ē. Nuscig; q̄dē⁹ vocē pater potētie: nec pater sciētie, sz pr̄ mie. Ad inducēdū q̄ illi q̄ sunt ei⁹ filij nō debēt in potētia nec i sciētia sz i mia eū imitari. De⁹ habuit eres filios: scz luciferū adam & pr̄m: Sed primus appetijt suā potētiā: & ideo tanq̄ filius degener fuit exheredat⁹. Secundus apetijt eius sciētiā: & ideo fuit similiter exheredatus. Tertius secutus est ei⁹ miam: & iō eternā assecutus est hereditatem. pō. Postula a me & dabo tibi gētes hereditatē tuā &c. Si igit volumus esse filij legitimi, & nō exheredati, imitemur patrem nostrum. nō in potētia nec in sciētia sz in misericordia. Augu. sup illud. Estote misericordes. &c. Genuenisi patrē, imitare patrē. Si em̄ imitari non vis, exheredari dispōis. Dicit ergo. Estote misericordes. Ubi xp̄s nos inducit ad duplicē miam: scz corpalē & spiritualē. Mia corpalis cōsistit in eleemosinarū largitione: ad quam nos inducit verbo pmio & exēplo. ¶ Uerbo tripliciter: qz ipsum mie op⁹ pcipit cōsulit & reqrit. Si quis hēret dām aliquid pcipiētē, & sapiētē aduocatū idē pfulētē: & dilectū amicū idē volētē & reqrētē: debēret illud cū oi desiderio adimplere. De⁹ aūt mie opus precipit tanq̄ dās: sicut patet hic cū dr̄. Estote misericordes &c. Consulit tanq̄ sapiens aduocat⁹. Mat. xix. Si vis pfect⁹ esse vade & vēde oia q̄ habes. &c. Quit & requirit tanq̄ dilectus amicus. Eiusdem. ix. Misericordiam volo & non sacrificium. Nos igitur debem⁹ implere pceptū dñi tam potētis: audire cōsiliū aduocati tā sapiētis: & perficere voluntatem amici tā dilecti. ¶ Scō inducit nos ad mie op⁹ pmio spūali videlicet, & tēporali, & celesti. Premiū tēporale consistit in tēporaliū multiplicatione. Prouer. iij. Honora dām de tua substantia: & de primitijs frugū tuarum da pauperibus & implebuntur horrea tua saturitate. Legitur i cesario⁹ q̄ cum fratres cuiusdā monasterij multum abūdarent: & multū ad pauperes liberales essent, tandem eleemosynas dimiserunt & ipsi egere ceperūt. Qđ cū cuidā viro sancto referrēt ait. Duo socij in isto monasterio cōsueuerūt habitare: scilicet frater date: & frater dabitur vobis. Uos expulistis primū: & socius⁹ sine eo noluit remanere. Premiū spirituale consistit in tribus. Primo in peccatorum remissione. Eccl's. iij. Eleemosyna pauperis nō erit i oblimiōe. Et sicut sereno glacies soluuntur peccata

re debeam⁹, scz honorē dei: edificationem proximi: ⁊ meritum nostrum. Deus tamē est tante bonitatis ꝙ plus respicit ad nostram vtilitatem ⁊ proximi edificationem q̄ ad suuz honorem. Sed qui illud offert cum odio proximi, non habet meritum: sz scandalizat proximum. Uult igitur deus vt homo suum intermittat honorez: vt sic proximo reconsiliatus meritoriā offerat oblationem. Chryso. Uide misericordiā: dei: q̄ respicit plus hoim vtilitatē q̄ suum honorē. Pl⁹ em̄ diligit cōcordiā fidelium, q̄ munera sua. Dicit ergo. Si offers munus tuum ⁊c. ¶ Notandum aūt ꝙ est quadruplex munu: scz munus a corde: mun⁹ ab ore: munus a munu: ⁊ munus ab obsequio. Munus a corde est munus amoris: qd̄ intantum est deo acceptum vt sine illo nullū aliud munus sibi placeat. Nihil em̄ valet offerre deo verba nostra per gratiarum actionē: nec corpora nostra per mortificationem: nec res nostras per eleemosynaꝝ largitionem: nisi sibi offeram⁹ corda nostra ꝑ amorē. Istud patet Luc.xviij. in phariseo qui videbat offerre deo. Uerba sua gratias referēdo, dicēs. De⁹ gratias ago tibi. Corpus suū macerando, dicens. Ieiuno bis in sabbato. Res suas ministris dei largiendo, dicēs. Decimas do omniū q̄ possideo, sed nihil profuit: quia non offerebat deo cor suum, ipsum deum et proximum diligendo. Non em̄ deum diligere poterat qui omnes proximos ꝯtēnebat, dicens. Non sum sicut ceteri hoim: raptores, iusti, adulteri: velut etiā hic publicanus. Publicanus autem a longe stās percutiebat pectus suum ⁊c. Altare super quod debem⁹ offerre deo munus amoris est altitudo trinitatis: de quo dicitur Exodi.xx. Non ascendes ad altare meū ꝑ gradus ne reuelletur turpitudo tua. In trinitate em̄ non sunt gradus inquirēdi: vt pater maior filio, vel filius minor patre, vel spiritus sanctus minor vtroq̄ credat. Unde Arrius istos grad⁹ facere voluit: ideo sua turpitudo reuelata fuit: qr ꝑ os piasphemū omnia sua interiora emisit. Istud igitur mun⁹ amoris debemus offerre sup altare sancte trinitatis: vt scz diligamus. Patrem qui per suā potentiam nos creauit. Filiū qui ꝑ suā misericordiā nos redemit. et Spiritū sanctuz qui per suā gratiā nos in filios adoptauit. Frater autem noster est quilibet christianus, quē si offendimus, reconsiliare debemus: al's munus dilectionis deo offerre nō possum⁹. Quia sicut dicit.j. Joh.iiij. Si quis dixerit qm̄ diligo deum, ⁊ fratrem suum odit: mēdax est. Dicuntur autem omnes christiani fratres: qr oēs sunt ab vno patre creati: vno precio redēpti: vno fonte regenerati: ⁊ ad eandem hereditatem vocati. ¶ Scd̄m est munus ab ore: quod est mun⁹ orationis: quod est valde odoriferum. p̄s. Dirigat oratio mea sicut insensum ⁊c. Fumus incēsi est leuis, calid⁹, ⁊ odoriferus. Tunc igitur oratio est sicut incensum quando est leuis calida, ⁊ odorifera. Tunc aūt ē leuis quādo habet secū humilitatem: que sic facit eam leuem ꝙ vsq̄ ad celum ipsam deducit. Eccli.xxxv. Oratio humiliantis se nubes penetrabit. Tunc est calida quādo habet secum feruentē charitatē. Eccli.ij. Quasi ignis effulgens: et thus ardens in igne. Thus quidē ardet i igne, qn̄ oratio funditur a feruenti corde. Tunc est etiam odorifera, quādo secum habet puritatē. Apoca.v. Habentes singuli citharas ⁊ phialas aureas plenas odoramētoꝝ que sunt oratiōes sanctoꝝ. Altare aūt sup qd̄ oratiōes nr̄as deferim⁹, ē ip̄e xp̄s: quia ꝑ ipsum oēs oratones offerim⁹, dicentes. Per dn̄m nostrum iesum xp̄m filium tuuz. Sicut em̄ a sole propter nimiā distantiam non possum⁹ habere lumen vel ignem nisi mediāte crystallo vel aliquo simili: sic nec a patre ꝓpter suā nimiam excellētiam aliquam gratiam possum⁹ ꝑcipere, nisi intercedēte mediatore. Dicitur aūt xp̄s altare terreum, eneum, ⁊ aureum. De primo dicitur Exo.xx. Altare de terra facietis mihi. De secūdo.iiij. Re.xvj. Altare eneum qd̄ erat corā dn̄o. De tertio Apo.viij. Data sunt et incēsa multa: vt daret de orationib⁹ sanctoꝝ super altare aureū. In xp̄o quidē tres sunt substātie: scz Caro mortalitati subiecta, ⁊ q̄tū ad hoc fuit altare terreum. Aīa inuitissima: ⁊ q̄tum ad hoc fuit altare eneū: ⁊ Deitas preciosissima: ⁊ quātum ad hoc fuit altare aureuz. Frater noster similiter est ipse xp̄s, quem si per peccatum offendimus, per veram confessionem

nem reconsiliare debem⁹. Dicit autē xp̄s domin⁹ noster frater noster, ⁊ minister noster. Dn̄s autem dr̄ per sublimitatē frater per equalitatem: minister per inferioritatem. Christus igitur vocat se dn̄m nostruz: vt ostēdat ꝙ sit maior nobis ratione nature diuine. Joh.xiij. Uos vocatis me magister ⁊ dn̄e: ⁊ bene dicitis: sum et enim. Uocat se fratrem nostrum: vt ostendat ꝙ sit equalis nobis rōne nature hūane. Heb.ij. Non confunditur eos fratres vocare, dicens. Nūciabo fratribus meis nomē tuū. Uocat se ministrum nostrum: vt ostendat ꝙ fuit minor nobis rōne humilitatis profunde. Luce.xxij. Ego aūt i medio vestrū sum sicut q̄ ministrat. ¶ Tertium est mun⁹ a manu: qd̄ cōsistit in largitione eleemosynarum. Unde dr̄ de muliere forti Prouer. vlti. Manum suā aperuit inopi: ⁊ palmas suas ostēdit ad pauperes. Frustra aūt mulier fortis manū pauperi aperiret ⁊ extenderet, si eam vacuaz haberet. Ideo datur intelligi ꝙ homo misericors dz ad pauperes habere manum apertam, extensam, ⁊ plenam. Apertam: vt det cito ⁊ faciliter. Eccli.iiij. Cor inopis ne afflixeris: ⁊ ne ꝓtrahas datum angustiāti. Extēsam: vt det cōmuniter. Sūt em̄ quidā qui videntur habere manuz ad se ⁊ ad suos ꝓpinquos tm̄ reflexā: sz etiā debēt ad alios habere extensam. Luce.vj. Omni petenti te tribus. Plenā vero: vt det abundāter. Tobie.iiij. Si multum tibi fuerit: abundāter tribue. Altare em̄ est cor nostrū, super qd̄ eleemosyne nostre immolātur quādo eas facim⁹ cū cordis hilaritate. ij. Cor.ix. Hilarē em̄ datorem diligit de⁹. Cum cordis cōpassione. Job.xxx. cōpatiebatur aīa mea pauperi. Cuz cordis recta intentione. Math.vj. Nesciat sinistra tua q̄d faciat dextera tua. De isto altari cordis nostri dicitur Exodi xxxvij. capit. Fecit altare thymiamatis de lignis sethim. Lignum sethim est leue, incremabile, ⁊ imputribile: qr̄ cor nostrum nō debet aliquo peccati pondere p̄grauari: nec aliquo igne tribulationis consumi: nec aliq̄ fetore peccati corrumpi. Fratres nostri angeli sunt, quos offendim⁹ quādo eoꝝ inspirationib⁹ nō obedim⁹. Tūc autē eos recōciliam⁹ quādo eoꝝ inspiratiōes recipim⁹: et tūc ipsi nostras eleemosynas deferūt ante deum. Dicuntur aūt fratres nostri: qr̄ eūdē habem⁹ patrem: ⁊ ad eandem facti sum⁹ imaginē: ⁊ ad eandem vocati hereditatem. ¶ Quartum est munus ab obsequio: qn̄ scz totū corpus nostrum ⁊ totam vitā nostrā in die obsequio mācipamus iuxta illud Luce.j. Seruiam⁹ dn̄o in sanctitate ⁊ iustitia corā ip̄o oib⁹ dieb⁹ nostris. Debemus em̄ seruire deo cū munditia cordis: cū iustitia boni operis: cū rectitudine intētionis: ⁊ cū longanimitate finalis intētionis ⁊ cōsummationis. Altare est fides nostra: qr̄ nisi opera nostra i fide offerantur, inutilia reputātur. Heb.xj. Sine fide impossibile ē placere deo. Frater noster est sp̄us noster quē tūc offendimus quando sensualitatem sibi preponimus. Tūc eū recōciliam⁹ quādo sensualitatem sibi subijcimus. De quib⁹ in domo anime nostre posuit fratrez ⁊ sororē: virū et vxorem: dn̄am ⁊ ancillam. i. rationē ⁊ sensualitatem: vt scz ratio sensualitatē instruant tanq̄ frater sororē suā: eaz corrigat tanq̄ vir vxorem suā: ⁊ eam sibi subijciat tanq̄ dn̄a ancillā suam: vt in oib⁹ sibi obediat.

¶ Sermo tertius.

Omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Scd̄m beatū Augu. de ciui. dei. Utrum ira et cetere anime passiones cadant in sapientem: aliter sentiunt stoici, aliter peripatetici: aliter christiani. Stoici enim dicunt huiusmodi passiones non cadere in sapientē. Quamuis enim quādoq̄ aliqua sustineat aduersa: tn̄ in ipsis retinet firmū animum ⁊ constantē. Unde refert Seneca de Socrate: ꝙ potionem veneni sibi iniuste oblatā tanq̄ medicamentū imortalitatis bibit: ⁊ de anime immortalitate disputans: potionem illam letus ⁊ libens hausit. Peripatetici vero dicūt has passones in sapientem cadere: sed moderatas rationiq̄ subiectas. Et ponit exemplū Seneca de Xenophōte rege: q̄ audita filij morte dolens coronā de capite deposuit. Sed audito ꝙ fortiter pugnādo occubuit: depositā coronā reassumpsit dicēs se magis gaudere de filij v̄tute q̄ de morte dolere. In disciplina aūt xp̄iana vt in eodem lib.

13

Augusti.de ciui.dei dicit. Nō q̄rit vtrū pi⁹ animus irascatur aut tristet sed vñ. Nam vt idē dicit in l b.retractationū. Aliud est irasci fratri:aliud culpe fratris. Nō enim fratri irascit:nec sine causa irascit q̄ pctō fratris irascit. Dicit ergo omnis q̄ irascitur fratri suo ꝛc. Sicut i quolibet peccato potest esse grad⁹ culpe ita ꝛ pene. Nā eodem genere pcti potest q̄s aliqñ peccare grauiter:aliqñ grauius:aliquādo grauissime. Similis gradus est in pena. Et istud ostendit dñs in pctō ire ꝙ habet tres gradus. Primus est qñ ira tm est in corde vel in alo:ꝙ notatur cū dr. Ois qui irascit fratri suo. Scds est quando manifestatur in exteriori signo:qd notat cū dr. Qui aūt dixerit fratri suo racha.ꝛc. Est aūt racha secundū Remigiū hebraicuz: ꝛ ē interiectio indignātis:velut cum diceretur a dolente heu,abirascēte hem,a cadēte ha. Terti⁹ quando manifestatur in cōtumelioso verbo:quod notat cū dr. Qui aūt dixerit fratri suo fatue. De isto triplici gradu sic dicit augu.ꝛ Beda. In primo est vnum.s.ira sola. In scdo sunt duo,scz ira et vox,q̄ irā signat. In tertio sūt tria.s.ira vox ꝛ in voce vituperationis expressio. Sicut autē est gradus in culpa:ita ꝛ in pena,ꝙ exprimit nomine iudicij cōsilij ꝛ gehenne. Per que tria pena infernalis intelligitur. Sed nomine iudicij intelligitur pena grauis que debetur prime ire. In iudicio enim causa discutitur:ꝛ adhuc locus est defensioni:et ideo re⁹ est in periculo graui. Nomine cōsilij intelligitur pena grauior q̄ debetur secunde ire. In consilio em̄ cause sententia diffinitur adhuc tamē pena differtur,ꝛ locum habet dilatio ꝛ tunc reus est in periculo grauiori. Nomine gehenne ignis intelligitur pena grauissima que debetur tertie ire. Tūc enim datur sententia diffinitiua nec locū habet defensio vel dilatio:et tūc reus est in periculo grauissimo. Istud aūt totum intelligit de ira deliberata que odiū nuncupatur. Est igitur primus gradus ire quando est in animo. Secundum aūt Dama. Ira est accensio sanguinis circa cor. Ista autem accēsio quadrupliciter fit. In aliquibus enim ignis iracundie cito accenditur et cito extinguitur. Isti secūdum Grego.sunt similes siccis arundinibus in quibus ignis cito accenditur et cito extinguitur. In alijs ignis iracundie cito accenditur et tarde extinguitur. Isti sunt ceteris deteriores. Et sunt similes teste q̄dum adhuc recens est facilis est ad reficiēdum:sed igni adusta difficilis ad perdendū. In alijs tarde accenditur et tarde refrigeratur. Isti secūdū Greg.similes sunt lignis grossioribus in quib⁹ ignis tardi⁹ accēditur ꝛ tardius extinguitur. In alijs vero ignis iracundie tardi⁹ accenditur et cito refrigerat: isti sunt ceteris meliores. De quibus dicit propheta. Irascimini et nolite peccare. Pena hui⁹ ire(put ē i alo. est iudiciuz,talis em̄ ad iudiciū citabitur. Et qualiter illud p̄ceptū. Diliges p̄ximū tuū sicut teip̄m.seruauerit,req̄rēt. ꝛ inuenietur ꝙ dilexerit eum minus q̄ sua qui a bona sua sibi non cōmunicauit: minus q̄ suos qz propinq̄s suis tantū benefecit:et minus q̄ se qz corp⁹ suū saluti aīe fratris preposuit. Secūdus gradus est qñ ira est in signo. Signa aūt odij sūt locutionē subtrahere:faciē auertere:ꝛ huiusmodi. Qñ aūt vexillū tyranni occulte habetur in castro licet castrū sit iam captū nō tamē apparet captio nisi quādo erigit. Sic etiam qñ odiuz latet in animo,captus est homo a diabolo. Sed tamen eius captio non videtur nisi qñ signa odij magnifestantur. Pena huius ire est consilium:quia contra talem in consilio sancte trinitatis sentētia dictabit qz sicut fecit alijs sic fiet sibi. Qz enim contra proximū habuit signū rācoris:ideo contra ipsum signa ire sue ostendet deus:ꝛ totus angelorum exercitus et sanctoꝝ cet⁹. Signū magnū ire dei exit: quia tales de tormentis nō liberabuntur. imo si omnes sancti pro eis orarent illi non liberarentur. Hiere.vij. Noli orare p̄ populo hoc,ꝛ ne assumas pro eis laudez ꝛ orationem ꝛ non obsistas mihi:quia nō exaudiam te. Signum magne ire angeloruz erit:qz ipsos igni eterno tradēt. Mattei.xiij. Mittet filius hominis angelos suos ꝛ colligent de regno eius omnia scādala et mittent eos in caminū ignis. Signuz ire magne sanctorū erit quia modicū suffragium eis non impendent,sicut patet in diuite epulone. Tertius grad⁹ est quādo ira est in contumelioso.verbo.vocādo sc,

fatuū fratrē suū. Uidetur aūt q̄ christus ⁊ apostolus contra hoc fecerunt. Christus enim discipulos suos stultos vocat ꝓicēs. Luce vlti. O stulti ⁊ tardi corde ⁊c. Apostolus etiā Gal.iij. O insensati galathe. Sed sciendū q̄ sicut dicit Isido. i libro. de summo bono: quadrupertita est loquēdi ratio vel quia bonū bene vel malum male: seu bonū male: ⁊ malū bene ꝓferr̄. Bonum quippe bene loquit̄ q̄ ea q̄ recta sunt humiliter annūciare videt̄. Malum male loquit̄ q̄ quodlibet flagitiū suadere conatur. Bonum male loquitur qui rectū aliquod arroganter p̄dicare sentitur. Malū bene loquitur qui narrādo aliqd̄ vitiū detestat̄: vt ab eo homines auertētur. Xp̄s igitur ⁊ apostol⁹ vocauerūt illos stultos non vt ꝯfunderent sed vt corrigerent. Pena que debetur huic ire est gehēna ignis. Dicitur autē gehēna a geos qd̄ est terra: ⁊ hēnos qd̄ est ꝓfundū: qr infern⁹ est in profundo. i. in centro terre. Et talis locus cōpetit peccatorib⁹ ꝓpter elōgationē obscuritatem ⁊ frigiditatē. Null⁹ em̄ loc⁹ tātum distat a celo q̄tum mediū terre: ideo dignū est vt sicut hō elōgauit se a deo per peccatū: sic etiam elongetur a celo per nouissimū locū. Null⁹ locus est obscurior q̄ mediū terre: ideo dignū est vt q̄ dilexerūt opera obscura tenebrarū teneantur in locis obscuris penaꝝ. Null⁹ locus est frigidior q̄ mediū terre: ideo dignū est vt peccatores qui fuerunt frigidi in die amore: semꝑ strideāt dentibus pre nimio frigore. Potest autem addi quart⁹ gradus ire: qñ scz est pro iniurioso facto vl̄ verbo: quod notat̄ cū dr. Audistis qr dictū ē antiquis Nō occides. Istud aūt homicidiū multis modis cōmittit̄. Homo quidē habet res suas: corpus: alam: ⁊ famā. Cōmittit igit̄ q̄s homicidiū q̄tum ad res ipsas in recipiendo. Eccl̄i.xxxiiij. Panis egentiū vita pauperis est: q̄ defraudat illū homo sanguinis est. Quantū ad corpus non tantuz gladio necādo sed etiā necessitatis tēpore non subueniendo. Ambro. Pasce fame morientem. si non pauidisti occidisti. Quātum ad animā tripliciter. Aut malū exemplū p̄bēdo. Rom̄.xiiij. Noli cibo tuo illuz perdere ꝓ quo xp̄s mortuus est. Aut veritatē vite tacēdo. Gre. Tot occidim⁹ quot ad mortē ire tepidi tacentesq̄ videmus. Aut peccatū mortale committēdo. Sap̄.xvj. Occidit homo ꝑ malitiā animā. Quātuz ad famā detrahēdo. Eccl̄i.xxviij. Flagelli plaga liuorem facit. plaga lingue cōminuit ossa. Pena huius ire est iudicium illud d̄ quo dicitur Mat.xxvj. Omnis qui accipit gladiū gladio peribit. Iste aūt gladius faciet in dānatis triplicē mortē. Iuxta illd̄ Ezechie.xxj. Duplicit̄ ac triplicetur gladi⁹ iterfectoꝝ. Prima mors erit qr igne inextinguibili cremabunt̄: ⁊ ista erit mala. Secunda qr a beatoꝝ consortio sebarabūtur: ⁊ ista erit peior. Tertia qr dei visione priuabuntur: et ista erit pessima. Mat.xiij. Exibunt angeli ⁊ separabūt ⁊c. Illud respicit separationē a ꝯsortio beatorum. Et mittent eos in caminum ignis. Illud respicit ignis inextinguibilis cruciatus eternos. Ibi erit fletus ⁊ stridor dentium. Illud respicit diuine visionis perpetuum damnū. Uisio enim dei sanctos letificat: et in amorem inflammat. Et qr damnati visione dei carebunt: ideo semper in fletu erunt ⁊ semper dentibus stridebunt.

¶ Dñica.vij.post festū trini. Sermo.j.

Um turba multa eēt cū Jesu nec haberēt qd̄ mādu carēt ⁊c. Mar.xiij. Sicut dicit Chryso. Nō est credēdū q̄ turbe sine viatico ad dominum in solitudine venerint: sed prima ⁊ secunda die omnia consumpserūt. Et ideo Christus tertia die omnibus iam consumptis miraculū fecit. Ideo tādiu secū manebant siue propter suos infirmos quos sanari affectabant. Unde dicitur. Matth.xv. Ubi de isto miraculo agitur. Accesserunt ad eum turbe multe habentes cecos et claudos ⁊c. Siue propter documenta salutaria que ab eo audiebant Siue propter exempla santitatis que in ipso videbant. Iste due cause vltime ponuntur in glossa. Matth.xv. Qr igitur turbe iam triduo cum eo fuerāt ⁊ alimēta nō habebāt: christus illud cōuiuiū eis fecit. Quod quidem conuiuiū ꝯmēdabile est ex parte christi facientis: ex parte conuiuarū: ⁊ ex parte ministrātiū. ¶ Ex parte igit̄ christi tria cōmendabilia fuerunt. Primo humilitas

in conferendo cũ dicitur. Conuocatis discipulis ꝛc. Glo. super Matteũ. xv. Cõuocat discipulos vt doceat maiores minoribus sua consilia communicare. Potest aũt circa consilium triplex esse reprehensio. Una ex parte petentis consiliũ qñ hz intellectũ nimis supbum. Alia ex parte dantis qñ non habet sensum prouidũ nec aim iustuz. Tertia ex parte re: de qua petitur qñ non habet decentẽ titulũ. Debet igitur in illo qui petit consiliũ esse mẽs humilis ꝛ mansueta: vt scz suo sensui non nimis credat. Quod est cõtra multos q̃ credũt sibi sufficere ꝛ cõsilijs nõ indigere. Bern. Oia illi desunt q̃ sibi nihil deesse putat Augu. Ubi dixisti sufficit: ibi defecisti. Ubi tibi placuisti: ibi peristi. Prouerb. xxxvj. Uidisti hominem sapientem sibi vider: magis spem illo habebit incipiens. In illo autẽ qui dat consiliũ debet esse discretio ꝓuida ꝛ incõcussa iustitia. Ambr. in lib. de of. Secure salutez nostrã illi viro cõmittim⁹ qui sit iustus ꝛ prudens. Facit enim iustitia vt nullus sit fraudis metus. Facit prudentia vt nulla erroris suspitio sit. In causa de qua petitur debet esse vtilitas ꝛ necessitas: quia non debet consilium peti de rebus superuacuis. Eccli. iij. In superuacuis reb⁹ noli scrutari multipliciter. Nec de rebus vanis. ps. Nõ sedi cũ cõsilio vanitatis. Nec de reb⁹ prauis perpetrãdis: qꝛ sicut dr Job. v. c. Consiliũ prauorũ dissipat. Sed de rebus vtilib⁹ ꝛ necessarijs. iij. Regũ. j. Accipe ꝯsiliũ a me: ꝛ salua animã tuã. Scdo in xp̃o fuit pietas i compatiẽdo cũ dr. Misereor sup turbam. Olim erãt quatuor incõpassibilia ꝛ dura. s. de⁹, angelus, celũ, ꝛ mors. Deus em̃ hominẽ sibi recõciliare nolebat. Angelus hoiem non diligebat: nec animas deferebat. Celum tũc nullum suscipiebat. Mors omnes deuorabat: ꝛ ad tartara rapiebat. Sz modo recessit tota duritia: ꝛ aduenit magna mia. Nã in xp̃o tanta pietas fuit ꝙ hominem sibi recõciliauit. Rom̃. v. Cuz em̃ essemus inimici: recõciliati deo sumus ꝑ mortẽ filij ei⁹. De ista sua pietate effudit in angelum: ꝛ eum sic cõpassibilẽ fecit ꝙ hominem deinceps tanq̃ suũ cõciuem dilexit: ꝛ in paradisum aias deportauit. Unde super illud Marci vlti. Nolite expauescere, dicit Grego. Uos autem cur expauescitis qui vestros conciues videtis? Sic effudit in celum ꝙ ipsum in tantũ flexibile fecit ꝙ ad omnem iustũ suscipiẽdum statim se flectit. In cuius significationem sup stephanum se aperuit ꝛ eũ recepit. Sic effudit in mortem ꝙ que prius erat terribilis ꝛ dura: facta est dulcis ꝛ mansueta: ita ꝙ a iustis nõ timetur: sed desideratur. Philip. j. Desideriuz habẽs dissolui: ꝛ esse cũ xp̃o. Tertio in xp̃o fuit liberalitatis in saturãdo cũ dicit. Mãducauerũt ꝛ saturati sũt. In peccatoribus est fames cõtinua. Eorũ em̃ memoria est famelica: qꝛ semꝑ volũt recordari de immũditijs peccatoꝝ. Nũeri. xj. In mẽte nobis veniũt cucumeres ꝛ pepones: porri ꝛ cepe ꝛ allia. Cucumeres ꝛ pepones sunt dulces ꝛ suaues: ꝛ significãt pctã suauia: sicut gulã ꝛ luxuriã. Porri cepe ꝛ allia sunt acerba: ꝛ significãt peccata acerba: sicut tristitiã irã ꝛ inidiã. Itẽ intelligentia eorũ est famelica: qꝛ semꝑ volũt inuestigare curiosa. Eccle. vij. Deus fecit hoiem rectũ: ꝛ ipse infinitis se miscuit questionibus. Et voluntas eorũ famelica est: quia semper volũt diligere vana. ps. Ut q̃d diligitis vanitatẽ ꝛc. In futuro aũt iste tres potentie saturabuntur. Nam ꝑm Bern. Filius saturabit intelligentiaz plenissima cognitione. Spũs sanctus voluntatẽ suauissima dilectione. Pater memoriã securissima vtriusq̃ retẽtiõe. ¶ Scdo istud conuiuiũ fuit ꝯmẽdabile ex ꝑte cõuiuantium. In q̃b⁹ tria fuerunt que xp̃m ad miam induxerunt. Primũ est patientiam sustinẽdo: cum dr. Triduũ sustinent me: ꝛ triduo perseuerãt mecũ. vt dr Mat. xv. Qui vult ergo a deo spũaliter pasci: secũ triduo cõmoretur. Prim⁹ dies est dolor cõtritionis. Secũdus pudor ꝯfessiõis. Tertius labor satisfactiõis. Istud est illud triduũ quo i desertũ pnie itur: vt deo gratũ sacrificiũ offeratur. De q̃ dr Exo. iij. Uel ꝑm glosam. Turba triduo dñm substinet cũ multitudo fideliũ peccata sua per penitentiam declinãs ad dñm se in opere: in locutione ꝛ cogitatione cõuertit. De primo ad Rom̃. vj. Sicut exhibuistis mẽbra vestra seruire immunditie ꝛ iniquitati ad iniquitatem ꝛc. De secũdo primi Regum secũdo. Recedãt vetera de ore vestro. De

tertio Ephe.iiij. Renouamini spiritu mentis vestre ꝛc. Secūdū qd̄ christū ad mīaz induxit fuit labor in veniendo: cum dicit. Quidam autem ex ipsis de lōge venerūt Scd̄m glosam. Ad seruitiū dei quidaz veniunt de prope: quidam de minus ꝓpe: q̄dam longe. Qui enim integritatem mentis ꝛ corporis seruāt: de prope ad deū festinant. Qui vero cōiugio vtitur: nullis tamen alijs flagitijs inquinatur: de min⁹ ꝓpe venire cognoscitur. Qui autē post multa flagitia conuertitur: de lōge venire ꝓbatur. Ephe.ij. Ueniens euāgelizauit pacem vobis qui longe fuistis: ꝛ pacem his qui prope. Secundum hoc igitur de ꝓpe venit virgo beata: que mētis ꝛ corporis integritatem seruauit. De min⁹ prope elizabeth cōiugata: que in suo coniugio honeste vixit. De lōge magdalena q̄ post multa flagitia se ad deū totaliter ꝯuertit. Tertium qd̄ christum ad misericordiam induxit: fuit victus deficientia in redeundo: cū dicitur. Si dimisero eos ieiunos in domū suaz: deficiēt i via. Circa quod notādū ꝙ sunt quatuor genera hoim qui difficulter ieiunia ferre possūt: scilicet: a magna egritudine conualescentes. itinerantes, pueri, ꝛ senes. Tales sunt qui de nouo ad penitentiam veniunt. Ideo cibo verbi dei indigent, qꝛ ipsi cōualuerunt de magna infirmitate peccati. Hebre.ix. Conualuerūt de infirmitate. Ipsi aggressi sunt viaz paradisi. tertij Regū .xix. Surge comede: grādis enim restat via. Glos. super Wattheum.xv. perit d̄ sine celesti pane ad patriā tēdit. Ipsi tāq̄ pueri sunt recēter in gratia renati. j. Pet. ij. Quasi modo geniti infantes sine dolo lac cōcupiscite. Ipsi quandoq̄ fuerunt in peccatis inueterati. ꝑs. Inueteraui inter oēs inimicos meos. Tertio istud conuiuium fuit commendabile ex parte ministrātium. i. ex parte discipulorum. Fuit tamen in eis quoddam reprehēsibile tolerabile: ꝛ quoddā commēdabile. Fuit reprehēsibile in eis istud qd̄ dixerūt. Unde istos quis poterit saturare panibus in solitudine? Nō eīm de hoc debuerūt dubitare: cū paulo añ. christ⁹ q̄nq̄ milia hominū de quinq̄ panibus saturauit: vt habetur supra. Johā. vj. Ipse autē domin⁹ non eos inclamauit: sz leniter interrogauit dicens. Quot panes habetis? Gala. vj. c. Uos q̄ spirituales estis instruite huiusmodi in spū lenitatis. Nō dixit i sermone lenitatis: nec in disciplina lenitatis: sed in spū lenitatis. Quidaz enim corrigendi sunt in sermone asperitatis: alij i disciplina seueritatis: omnes autē in spiritu lenitatis, qꝛ q̄ntumcunq̄ sonet in voce asperitas: in correctione seueritas: semp̄ debet esse in corde tranquillitas. Quādo autē aliqui quadā simplicitate ducuntur sicut erant isti discipuli: tunc tales corrigēdi sunt cū sermone lenitatis: ꝛ cū spiritu lenitatis. Scd̄o fuit in eis quoddā tolerabile: scilicet qꝛ necessitati vite sue panes reseruabant. Sed contrariū videtur qd̄ dicitur Mat. vij. Nolite solliciti esse i crastinū. Sz aliud est habere sollicitudinē nimiam per quā celestia tēporalib⁹ postponunt: q̄ est ꝓhibita. Uñ d̄r Luc. xij. Primū querite regnū dei. Aliud est habere ꝓuidentiā qua laborādo vite necessaria acq̄runtur: q̄ est cōcessa. ꝑs. Labores manuū tuarum qꝛ manducabis ꝛc. Ideo labor est exercendus: sollicitudo tollēda. Aliud est seruare ordinationē diuinā qua deus ordinauit vt ꝑdicatorib⁹ verbi dei a subditis ministret necessaria. j. Corit. ix. De⁹ ordinauit his q̄ euangeliū annunciāt de euangelio viuere. vñ d̄r Luce. x. Dignus est eīm operari⁹ mercede sua. Tertio fuit in eis quoddā cōmēdabile qꝛ indistribuēdo panes xp̄o reuerēter assistebāt. Propter quod instruimur ꝙ prelatis debem⁹ subijci: ꝛ in animo eos nobis humiliter ꝑponendo: ꝛ in corpore eis assurgendo et genua flectendo: ꝛ in opere eis velociter obediendo. Heb. xiij. Obedite: ecce obediētia operis. Prepositis vestris: ecce humilitas corporis: qꝛ debent reputare eos sibi in omnibus esse prelatos. Et subiacet eis: ecce reuerentia cum signo cordis.

¶ Sermo secundus.

Misereor super turbam: qꝛ ecce iam triduo sustinent me ꝛc. Olim mīa tantum erat in celo. vñ ꝑs. Dñe i celo mīa tua. Deinde descēdēs de celo inclusit se in quodā angulo. i. i iudeorū populo. ꝑs. Notus in iu-

dea deus. Deinde effudit se in virginis vterū ps. Suscepimus deus mīam tuaz. Tandem diffusa est i vniuerso mūdo. ps. Mīa dñi plēa est terra. Et sic deus qui tantum videbatur esse misericors sup turbā angelorum ⁊ postmodum super turbā iudeorum: modo est misericors super turbā oīm fidelium: ideo dr. Misereor super turbam. De illa aūt mīa tria dñr. Primo ponit promptitude mīe. Scdo causa motiua mīe. Tertio affectus mīe. Promptitudo diuine mīe notatur in hoc q̄ dr. Misereor sup terrā. ¶ Prīo ergo ponitur prōptitudo diuine mīe: quā quidē prōptitudinez tria faciunt scz proprietas naturalis: potentia vniuersalis: et experientia singularis. Sicut em̄ naturalis ꝓprietas ignis est calefacere. sic ⁊ naturalis dei ꝓprietas est ꝑcere. Dionysi. Neq; em̄ ꝓpriū ignis est īfrigidare: neq; boni nō bōa ꝓducere: qr igit̄ misereri est deo ꝓpriū punire ideo alienū inuolūtariū ⁊ etiā tardū. Qd em̄ sit alienū dr Esaie. xxviij. Alienū est sit opus ei⁹ ab eo. Et loquitur opere punitionis. Apis hz mellificare: ⁊ hoc est suū officiū propriū. habet etiā pūgere qñ. s. molestatur: ⁊ hoc est sibi alienū. Sic ⁊ deus qñ dat mel sue mīe facit officiū sibi propriū, qñ vero adhibet stimulū iustitie facit officiū sibi alienū. Est etiam inuoluntarium: qr inuite punit. Esaie. Heu cōsolabor sup hostib⁹ meis: ⁊ vīdicabor de inimicis meis. Ubi dicit glos. More pij patris eos licet inimicos plāgit ⁊ ꝑcutit. Est etiā tardū: qr vt dicit Chrys. Illud qd hō ꝑm naturā facit cito facit: illd aūt qd ꝯtra naturā facit tarde facit. Sic ⁊ de⁹ cito facit op⁹ mīe: qr est ꝑm naturā suā. tarde op⁹ iustitie qr est ꝯtra naturā suā. Ro. ij. An diuitias bonitatis ei⁹ ⁊ patiētie ⁊ lōganimitatis cōtemnitis? Si igitur opus iustitie est deo alienū inuolūtariū ⁊ tardū: querit Chrys. super Mat. Quare ergo punit. Et respondet qr ꝯpellitur. vñ ait. Deus em̄ inuitus ⁊ cum magno dolore compellitur peccatores dānare. Nō aūt sic dolet q̄ ipse ab eis offendatur: sed quia violenter cogitur aliquē ꝑdere qui oēs cupit saluare. Deinde querit dicens. Cum in ptāte sua deus habeat perdere ⁊ saluare: quid eū inuitū compellit? Et rñdet. Tu q̄ non desideras misericordiam dei. Nam sicut qui desiderāti misericordiam denegat crudelis est. Sic qui nō desideranti misericordiā prestat iniust⁹ est. Deinde tertio querit dicēs. Quis est homo qui non desiderat misericordiā dei? Et respōdet. Tu qui ꝑmanes in peccatis. Desiderare em̄ misericordiā dei est cōuerti ad deum. Ille em̄ desiderat misericordiā dei qui timet irā ei⁹. Qui autem non timet nō desiderat misericordiā sed cōtēnit. Secūdū qd facit deum promptum ad misericordiā est eius potētia vniuersalis. Quanto enim quis est magnanimior: tanto ad indulgēdū est ꝓnior. Hoc videmus in animalibus ⁊ in hominibus. Nā inter animalia ea que sunt nobiliora, ad indulgēdum sunt magis prona: ⁊ ecōuerso. Unde leo a catulo prouocat⁹ se nō vīdicat ꝓpter suā magnanimitatē ⁊ catuli vtilitatez. Sed si catul⁹ mordet catulū: statim mutuis morsib⁹ se lacerāt: qr vilia animalia sunt. Similiter videm⁹ q̄ homines magnanimes sunt ad indulgētiam faciles. Ambro. Procul a magnanimis cupiditas vltionis. iij. Regū. xx. Reges dom⁹ israel clemētes sunt. Ecōuerso aūt mulieres (qr sunt viles ⁊ fragiles) ideo sunt ad irā ⁊ ad vindictā faciles. Eccli. xxv. Non est ira super irā mulieris. Deus igitur cū sit oīpotēs: ⁊ non viles ⁊ inutiles vermiculi: nostras īiurias paruipēdit. Et si eas recognoscimus: statim remittit ⁊ hoc ꝓpter suam maiestatē ⁊ nostram vilitatem. ps. Exelsus dñs ⁊ humilia respicit. Ac si dicat: qr ipe est exelsus ꝑ potentiā maiestatis: ideo humiles respicit oculo pietatis. Sap. xj. Misereris omniuz: qr oīa pōt. ac si dicat: qr tu habes potētiā vniuersalē: iō habes misericordiam generalē. Et in isto sensu loquitur ecclesia. De⁹ qui oīpotentiam tuā parcēdo maxime ⁊ miserendo manifestas. Tertium qd facit deum promptū ad misericordiā, ē experiētia singularis. Molestiam enim morbi medicus tribus modis scire potest. Aliquādo ꝑ suaz scientiā theoricā: ⁊ tūc est infirmo mūltuz misericors. Aliqñ ꝑ quādā practicā ⁊ exercitationē longā: ⁊ tūc est magis misericors. Aliquādo per experientiā qñ in ꝓpria ꝑsona infirmitates plurimas expt⁹ est: ⁊ tūc est maxime misericors: ⁊ iō bonū

ēt vt aliquādo infirmetur vt infirmis me
lius cōpatiatur. Sed si esset aliquis medi
cus qui esset bonus theoricus ⁊ bon⁹ pra
ticus ⁊ infirmitatē esset expt⁹: iste ad huc
esset magis misericors. Deus igitur ante
incarnationē infirmitates nostras corpo
rales ⁊ spirituales cognoscebat per eter
nam sapiētiā quasi per quādā theoricā.
Et ideo tanq̄ pater benignissimus multū
erat misericors. p̄o. Quomodo miseretur
pater filiorū miser⁹ est dñs timentium se
qm̄ ipse cognouit figmentum nostrū. Re
cordatus est qm̄ pulvis sumus ⁊ homo si
cut fenū ⁊c. Post incarnationē autē scimꝰ
per quandā practicā ⁊ exercitat. onē lon
gam: qr. xxxij. annis circa nostras infirmi
tates sanādas tā corporales q̄ spiritua
les practicauit ⁊ se exercitauit: ⁊ sic fuit
magis misericors. Act. x. Qui pertransiit bñ
faciēdo ⁊ sanādo oēs oppressos a diabo
lo ⁊c. Et sicut medic⁹ multū p̄tristaret̄ q̄
se circa aliquē infirmū diu exercitasset ⁊ ni
hil profecisset. Ita christus. p̄o. Contrista
tus sum in exercitationemea ⁊ cōturbat⁹
sum a voce inimici ⁊ a tribulatione pecca
toris. Acsi dicat. De tribuo doleo ⁊ cōtri
stor: sez qñ mea exercitatio nihil valet: et
quādo vox inimici. i. suggestio diaboli pl⁹
valet q̄ mea inspiratio: ⁊ qñ ego peccato
rem tribulo. i. punio. Tandē scimꝰ per ex
perientiā: qr expert⁹ est tētationes, famē,
dolorē, ⁊ mortē: ideo factus est maxime
misericors. Heb. ij. Nō enim habem⁹ pō
tificez qui nō possit cōpati infirmitatibus
nostris ⁊c. Heb. iij. Didicite ex his q̄ pas
sus est obedientiā. ¶ Secūdo ponit cau
sa motiua huius mie: que quidē fuit deuo
ti o turbe: que in duob⁹ apparet. Primo i
hoc q̄ de lōge veniebant. Illi de longe ad
xp̄m venīūt qui de peccatis multis ⁊ ma
gnis ad deum se cōuertunt. Sunt autem
quidā qui timore peccāt per infirmitatez
humanā: sicut Petrus qui timore mortis
xp̄m negauit. Isti veniūt de longe. Alij p̄
ignorātiā sicut Paul⁹. ſ. Timo. i. Ignorās
feci in credulitate. Isti veniūt magis de
longe, maxime qñ ex affectata ignorātia.
Alij per certā malitiā: sicut Dauid q̄ adul
terū ⁊ homicidiū cōmisit. Isti adhuc ve
niunt magis de lōge. Secūdo apparet co
rum deuotio in hoc q̄ triduo secuz mane
bant. Prima dies est cognitio veri. Secū
da est detestatio mali tertia amor boni.
Sunt autē quidā qui cū christo nolūt stas
re nisi per diem: sicut mali christiani: q̄ ha
bent cognitionem: id est fidem verā: ſ; ta
men neq̄ malum oditunt nec bonū faciūt.
Ad T tum. ſ. Confitentur se nosse deū: fa
ctis autem negant. Alij autē sunt q̄ stant
secū tātū biduo: sicut desides ⁊ otiosi: q̄
licet habeant cognitionē veritz detestatio
nem mali: tamē nō habēt amorē ⁊ operas
tionem boni. De quib⁹ dicit Luc. iij. Oms
nis arbor nō facies fructū bonū excidet.
⁊c. Boni aūt sunt cū deo triduo: quia deū
per fidē cognoscunt ⁊ malū fugiūt ⁊ bos
nū faciūt. De isto triduo dicitur Genesis.
xl. Tres enim dies sunt post quos recor
dabit̄ pharao ministerū tui: ⁊ restituet te
in gradū pristinū dabisq̄ ei calicē ⁊c. Et
his verbis habetur q̄ isti tres dies acqui
runt nobis dei memoriā: mansionē eter
naz: z deo faciūt magnā letitiā. ¶ Tertio
ponit magna efficacia misericordie qua
fit saturatio turbe. Distinguit autē Glos.
super Matth. xv. Quatuor tempora: sez
ante legē: sub lege: sub gratia: ⁊ gloria.
In primo fuit satietas nulla: nec intellie
ctu qr deum non cognoscebāt: nec in affes
ctu qr iustificari non poterant. Ephe. iiij.
Tenebris obscuratū habētes intellectū:
quo ad primū. Alienati a vita dei: quo ad
secundū. In secundo tēpore fuit satietas
semiplena: qr intellectus erat refocillat⁹
per legē quo ad cognitionē. Sed affect⁹
remansit vacuus quo ad iustificationem.
Roma. iij. Per legē cognitio peccati: quo
ad primū. Nūc autē sine lege iustificatio
quo ad scōm. In tertio tpe est satietas ple
na: qr satiatus est intellectus cognitione, ⁊
affectus gratie plenitudine. Johā. j. Gra
tia ⁊ veritas per iesum xp̄m facta, est. In
futuro erit satietas plenissima: qr tot⁹ ho
mo saturabitur: tam interior qr intellect⁹
satiabitur in aperta dei visione: ⁊ affect⁹ in
perfecta dei dilectione. Q̄ exterior qr satu
rabitur oculus in videndo oculo ad ocus
lū faciē xp̄i. Auris in audiendo vocē xp̄i.
Olfactus in sentiendo odorē christi. Os i
lo quendo ore ad os cum ore christi. Ma
nus in amplexando vestigia christi.

¶ Sermo tertius.

Ccipiens domin⁹ septē panes gratias agēs fregit ꝛc. Cū hō tripliciter cōsideret: scz quātū ad corp⁹, q̄tū ad aiaz, ꝛ q̄tū ad vtrūq̄ cōiūctū: iō deus triplicē cibū sibi preparauit: scz corporalē quo corpus reficit: spūalē quo anima nutritur: ꝛ celestē quo tot⁹ hō beatificat. Conuiuiū aūt corporale tm̄ xp̄s in hac vita fecit: scz hic de septē panibus: et supra Joā.vj. de q̄nq̄ panib⁹ ꝛc. Cōuiuiū aūt spirituale multotiens fecit: nam quotiens predicabat totiens alimēta spūalia tribuebat. Aug. Nō est magnū pascere vē tres cito moriētes vel morituros: sz magnum est pascere animas in eternū victuras. Cōuiuium aūt celeste tm̄ semel faciet: tamē nunq̄ finem accipiet. De quo dicitur Lu.xxij. Edatis ꝛ bibatis super mensam meā in regno meo. Istud igitur cōuiuium corporale significare pōt spirituale ꝛ celeste. In isto igitur conuiuio ponūtur tres differentie personarū: scz xp̄s: turbe ꝛ discipuli. In christo aūt duo fuerūt: scz magna misericordia cū dicitur. Misereor super turbā. Et magna potētia qr panes multiplicauit. Misericordia autē dei dicitur magna quatuor modis. Magnū eniz aliquid quadrupliciter dici potest. Aut altitudine: sicut arbor procera dicitur magna. Aut ꝓfunditate: sicut pute⁹ ꝓfund⁹ dicitur magnus. Aut latitudine: sicut platea lata dicitur magna. Aut lōgitudine: sicut via longa dicitur magna. Eisdē modis misericordia dei magna vocatur. Est eniz tā alta ꝙ in celū ascēdit ꝛ sanctos super merita remunerari facit. p̄s. Magnificata est vsq̄ ad celos mīa tua. Est tā ꝓfūda ꝙ vsq̄ in infernum descēdit: ꝛ sanctos patres inde eduxit. p̄s. Misericordia tua magna est super me: ꝛ eruisti animā meaz ex inferno inferiori. Est tam lata ꝙ in totū mūdū se expandit. p̄s. Misericordia dn̄i plena est terra. Est tam longa ꝙ ab eterna incepit ꝛ vsq̄ in eternū durabit. Psal. Misericordia dn̄i ab eterno ꝛ vsq̄ in eternum super timentes eum. Secūdo in christo fuit magna potentia ꝑ quam septē panes sic multiplicauit ꝙ quatuor milia hominū inde satiauit ꝛ nihilominus etiam septē sporte supfuerūt. Querit aūt Chryso. cum plures panes fuerint hic ꝛ pauciores comedentes q̄ in priori miraculo: q̄d est ꝙ pauciores reliquie remanserunt? Et respondet: quoniā aut hoc fuit q̄a sporte sunt maiores q̄ cophini: aut vt ex diuersitate rememorent ꝛ illi⁹ ꝛ isti⁹ miraculi: et ꝓpter hoc tunc fecit cophinos reliquiaꝝ equales discipulis. Nūc autē sportas eq̄les panib⁹. Multiplicauit autē benedicēdo, frangendo, ꝛ gratias agendo: ꝑ que instruimur ꝙ cibū benedicere debemus. Illa enim benedictio cibum sanctificat. j. Timo.iiij. dicitur de cibo. Sanctificatur per verbum dei ꝛ orationē. Diabolū ne se immisceat fugat: sicut patet in sanctimoniali in quā diabol⁹ intrauit: qr lactucā sine benedictione comedit vt ait Grego. in dia. Et salubrē vsum rei prestat. Non em̄ est magnū habere rem sed vsum rei. Unde seneca. Stulto nulla re opus est: nulla em̄ rescit vti. Secūdo multiplicauit frāgēdo: ad innuēdū ꝙ in nostris ꝯuiuijs panē pauperib⁹ frāgere debem⁹: vt dicit Esa. lviij. Frāge esuriēti panem tuum. Tertio multiplicauit gratias agendo: ad innuēdū ꝙ in nostris refectionib⁹ gratias deo agere debemus. j. Timo.iiij. Nihil. reijciēdū q̄d cū gratiarū actiōe ꝑcipit. ¶ Secūdo in isto cōuiuio fuerūt turbe. in q̄bus duo fuerūt. scz magna humilitas ꝛ saturitas. Humilitas que notatur in hoc ꝙ sup terrā sederūt: per q̄d significat cōtēptus terrenorū quē debēt illi habere q̄a dn̄o volunt pasci. Quidam autem stant infra terram: sicut auari qui habent terram super caput suum. Amos.ix. Auaritia in capite omniū. Alij stāt super terrā: sicut ꝑfecti qui terrenis oīb⁹ dn̄antur. iuxta illud Mat.xix. Si vis perfect⁹ esse vade ꝛ vende omnia ꝛc. Alij nec sunt infra terrā per cupiditatē nec super terrā ꝑ omnimodaz pauperiatem: sed stant in terra per terrenorū administrationē. Tales fuerūt parētes beate marie qui res suas in tres partes diuidebant. vnā seruitorib⁹ templi dabant: aliā pauperibus distribuebāt. tertiā sibi ꝛ familie sue vsib⁹ reseruabāt. Secūdo in turbis fuit magna satietas. Unde dicitur. Manducauerūt ꝛ saturati sunt. Ma-

bueruntcñ tria per que saturari merito debuerũt. Primo habuerũt stomachũ vacuũ: quod notatur per hoc qđ dicit: non habẽt qđ mãducẽt. Stomachus cñ plenus fastidit: vacuus appetit: sic ꝛ quando stomachus anime plenus est siliquis porcoꝝ fastidit dulce dñe celestiũ. Prouer. xxvij. Anima saturata calcabit fauũ. Quãdo cñ homo vacuaꝫ amore mũdi impletur amore dei. Augu. Uas eo. Si plenꝰ es funde quod habes vt recipias qđ nõ habes. funde amorem seculi vt implearis amore dei. Secũdo habuerũt stomachũ a noxijs humoribus expurgatũ qđ notatꝫ per hoc ꝙ pmissꝫ eos passceret ipsos sanauit: vt habetur Matth. xv. Glo. ibidẽ. Pri⁹ dñs aufert infirmitatẽ ꝛ postea cibat: qz prius peccata sunt remouẽda ꝛ verbꝫ dei postea alimutriẽda: q aũt sint infirmitates dicitur ibidẽ. Accesserũt ad eũ turbe multe habẽtes claudos, cecos, debiles, mutos ꝛ curauit eos. Ab istis infirmitatibus tanꝫ malis humorib⁹ stomach⁹ aie est purgãdus: que sunt claudicatio p dei⁹ vitioꝝ: ceccitas ad cognoscẽdũ deũ: debilitas ad faciendũ bonuz: mutitas ad laudãdũ deũ. Dicitur in gl. sup illud ps. Pullis coruoꝝ inuocãtib⁹ eũ. ꝙ ẽ diu pulli coruoꝝ sunt albi pascunt rore celi: quãdo vero crescere incipiunt, parentes eos pascunt. Sic etiam anima alba per puritatem pascitur a deo: nigra per imquitatẽ pascit a diabolo. Tertio habuerũt palatũ sapidũ. Intantũ cñ verba xpi eis sapiebãt ꝙ ab eo recedere nescicbãt: sz iaz tridno cũ eo mãserãt. Unde poterãt dicere cũ ps. Quã dulcia faucibꝰ meis elo. ꝛc. Christ⁹ ergo nõ pascit illos qui habẽt palatũ insipidũ nõ sapiẽdo celestia: vl amarõ diligẽdo terrena: sz qui habẽt sapidũ diligẽdo celestia. Unde in hmus significationẽ dicitur de aquila ꝙ nõ pascit pullos illos qui respiciũt versus terrã sed qui respiciũt versus celũ. ¶ Tertio i isto quinto fuerũt discipuli: in quibus vno fuerũt: scz meditatio pia: ꝛ solicitudo pulcra. Discipuli cñ fuerũt meditatores iter xpz ꝛ populũ qz xps nõ dabat panes turbe sz discipulis, ꝛ discipuli turbe dabãt. Et sic pz ꝙ ibi fuerũt tria: scz dãs ꝛ nõ recipiẽs: scz xps: recipiẽs ꝛ dãs. s. discipuli. recipiens tñ ꝛ nõ dãs: scz turba. Per qđ datꝫ intelligi ꝙ ille ordo in ecclesia militanti debet seruari. Est cñ ecclesia spũale celũ ꝛ corpus mysticũ: in celo aũt est quodã corpꝰ qđ illuminat sed nõ illuminatꝫ: sicut sol: et signi ficat xpm q lumẽ sapiẽtie a nullo recepit sz alijs infundit. Aliud qđ illumiat ꝛ illuminatꝫ: sicut luna q recipit lumẽ suũ a sole ꝛ illuminat ista inferioꝝ. Et signi ficat prelatos qui illuminant a xpo ꝛ illuminãt subditos. Aliud qđ illuminatur ꝛ nõ illuminat: sicut firmamentũ qđ non illumiat, sz a sole luna ꝛ stellis illuminatur. Et significat subditos ꝛ laicos quoꝝ est a prelatis lumẽ recipere ꝛ illuminari. Est etiã ecclesia corpus mysticũ. In corpore aũt humano ẽm Bricẽ. est quoddã mẽbrũ qđ influit sz nõ recipit: sicut caput: ꝛ significat xpm. Quoddã qđ influit ꝛ recipit: sicut vene: ꝛ significat prelatos. Quoddã qđ recipit sed nõ influit: sicut caro. ꝛ designat subditos. Scõo fuit in discipulis solicitudo pulcra: in hoc ꝙ fragmẽta collegerũt vt pauperib⁹ darẽt. Uolut autẽ christus vt colligerentur triplici de causa. Primo ꝓpter mysterium: quod quidẽ tãgitur in glo. super Mat. xv. Propter altioza inquit mysteria que non capit cõmunis turba apostoli sustollunt ꝛ implẽt septẽ spũtus. i. perfectoũ corda septiformi sancti spiritus grã ad intelligẽdũ illustrata. Scõo ꝓpter exemplum: in hoc enim datur nobis exemplum vt ea que nobis, superfunt, vel que ieiunãdo nobis subtrahimus: pauperib⁹ erogemꝰ. Aug. De tuo ieiunio fames pauperis satiet: aut si ieiunare nõ poteſt magis pascas pauperẽ: cuius saturitate tibi venia concedatur. Illud qđ mãducatur⁹ eras si nõ ieiunares da pauperib⁹: vt ieiunium tuũ sit saturitas anime, nõ marsupij lucrũ. Tertio ꝓpter documentũ vt ex hoc infirmamur ꝙ illis qui sunt pauperib⁹ misericordes: bona temporalia multiplicantur. Prouer. xj. Aliꝫ dimidunt propria ꝛ ditiores fiunt. Greg. in dia. Terrene substãtie p hoc ꝙ pauperib⁹ distribuunt multiplicanꝫ. Sicut ptz. iij. Reg. vij. in vidua q heliã pauit cui dñs farinã ꝛ oleũ multiplicauit. Per qđ datꝫ intelligi ꝙ pauperes magis pascunt eleemosynarios ꝙ ecõuerso. Uel spiritualiter eis veniã impetrãdo. vt

tēporaliter bōa t ēporalia multiplicādo.

¶ Dñica.viij.post trini. Sermo.j.

Attendite a falsis ꝓphetis qui veniūt ad vos in vestimētis ouiū ꝛc. Matth. vij. Secūdum leges humanas puniendi sūt falsarij literarū regaliū ꝛ bullarū, falsarij monetarū, falsarij pōderū ꝛ mēsurarū. Falsarij literarū regaliū sunt heretici q̄ literas summi regis. i. sacrā scripturā falsificāt. Quā etiā filiꝰ dei per quinq; bullas .i. per quinq; vulnera roborauit: q̄s bullas heretici falsificāt dum xp̄m non vere sed fantastice passum fuisse affirmant. Falsarij monetarū sunt hypocrite. Moneta eñ regis celestis sūt oratiōes, ieiunia, ꝛ eleemosyne: q̄ ipsi falsa faciūt: qꝛ i his nō intēdūt honorē dei: sꝫ fauorē populi. Falsarij pōderū sūt mali prelati: de quibꝰ dicitur Mat. xxiij. Alligāt onera grauia ꝛ importabilia: ꝛ imponunt in humeros hominū ꝛc. Falsarij mēsurarū sunt mali subditi qui cum deo male mēsurāt: qꝛ dāt sibi res tēporales ꝛ diabolo seipsos. Heretici igitur sunt falsarij literarū ꝛ bullarū dei. Hypocrite monete dei. Mali christiani siue sint p̄lati siue subditi: pōderum ꝛ mēsurarū dei. Ab istis tribus falsarijs dñs nos attēdere admonet dicens. Attendite a falsis prophetis ꝛc. Primo igitur falsi ꝓphete sunt heretici: de quibꝰ tria tāgūtur. ¶ Primo eorū fraudulentia cū dicitur. Ueniunt ad vos in vestimētis ouium. Ista autē vestis ouina triplex est: scꝫ simulata locutio, simulata cōuersatio, ꝛ simulata operatio. Prima igit̄ est simulata locutio. Lupꝰ quidē vt dicit̄ in lib. de animalibꝰ: aliq̄n fingit vocez canis: vt non lupus sed canis esse credatur. Canes dei sunt predicatores q̄ habēt linguam medicinalē. p̄s. Lingua canuꝫ tuorum ꝛc. Heretici aliq̄n fingunt se habere verba p̄dicatorū: dicētes aliq̄ vera vt sic trahāt ad falsa. Ro. xvj. Per dulces sermones ꝛ benedictiones seducūt corda innocētiū. Jō Apoc. ix. assimilātur scorpionibus q̄ in facie. i. principio dicunt verba blanda: sꝫ in cauda pūgūt qꝛ i fine dicūt ꝟba venenata. Aug. Uestimēta ouiū sunt blāda verba. Glo. Heretici q̄dā pietatis veste tecti venenato alo rapaces sūt vt lupi. Secūda vestis est simulata ꝯuersatio: qꝛ p̄tēdunt magnā māsuetudinē. Dr̄ i li. de alalibꝰ ꝙ lupꝰ aliq̄n emittit voces humanas vt nō lupus sꝫ hō videat̄: sic heretici pretēdūt se habere cōuersationē hūanam. i. humilē ꝛ māsuetā. Homo eñ naturaliter est animal māsuetū, rōnale, ꝛ mortale: qꝛ heretici simulāt se hr̄e māsuetā discretionē ꝛ ꝙ habeāt desiderium moriendi. Jō assimilant̄ sepulchris dealbatis: vt dr̄ Mat. xxiij. qꝛ exterius vident̄ esse depicti decore virtutū: sꝫ intꝰ sūt pleni spurcitia pctōrū ꝛ vitiorū. Tertia vestis est simulata operatio: sicut sunt ieiunia, orationes ꝛ eleemosyne: sub q̄bꝰ malitiā suā tegūt. Legit̄ ꝙ lupus subtꝰ folia virentia se abscōdit vt oues veniētes ad carpēdū rapiat ꝛ occidat. Folia virētia sunt sctōrum virorū opa in charitate facta: sub quibus heretici se abscōdūt dum hec eadē faciūt vt simplices d̄cipiāt. ij. T m. iij. Habētes q̄dē speciē pietatis: virtutē autē eius abnegātes. Ideo assimilant̄ veneficis q̄ duꝫ venena offerunt melle inuoluunt. ¶ Scdo ponit̄ eorū seuitia cū dr̄. Intrinsecꝰ autez sunt lupi rapaces: vel s̄m Glos. spūaliter corrūpēdo: vel si possunt corporaliter ꝑsequēdo: vt ptꝫ i Arrio cuiꝰ ꝯsilio oēs ep̄i catholici i exiliū sunt missi vt vix tres inuenirētur qui fidē defēderēt. Act. xx. Scio ꝙ intrabūt post discessum meum lupi rapaces in vos ꝛc. Cōtra tales lupos necessarij sunt canes latrātes. Refert Petrus māducator ꝙ dum philippꝰ rex macedo obsideret athenas dixit eis. Date mihi x. oratores quos ex vobis elegero: ꝛ cōfederatus recedā. Rñdit demosthenes peritissimus orator. Lupi dixerūt pastoribꝰ. Tota cā discordie inter nos ꝛ vos sūt canes: sed date nobis canes ꝛ erimus amici. Qd̄ cum fecissent dormiētibus pastoribus lupi i gregē ad libitū deseuierūt. Ex quo ptꝫ ꝙ magnū p̄iculū est q̄n canes. i. p̄dicatores gregē deserūt vel latrare negligunt. Esa. lvj. Canes muti nō valētes latrare. Sicut eñ māsuetudo i hole est laudabilis ꝛ ira vituperabilꝫ: sic ecōuerso in cane. Dionisiꝰ. Māsuetꝰ in olbꝰ factꝰ canis iā non est canis. ¶ Tertio ponit̄ eorū

notitia cū dr. A fructib⁹ eorū cognoscetis eos. Nō em̄ cognoscunt a vestimētis simulat s:sz a fructib⁹ aptis q̄ sūt tres. Prim⁹ est doctrina pestifera:qr dicūt diabolū eē creatorē oim visibiliū:ꝛ multa talia diabolica ꝛ ꝑuersa. Joh.xiij. Ostēdā vos fabricatores eē mēdacij ꝛ cultores ꝑuersorū dogmatū. Scd̄s ē simulata vita. Multū el intēdūt illis ꝑ que pñt reputari scti: sicut extermiatiōi faciei ꝛ ꝓlixitati oratiōnū. Mat.vj. Extermināt el facies suas ꝛc. Eiusdē.xxiij. Deuorāt domos viduarum sub obtētu prolixe oratiōis. Terti⁹ est ꝓles ipia:qr oēs credētes ab eis geniti sūt vsurarij:ꝑiuri:ꝛ multis sceleribus pleni. Sap̄.iiij. Ex iniq̄s oēs filij q̄ nascūt testes sunt neq̄tie aduers⁹ parētes suos. ¶ Secūdo falsi ꝓphete sunt hypocrite:ꝛ isti ecclesiā periculose ipugnant. Olim el passa est bellū tyrānorū:sz illud vicit ꝑ patientiā:patit q̄tidie bellū hereticoꝝ:sz illd̄ vicit ꝑ sapiētiā:bellū aūt hypocritarū vincere nō pōt ꝛ qr occultū,ꝛ qr domesticū,ꝛ qr intestinū:iō p̄misit dñs. Attēdite. Crys. Ubi res certa est aspicitur:vbi autē incerta est attēditur.i.caute cōsiderat. Induūt el se vesti.ouiū.i.ieiu.ꝛ oratio.ꝛ eleemo.intus aūt sunt lupi rapa:quia malo aio hoc faciunt. Uel potest dici ꝙ fideles sunt vestimentū christi.p̄s. Myrrha ꝛ gut. ꝛ casia a vesti.ꝛc. Ab istis enim vestimētis fluit gutta.i.lachryma cōpūctionis. Gutta est species aromatica q̄ lachrymas stillat. Fluit casia id est pudor confessionis. Casia enim hz folia purpurea ꝛ significat pudorem cōfessionis. Fluit myrrha.i. labor satisfactiōis:vbi multiplex amaritudo notat. Et quia hypocrite fingunt se aliqñ lachrymas fundere:cōfessionē promere, satisfactionē assumere:iō difficile cognoscūtur. Dicit tamen Chryso.super Matth.ꝙ lupus tectus pelle ouina per tria cognoscitur:scz per actum quia dētib⁹ mordet: ouis vero neminē morsib⁹ ledit. Per vlulatum:quia versus celum vlulat:ouis vero versus terrā balat. Per cibū: quia carnibus delectatur,ouis vero herbis pascitur. Eodem modo ipsi hypocrite cognoscūtur. Primo ꝑ actū:quia bonos mordēt et eis detrahunt. Galath.v. Qd̄ si inuicez mordetis et comeditis:videte ne abinuicem consumamini. Ille qui mordet, partem subtrahit:et partē relinquit:sic aliqñ det actor in parte laudat,et in parte vituperat. Ille vero qui comedit, cibum masticat ꝛ incorporat:sic ꝛ multi contra aliorū vitia murmurant ꝛ tamen eadem faciēdo sibi incorporant. Ille aūt qui cōsumit,nec de pelle,nec de carne,nec de osse aliq̄d dimittit:quia plerique sunt qui condēnant vitam famam ꝛ conscientiā aliorū. Scd̄o cognoscuntur per vocem. Chrys. Qui vocē hūilitatis ꝛ vere cōfessionis emittit ouis est qui vero contra veritatē blasphemās vlulat contra deū,lupus est. p̄s. Iniquitatē in excelso locuti sunt. Tertio cognoscūtur per cibū: quia boni pascuntur herbis virentib⁹.i.celestib⁹ amenitatib⁹. Ezech. xxxiiij. Requiescent in herbis virentibus. Mali autē carnalib⁹ voluptatib⁹. Rom. viij. Qui sunt in carne q̄ carnis sūt sapiūt. ¶ Tertio prophete falsi sūt mali christiani. Uestimēta ouiū quib⁹ se induunt sunt opera que de genere bonorū faciūt: tñ qr in mortali hec faciūt nihil sibi ad salutez ꝓficiūt. Sūt el respectu operū q̄ fiunt in charitate:sicut hō pict⁹ respectu veri. Uñ Sapiēs. Apud sapiētē oia sunt honesta: apud vulgus simulachra sunt rerū honestarū. Sūt sicut lignū putridū in nocte lucidū respectu vere lucis:q̄ tñ in die iudicij putrida apparebūt. j. Cor.iiij. Illuminabit abscōdita tenebrarū ꝛc. Sunt sicut aurichalcū et plumbū respectu veri auri. Ber. Weli⁹ ē pallēs aurū, q̄ fulgēs auricalchū. Sūt sicut flores respectu fructuū. Et sicut hō d̄ oib⁹ florib⁹ vni⁹ viridarij nō posset semel refici:sic de q̄buscūq̄ talib⁹ operib⁹ nō posset ad momētū paradisi dulcedine satiari. Sicut aūt flores fruct⁹ ꝓducūt,sic talis opera sepe ad gratiā disponunt. Et sicut flores vinearū buffones fugā ꝛ dñz vinee recreāt:sic talia opa inq̄tū disponūt ad gratiā diabolo displicent,et deo et angelis multum placent.

¶ Sermo secundus.

Ttēdite a falsis ꝓphetis.ꝛc. Triplex inuenitur ꝓphetia. Una de p̄terito sicut illa. In principio creauit de⁹ celū ꝛ terrā.

Ad sananda em̄ peccata tria sunt necessaria. Primo vinum mordentis timoris. Sz notādum ꝙ timor al qđ causat ex consideratione pene: ⁊ tunc est quasi quoddā cauteriū ꝑ qđ purgatur sanies peccatoꝝ. ps. Confige timore tuo carnes meas. Eccl. j. Timor dñi expellit peccatū. Aliqñ causat ex ꝯsideratiōe iudicioꝝ dei: ⁊ tūc est quasi seuiens fluctus maris nauem mētis concutiens, donec pōdus peccati abijciat. Job. xxxj. Semꝑ quasi tumentes suꝑ me fluctꝰ timui deum: ⁊ pondus eiꝰ ferre nō potui. Aliqñ causatur ex consideratiōe glorie: et tūc est quasi quoddam electuariū qđ animā fortificat. Prouerb. xiiij. In timore dñi fiducia fortitudinis. ¶ Secūdo necessaria est olei: id est spei dulcorātis infusio. Spes instar olei animā subleuat vt de salute obtinenda ꝯfidat. Prouerbio. xix. Qui sperat in dño subleuabitur. Roma. viij. Spe em̄ salui facti sumꝰ: in aduersitatibus dolorē mitigat. ps. In quo mihi spem dedisti: hec me cōsolata est in humilitate mea: ignem gratie conseruat. Unde in Cayn iste ignis extinctus fuit quia oleo spei caruit dicēs. Gene. iiij. Maior est iniquitas mea q̄ꝫ vt veniam merear. ¶ Tertio necessaria est alligatura penitentie salutaris. De qua dicit Ecclesiast. vj. vincula illius alligatura salutis. Ista alligatura si est debito modo facta sanitatem inducit si nimis laxa: fluxum nō restringit: si nimis stricta: lesionē facit. Sic etiā est de penitētia ꝑponēda, qꝛ si est culpe ꝓportionata valet ad dimissionē culpe ⁊ pene. Talē penitētiā assumēdā docet apl's. Ro. vj. Sicut exhibuistis mēbra vestra seruire immūditie ⁊ iniquitati ad iniq̄tatē: ita nunc exhibete mēbra vestra seruire iustitie in sanctificationem. Sed si est nimis laxa, pctm̄ non restringit nec remittit. Ideo dr: Eze. xvj. A qua nō es lota in salutem: nec sale salita: nec inuoluta pānis. Si est nimis dura potiꝰ nocet: qꝛ pctōr ipsam ꝓijciet ⁊ ad pctm̄ redit. Chry. Uis apparere iustus vel sctūs: circa vitā tuā esto austerus circa aliorū aūt benignus. Audiant te homines parua mādātez ⁊ grādia videāt facientem. Sed de multis dicitur. Matth. xxiiij. Alligant onera grauia ⁊ importabibia ⁊ imponunt in humeros hominū: digito autem suo nolunt ea mouere ⁊c.

¶ Dñica.xiiij. post trini. Sermo.j.

Cum ingrederetur Jesus quoddam castellum occurrerunt ei decē viri leprosi ⁊c. Luce. xvij. Sicut dicit Augusti. de celo venit magnus medicus qꝛ ꝑ totum mundū magnꝰ iacebat egrotꝰ. Magna egritudo est lepra corporis sed maior est lepra mentis, q̄ est peccatū. Utrāq; autē xp̄s in istis decem leprosis curauit dū ipsos corporaliter ⁊ spiritualiter sanauit. Significatur aūt peccatū per leprā triplici de causa. Est em̄ lepra morbus fetidꝰ ⁊ sitibūdus ⁊ cōtagiosus. Inquātū est morbus ⁊ fetidus signat peccatū luxurie. Inquātū est sitibundus peccatū auaritie. Inquātū contagiosus peccatū superbie. Inquātū igitur est fetidꝰ designat luxuriā: qꝛ corā deo ⁊ holbꝰ fetet. Johel. j. Cōpuruerunt iumenta in stercore suo Grego. Jumēta aūt in stercore suo ꝯputrescere: est carnales homines in fetore luxurie vitam finire. Tunc autē animus luxiosus est fetidus qñ est quatriduamꝰ. Juxta ild Joan. xj. Dñe iaz fetet quatriduanus em̄ est. Prima dies est mala cogitatiō ⁊ delectatio: ⁊ tunc adhuc non fetet. Secunda est malꝰ consensus ⁊ tunc non fetet. Tertia est malum opus: ⁊ tunc animus licet sit mortuus pro vno tamen actu non fetet. Quarta est mala cōsuetudo ⁊ tunc animus est mortuus: ⁊ est fetidus: quia est quatriduanꝰ: ⁊ maxime quādo penitere non vult. Ista sunt quatuor scelera damasci de quibus dicitur Amos. j. Super tribus sceleribus damasci ⁊ super quator non conuertam eum. Ubi dicit glo. Primum est malum cogitare. Secundum est cōsentire. Tertiū opere implere. Quartum non penitere. Et subdit. glos. qui in tribus prioribus peccat si penitet conuertit eum deus ad vultū clementie sue: si vero non penitet auertitur ab eo vultus clementie dei. Et quia animus carnalis fetet in vita per culpam. ideo fetebit in inferno per penam. Esaie. iij. Erit pro suaui odore fetor. Carnalis voluptas videtur esse suauis ⁊ odorifera: sed talis odor suauitatis vertetur in fetorem infernalis feditatis. Fetor autem ipse in inferno causabitur a quatuor. Primo a fetenti

consortio. Demones enim qui sunt dãnatorũ socij sunt valde fetidi. Johe.ij. Ascendet fetor eius ⁊ ascendet putredo eius: qꝛ superbe egit. Secũdo a fetenti supplicio. qꝛ pena fetẽti: scꝫ sulphurea punient. ps. Ignis sulphur spũs procellarũ ⁊c. i huiꝰ significationẽ dñs sup sodomitas sulphur ⁊ ignẽ pluit. vt habetur Gen. xix. Tertio a fetenti corpore suo: qꝛ corpora dãnatoruꝫ erunt fetida. Esa. xxxiiij. De cadaueribꝰ eoꝝ ascẽdet fetor. Quarto a fetente loco. Terra enim infernalis tota est fetida: qꝛ olm fetoꝝ ⁊ immunditiaꝝ est plena. sꝫ in iudicio deus vinum de fecibus leuabit: ⁊ in cloacã infernalez oẽs feces iactabit: sicut ptꝫ in elementis ⁊ rebus ceteris. Sed primo de elementis videamꝰ. Terra enim est frigida sicca ⁊ obscura. deus aũt i iudicio ab elemẽto terre separabit quicq̃d est frigiditatis ⁊ obscuritatis ⁊ siccitatis, ⁊ totã frigiditatẽ, siccitatẽ, ⁊ obscuritatẽ in cloacã proijciet infernalẽ ⁊ remanebit splendida terra sicut aurum. Job. xxviij. Glebe illiꝰ auꝝ. Apoca. xxj. Ipsa ciuitas auꝝ mundum. ⁊c. Elementũ aque ⁊ maris aliqñ est turbidũ ⁊ gelidũ ⁊ tẽpestuosum. Sed tũc deus omnia ista ab aqua maris diuidet ⁊ totã turbulentiã tempestuositatem ⁊ congelationẽ in infernũ proijciet ⁊ remanebit mare fulgidum tanq̃ cristallus. Apocal. iiij. In conspectu eius mare vitreum simile cristallo. In aere generãtur nubes grandines fulgura ⁊ tonitrua. Tunc aũt deus ab aere ista separabit: ⁊ omnes nubes grãdines fulgura ⁊ tonitrua in infernũ iactabit ⁊ remanebit aer lucidus ⁊ serenꝰ. Esa. lxv. Ecce ego creo celos nouos. Tũc celũ ⁊ aere nouũ creabit: nõ q̃tum ad substantiã. sed q̃tũ ad pristinã formã. Ignis etiã hꝫ fumositatẽ ardorem ⁊ lucem. Tũc aũt deꝰ fumositatẽ ⁊ ardorẽ mittet ad regionẽ dãnatoꝝ totã aũt lucez mittet ad regionem btõꝝ. ps. Uox dñi intercidentis flãmã ignis. Flãmã ignis intercidet qñ fumositatem ⁊ ardorẽ a luce diuidet. Nõ solũ autẽ deꝰ in cloacã ifernalẽ ꝓijciet feces elemẽtoꝝ, sꝫ etiã aliaꝝ reꝝ. Siq̃dem fex gaudij est dolor: fex sapiẽtie est fatuitas ⁊ obliuio. fex sanitatis est egritudo. fex vite est mors. Tũc ḡ deꝰ a gaudio sepabit dolorẽ a sapia fatuitatẽ ⁊ obliuionem: a sanitate egritudinẽ: a vita mortẽ ⁊ oẽm dolorez fatuitatem: infirmitatẽ: ⁊ mortẽ in latrinam proijciet infernalẽ. Sctis autẽ remanebit gaudiũ sine dolore: sapiẽtia sine obliuiõe: sanitas sine egritudine: ⁊ vita sine morte. Ex his ptꝫ ꝙ elemẽta possũt tripliciter cõsiderari. Aut ꝓut sunt mixta et sic sunt in mũdo: qꝛ ibi multis impuritatibus sunt respersa. Aut ꝓut sunt pura ⁊ sic erũt post iudiciũ: qꝛ tunc deus ea purgabit ⁊ oẽm impuritatẽ separabit. Aut ꝓut sunt feculẽta ⁊ sic erunt in inferno: qꝛ oẽs feces elementoꝝ illuc proijcientur. Silr ⁊ cetere res tripliciter pñt considerari: aut ꝓut sunt mixte ⁊ sic sunt in hac vita in qua est gaudium cũ dolore, sapiẽtia cum obliuione. sanitas cum infirmitate vita cũ morte. Aut prout sunt pure: ⁊ sic sunt in btã vita vbi est gaudiũ sine dolore: sapientia sine obliuiõe: sanitas sine infirmitate: vita sine morte. Aut prout sunt feculente ⁊ sic erunt in inferno vbi est omnis dolor, obliuio, infirmitas, ⁊ mors. ps. Calix in manu dñi vini meri. ⁊c. ecce puritas que est in celo. plenus mixto: ecce mixtio q̃ est in mũdo: verũtñ fex eius non est exinanita. ⁊c. ecce feculentia q̃ est in inferno. Scdo lepra est morbus sitibundꝰ ⁊ q̃tum ad hoc designat peccatũ auaritie. Auarus enim adeo sitit ꝙ satiari non põt. Prouer. xxx. Tria sunt insaturabilia ⁊ q̃rtum quod nũq̃ dicit sufficit. Infernus et os vulue: ⁊ terra que nunq̃ satiatur aqua. Ignis v̄o nunq̃ dicit sufficit. Primũ igit̃ insaturabile est infernꝰ: qꝛ q̃uis quotidie aias quasi infinitas deuoret: satiari tñ nõ põt. Tps vero veniet qñ dicet sufficit. Iudicio enim extremo celebrato oẽs reprobi in inferno retrudent̃: ⁊ infernꝰ ipe replebitur ⁊ manu dei claudetur: tunc infernus dicet sufficit. Scdm insatiabile est carnalis cõcupiscẽtia que adeo famelica est ꝙ non põt satiari: tñ tps veniet in quo dicet sufficit: qñ homo valde senescit ita ꝙ calor naturalis in eo deficit, tũc ꝯcupiscẽtia carnalis dicet sufficit: qꝛ senex velit nolit cogitur ꝯtinere naturali calore in eo deficiẽte. Tertiũ insaturabile est terra sitiẽs q̃ semper aquã absorbere desiderat. Tps tamẽ veniet qñ dicet sufficit. Qñ em̃ est magna inundatio pluuiaꝝ ita ꝙ aque supabũdantes: et per diuersa loca discurrunt: tunc

terra dicit sufficit: qr pl⁹ absorbere nō po
test. Ignis vero etiā ē insatiabilis ⁊ nunq̄
dicit sufficit: qr q̄to plus ligna apponunt
tāto magis accēdit: ⁊ ideo recte ꝑ ignem
auaritia designatur. Eccl̄ia.xxiij. Ala cali
da quasi ignis ardēs nō extinguet donec
aliq̄d glutiat. Auar⁹ igitur est insaturabi
lior ꝙ ista tria predicta insaturabilia. Pri
mo est insaturabilior q̄ infernus: qr infer
nus postq̄ plenus fuerit dicet sufficit. Aua
rus autem q̄to magis est plenus tāto ma
gis est cupidus. Prouerb.xxvij. Infern⁹ ⁊
perditio nunq̄ replentur supple in presen
ti. Similiter oculi hoīm insaturabiles. Ec
clesia.v. Auar⁹ nō implebit pecunia. Se
cundo auarus est insaturabilior q̄ carna
lis cōcupiscētia: qr in hoc homine sene cō
cupiscentia carnalis dicit sufficit. Auari
tia vero in homine sene nō senescit sed am
plius iuuenescit. Hier. Cum oīa vicia sene
scant in hoīe sola auaritia iuuenescit. Tul
lius in lib. de senectu. Auaritia senis quid
sibi velit nō intelligo quid enim absurdi⁹
esse potest q̄ quo min⁹ restat vie eo plus
viatici querere. Tertio auar⁹ est insatura
bilior q̄ terra sitiens q̄ dicit sufficit qn̄ ple
na est qn̄ est magna inundatio aquarū ⁊ tn̄
ipe aq̄ supabūdātes ꝑ diuersa loca discur
rūt, dicit sufficit. Auarus aūt si hz magnaz
inundātiā diuitiarū nō tn̄ dicit sufficit siue
sue diuitie currāt in frāciā ꝑ diuersas nun
dinas: siue vsq̄ vltra mare ꝑ diuersas mer
cationes, adhuc nō dicit sufficit. Ideo ꝑm
Senecam assimilatur cani qui ꝓiecta mox
deuorat: ⁊ rurs⁹ ad alia deuorāda suspēs⁹
anhelat. Assimilat hydropico q̄ q̄to pl⁹
bibit tāto plus sitit. Johā.iiij. Oīs qui bi
berit ex hac aqua siti ⁊ iterū ⁊c. Tertio le
pra est morb⁹ cōtagios⁹. Et q̄tū ad hoc si
gnat pctm̄ supbie qd̄ ē contagiosuz iuxta
illd̄ Eccl̄ia.xiij. Qui cōmunicauerit supbo
induet supbiū. signat etiā oē aliud morta
le pctm̄ qd̄ de se ē ꝯtagiosum ex eo ꝙ vnū
trahit ad aliud. Et hoc pōt esse q̄druplici
de causa. Prima causa est ꝓpter pcti pō
derositatē. vn̄ Greg. Pctm̄ qd̄ ꝑ penitētiā
non diluit mox suo pondere ad aliud tra
hit: qr iusto iudicio deus cor pctōris obnu
bilat vt precedētis pcti merito etiā in aliud
cadat. Scda causa ē ꝓpter pctōris cecita
tē. Et ponit exemplū Chri. de sansone cui
cū capilli in q̄bus erat virtus sua amputa
ti fuissent mox philistei ipsum ligauerunt
⁊ oculos eruerūt ⁊ ipsum etiā molere fece
rūt q̄a qn̄ pctōr ꝑdit robur suarū virtutū
mox demōes funibus diuersoꝝ desiderio
rū ipsum ligāt in intellectu et affectū exce
cāt: ⁊ de vitio in vitiū ipsum currere ꝓcu
rāt. Tertia causa est ꝓpter demonū ꝑ fidi
tatē. Dicit em̄ Chryso. ꝙ peccatores sunt
equi diaboli quos exagitat per diuersa de
serta facinoꝝ, dū eos ducit d̄ pctō ī pctm̄.
Quarta causa est propter quandā pctōrū
cōnexionē. Quedā em̄ pctā sunt ꝑz Greg.
q̄ vident eē ꝯnexa. Nā auaritia trahit ad
rapinā ad furtū ⁊ ad multa mēdacia. Gu
la trahit ad hebrietatē ⁊ luxuriā. Hie. Uē
ter mero estuās cito dispumat in libidinē.
Superbia trahit ad multas iniurias iferen
das ⁊ ad multas ambitiōes appetēdas.

¶ Sermo.ij. vnde supra.

Occurrerunt ei
decem viri leprosi qui stete
runt a longe ⁊c. Sicut dicit
philosophia Boetio. Si cu
rari desideras oportet, vt
vulnus detegas. Dicitur Ecclesia.xviij.
In tempore infirmitatis ostende cōuersa
tionē tuā. cōuersatio dicit totā vitā pctō
ris. s. cogitatiōes, locutiōes, ⁊ opera. De
bet enim ostendere medico spūali cogita
tiones si fuerint immūde: locutiōes si fue
rint noc ue opera mala que fecit opa bo
na q̄ omisit Ideo isti leprosi sua vulnera ⁊
suas infirmitates nō abscōderūt: sed me
dico spūali. i. xp̄o aperuerūt ⁊ curari petie
rūt. Circa curationē aūt ipsoꝝ ꝯsiderant
tria. s. infirmitatis genus curationis mo
dus: ⁊ curatiōis effectus. Gen⁹ autē infir
mitatis est lepra que est morbus incurabi
lis ⁊ abhominabilis ⁊ vniuersalis: ⁊ ideo
peccatū signat. Est igit primo morb⁹ in cu
rabilis sicut em̄ homo a lepra hūano auxi
lio vix aut nunq̄ curat, sic nec peccator cu
rari pōt nisi diuino auxilio adiuuet cū sit
spūs per se vadēs in pctm̄ sz per se nō re
diēs a pctō. Legitur.iij. Regū.vj. ꝙ tēplū
dei fuit septem annis edificatū. Legit au
tez Johā.ij. ꝙ quadraginta sex annis fuit
reparatum. Per quod dat intelligi ꝙ ho
mo anteq̄ peccet de facili pōt fieri tēplum
dei: sed

dei: sed si semel cadit difficile imo nunq̃ p se resurgit. Ideo casus pctōris potest cōparari sagene piscatoris in quam piscis per se exire nō potest. Cōparatur etiā casui elephātis qui postq̃ ceciderit per se resurgere nō potest, nisi alij elephantes superuenerint qui ipsum adiuuent. Comparatur etiam fractioni vasis terrei vel fictilis quod vlterius reintegrari non potest. Primum exemplū pertinet ad luxuriosos qui sunt in aquis delitiarum vbi sunt multi laq̄i ⁊ sagene. Eccl̄ia.vij. Uidi amariorē morte mulierē q̄ laqueus venatoꝝ est ⁊ sagena cor eius. Unde cū quidā ph̄us vidisset quēdā aucupē cū muliere iocātem ait. Tu q̄ aues decipe niteris vide ne quasi auicula factus hui⁹ visco capiaris. Secundū exēpluz pertinet ad superbos qui more elephantis nō flectūtur: ⁊ ideo quādo cadūt nō resurgūt nisi ab alijs sctis viris meritis adiuuētur Esaie.lxiiij. Cecidimus quasi foliū vniuersi. Foliū qñ cadit vlteri⁹ ad arborē nō resurgit. Tertiū exēplū pertinet ad auaros q̄ amādo terrena efficiunt terra. Augu. Talis est vnusquisq̃ qualis est dilectio sua. Si terram diligas terra est: si deū diligis: deus es. non quidē per naturam sz per gr̄am. Et ideo si tales frangūtur nunq̃ p se reintegrant. p̄s. Tāq̃ vas figuli confringes eos. Intantū em̄ conteruntur ꝙ nec in eis igniculus parui desiderij nec modicū aq̄ lachrymaꝝ luenitur. Esa.xxx. Comminuetur sicut cōteritur sagena figuli contritione preualida: ⁊ non inuenietur de fragmētis eius testa: in qua portetur ignicul⁹ de incendio aut hauriat parum aque de fouea. Secundo lepra est morb⁹ abhominabilis: sic peccatores abhominabiles sunt apd̄ deū. p̄s. Corrupti sunt ⁊ abhominabiles facti sunt. Osee.ix. Facti sunt abhominabiles sicut ea que dilexerūt. Auari em̄ diligūt lutū: ideo sūt luto viliores. Sap̄.xv. Luto vilior vita illi⁹ ⁊c. Luxuriosi diligūt immūda: ⁊ ideo sunt spurcitij fetidiores. Joel.j. cōputruerunt iumēta in stercore suo. superbi diligūt vētosa: ⁊ iō sunt vesica miserabiliores: sicut vesica acu. pūcta detumescit, sic eoꝝ supvia ⁊ inflatio subito euanescit. Sapiē.iiij. Dirūpet eos inflatos sine voce scilz excusationis vel orationis. Qualiter aūt pctōres sunt deo abhominabiles dicit. Chrys. sup illud Mat.xxv. Discedite a me ⁊c. quasi non sufferat presentiam illorū vel aspicere sicut dicit. Nam sicut carnales oculi per carnalem speciositatem vidēdo delectātur. Si qua autē dissipata vel deformata videamus quasi vulnerat aspectus nr̄. sic ⁊ deus qui in sanctitate delectat alaꝝ peccatrices alas quasi grauat⁹ aspicere nō suffert. tanq̃ acsi dicat eis quasi putredo ⁊ spurcitia estis. Nec tandiu vos sustineo q̃diu statis i iudicio meo ⁊ iō discedite a me. Tertio lepra ē morb⁹ vniuersalz: sic ⁊ pctm̄ totū corp⁹ corrūpit. iuxta illud Esaie.j. A plāta pedis vsq̃ ad verticē capitis nō est i eo sanitas. Ex quo ptz ꝙ peccatū hoīem ⁊ per pedes ligat ⁊ capiti dn̄atur. Ligat em̄ p pedes. Job.xviij. immisi in rhete pedes suos: ⁊ i maculis eius ambulat. Greg. Qui pedes in rhete mittit nō cū voluerit exit, sic qui in pctō se deijcit nō mox cum voluerit surgit. Et qui in maculis rectis ambulat gress⁹ suos ambulādo implicat. et cū se expedire ad ambulāduz nititur ne ambulet obligatur. dn̄atur etiā capiti Aug. Peccator seruus est tot demoniorum quot vitioꝝ. Unde legit de diogene ph̄o: ꝙ cū Alexāder diceret se dn̄atorē orbis ille ait. Nequaq̃ es dn̄s sz seruorū meorū seruus. Supbia em̄ ē dn̄a tua ⁊ ancilla mea. Te em̄ ducit, ego autē eā suppeditaui. Carnalis concupiscentia et gula et ira sunt dn̄e tue ⁊ ancille mee: qr te ducunt et tibi dn̄antur. ego autē eas suppeditaui et vici. Et ideo seruoruz meorum seruus. Et cum serui alexandri vellent in ipsuz irruere ⁊ ip̄z occidere. Alexander ait. Uidete ne ipsum contingatis: qr vere seruus dei est ⁊ veritatē dicit. ¶ Secūdo ponitur curationis modus qui est triplex. Primo enim pctōr curatur p humilē sui recognitionē: qd̄ notat cum dr̄. Qui steterūt a longe s̄m em̄ legē nō audebant leprosi stare cum sanis ⁊ ideo de lōge steterunt. Sil̄r ⁊ humilis pctōr deo appropinquare nō audet sicut dicitur. Luc.xviij. Publicanus a longe stans ⁊c. Et talis humilitas deo appropinquare facit. Juxta illud. p̄s. Respexit in orationē humiliū. idē Cor contritū ⁊ humiliatū deus nō despicies. Jaco.iiij. Appropinq̄te deo et appropinquabit vos

bis. Peccator eniz appropinquat deo per humilē sui recognitionē ⁊ deꝰ sibi appropinquat per benignaz exauditionem, nisi autē deꝰ homini priꝰ appropinquasset homo nullatenꝰ deo appropinquare potuisset. Aug. de verbis dñi. Quid tam longinquū: quid tā remotū q̄ deꝰ ab hominibꝰ immortalis a mortalibus: iustꝰ a pctōribꝰ nō loco sz dissimilitudine: cum ergo deꝰ in se habeat duo bona. s. iustitiā ⁊ immortalitatez ⁊ nos duo mala. s. iniq̄tatē ⁊ mortalitatē. Si vtrunq̄ malum nr̄m suscepisset pax nobis fuisset ⁊ liberari nobiscū opus haberet. Ut ergo esset nō hoc qd̄ nos, sed ꝓpe nos: nō est factus ille pcōr: ꝙ tu, sz factus est mortalis quod tu suscipiēdo enim penā ⁊ nō suscipiēdo culpā, culpā deleuit et penā. Scdo pctōr curat̄ ꝑ accēsum desiderium ⁊ clamosam orationē qd̄ notatur cum dr̄. Leuauerunt vocē ⁊c. Ille ad deū clamat qui sua desideria ad deum leuat: vt sicut prius desiderauit terrena: sic postmodū desiderat celestia. Aug. O si possemus excitare homines ⁊ cum illis pariter excitari vt tales essemus amatores vite ꝑmanētis, quales sunt homines vite fugiētis. Cū tali desiderio clamabat propheta dicēs. Clamaui in toto corde meo exaudi me dñe. Et benedixit in toto corde. Quidam enim clamant cuz toto corde, scz qui in suis orationibus habent intellectum et affectum. i. attentionem ⁊ deuotionē. j. Corint. xiiij. Orabo spiritu: orabo et mente. Alij orāt cum medio in corde qui habent attētionem, sed nullā deuotionē. Ozee. x. Diuisum est cor eorum. Alij cū nullo corde: qui nullam habent deuotionem nec attētionē. Esaie. xxix. Populꝰ hic labijs me honorat cor aūt eoꝝ longe est me. ¶ Tertio peccator curatur per puram cōfessionem quod notatur in hoc ꝙ christus dixit leprosis. Ite ostendite vos sacerdotibus. Sed tamē in via mundati sunt: quia deus virtute contritionis peccatorem mundat interitus, priusq̄ a sacerdote absoluat̄ exterius: hoc etiā patet in leproso quē dñs tangēdo mundauit: ⁊ postea vt sacerdoti se representet ⁊ sacrifictū offerat precepit. vt habet̄ Matth. viij. Tunc leprosus a domino tangit̄ quādo pcōr ꝯpungitur. Tūc sacerdoti se representat quādo pctōr sua pctā cōfitendo manifestat. Tūc sacrificiū offert quādo satisfactionē ꝯplet. ps. Dixi cōfitebor. ⁊c. Dixi. i. firmiter statui. Aug. Magna pietas dei vt ad solam promissionem pctā dimittat. nondū ꝓnūciat ore et tamē deꝰ iā audit i corde. ¶ Tertio ponitur curationis effectus q̄ fuit in corpore ⁊ aīa perfecta sanatio: qd̄ notatur in illo qui redijt. Cui dixit dñs. Fides tua te saluū fecit. Ubi notatur ꝙ priusq̄ leprosi sanarentur clamauerūt: post sanationem etiā iste clamauit. Unde dicitur. Reuersus est cum magna voce, ad innuēdū ꝙ ad deū clamare debemus ⁊ vt sanemur et vt in sanitate cōseruemur. ⁊ merito. Quatuor em̄ de causis hō aliquādo clamabat. s. a facie ignis. a violentia furis ⁊ ab impetu aquarum ⁊ a terrore hostiū. In nobis adhuc est ignis cōcupiscētie. Joh. xxxj. Ignis ē vsq̄ ad cōsūmationē deuorās. Sz felix q̄ dixere p̄t. Eccl̄ia. lj. In medio ignis nō sum estuatꝰ. Cōtra hunc ignē debemꝰ ad deū clamare Joel. j. Ad te dñe clamabo, quia ignis comedit speciosa deserti: Debemus etiā petere aquā lachrymarū que hūc ignē extinguit. Eccl̄. iiij. Ignē ardētē extiguit aqua. in nobis etiā sunt fures. i. oculi lasciui iuxta illud. Thr. iij. c. Oculus meus depredatus ē animā meā. Ideo d̄bemꝰ ad deū clamare ⁊ petere oculoꝝ custodiā. Esaie. xxj. Ad me clamat ex seyr. Custos q̄d de nocte Seyr interp̄tatur hyrcus. Oculi aūt hyrci ꝓpter libidinem tortuose aspiciūt. Et ideo ꝑ seyr intelligit̄: ille cuius oculi sūt lasciui. Talis debet ad deū clamare. qui est custos in nocte aduersitatū ⁊ tētationum. Sic clamabat propheta, dicēs. Aduerte oculos meos ne videāt vanitatē. In nobis etiā sunt aque multaꝝ tribulationum. ps. Saluū me fac deꝰ ⁊c. Et ideo debemꝰ clamare ⁊ dei ꝯsolationē petere: sicut discipuli clamauerūt, dicētes. Matth. viij. Domine salua nos perimus: ⁊ facta est tranquillitas magna. In nobis est etiam cōtinuuz bellū Job. vij. Militia est vita hominis super terrā. Ideo debemꝰ ad deū clamare ⁊ auxiliū petere: sicut clamauit moyses. Cui dñs dixit Exodi. xiiij. capi. Quid clamas ad me. Et tūc dñs pharaonē cū suo exercitu in mari submersit: qr ad clamorē nr̄m dñs vires diaboli ⁊ totiꝰ exercitꝰ sui frāgit.

¶ Sermo.iij.vnde supra.

Iesu preceptor miserere nr̄i.sicut dr̄ Bern̄. Illi me secure ꝯmitto q̄ saluare me possit nouerit ⁊ velit. Xp̄s em̄ p̄t saluare:qꝛ est virt⁹ dei. Nouit saluare:qꝛ ē sapiētia dei. Et vult saluare:qꝛ ꝓ nobis se fecit sacrificiū dei. Ista tria tāgunt̄.j.Cor.j. Predicamus xp̄m crucifixum:ecce quia sacrificiuꝫ dei. Et sequitur de duobus alijs. Predicamus xp̄m dei v̄tutē ⁊ dei sapiētiā. Isti igit̄ leprosi sciētes xp̄m h̄re potentiā sapiam ⁊ volūtatē saluādi ⁊ miserādi ip̄m inuocāt: ⁊ dicūt. Iesu p̄ceptor miserere nr̄i. In q̄b⁹ verbis vocāt eū saluatorem, preceptorē, miseratorem. Saluatorem vocāt eū cū dicunt Iesu, qui saluator interpretatur. Ip̄e a tribus nos saluauit:scilicet peccato diabolo ⁊ a pena:sicut dicitur in lib.iij. sentētiarum. A peccato aūt tribus modis nos saluat sicut ibidem dicitur. Primo ꝑ charitatem inflammātem. Sicut enim dicitur ad Rom̄.v. Commēdat deus suam charitatem i nobis. Quoniā cū adhuc pctōres essemus christus pro nobis mortuus est. Exhibita igitur nobis arra tante dilectionis accendimur ad diligendum deum qui pro nobis tāta fecit:⁊ ex hoc iustificamur ⁊ a peccatis mundamur. Et ideo secundū Aug. Licet fuerit alius modus possibilis nostre redēptionis:nullus tamē nostre sauāde miserie fuit cōueniētior:qꝛ null⁹ ali⁹ intantū nos inflāmasset:sicut quādo cogitamus ꝙ dei fili⁹ frater noster esse voluit: ⁊ pro nobis mori dignat⁹ fuit. Scdo saluamur a pctō ꝑ fidē iustificantē. Sicut enim dr̄ Rom̄.iij. Deus ipsum posuit ꝓpiciatorem ꝑ fidē in sanguine ipsius.i.ꝑ fidē passionis ipsi⁹. Sicut em̄ aspiciētes ad serpētem eneū i palo erectū sanabant̄ a morsibus serpentū:sic ⁊ illi q̄ vera fide aspiciāt ad xp̄m i cruce exaltatū sannant̄ a vulneribus pctōꝝ. ¶ Tertio saluamur a pctō per satisfactionē ⁊ penā sufficiētē. Penā em̄ q̄ ꝓ nr̄is pctis debebat̄ ip̄e i corpore suo sustinuit:⁊ sic nos absoluit ⁊ suo liuore sanauit.j.Pe.ij. Pctā nr̄a.i.penā ꝓ pctis nr̄is ip̄e ꝑtulit i corpore suo sup̄ lignū vt pctis mortui iustitie viuam⁹ cuius liuore sanati estꝫ. Scdo xp̄s nos saluauit a diabolo. diabol⁹ em̄ hominē nō detinebat nisi pctōruꝫ vinculis:⁊ ideo eo ipso ꝙ sum⁹ a pctis saluati sum⁹ a diabolo liberati. Aug.i xp̄o vlcūtur inimice nobis inuisibiles potestates: vbi vincunt̄ inuisibiles cupiditates. Fuso em̄ sanguine xp̄i sine culpa oīm delictorū cirographa sunt deleta. Et q̄uis diabol⁹ adhuc nos tenet eisdē modis quib⁹ ante: tamen iam vincere nō potest sicut ante:qꝛ christus fortez in sua passione allegauit.i. potestatē eius cōpescuit vt dicitur. Mat. xij. Habebat eniꝫ duas manus. Unā attrahentem ꝑ quā ⁊ sctōs ad inferos attrahebat:⁊ istam christus in cruce amputauit ei oēs sanctos deiceps ad se traxit. Joh.xij. Si exaltat⁹ fuero a terra omnia trahā ad meipsum. Aliam impellentem per quā ad peccatū homines impellebat ⁊ vincebat: ⁊ istā xp̄s i cruce sic vulnerauit ⁊ debilitauit ꝙ de cetero nō pōt vincere nisi volentes. Abacuch.iij. Cornua i manibus eius Potestas em̄ ⁊ virtus xp̄i apparuit in manibus diaboli:qꝛ vnam amputauit et aliā vulnerauit. ¶ Tertio christus nos saluauit a pena ⁊ morte tēporali ⁊ hoc in generali resurrectiōe:⁊ a morte eterna q̄ erat in diuine vsionis priuatione. Ideo secūdū Greg. vna die integra ⁊ duab⁹ noctib⁹ iacuit in sepulchro ad innuendum ꝙ lux vnice sue mortis destruxit duplicem nostram mortem. In damnatis autez mors eterna non destruct̄:sed semper viuificat̄ vt homo iterū moriat̄.p̄s. Sicut oues i inferno positi sunt, mors depascet eos. Dicuntur aūt poni i inferno sicut oues qꝛ sicut oues herbam comedunt:⁊ iterum reuiuiscit vt iterum comedatur. sic ⁊ mors videbatur dānatos occidere ⁊ tn̄ iterū reuiuissent vt iterū occidant̄: ⁊ ideo dr̄ mors depascet eos. Uel dicunt̄ i inferno poni sicut oues: qꝛ sicut oues postq̄ pauerint in vno prato ducuntur a pastore ad aliud pratū:sic erit in inferno Ibi em̄ sunt duo prata.s.pratū frigoris ⁊ pratū caloris. Postq̄ igit̄ oues infernales pauerint in prato frigoris, pastor earū scilicet diabol⁹ deducet eas ad pratū caloris:⁊ sic alternatim erit imperpetuū. Job.xxiiij. Ad nimiū calorem trāseunt ab aquis niuium. Uel dicuntur poni in inferno sicut oues qꝛ sicut hmōi anima-

lia distinguntur per greges: qz oues stāt per se: ⁊ capre ꝑ se: sic etiā dānati similiter ꝑ diuersos greges distinguent. Nā sup̄bi faciēt vnū gregē. Luxuriosi aliū, auari aliū. zach xij. Plangēt terre familie ⁊ familie seorsum. Uel ducunt in inferno sicut oues tondent, ⁊ sic. tonse ad pascua mittuntur: sic pctōres hic dimittēt lanaz. i. diuitias ⁊ sic attonsi ad pascua infernalia trāsmittentur. ps. Cuz interierit nō sumet omnia: nec descendet cū eo gl̄ia eiꝰ. Uel dicunt poni in inferno sicut oues: qz sicut oues in calore stant cōpresse ⁊ vna super aliā: in frigore aūt stāt segregate. Sic ⁊ dānati cū erunt in igne infernali stabūt cōpressi vt vnꝰ super aliū magis incēdatur. Cū vero erūt in frigore erūt separati vt q̄libet ꝑ se strideat. Matt. viij. Ibi erit fletus ⁊ stridor dentiū. ¶ Secūdo leprosi vocāt xp̄m preceptorē. Ipse enim est verꝰ p̄ceptor q̄ decē p̄cepta nobis dedit, q̄ si aliquādo trāsgreditur ipsum vt nr̄i misereatur rogare debemꝰ. Unde ⁊ isti leprosi dicunt fuisse decē sicut enim decem leprosi significant illos qui decem precepta sunt transgressi, sic decem mundati significāt eos qui per christum ad eorū obseruātiā sunt cōuersi. Iste decalogus preceptorū est illud psalterium decachorde. De quo dicit ꝓpheta. In psalterio decachordo psallā tibi: qd̄ verbū tractās Aug. i libro de decem chordis distinguit tres differētias. Quidam em̄ istud psalteriū portant. sed in eo nō cantāt. Qui scz precepta dei ex timore seruāt. portare em̄ psalteriū sz nō cātare in eo onus q̄dē habet sed delectationē non habet: qz timor penā habet. Alij portāt ⁊ cantāt qz scz mādata dei seruant ⁊ ex amore seruāt. Licet em̄ sit labor in portando est tamē delectatio in cantādo. Iuxta illud. ps. Cātabiles mihi erant iustificationes tue. Alij nec portāt nec cātāt: sed ꝓijcit, q̄. s. mādata dei nō ex amore nec ex timore seruāt. Melius est autem vt ibidē dicit Aug. psalteriū portare ⁊ cātare q̄ tantū portare. Rursus melius portare ⁊ nō cātare: q̄ proijcere qz meliꝰ est precepta dei ex amore q̄ ex timore facere. Rursꝰ meliꝰ est facere ex timore q̄ nullo modo facere. Potētiā addit quarta regula illorū. s. q̄ nō portāt sed cantāt. Isti sunt qui dicunt ⁊ non faciunt. In psalterio quidē. x. chordarū cātāt qui precepta dei alijs predicāt: sz nō portāt: qz ea nō seruant. De talibꝰ dicitur Matt. xxiij. Alligant onera grauia ⁊ importabilia ⁊ imponunt ea in humeros hominum. digito autem suo nolunt ea mouere. Tertio vocāt christum miseratorem cum dicunt, Miserere nostri. Ad misericordiam autem impendēdam tria ipsum inclināt scilicet sua affectio precordialis nostra deuotio filialis: ⁊ nostra miseria generalis. Amor precordialis est quando radicatur in corde: quando manifestatur in operis exhibitione: quando ostenditur in aduersitatū perpessione: ⁊ quando est cum perseuerantia ⁊ continuatione. Isto modo christꝰ in passione ad nos affectionē habuit precodialē: ipse enim iuxta cor suum fuit confossus ad innuendum ꝙ amor noster in eius corde est radicatus. Bern. In quo em̄ clariꝰ q̄ in vulneribus tuis eluxisset qd̄ tu dn̄e suauis ⁊ mitis ⁊ multe mie. Ipse fuit in manibꝰ perforatus: ad innuendum ꝙ in beneficijs est liberalis ⁊ largus: Sicut em̄ vas perforatū nihil retinet: sic xp̄s nihil sibi retinuit sed oīa nobis dedit, scz carnē in refectionē: sanguinē in ablutionē: aiaz in redēptionē: ⁊ deitatē dat in fruitionem. Ipse em̄ impedibus fuit cōfixus: ad innuēdum ꝙ pōdus peccatorū nostrorū portauit. Esa. liij. Uere lāguores nostros ip̄e tulit: ⁊ dolores nr̄os ipse portauit. Ip̄e etiā fuit in cruce totus extēsus: ad innuēdū ꝙ amor quo nos dilexit vsq̄ in perpetuū se extendit Matt. vlt. Ecce ego vobiscū suz oībus diebus vsq̄ ad cōsummationē seculi. Scd̄o inclinat ip̄m ad miserādū nr̄a deuotio filialis Hiere. xxxj. Si filius honorabilis effraim. Si puer delicatꝰ: qz ex q̄ locutꝰ sum de eo: adhuc recordabor eiꝰ. Idcirco cōturbata sunt viscera mea super eū. Miserās miserebor eiꝰ. Ac si dicat dominus. in tātum viscera mea sup̄ eū cōmouent. Ac si ex eo mihi accresceret magnꝰ honor: ⁊ ideo dixit. Si filius honorabilis Ac si ex eo nihil ꝓueniat magna vtilitas: ⁊ ideo dicit effraim qui interpretatur fertilitas, vel ac si esset paruulꝰ ⁊ etate ī maturus: vel ac si esset delicate nutritꝰ: ⁊ ideo dicit. Si puer delicatus. Et reuera sancti

viri sunt filij honorabiles dei: qr in ipsis est ymago dei quam in seipsis honorant Eccli.x. Fili in mansuetudine serua aiam tuã: ꝛ da illi honorẽ scdm meritũ ei⁹. Sũt etiã vtiles deo nõ rõne dei: sed rõne ipsorũ. Cri. Sicut benefaciẽtes nõ deo prestamus sed nobis: dñs aũt gaudet nõ de suo lucro, sed de nr̃a salute. Sic peccãtes nõ deo nocemus sed nobis: deus aũt tristat aio nõ de sua iniuria sed de nostra ꝑditione. Sunt etiã paruuli in dei cognitione et dilectione q̃dm sunt pñti in vita. j. Corin. xiij. Cum esset paruulus loquebar vt paruulus ꝛc. Sunt etiam a deo delicate nutriti. scilicet pane angelico. idest seipso. ps. Panẽ angelorum mãducauit hõ. Tertio ad deũ inclinat miseria gñalis. Sũt tñ quidã que nullã habẽt miseriã ꝛ nõ indigẽt mia. s. beati in quib⁹ nulla est miseria: nec q̃tũ ad corp⁹ nec q̃tũ ad aiam. Apo. xxj. Absterget deus oẽz lachrymã ab oculis sanctorũ ꝛc. Augu. de ciuita. dei. Erit in singulis inseparabilis voluntas libera ab omni malo liberata ꝛ impleta oi bono fruẽs indeficiẽter eternorũ gaudiorũ iocũditate: oblita culparũ oblita penaꝝ. nec tamen ideo siue liberatiõis oblita vt liberatori suo non sit ingrata. Alij sunt q̃ oẽm habent miseriã nec vllã possunt recipere miaz scz dãnati. Eoꝝ em̃ cor erit subiectũ omni pene ꝛ miserie. Esai. j. A plãta pedis vsq̃ ad verticẽ nõ est in eo sanitas. Eorũ em̃ anima erit plena omni angustia q̃tũ ad culpã ꝑteritã. Sap̃. v. Dicẽt intra se penitẽtiã agẽtes vt pre angustia spũs gemẽtes ꝛc. Erit em̃ plena oi dolore. q̃tũ ad penã presentem. Esa. xiij. Torsiões ꝛ dolores tenebũt ꝛc. Erit plena omni torsione imaginatiua ꝛ formidatiua. Sapiẽ. xvij. Timore percussi illius que nõ videbatur faciei estimabant deteriora esse que videbantur. Erit plena omni desperatiõe propter veniam denegatã. Michee. j. Desperata est plaga eius. Alij sunt q̃ nec omnes nec nullas: sed tamen aliquas habẽt miserias ꝛ ideo multiplici indigent mia. illi. s. qui sunt in via qui multas habẽt miserias q̃tum ad corpus. Berñ. Homo natus de muliere. ideo cum reatu replet̃ multis miserijs ideo cum fletu qui quasi flos egreditur ꝛ cõteritur: ideo cum metu habet etiam multas miserias in anima: quia secundum Berñ. Ratio obnubilatur multiplici errore Memoria confunditur multiplici obliuione. Uoluntas iactatur multiplici perturbatione.

¶ Dñica.xv.post festũ trini. Sermo.j.

Nemo põt duobus dñis seruire ꝛc. Matt. vj. Sicut dicit Aug. Deus hoiem fecit vt summũ bonũ intelligeret, intelligẽdo amaret amãdo possideret, ꝛ possidendo frueret̃. Ideo xp̃s i hoc euãgelio intẽdit nos ab amore terrenorũ ad amorẽ celestiũ inducere. Et hoc quatuor modis. Primo dissuadẽdo diuitiaꝝ seruitutẽ. cũ dicit Nemo põt duob⁹ dñis seruire. Scdo iterdicẽdo nimiã sollicitudinẽ. cũ dicit. Ideo dico vobis ne solliciti sitis ꝛc. Tertio ostẽdendo istã per similitudinẽ cũ dicit. Nonne aia plus est q̃ esca? ꝛc. Quarto inducẽdo suã intẽtionẽ cũ dicit Querite ergo primũ regnũ dei. ¶ Circa primũ notãdũ ꝙ nemo põt seruire duob⁹ dñis contraria precipiẽtib⁹. isti duo dñi sunt deus ꝛ diabolus: vel deus ꝛ mũdus: vel de⁹ ꝛ caro. Primis duobus nemo potest seruire, quia deus precipit humilitatẽ. Matt. xj. Discite a me qr mitis sum ꝛ hũilis corde. Diabolus superbiã. Job. xlj. Ipse est rex sup oẽs filios superbie. Gre. Euidẽtissimum signũ reproborũ est superbia humilitas electorum. Cũ ergo quã quisq̃ habeat cognoscit̃ sub quo rege militet inuenit̃. Secũdis duobus nemo põt seruire qr de⁹ diligit pacẽ, mundus turbationẽ. Job. xvij. In mundo pressurã habebitis, in me aũt pacẽ. Tertijs duobus nemo põt seruire qr de⁹ precipit puritatẽ: caro appetit voluptatẽ. Iste sunt due leges. De quibus dicitur. Rom̃. xv. Uideo aliã legẽ in mẽbris meis repugnantem legi mentis mee. Lex carnis ẽ carnalia cõcupiscere. Lex mẽtis est mundiciã desiderare. Gala. v. Caro cõcupiscit aduersus spm̃: ꝛ spũs aduersus carnẽ. Sequitur enim. Aut vnum odio habebit scz diabolum ꝛ alterum diliget scz deũ. Aut. vnum sustinebit scz diabolũ. non quidem diligit. Aug. Nemo diabolũ diligit: sed sua cupiditate iplicatus subdit̃

ei: ⁊ eū diligit: sicut qui ancille aliene coniunctus est propter cōcupiscentiā, patitur diuturnā seruitutē: ⁊ si nō diligit eū cuius ancillā diligit: ⁊ alterū contēnit. s. deū. Nō quidem odio habebit. Augu. Nullius cōscientia deū odisset. hoc autem Augusti. post modū retractauit propter illud. ps. Superbia eoꝝ qui te oderūt ascēdit semper. Sed sine dubio nullus deū odit affectu: ⁊ si effectu: nec etiam diabolꝰ inquantū scz est oīz gubernator, sed inquātū est eorum punitor: sicut nec latro odit iudicē inquātum est homo sed inquantum est iudex ⁊ tortor. Post dixit in generali descēdit ad speciale dicens nō potestis deo seruire ⁊ māmone. Glo. Māmona nomen est demonis qui preest diuitijs: nō ꝙ in eius ditione sint sed qꝛ ipsis vtitur ad decipiēdum irretiēdo laqueis diuitiarū. Nō dixit. Non potestis habere sz nō potestis seruire. Licite em̄ haberi possunt quādo bene dispēsant. Quidam enim eas diligunt contra deū: sicut auari qui sunt earū serui. De quibus dicit glo. Seruire diuitijs deum negare est. Alij eas diligūt: sed infra deū. sicut viri perfecti qui adhuc terrenis sunt dediti. Isti sunt qui edificant lignum: fenū: ⁊ stipulā: qui. s. terrena plus iusto vel minus vel minime dilexerūt. Alij retinēt ea ꝓpter deū. vt. s. pauperibus inde subueniāt, sicut fuerūt patriarche: sicut fuit sctūs Johānes patriarcha alexādrinus q̄ in oratiōe xp̄o dicebat sic. Bone iesu ego dispergēdo tu subministrando vt videamꝰ q̄s vincat. Circa secundū notandū ꝙ xp̄s interdixit superfluā curā mundanorū. Diabolꝰ em̄ primo solicitat hominē vt querat necessaria. Sicut deꝰ videt̄ homini permisisse. Gen. iij. In sudore vultꝰ tui visceris pane tuo. habitis necessarijs sollicitat: vt querat supflua q̄ sollicitudo dissuadetur. Phi. iij. Nihil solliciti sitis. Chryso. Sollicitudo desperatiōis est filia. Habitis necessarijs ⁊ supfluis sollicitat vt querat nociua per vsuras. s. ⁊ rapinas. Prouerbio. j. Semite omnis auari animas possidentium rapiūt. principium igitur tentationis in auaritia est nimia sollicitudo circa necessaria progressus circa superflua. sz cōsummata malitia circa nociua. Dominus igitur studuit amputare tētationis principium qd̄ est nimia sollicitudo circa necessaria: cum dicit. ne solliciti sitis anime vestre ⁊c. Quo oblato per cōsequens aufertur ꝓgressus ⁊ finis. Qui em̄ non est sollicitus circa necessaria: nec circa superflua ⁊ nociua. Notandum tn̄ ꝙ est quedā sollicitudo quaz fecit charitas. De qua Rom̄. xij. Qui preest in sollicitudine. Alia quā facit necessitas. Tertia quaz facit cupiditas. De hac duplici dicit glo. In sudore vultus tui paratur panis: sed panis exercendus, est sollicitudo tollēda que mentem perturbat dum timet ne aut possessa dispereant: aut elaborata nō contingant. Prima precipitur. Secūda ꝑmittitur. Tertia prohibetur. Circa tertiū notandū ꝙ dn̄s ꝓhibet hanc superfluā sollicitudinē per multiplicem similitudinem. Et primo ꝑ similitudinē crearure rōnis. de qua ponit duo exēpla. Unū cū dicit: nōne aīa plus est q̄ esca: ⁊ corpus plusq̄ vestimentum? Qui dedit maiora. i. animā ꝓnis debit minora. i. escam ⁊ vestes. Et dominꝰ ponit hic tria bona que deus homini dedit. s. corpus aīam. ⁊ res. Anima autez debet subijci suo superiori. i. deo sibi obediēdo. ⁊ corpꝰ suo superiori. i. anime sibi obtemperādo ⁊ res suis superioribꝰ scz deo vt pauperibus distribuant̄. ⁊ anime vt discrete diligantur ⁊ corpori sibi necessaria ministrentur. Sed istum ordinem peruertunt diuites q̄ nō subijciuntur deo qꝛ pauperibus nihil tribuunt nec anime: qꝛ eas inique diligunt: nec corpori quia illud fame afficiūt. Aliud exemplum: quod ponit circa creaturam rationalem est cum dicit. Quis autē vestrū cogitās pōt adijcere ad staturam suam cubitum vnum? Glos. Illi ergo regendi corporis curā relinquite q̄ illud ad hanc staturā fecit peruenire. Tāgitur autem hic in gl. magna similitudo: vtrum nostrum corpus erit simile corpori christi quantum ad eandē staturā. ⁊ dicēdum ꝙ illa similitudo quantū ad tria pōt considerari, vel quantum ad eiusdez glorie christi conformitatem ⁊ sic est impossibile, quia nullius gloria potest glorie christi adequari: quia gloria corporis christi erit instar solis. gloria beate virginis instar lune ⁊ gloria ceterorum sanctorū erit instar stellarum. j. Corin. xv. Alia claritas

folis id est christi. Alia claritas lune id est beate. Marie. Alia claritas stellarū .i. ceterū sanctorū. Uel potest cōsiderari quātum ad eiusdem stature qualitatem: ꝛ sic non erit ibi talis similitudo. Aug. de ciui. dei. Si dixerimus ad dominici corporis modum minorum maiorumq; corpora regenda, peribit de multorum corporib⁹ per plurimum: cum ipse nec capillum esse periturum permittat. Uel potest intelligi quantum ad eandem etatem, ꝛ sic erit ibi ista similitudo. Unde subdit aug. Restat ergo vt quisq; recipiat suam mensuram quam habuit in iuuētute. Si senex est mortuus vel fuerat habitur⁹ si est ante defunctus: ꝛ ideo non est dictum ab apostolo. Ephe. iiij. In mensuraz stature sed in mēsuram etatis plenitudinis christi: quia resurgent corpora mortuorū in iuuenili etate ad quam christum peruenisse cognouimus. Hec Augusti. Secūdo hoc ostendit exemplo creature sensibilis: cum dicit. Respicite volatilia celi ꝛc. Ex hoc vt dicit augusti. Quidaz dixerunt hominem non debere laborare: sed diuine prouidētie se cōmittere. Sz sicut ille ait si adest temporis facultas debemus victum laborando acquirere. alias si vellem⁹ sicut volatilia volare: aut sicut natantia natare hoc esset deū tētare. Si vero immineat necessitas debemus nos diuine prouidentie cōmittere ꝛ tunc ille nos pascet sicut aues. Et ponit exemplū in paulo ꝛ petro. Paulus quidē mortem fugit ꝛ tamen christus petrum a vinculis liberauit. Paulus em̄ per humanum auxilium euadere poterat: ꝛ ideo si voluisset expectare diuinū auxiliū hoc fuisset tentare deuz. Petrus autem carebat humano auxilio ꝛ ideo se cōmittebat diuino. Tertio ostendit hoc exemplo creature vegetabilis: cum dicit Considerate lilia agri. ꝛ infra. Si autem fenum agri ꝛc. Hier. Quod sericum: que purpura que pictura textricum potest floribus cōparari? Lilium igitur induitur veste candida. rosa veste purpurea: viola veste hyacintina. fenum agri veste viridi. sicut ꝛ sol veste lucente. Iuxta illud ps. Amictus lumine sicut vestimento. Sic etia m inter sanctos viros quidā induuntur candore puritatis. quidam rubore charitatis. quidā hyacinthino celestis contemplationis: quidem virore virtutis: quidā splendore honeste cōuersationis. Ultimo cōcludit suaz intentionē. cuz dicit. Querite ergo primū regnū dei ꝛ iustitiā eius: et hec omnia adiūcientur vobis. Iustitia autem regni celorum est illa per quam ipsum regnum acquiritur. De quibus sic dicit Augu. Uenite habeo vobis dicit dominus. Quid regnū celorum. Quo emitur: paupertate regnū dolore gaudium labore requies ignominia gloria, morte vita. Moneta igitur qua emitur regnum est paupertas. Mat. v. Beati pauperes spiritu: quoniam ipsorum est regnuz celorū. Moneta qua emitur gaudiū est dolor ꝛ persecutio. Ibidē. Beati qui persecutionē patiuntur propter iustitiaz, quoniā ipsorum est regnū celorū. Moneta qua emitur requies est labor penitentie. Matth. iij. Penitentiam agite appropinquabit enim regnum celorum. Moneta qua emitur gloria est ignominia ꝛ humilitas profunda. Matt. xviij. Nisi cōuersi fueritis ꝛ efficiamini sicut parauli. ꝛc. Moneta qua emitur vita, est mors ꝓpter christum assumpta. Matth. xj. Regnū celorum vi⁹ patitur, ꝛ violenti rapiūt illud. Magnam vim ꝛ violentiam quilibet sibi facit quādo propter regnū celorum vitaz suam cōtēnit. Quod aūt dicit hec omnia adiūcientur vobis non est intelligendū sicut dicit. Augu. q̄ semper adiūcientur cū apostolus de se dicat. In fame ꝛ siti: in frigore ꝛ nuditate. sed aliquādo dant, aliqñ subtrahuntur. Est enim deus sicut dicit. Aug. Medic⁹ q̄ nouit qñ sunt apponēda ꝛqñ subtrahēda. Cuergo apponit sūt ad gratarū actionē cū subtrahit ad ꝓbationē.

¶ Sermo. ij. vnde supra.

IEmo pōtduobus dñis seruire ꝛc. Sz aug. tria sūt ghia hoim. s. valde boni sicut viri perfecti: valde mali sicut peccatores ꝛ impij. Mediocriter boni et mediocriter mali sicut sunt negligentes et tepidi qui volunt deum diligere et mundum Sta tria genera hominum dominus describit in presenti euangelio. Primo enim describit mediocriter bo-

nos ⁊ mediocriter malos.cū dicit. Nemo pōt duobus seruire. Isti duo dñi sunt mūdus ⁊ deus qui in simul diligi nō possunt sicut sancti viri per multa exēpla ostenderunt. Aug.sup. Joh.hoc ostēdit exempla vasis dicens. Si habitet in te amor mūdi: nō est quo intret amor dei: vas es sed plenus es: funde qđ habes vt recipias quod nō habes: funde amorē seculi vt iplearis amore dei. De hoc eodem inde sic dicit in libro. Homel.l. Est amor vtilis ⁊ amor noxius: amor vtilis amore prepedit: amor noxius recedit: ⁊ amor vtilis succedit: pleni sunt hoies amor huius seculi: fundāt ⁊ capiāt: vis vt intret mel vbi acetū infudisti. Idem etiam super Joh. hoc ostēdit exēplo manus dicens. Nō potest q̄s amare quod eternuz est: nisi subtrahat amare quod temporale est. Amorez hominis sic putato quasi manū anime: si aliquid tenet aliud tenere nō potest: vt aūt possit tenere qđ datur dimittat quod tenet. Qui enim amat seculū: deum amare nō pōt qr occupatam habet manū. Dicit illi dñs. Tene quod do. nō vult dimittere quod tenebat, nō pōt accipere quod offertur. Si necessitate impeditus possidere cogit possideat non possideatur: teneat non teneat: dñs sit rei sue: non seruus auaricie sue. Cyprianus in tractatu de.xij.abusionibus seculi ostēdit hoc exemplo oculorū dicēs. Mundi amor et dei pater in vno corpore habitare nō pñt quemadmodū oculi celū ⁊ terra pariter nequaq̄ cōspiciūt. Chry. super Mattheū hoc ostēdit exēplo per naturaz celestiū ⁊ terrenoꝝ dicens. Celestia ⁊ spūalia leuia sunt naturaliter sursuz tendētia: terrena ponderosa sunt ⁊ deorsū trahentia. Si spūalia tenueris sursum te ducūt. Si terrena deorsum te ponēt. De hoc dicit etiā quedā Glos. super hūc locuz. Res inquit terrena vel deus si in corde hominis dñet ad cōtraria ex vtraq̄ hō trahit. Nā deꝰ trahit ad superiora sibi seruiētē. Res vero terrena trahit ad inferiora. Rabanus super Lucā ostēdit hoc exēplo vasis dicēs. Dilectio dei nō recipit sectionē. Nā quantū dilectionis in infimis expēderis hoc tibi necessario a deo deficiet. Sicut em̄ in vase aliquo pleno liquore iquātum emanauerit foras: intantū necessariū est in plenitudine denegare. Sic et anima in quantum emanauerit ab ipsius dilectione ad illicita: intantū minui necessariū est a deo. Potest autē homo ⁊ deo seruire et diuitias habere: sed non eis seruire, quia tunc diuitiarum, seruus esset ⁊ auaritia dominaret eidē. Juxta illud. Amos.ix. Auaritia in capite omnium. Auaritia enim aliquando occupat manum. quando scilicet quis semper vult accipere ⁊ nō dare. Ecclesia.iiij. Non sit porrecta manꝰ tua ad accipiendum et ad dādū collecta. Aliqñ os: quādo scz de terrenis vult loqui ⁊ tractare. Joh.iij. Qui de terra est de terra loquitur. Aliquādo oculos. Juxta illud p̄s. Oculos suos statuerūt decli.inter. Taliū auaricia curari potest: sed quando ascendit super caput, ⁊ domina efficitur vix curat. In seruis autem dei auaricia nō occupat caput quia eis nō dominat. Nec os: qr de terrenis nō loquuntur. Nec oculos: quia in talibus nō delectātur. Nec manꝰ: qr liberaliter pauperibꝰ largiūtur. Sciūt enim ꝙ bona tēporalia nō sunt ꝓpria sed accōmodata: nō sunt secura: sed trāsitoria. Nō sunt preciosa sed vilia. Eleemosyna aūt facit vt sint ꝓpria. Petrꝰ raueñ. Da pauperi: vt det tibi: q̄cq̄d pauperi dederis tu habebis: quod pauperi non dederis alter habebit. Facit vt sint secura. Ambr. Hereditas in tuto ponitur que deo custode seruatur. Facit vt sint preciosa: q̄a plūbum cōuertit in aurū. Aug. Laudas mercatorem si vendit plumbum ⁊ acquirit aurum: ⁊ illum qui erogat pecuniā et acquirit iustitiam. Secundo describit valde bonos et hoc exemplo volatilium ⁊ liliorū. Per volatilia em̄ sancti viri intelliguntur ex eo ꝙ corde in celis morātur. Phili.iiij. Nostra cōuersatio in celis est. Periculum est enim istis volatilibus habitare i terra iuxta illud. Esa.xxiij. Formido et fouea ⁊ laqueus super te qui habitator es terre. Auis em̄ que habitat in terra aut est i formidine ne capiatur: aut cadit in foueā discipule que sibi preparatur aut laqueis irretit: in formidine sunt auari. Job.xv. Sonitus terroris in auribꝰ eiꝰ ⁊c. In foueam cadūt luxuriosi. Prouer.xxiiij. Fouea profunda est meretrix. Laqueis irretiūtur superbi quos superbi demones in terra ab

bos in puteum cadit: sic etiam sunt multi prelati qui de minimis habent curam magnaz, de magnis parum vel nullã. Job. Passus erit dãna rerũ, mortẽ filiorũ, corporis cruciatum ⁊ tamẽ non scidit vestimenta sua nisi in morte filiorum. Nam in dãno rerũ ostendit patientiam. dicens. Dominus dedit dominus abstulit ⁊c. In cruciatu corporis ostendit non tantuz patientiam: sed etiã humilitatẽ magnam. Unde dicitur de testa sanies radebat sedens in sterquilinio. In morte autẽ filiorum ostẽdit magnã tristitiã. Sed prelati plus curant de decimarum subtractione ⁊ murmuratione: ꝙ de subditorũ perditione. Chrys. Si populus decimas nõ ob tulerit murmurant omnes: sed si populũ peccantẽ viderit nemo murmurat contra eos. Omnes de honore suo solliciti sunt: de honore autẽ dei null⁹. Berñ. Cadit asinus ⁊ est qui sublevet. perit ala: ⁊ non est qui recogitet. Secundo ex parte hydropici fuit magna miseria: hydropicus ẽm Bedam tres habet miserias: que etiam tãguntur in gloss. scz inflationem ventris ardorem sitis: ⁊ exhalationẽ fetoris. Primo igitur habet inflationem vẽtris ꝙuã intelligitur superbia. Sap. iij. Dirũpent los inflatos sine voce scilicet excusatiõis vel deprecationis: ⁊ dicit dirumpet. i. dispersis partib⁹ rumpet. Nã a superiori rũpet eos malleꝰ diuine sentẽtie. De qua dicitur. Matth. xxv. Discedite a me maledicti ⁊c. Piere. xxiij. Nonne verba mea ẽẽ malleꝰ cõterẽs petras? Ab inferiori malleus vocatis gehẽne. Job. xxxj. Ignis est vsq; ad consummationem devorãs ⁊c. Ab interiori malleꝰ remordentis conscientie. Esaie. vlti. Vermis eorum nõ morietꝰ. Ab exteriori malleus percussionis diabolice. Prouerb. xix. Parata sunt peccatoribꝰ iudicia ⁊ malleꝰ percutientes stultorum corporibus. Nimis igitur est durꝰ qui nõ frãgitur in consideratione istorũ malleorũ. Aug. Ue miserabilis duritia ad quã confrigendam leues sunt grandes malleꝰ. O insensibilis torpor ad quem excutiẽdũ ob tusi sunt tam acuti aculei: o letalis sopor ad quã excutandam raucum est tam terribile tonitruum. Secundo hydropicus habet ardorẽ sitis: per quã intelligitur auaritia. Auarus enim tã ardenter sitit pecuniã ꝙ ẽpto plus bibit: tanto plus bibere cupit. Joh. iiij. Omnis qui biberit ex hac aqua non sitiet iterũ. Poeta. Sic quibus intumuit vẽter suffusus abvnda. Quo plꝰ sunt pote plus sitiuntur aque. Tam ardẽter sitit ꝙ aqua turbida vel furtiua id est pecunia iniuste acquisita dulciꝰ sibi sapit. Piere. ij. Qui tibi vis in via egypti. vt bibas aquam turbidã? Prouerb. ix. Aque furtiue dulciores sunt. Naz ardenter sitit ꝙ et ã sanguinem pauperum bibit. Eccle. xxxiij. panis egentium vita pauperis est: qui defraudat eũ homo sanguinis est. Tertio hydropicus patit exalationẽ fetoris per quam intelligitur luxuria que fetet coram deo. Joel. ij. Ascendit fetor eius, ⁊ ascendet putredo eius: qz supbe egit. Esa. xxviij. Clamor sodomorũ ⁊ gomorreorũ multiplicatꝰ est ⁊ peccã eorum aggrauatum est nimis: illa autẽ clamor non est nisi peccati fetor. Est autẽ fetor tolerabilis quãdo tãtũ ex vnaꝛe fetida causat, vel si ex diuersis rebus: tamen leuis est fetor, vel si cũ grauis: tamen cito deficit: qñ vero causat ex diuersis rebus fetidis, ⁊ est fetor grauis ⁊ diuturnus: tunc est intolerabilis. Fetor igitur illorũ causabatur ex multis peccatis: ideo dicit. Clamor eorũ multiplicatꝰ est. Erat grauis: ideo subdit. Et peccatũ eorũ aggrauatũ est. Erat nimius. i. diuturnus: ideo dicit nimis. Talis fetor deũ de celo descẽdere fecit; ideo subdit. Descendã ⁊ videbo ⁊c. Tanqz si aliqs diceret. Accessi de domo mea propter fetorem quem sentiebam. Iste fetor etiã hodiem mũdo est qui quidẽ causat ex multis peccatis. Osee. iiij. Maledictũ ⁊ mendacium ⁊ homicidiũ: furtũ ⁊ adulteriuz mũdauerũt. Causatur etiam ex corporibus per luxuriã putridis. Esa. xxxiij. De cadaueribus eorũ ascẽdet fetor. Est etiam diuturnus: quia vsq; ad mortem in immunditiis perseuerant. Joel. i. Cõputruerunt iumenta in stercore suo. Jumẽta quidẽ in stercore suo putrescere: est carnales homines in fetore luxurie vitã finire. Tertio ex parte christi fuit magna misericordia: quod notatur cũ dicitur. ipe eum apprehẽdit sanauit eũ ac dimisit. Ubi ostẽditur triplex effectꝰ misericordie. Primꝰ

est quia ipsum apprehendit: peccator em̄ est in faucib⁹ diaboli. Sed tunc dn̄s ipsuz apprehendit qn̄ de faucibus eū trahit. Job xxj. Cōterebāt malos iniqui de dētibus illius auferebāt predā. Et istud maxime fit per contritionē. Maxilla em̄ diaboli est perforata: ⁊ ideo qn̄ peccator cōteritur mox inde egreditur. Grego. super illud Job. xl. Armilla perforabit maxillā ei⁹. Quis ore illius semel rapt⁹ maxillam ei⁹ nō euaderet, si perforata nō eēt? Secūdus effectus est: qr ipsum apprehensum sanauit. ⁊ hoc fit propter cōfessionē i qua sanantur vulnera peccatorū. Hiere. xxx. Obducam cicatricē ⁊ sanabo te a vulneribus tuis. Terti⁹ effect⁹ est: qr sanatū dimisit: ⁊ hoc fit per satisfactionē. Matthe. xviij. Misertus domin⁹ serui illi⁹: dimisit eū ⁊ debitū dimisit ei. Non sufficit autem ꝙ quis peccata dimittat: nisi cū hoc ꝑ cōtritionem ⁊ confessionē ⁊ satisfactionem ea deleat sicut ostendit Grego. in pastoralibus per tria exempla. Primū est si quis literas vel aliquod instrumētū falsuz scribit non sufficit quod vlterius non scribat nisi etiā quod male scripsit deleat. Peccata nostra omnia scripta sunt Hiere. xvij. Peccatum iuda scriptum est in stillo ferreo in vngue adamantino. Non sufficit ergo vt quis dimittat peccata: nisi quod et malefecit per contritionem in lachrymis deleat ps. Lauabo per singulas noctes lectū meū ⁊c. Secūdū exemplum est: quia si quis alicui blaphemias dixerit: nō sufficit ꝙ vlterius non dicat: nisi de his que male dixit peniteat. Peccator deū blasphemat. Rom. ij. Nomen dei per vos blasphematur inter gentes. Non sufficit igitur vt a talibus blasphemijs desistat: nisi de his que fecit se in confessione culpabilē recognoscat. Prouerbio. xviij. Iustus prior accusator est sui. Tertiū exēplū est ꝙ debitor non absoluitur a debitisque cōtraxit pro eo ꝙ alia nō multiplicat nisi ea que contraxit persoluat: quando peccamus debitores dn̄i sum⁹, de his aūt debitis absoluti non sumus pro eo ꝙ alia nō superaddimus, nisi de illis digne deo satisfaciamus. Ad Rom. iiij. Ei autē q̄ operatur merces non imputatur secūdū gratiam. sed secundum debitum.

¶ Sermo. ij. vnde supra.

Ecce hō quidā hydropic⁹ erat an̄ illū ⁊c. Sicut dicit Beda hydrops est morb⁹ ab aquoso humore vocabulū trahēs. Grece em̄ hydros aqua latine vocat. Cui ꝓpriū est ꝙ q̄tomagis abūdat humore inordinato: tanto amplius sitit. Per hydropicū igit intelligere possum⁹ sitim siue appetitū deliciarū, honorū: maxie aūt diuitiaꝝ. Sz primo videam⁹ qualiter hec tria auarū sign. ficent. Sicut em̄ dr Prouerb. xxx. Tria sunt insaturabilia. s. infern⁹. ⁊ os vulue, vel s̄m aliā literā amor mulieris ⁊ terra sitiēs. Per infernū intelligitur supbia. Tū qr per superbiā angeloꝝ prio fuit fact⁹. Tū qr a superbis angelis primo fuit possessus. Tū qr primū pctm̄ bi punituz fuit. s. superbia: ⁊ ideo infern⁹ est ꝓpri⁹ locus superborū. sicut infern⁹ nō satiat alabus: sic nec superbus honorib⁹. Per amorē mulieris intelligit carnalis cōcupiscētia q̄ nō satiatur. Hiero. Libido trāsacta semꝑ sui relinquit putredinē vel plenitudinē nunq̄ satiata, ⁊ extincta reaccēditur vsu crescit nec rationi paret, impetu deducitur. Per terrā sitientē intelligitur auaritia: quia sicut illa non satiat aqua: sic nec auarus pecunia. Eccli. v. Auarus nō implebitur pecunia. In morte aūt ostendit ꝙ sitis eorū sit vana ⁊ nociua: ⁊ mortifero potu extinguenda. est em̄ vana: qr oīa huius mūdi i morte euanescūt. hoc patet in morte Alexādri qui cū fuisset toti⁹ mūdi dominus cupid⁹ ⁊ luxuriosus: ⁊ eius ossa in vase aureo fuissent recondita: illuc ꝑhi a diuersis mūdi ꝑtib⁹ ꝯuenerūt. Un⁹ igit volēs ostēdere suū dominiū vanū fuisset, ait. Heri isti non sufficiebat totus mundus hodie septē pedū sepultura est content⁹. Alius volens ostendere vanū esse aurū ⁊ argentū congregare ait. Heri iste faciebat thesaurū de auro: hodie aurum thesaurum facit de ipso. Alius volēs ostēdere vanum esse corpus nutrire delicijs dixit. heri iste corpus suum diuersis nutriebat delicijs: hodie comeditur a vermib⁹ infinitis. Secundo ista sitis est nociua. Nam illi qui sunt in magnis honoribus

humiliantur vsq; ad infimam deiectionez. Hoc patet in primo angelo: de quo dicit Esaie.xiiij. Detracta est ad inferos superbia tua: concidit cadauer tuum: subitus te sternetur tinea: ⁊ operimentum tuũ erunt vermes. Quomodo cecidisti de celo lucifer: qui mane oriebaris? Corruisti in terrã qui vulnerabas gentes: qui dicebas in corde tuo. In celum cõscendam ⁊c. Et sequitur. Ueruntamen ad inferuũ detraheris ⁊c. Sic illi qui fuerunt in magnis diuitijs deuenerunt vsq; ad vltimam paupertatem sicut patet Luc.xij. in illo diuite qui volebat destruere horrea sua ⁊ facere maiora. Illi qui pascebant corpus suum magnis delicijs deducentur vsq; ad extremã esuriem sicut patet Luc.xvj. in diuite epulone qui habere non potuit guttaz aque. Tertio ista sitis in inferno potu mortifero extinguetur. Nam superbi ⁊ tyranni bibẽt sibi sanguinem humanum: qui.s. de suis ⁊ aliorũ corporibus fluet. Apoc. xvj. Sanguinem sanctorum effuderunt: ⁊ sanguinez eis dedisti bibere vt digni sunt Legitur in cronicis ꝙ Theodora regina cũ cepisset Cyrum regem persarum caput eiꝰ amputari fecit: ⁊ in vtrez plenũ sanguine immersit dicens. Sanguinez sitisti: sanguinem bibe Sic superbis ⁊ tyrãnis dicetur vt sanguinẽ bibant que sitierũt Auari enim ibi bibent aurũ liquefactum. Unde refert quidaz philosopus ꝙ Nero imperator visus est in auro liquefacto se apud inferos balneare: ⁊ cũ vidisset cuneũ aduocatorũ dixit eis. Uenite venale genus hominum ⁊ mecũ balneamini hic: quia vobis partẽ optimã reseruaui. Luxuriosi ibi bibent fel draconum tanq̃ vinũ rubeũ ⁊ venenũ aspidũ tanq̃ vinũ albũ. Deut. xxij. Fel draconũ vino eorũ ⁊ venenũ aspidũ insana. Qd̃ quidẽ vinũ miscebũt effusione perpetua lachrymarũ: ita ꝙ toti inebriẽtur Esa.xxvj. Inebriabo te lachryma mea. Uocat aũt deus lachrymas ipsoruz suas: quia eius iustitia ꝓuocat eas. In seruis aũt dei aqua sancti spũs istã triplicẽ sitiz extinguit. Aug. Qui biberit de fluuio paradisi cuius gutta: maior est occeano: restat vt in eo sitis huiꝰ mũdi penitꝰ extincta sit. In paulo eñ extinxit eñ superbiã qz qui prius dicebat Saulꝰ a saule rege superbo: postea dictꝰ est paulꝰ quasi paruulus: q̃ prius erat lupus, postea factus est agnus: q̃ pius sanctos in carcerẽ trahebat: postea ꝓ sanctis carceri ⁊ morti se exponebat. In apl̃is ⁊ zacheo extinxit oẽm auaritiã. Nã apl̃i reliquerũt habita ⁊ nõ desiderauerũt habẽda: zaccheꝰ largitus est ꝓpria ⁊ restituit aliena. In magdalena extinxit oẽm luxuriam. Hoc patet in quadã vanissima muliere de qua legit̃ i vitis patrũ ꝙ cũ ꝑ ciuitatẽ quãdã cũ nimia ambitione ꝓcederet, quidã sanctus eps eam videns ad terram prostrauit se ⁊ amarissime flere cepit ex eo ꝙ illa plꝰ erat sollicita placere mũdo q̃ ipse deo: ⁊ cum ꝓ illa orasset visum est sibi ꝙ q̃dã corruicula nigerrima ad eũ venit: quã accipiẽs i aqua demersit, ⁊ mox in columbã candidã conuersa fuit. Sequenti igitur die illa lachrymis resoluta ad pedes eius procidit et q̃ prius peccãdo nigerrima fuit, postmodũ in lachrymis baptizata tota facta est cãdida. Uiso qualiter ꝑ hydropicũ intelligitur sitis diuitiarũ: deliciarũ ⁊ honorũ. Uidendũ est qualiter specialiter hydropisis signat auarũ. Circa qd̃ notandũ ꝙ inter prodigũ ⁊ auarũ ⁊ cupidũ differentia est. Prodigus est in exponẽdo qui omnia sua dissipat ⁊ consumit: iste habet manus perforatas qui nihil retinere scit: sz in epulis ⁊ luxurijs omnia consumit. Jac.v. Epulati estis ⁊ in luxurijs enutristis corda vestra. prius dicit epulari ⁊ postea luxuriati: quia sicut dicit. Hiere. Uenter mero estuans cito dispumat in libidinez. Et subdit. Enutristis corda vestra. Quidam enim enutriunt corda qui.s. habent immũdas cogitationes. Quidam ora qui habẽt lasciuas locutiones. Quidam corpora qui exercent libidinosas operationes. Non debemꝰ igit̃ nec corda nec ora nec corpora in luxurijs enutrine: sed potius effugare. j. Corin.vj. Fugite fornicationem. Luxuria enim melius vincitur fuga q̃ resistẽtia. Unde dicit̃ in policrate. Julius cesar aiebat in bello corpora gladijs, in pace voluptate vulnerari. Et subditur. Senserat gentium triũphator voluptatem nullo modo tam facile superari q̃ fuga: eo ꝙ ipsum qui gentes domuerat veneris nexibus innodauit mulier impudica. Auarus

est in retinendo: qui scilicet omnia retinet et nihil communicat iste habet manus contractas. Ecclesia.xj. Est qui locupletatur parce agendo et parce manducando: et dicit. Nunc manducabo de bonis meis solus. Imo etiam aliqui in tantum sunt auari quod nec manducare audent. Ambro. in lib. de vinea nabuthe. Noui ego diuitem qui nolebat obturatum aperire horreum ne quid de condito minueretur Panis vnius dei deputabatur qui famem vix satiare possit. Comperi et vera fide si quando ouum esset appositum conqueri si quando ouum fractum esset quod pullus esset occisus. Cupidus est in acquirendo qui scilicet nimis ardenter cupit. Iste habet manus apertas quia ab omnibus vult accipere et omnes expoliare. Cum tamen dicatur. Eccle.iiij. Non sit porrecta manus tua ad accipiendum et ad dandum collecta. Talis patitur famen caninam. ps. Famem patientur vt canes. Canis enim cum videt aliquem os corrodentem contra eum latrat nisi sibi illud proijciat: et postquam habuerit illud dimittit eum donec ad corrodendum ibi inuenerit: quo comesto statim ad alia suspensus anhelat. Sic sunt multi tyranni qui contra subditos intonant vt omnia sibi exponant et postquam exposuerunt totaliter eos expoliant. aut violenter aut fraudulenter. quibus spoliatis mox ad alios spoliandos se conuertunt. Ecclesi.xiij. Diues iniuste eget et fremet: pauper autem iesus tacebit. ecce comminatio. Deinde subditur. Si habet conuiuet tecum et euacuabit te: ecce euacuatio. Et subditur. Et confundet te in cibis tuis donec exinaniat te bis etc. Ecce iterata expoliatio. Patet igitur quod auarus siue cupidus pecunia non satiatur. Quod per quatuor exempla ostendi potest. Primum est tale si aliquis: valde sitiret et tota aqua effundetur in dolio et nihil in stomacho. ex hoc sitis eius non extingueretur: sed augmentaretur. Cupiditas auari est quedam sitis eius. Sitis aque sunt diuitie: sed ista sitis sedari non potest: quia cupiditas est in anima et diuitie ponuntur in arca. Io.iiij. Omnis qui biberit ex hac aqua sitiet iterum. Secundum exemplum est tale Si esset aliquis magnus ignis quanto plus ligna ibi ponuntur: tanto magis inflammatur: et quanto magis diminuuntur: tanto magis remittitur cupiditas auari est quidam ignis cuius ligna sunt ipse diuitie: quanto igitur amplius diuitie multiplicantur: tanto magis cupiditas augetur: et quanto plus diminuuntur: tanto plus remittitur. Ecclesia. xxviij. Secundum ligna syluarum: sic ignis exardescet. Grego. in moral. Auaritia desideratis rebus non extinguitur: sed augetur. Nam more ignis cum ligna que consumit exceperit excrescit. Tertium exemplum est tale. Si quis vellet implere situlam sapientia stultus esset: quia sapientia cum situla nullam habet conuenientiam: quia sapientia est res spiritualis et situla est res materialis. Eodem modo est qui vult implere animam pecunia cum nullam adinuicem conuenientiam habeant: quia anima est res spiritualis et pecunia res materialis. Sed anima impleri potest sapientia: et arca pecunia: et tunc bene conueniunt ij. Corin.vj. Quis autem consensus templo dei cum ydolo Templum dei est anima. ij. ad Corin.vj. Uos estis templum dei viui: ydolum auari est mummus Coll.ij. Auaritia que est ydolorum seruitus. Ista igitur duo. s. anima que est templum dei et nummus qui est ydolum auari, conuenire non possunt. Quartum exemplum est tale. Si quis vellet implere horreum amplissimum cum vno grano milij stultus esset. Amplissimum horreum est anime appetitus: cui totus mundus est angustus et velut granum milij reputatus. Si enim totum mundum possideret, adhuc alium mundum peteret: que habito adhuc alium affectaret: et sic quasi in infinitum appetitus se extenderet. Solus igitur deus qui est maior omni anime appetitu ipsum appetitum implere potest. Aug. in libro confessio. Fecisti nos domine a te et inquietum est cor nostrum nisi requiescat in te. Et omnis repletio quam deus meus non est egestas mihi est. ps. Qui replet in bonis desiderium tuum.

¶ Sermo.iij.

Cum vocatus fueris ad nuptias etc. Magister humilitatis sede nos ad humilitatem reducit. Unde hic ostendit quod nullus potest venire ad nu-

ptias felicitatis eterne: nisi discumbat in loco nouissimo humilitatis. Qui em̄ vult discumbere in loco celsitudinis dat locum illi qui discubuit in loco humiliationis. Nam lucifer posuit se in loco primo: ideo dedit locum xp̄o, qui posuit se in loco nouissimo. Eua posuit se in loco alto: ⁊ iō dedit locum virgini que se posuit in loco immo. Diues sedit i loco purpureo: ideo dedit locum lazaro sedenti in sterquilinio. Et ideo dicit dominus. Cū vocat⁹ fueris ad nuptias nō discumbas in primo loco ⁊c. Ubi duo videnda sunt. Primo que sūt ipse nuptie Secundo que sit via veniendi ad istas nuptias. ¶ Circa primum notandum ꝙ sunt quedaz nuptie spirituales: et quedaz celestes. Spirituales si quis facit deus in presenti cū anima in thalamo conscientie. De quibus dr̄ Apoc.xix. Uenerūt nuptie agni ⁊ vxor eius preparauit se. In hoc ꝙ dr̄ vxor agni notat̄ felix cōiunctio. In hoc ꝙ dr̄ preparauit se: notatur preāmbula dispositio. In hoc ꝙ nuptie: notat̄ festiua epulatio. Coniunctio aūt anime cum xp̄o fit per fidem et dilectionez. Ex qua cōiunctione venit triplex bonū scilicet fidei prolis ⁊ sacramēti. Bonū fidei est ne diabolū adulterū suscipiat. Lectus enim nostre cōscientie est angustus ⁊ ideo deus et diabolus ibi nō possunt requiescere: ⁊ palliū nostri amoris est breue: ⁊ ideo deum ⁊ mundum nō potest cooperire Esa. xxviij. Coangustatum est stratum: ita vt alter decidat: ⁊ pallium breue vtrunq; cooperire non potest. Sed de multis dicitur. Esaye. lvij. Iuxta me cooperuisti te. i. consensum tuum: ⁊ suscepisti adulterum. Secūdo debet ibi esse bonum prolis vt scilicet sponsa christi ꝑ bona opera se exerceat. j. Thimo. ij. Saluabit̄ autem mulier ꝑ filioꝝ generationē. i. bonorum operum productionem Aug. ad probam. Hec est vberior fecundiorq; fertilitas non ventre grauescere, nō lactescere pectore: sed corde cādescere: non visceribus terram, sed celū orationib⁹ parturire. Tertio ibi dz esse bonū sacramenti. vt inter sponsum et spōsam diuisio nūq̄ fiat Sicut enim in matrimonio corporali est triplex vnio. Una secūdū cōsensum animorum Alia secūdum permixtionem corporū. Tertia per indiuiduā cohabitationem amborum sic et in isto matrimonio spirituali christ⁹ nobis copulatus est per charitatez. Hiere. xxxj. In charitate perpetua dilexi te ⁊c. Per nature cōformitatē. Heb. ij. Nusq̄ em̄ angelos apprehendit sed semen abrahe et per ĩseparabilitatē. Mat. vl. Ecce ego vobiscū suz omnibus diebus. Secūdo debet esse preambula dispositio: ideo dicitur preparauit se ⁊ cetera. Ista autem preparatio i tribus cōsistit. Iste em̄ sponsus vult habere spōsaz pulchram. ps. Concupiscet rex decorem tuum. Sponsam pacificam: quia sicut dicitur Prouer. xxj. Melius est sedere in angulo domatis q̄ cum muliere litigiosa in domo communi. Isti litigiosi sunt superbi. Prouerbiorum decimo tertio. Inter superbos semper iurgia sunt. etiā vult habere spōsam totaliter amori suo intentam, sicut et ipse sibi intendit. Canticorum secundo. Dilectus meus mihi et ego illi. Sponsa igitur vel que nō est pulchra per conscientie puritatem, vel non est sibi intenta per charitatē ad eius nuptias nō meretur admitti. Ideo fatue virgines nō sunt admisse: quia non habuerūt oleuz. i. nitorem et suauitatem conscientie: vt habetur Mat. xxij. Illi qui nolunt sedere in loco nouissimo: sed in primo loco superbie expellūtur cum rubore: vt dicitur hic. Illi qui non habent vestem nuptialē. i. dei et proximi charitatez similiter de nuptijs expelluntur sicut patet Matthe. xxij. vbi dicit dñs. Amice quomodo huc ĩtrasti ⁊c. Tertio in isto matrimonio spirituali est festiua epulatio: ideo dicitur venerūt nuptie agni. Et ista epulatio habet fieri per gratiā. isto tamen cibo gratie non pascuntur nisi illi qui habent tria predicta que scilicet sunt puritate nitidi corde tranquilli: et amore celestium auidi: hinc est ꝙ filij israel nō potuerunt recipere manna nisi pri⁹ exirent de egypto et nisi prius transirent per mare egypti et nisi prius deficeret eis farina egypti. Qui igitur vult pasci manna diuine gratie, oportet ꝙ sit puritate nitidus: et hoc est exire de egypto ⁊ de tenebrositate peccati. Deus enim non pascit animam tenebrosam vel nigram: sed param et candidam. Unde super illud ps. Pullis coruorum inuocantibus eum. Di-

sit Remigius q̄ q̄diu pulli coruorum habent plumas albas a coruis parētib⁹ tanq̄ de generes relinquuntur ⁊ rore celesti pascuntur. Cum autem eorum plume nigrescere ceperint: tunc a coruis cadaueribus nutriuntur. Eodem modo deus animam que habet mundiciam cōscientie pascit rore gratie: que autem habet nigredinem peccatorum: pascitur a demonibus cadaueribus immundiciarum. Secundo oportet q̄ sit mente tranquillis: et hoc est transire mare egypti. Mare enim semper est in motu et signat illos q̄ diuersis anxietatibus et tribulationibus commouētur. Esa.lviij. Cor impij quasi mare feruēs qd̄ quiescere non potest. In cordibus igitur talium deus per gratiam habitare nō potest. Quod signatum est.iij.regum.xix. Ecce dominus transit ⁊ spiritus grandis et fortis subuertens montes et conterent petras ante dominum. Non in spiritu dominus. Et post spiritum cōmotio: non in cōmotione dominus: et post commotionem ignis et non in igne dominus ⁊ post ignez sibilus aure tenuis et ibi dominus. Nō est dominus in spiritu conuertante nec in cōmotione perstrepente: nec in igne exurente sed in sibilo demulcente Tria enim sūt que faciunt cor inquietum.s. superbia: et ista est spiritus grandis et fortis subuertens montes et conterens petras. Secundum est auaricia et ista est commotio que mētem sollicitudinib⁹ inquietat. Tertium est iracundia et ista est ignis. Deus igitur nō est in corde superbo: nec auaro: nec iracundo: sed in corde humili vbi est sibil⁹ aure tenuis. Sibil⁹ habet demulcere. aura habet refrigerare: sed aura tenuis habet alleuiare Per sibilum igitur intelligitur humilitas: quia sibil⁹ equos mitigat ⁊ catulos instigat: sic humilitas mentes elatas trāquillat et demones irritat: per auram significatur mansuetudo que ignē iracundie refrigerat ⁊ extinguit. Per aurā tenuem significat̄ paupertas q̄ animā alleuiat ab oneribus sollicitudinum. De⁹ igitur habitat vbi est sibilus aure tenuis: id est vbi inuenit humilitatē: māsuetudinē et paupertatem. Tertio oportet q̄ sit celestis amoris auidus et hoc est abijcere farinam egypti: q̄diu enim homo delectatur circa extrema ⁊ mundana nō potest amare celestia. Farina inquātum est farina est alba: sed inquantum est farina egypti est tenebrosa: quia delectatio mundi videtur esse pulchra: sed tn̄ mentē facit obscuraz. Legitur de naturis auium q̄ aliqua pullos quos ad terram respicere cōspicit: tāq̄ degeneres abijcit: quos vero ad celuz tanq̄ ꝓprios nutrit qr̄ de⁹ cibo gratie sue non cibati illos quos videt amare terrena, sz quos videt d̄siderare celestia. Ber. Delicata est diuina cōsolatio, ⁊ non datur admittentibus alienam. Secundo sūt nuptie celestes de quibus dicitur Apo. Beati qui ad cenam nuptiarū agni vocati sūt. Ille aūt nuptie sunt refectio visionis diuine vbi erit plena satietas ideo dicitur nuptie. In nuptijs enim consueuerūt omnia abūdare. Erit dulcis auiditas, ideo dicit̄ agni q̄ habet carnes d̄lectabiles: erit eterna saturitas: ideo dicitur cena: qr̄ nullum aliud cōuiuium illi succedet. Satietas autem parit fastidiū: fames siue auiditas habet penam dubitatione alimenta deficiāt habet timorem. Ideo dn̄s posuit famem siue auiditatem in satietate: ne satietas faciat fastidium. Posuit satietatem in fame ne fames habeat penam. Posuit securitatē in vtroq̄ ne dubitatio habeat timorez. Eccle.xxiiij. Qui edunt me ecce satietas. Adhuc esurient: ecce auiditas. Qui audit me nō ꝯfundetur: ecce securitas. Secūdo vidēdū est que sit via veniēdi ad istas nuptias. Est dicēduz q̄ est humilitas: qd̄ notatur cū dicitur. Uade et recūbe in nouissimo loco. Humilitas enim meretur gratiā qd̄ est venire ad nuptias spūales: meret̄ ad gloriam quod est venire ad nuptias celestes. Quanto enim aliquis hūilior tanto in gratia ⁊ gloria erit maior et hoc per quatuor exēpla ostēdi potest. Primum est in pupilla quia sicut dicit Greg. Pupillla quanto est nigrior tāto lucidor: sic homo quāto magis nigrescit in conspectu sui lucidior erit in conspectu dei: ⁊ hic per gratiam ⁊ in futuro per gloriam. Secundum est in candela que quanto plus inclinatur tanto maiori luce perfunditur. Sic homo q̄ta magis per humilitatē inclinatur tanto maiori lumine gratie ⁊ glorie repletur. Tertium est in aqua q̄ q̄to magis descen

dit deorsum, tanto magis ascēdit sursum. sic ⁊ homo quāto magis descendit humiliando seipsum tāto plus ascēdit ad deū. Aug. De cēdite vt ascendatis ad deū. cecidistis enim ascendendo contra ipsum. Quarto est in corde. Alialia enim habētia cor magnum in quātitate sunt timida: sicut patet i ceruo ⁊ asino. Habentia cor mediocre sunt audacia sicut patet i cane. Habentia paruum sunt audacissima sicut patet in leone. Uidemus enim ꝙ ignis magnam domū parum calefacit, mediocrem magis, paruam maxime. Sic ⁊ accidit de spiritu ⁊ calore in magno ⁊ mediocri ⁊ ꝑuo corde: sicut igitur q̄to est minus in q̄titate tanto est fortius ī virtute: sic ⁊ homo q̄to fuit humilior: tanto in gratia et gloria erit sublimior.

¶ Dñica.xviij.post festū trini. Sermo.j.

Audiētes pharisei ꝙ iesus silentium imposuisset saduceis conuenerūt in vnum ⁊c. Mat.xxij. Sicut dicitur in hystoria scholastica Tres secte erant inter iudeos ab aliis differētes scilicet pharisei, saducei, ⁊ esei. Pharisei ab aliis erant diuisi quantum ad habitum: quia in fronte et in brachijs chartas in quibus decalogus erat scriptꝰ super se portabant que philateria dicebātur a philare quod est seruare: ⁊ thorath. quod sonat legem. Habebāt etiam in fimbrijs palliorum spinas alligatas quibus puncti dum incederent mandatorum dei memores fierent: et quia sic ab aliis diuisi erāt. Pharisei a phares quod est diuisio dicebātur. Alij erāt saducei: quia ab aliis differebant quātum ad doctrinam: ipsi ei resurrectionem negabant, animas cū corpore interire credebant, q̄nq̄ libros moysi solūmodo recipiebāt. Alij erāt esei ab aliis differebant in vita ⁊ modo viuendi quia fere monasticam vitam ducebant. cōiugia vitabant: omnia in communi habebant. De duabus autem primis sectis mentio in isto euangelio habetur. Notandum igitur quia in presenti euāgelio tres questiones ponuntur. Prima est quam fecerunt saducei. Secunda est quaz fecerūt pharisei. Tertia quā fecit christus. Questio quam fecerunt saducei ⁊ si hic tota nō ponatur: tamen hic tangitur cum dicitur ꝙ iesus silētiuz imposuisset saduceis. Ipsi enim saducei christo volebant probare ꝑ mulierem et virum resurrectionem non esse: quia si resurrectio fieret tunc talis mulier septem viros haberet. Sed christus per suam responsionem silentium eis imponebat et tria determinabat. Primo qr in alia vita nulla erunt coniugia. Unde ait. In resurrectione neq̄ nubent neq̄ nubentur: et ratio huius redditur. Luce.xx. Neq̄ enim vltra mori poterunt: quia in hac vita multi moriuntur: ideo multi nascuntur. Si enim nullus moreretur non esset necesse ꝙ aliquis nasceretur. Est enim humana generatio tanquam arbor. Eccl. xiiij. Omnis caro sicut fenum veterascet et sicut folium fructificans in arbore viridi: alia generantur et alia deūciuntur: sic generatio carnis et sanguinis alia finitur et alia nascitur. Est etiam sicut murꝰ. Unde dicitur in quadam glosa in fine Ecclesia. In muro quando fit quidam lapides latent: isti ad exterius producuntur: quidam prominent: isti ad interius reducuntur: ⁊ sic tandem in muro omnia adequantur: sic est ⁊ in mundo. Nam latēt homines anteq̄ nascantur: prodeunt cuz nascuntur. Homines orti suo tempore moriuntur, et tandem omnia adequantur: qr omnes vno fine claudūtur. Secūdo determinauit ꝙ homines erūt angelis similes: ⁊ etiā equales. Unde subditur. Sed sunt sicut angeli dei de celo. Luc.xx. Equales em̄ angelis sunt ⁊c. Homines respectu angelorū p̄nt dici minores, equales, ⁊ maiores. Minores in q̄tū adhuc sunt in carne mortali. Nā sicut dicit Aug. Sicut aurum corruptū melius est q̄ argētū incorruptū, et argentū corruptū meliꝰ q̄ plūbū incorruptū: sic et quilibet spūs melior est q̄ corruptibile corpus. q̄diu autē sumus in carne corruptibili angeli nobis compatiunt ⁊ nobis ministrant. Post resurrectionē autem homines angeli erūt equales in officio laudando: quia in laudādo deū angelis coniungentur ꝑs. Preuenerunt principes ꝯiuncti psallētibus. Job.xxxviij. Ubi eras cuz me laudarēt astra matutina. i. angeli. Et iubilarēt oēs filij dei. i. sācti. Erūt

autem holes angeli maiores inq̃tũ habebunt deũ tanq̃ fratrẽ suũ: angeli vero tã q̃ dñm suũ. Et inq̃tum beatitudinẽ habebũt in visione humanitatis, ⁊ in contemplatione diuinitatis: angeli vero tantũ in contẽplatiõe diuinitatis. Ad ista significãda quatuor legunt̃ de angelis quos salomõ in ꝓpitiatorio fecit. Primo ꝙ erant de lignis oliuarũ. Scdo ꝙ alas habebãt expẽsas ꝑ ista duo significabatur ꝙ inq̃tũ homines sunt eis minores, et corruptibiles sunt eis ꝯpassibiles. hoc significat ꝙ erãt de lignis oliuarum ⁊ ꝙ parati sũt eis manifestare. Hoc significat ꝙ alas habet expansas. Tertio legitur ꝓ habebãt pedes obliquos ⁊ eleuatos ad modũ iubilantiũ ad innuendum ꝙ sunt socij hominib⁹ ad laudandum deũ. Quarto legitur ꝙ ꝟsis vultib⁹ mutuo se respiciebant. hoc signat ꝙ stupent ⁊ mirant̃ naturã humanã cũ diuina i vnitate ꝑsone esse vnitã. Tertio determinauit ꝙ aĩe post mortẽ corporis viuunt dicens. Nõ est deus mortuorũ sꝫ viuentiũ. Istud etiã gẽtiles philosophi crediderunt: vnde ait Aug. in lib. de ciui. dei. Theobrotus lector Platonis. libr. vbi de aĩe immortalitate disputauit se precipitẽ dedit de muro: vt ex hac vita migraret ad illã quã credebat esse meliorẽ. Sicut aũt hic dicit glo. ꝓbando xp̃s eternitatẽ aĩarũ cõsequẽter probat resurrectionẽ corporũ que cũ aĩabus bona vel mala gesserunt. Secunda questio est quã fecerunt pharisei xp̃o. Nã multi cõuenerũt: sꝫ vnus tentando quesiuit dicẽs. Magister qd̃ est mãdatũ magnũ in lege? Chry. Conuenerunt pharisei in vnũ vt multitudine vincerent quẽ rõne superare nõ poterãt: a veritate nudos se ꝓfessi sunt q̃ multitudine se armauerũt. Dicebãt em̃ apud se. Un⁹ loquatur pro oibus ⁊ oẽs loquamur ꝑ vnũ vt si quidẽ vicerit oẽs videamur vicisse. Si autẽ victus fuerit vt solus videatur confusus. Idẽ. Magistrũ vocat cuius non vult esse discipulus. De magno mãdato interrogat qui nec minimũ obseruat: ille dꝫ interrogare de maiori iustitia qui iã minora cõpleuit. Ad istã questionẽ dñs respondit dicẽs. Diliges dñm deũ tuũ ꝑm Chry. Nõ dicit time vel cognosce: sꝫ dilige. Timere inquit est seruoꝝ: diligere filioꝝ. Qui timet penã mercedez iusticie non habet. Non dixit ⁊ cognosce sed dilige. Cognoscere inquit deũ propriũ est naturehũane. Diligere autẽ religiosi cordis ⁊ recti. In hoc autẽ precepto de dilectione ostendit dñs modũ diligendi deũ et proximũ cũ dicit. Et toto corde tuo ⁊c. In aĩa em̃ est memoria: intelligentia: ⁊ voluntas: secundũ igitur Augusti. Debet diligi deus ex toto corde. i. intellectu sine errore. Sed qr fides sine operib⁹ mortua est: debet diligi ex tota aĩa. i. volũtate sine ꝯtradictiõe vt in preceptis dei voluntatẽ suã ponat et ei per opera nõ cõtradicat. In his autẽ duobus debet perseuerare: iõ subdit ex tota mẽte tua. i. memoria sine obliuiõe: secundũ Chry. deũ diligere ex toto corde, est vt cor nostrũ nõ sit. inclinatũ ad alicuius rei dilectionem magis q̃ dei. Pro quãta enim parte inquit cor tuũ fuerit ad aliquã rẽ. pro tanta parte minus est ad deũ. Diligere ex tota aĩa est animũ habere firmuz i fide et veritate. Qui ergo de deo dubitare ceperit vel incantationes vel diuinationes aliquid valere crediderit ille non in tota aĩa diligit deũ. Diligere deũ ex tota mẽte est vt oẽs sensus vacent in obsequiũ dei. Unde subdit. Nã cuius intellectus deo ministrat, cui⁹ sapientia deo vacat, cuius scientia circa deũ est: cuius cogitatio ea que dei sunt tractat, cuius memoria que bona sunt recordat̃ tota mẽte diligit deũ. Deinde ponit moduz diligendi proximuz cũ ait. Et proximũ tuũ sicut teipsum. Hõ quadrupliciter debet seipsum diligere. Primo veraciter vt. s. diligat se propter virtutẽ quia bonus est vel vt bonus sit. Eodẽ modo debet diligere proximũ. Augusti. de ciui. dei. Qui amat homines aut qr sunt iusti, aut vt iusti fiant amare debet. Sic eniz ⁊ seipsuz amare debet: aut quia iustus est: aut vt iustus sit. Secũdo ordinate vt scꝫ nihil diligat supra deũ aut cõtra deũ sed diligat supra omnia et postea animã suã postea corpus suũ vltimo res exteriores. Sic ⁊ proximũ suũ debet diligere non supra deũ aut cõtra deũ: sed diligat deũ super omnia. Deinde dꝫ diligere in ipso bona spiritualia. Deinde debet diligere bona corporis. deinde bõa exteriora. Cãti. ij. Ordinauit i me charita

tem. Tertio efficaciter. Homo enim effica citer se diligit qz bona sibi procurat z nocu na denitat. Sic etiã debet diligere proxi mum. s. Jo. iij. Non diligamus verbo neqz lingua sed opere z veritate. Quarto perse neranter nullo em tpe homo desinit se amare Eodem modo debet proximũ diligere. i. tpore prosperitatis z aduersitatis. pro uer. xvij. Omni tpore diligit qui amicus est. Tertia questio est quam facit xps pha riseis dicens quid vobis videt de christo cuius filius est. Pharisei enim credebant xpm esse puram creaturã Sed cum david vocet eum dominum suum, confitet eũ esse maiorem. Non autem eos reprehendit qz filium david eum credunt: sed qz filiũ dei esse non credunt. Ostendit hic duas fuisse in xpo natiuitates scz tporalem secundũ quam dictus est filius david: z eternã scõz quam est filius dei. Xpus em erat filius da uid inquãtum de sua stirpe sm carnẽ erat natus: z erat dñs david inquãtũ ab eter no patre fuit genitus. vterqz aũt pater su fuit mitis z mansuetus De david dicitur. Memento dñe david z omnis mansuetudi nis eius ꝛc. De deo dicit in. ps. Qm tu dñe suauis z mitis. ꝛc. Non ergo mirum si christus sic fuit mitis z mansuetus qui patres habuit tam mansuetos ideo vult filios hs bere mansuetos dicens Mattheus. xj. ca. Discite a me qz mitis sum z humiles corde. Sz multi sunt degeneres ꝺ nõ sunt mãsue ti: sz instar ericij valde hispidi z pungitiui. Ericius si tangit statim interius se absconꝺit z exterius pungit: z dicitur habere ãn qz dentes. Sic multi quando reprehendũ tur per verba maledictionis pungunt z vi tia sua absconꝺunt. Quinqz autem dentes sunt quinqz modi accusandi secundũ Ber nardum. Iste enim qui peccauit quãꝺo re prehenꝺitur dicitur: nõ feci. si feci non ma lefeci: aut si male feci nõ multum male: aut si multum malenon mala intentione: aut si mala intentione: famen aliena persuasiõe.

¶ Sermo secundus.

DIliges dominũ deum tuum ex toto corde tuo ꝛc. Sicut dicit Augu. in lib. de disciplina xpiana vt nemo excusationem habeat volunt dominus psummare z abbreuiare verbum super terrã quod etiã nõ obscurũ esse volunt: ideo breue ne nõ vacaret lege. ideo apertũ ne quis dicat non mihi licuit intelligere, thesaurus est magnus diuitia rũ scripturarum. Si piger eras perscrutãꝺo iesum non sis piger vnaz margaritã ferre sub lingua: z quo vis secum ambula. Istũ verbũ abbreuiatũ z ista margarita est pre ceptum ꝺe ꝺilectiõe ꝺei z proximi. De hac duplici ꝺilectione agenꝺũ scz ꝺei z primi. Circa primũ autem est sciẽꝺũ qꝺ scz sunt q̃ mouent ad ꝺiligẽꝺum que ois sunt in deo scz pulchrũ bonum honestũ simile vtile et ꝺelectabile. Primũ igitur quod mouet ad diligẽꝺum est pulchrum. Dionysi. Omnia bonũ z pulchrũ ꝺesiꝺerant. In christo aũt est summa pulchrituꝺo: z ideo summe est diligenꝺus. Sapientie nono. Cãꝺor est enim lucis eterne z speculum sine macula: imago bonitatis illius vbi tres dicuntur scz qꝺ sit candor lucis eterne, speculum puritatis z imago ꝺiuine bonitatis. In christo quiꝺẽ sunt tres substantie scilicet caro anima z ꝺeitas. Caro em eius fuit candiꝺa z luci ꝺa qz ꝺe purissimis sanguinib⁹ virginis generata. Anima eius fuit aꝺ ꝺei imagi nem creata: z omni bonitate repleta. Deitas fuit speculũ sine macula qz i christo re lucent omnia z preterita z presentia z futu ra: z verba z facta z coꝺa. De ista pulchri tuꝺine ꝺei ꝺicit Aug. in lib. ꝺe libero. arbi trio. Tanta est pulchrituꝺo iustitie: tãta io cunꝺitas lucis eterne: z si non liceret in eo ampl⁹ vivere qꝺ vnius ꝺiei hora: propter hoc solum innumerabiles anni huius vite pleni ꝺelicijs z circũfluẽtia bonoꝝ tporalium recte meritoqz contẽnerẽtur. Secũꝺũ qꝺ mouet aꝺ ꝺiligẽꝺũ est bonitas sicut pa tet in superiori authoritate. Dion⁹. In deo aũt est summa bonitas z iõ summe ꝺiligenꝺus. Augu. ꝺe ciui. ꝺei. Cũ ista nõ ꝺiliganꝺtur: nisi qz bona sunt, pudeat illis mherẽꝺo non amare bonũ ipsum vh bona sunt. De cui⁹ bonitate ꝺicit Damascen⁹. Bon⁹ z oi bonus z sup bonus ꝺhs totus ens bo nitas, ꝓpter supabundãtes ꝺiuinas sue bo nitatis nõ sustinuit solũ esse qꝺ bonum est sed cõm susꝑpsus natura z nullo participatã. Ista anctoritas est cũ ꝺiligentia exponen ꝺa, nõ sanctus est bonus: sz nõ oi bon⁹. i.

ex oi parte bon⁹, qz multos habet defect⁹, Angelus est bon⁹ ⁊ oi bon⁹ sed non super bon⁹ qz habet super se bonitatez diuinā. Hō autē ⁊ angeli licet sint boni, non tñ sunt summa bonitas qz nō hñt bonitatē essentialē: sed accidentalē: qz pñt eā perdere: ⁊ tñ hō remanebit hō: ⁊ angelus remanebit angel⁹: sicut patet in malis angelis: Bonitas autem sic est in deo essentialis: qz sicut ignis non potest perdere suum calorem: sic nec deus suam bonitatem: qz igitur deus sic est bonus: ⁊ bonū est sui cōmunicatiuū: ideo suam bonitatem creaturis participauit quis budam dans esse alijs viuere, alijs sentire alijs intelligere. Tertiuz quod mouet ad diligendum est honestum. Est enim honestum quod sua vi attrahit ⁊ sua delectatione nos allicit. In deo autem est summa honestas: ⁊ ideo summe est diligēdus. Sap. vij. Innumerabilis honestas per manus illius. Est enim in deo summa delectatio que nos allicit, ps. Delectatiōes in dextera tua vsqz in finē. Et honestas in eo est vis que nos attrahit non voluntatem cogendo sed alliciēdo. Jo. vij. Nemo potest venire ad me nisi pater meus qui misit me traxerit eū. Et sup hoc ponuntur tria exempla. Na sm Augu. Duis trahitur ad ostensionem virge vel rami viridis, sic anima attrahi debet desiderio diuine visionis. Juxta illud. ps. Sitiuit anima mea ad deū fontem vinum ⁊c. Puer attrahit ad ostensionem nucis, sic anima attrahi debet ad promissionem glorie celestis que intus habet dulcedinem visionis diuine sed extra durum corticem penitentie. Matth. iiij. Penitentiam agite ecce cortex exterior. Appropinquabit enim regnum celorum. ecce nucleus interior. Palliparius trahit emptorem ad emendum per pellium extēsionem non cogēdo sed alliciendo. Sic ⁊ de⁹ trahit animam ostendendo celum stellatū tanqz pellem variam ⁊ depictam. ps. Extendens celum sicut pellem. Quartum qd mouet ad diligendum est similitudo. Eccli. xiij Omne animal diligit sibi simile. Inter christum ⁊ nos triplex similitudo consideratur: xps enim factus est nobis similis rōne assumpte carnis Phil. ij. In similitudinez hoim factus ⁊c. Nos debem⁹ ei esse similes ratione imitatiōis. Eph. v. Estote imitatores dei sicut filij charissimi. Ipse vero ⁊ nos sumus similes rōne imaginis: sed tamen differēter qz: sicut glo. dicit sup Coll. Qui est imago dei inuisibilis. Aliter imago regis est in nummo: aliter in filio. Nos sumus nummus, christus vero fili⁹. Quintum quod mouet nos ad diligendū est vtile ⁊c. Homo enim sepe amicum diligit propter vtilitatē quē habere se credit. Xps igitur tanqz verus amicus est diligēdus: quia ab ipso vtilitatem recipimus in vita ⁊ in morte, ⁊ post mortem. Nam in vita dilectores suos ditat spiritualibus diuitijs Prouerb. viij. In vijs iustitie ambulo in medio semitarum iudicij vt ditem diligētes: me ⁊ thronos eoꝝ repleā. in morte custodit ab insidijs hostis ps. Custodit dominus omnes diligentes se. ⁊c. Post mortem suscipit in gloria patris. Eccl. j. Secūdum datum suum. id est secundum qd decet eum. dare prebet illam. i. celestem gloriam diligentibus se. Sextuz quod mouet ad diligēdum est delectabile. Naturaliter enim homo rem diligit in qua anim⁹ delectabiliter conquiescit. In deo autē est summa delectatio ideo est summe diligendus. In presenti enim vita delectatiōis sanctorum quas habent in deo hñt imperfectionem: admixtionem: ⁊ interruptionem. hoc signatum est. iiij. Regum. xvij. vbi dicitur ꝙ deus pascebat helyā mittens ei carnes mane ⁊ vespere tamen bibebat de torrēte. Tandē illam refectionē deus sibi subtraxit, ita ꝙ vix modicum panis ⁊ aque potuit habere. Habent igitur spirituales cōsolationes, sanctorum imperfectionem: quod notatur per hoc ꝙ illa refectio non fiebat in meridie sz mane ⁊ vespere. In meridie quidem est perfectio lucis ⁊ caloris. ⁊ signat refectionē beatorum qui sunt in plena luce cognitionis ⁊ pleno calore amoris. In mane autem ⁊ vespere est lux ⁊ calor sed imperfecte, ⁊ significat refectionē sanctorum in via qui habent imperfectam cognitionem ⁊ imperfectum amorem. j. Coꝝ. xiij. Cum venerit quod perfectū est euacuabitur quod ex parte est. Secūdo cōsolationes sanctorum habēt admixtionē: quia sepe admiscentur: vel a corporis corruptione, vel a diaboli tētatione, vel a mūdi persecutione: hoc significatur ꝑ hoc ꝙ

b.bebat de torrente. Esaie.j.vinum tuum mixtum est aqua. Tertio consolatiões sanctorum habent interruptionem quia sepe ab eis subtrahuntur vel vt amplius humilientur vel vt feruenti⁹ desiderentur vel vt cautius conseruentur. hoc significatur per hoc ꝙ deus istum cibum helye subtraxit. Dicto de dilectione dei dicẽdum est de dilectione proximi. Circa quod notanduz ꝙ Augu in lib.l.homel.inquirens que sit ista dilectio: de qua dictum est Diliges proximum tuum sicut ꝛc. Quatuor dilectiões distinguit. Prima est carnalis que est inter virum et vxorem. ꝛ ista licet sit licita tamen de se non est meritoria: quia et in brutis animalibus inuenitur. Passeres inquit coniugia habent: nidos faciunt: oua confouent pullos nutriũt. q̃uis autez ista de se non sit meritoria potest tñ fieri meritoria: quando scilicet vir diligit vxorez: qꝛ bona est vel vt bona sit: tunc enim nõ diligit vxorem, vt vxorẽ sed deum diligit in vxore: ꝛ tunc reducitur ad illud preceptũ. Diliges ꝓximum tuum. ꝛc. i. ad gratiam in presenti ꝛ gloriam in futuro. Ephe.v. Viri diligite vxores vestras sicut christus dilexit ecclesiam. Secunda est dilectio naturalis qua pater diligit filium: ꝛ ista licet sit licita tamen de se non est meritoria. Unde subdit. Aug. pro magno laudaturus sum in homine: quod video in tigride: serpẽtes ꝛ lupi amant filios suos. Nõ est laudãd⁹ qui amat filios: sed detestandus qui non amat. Si filios amas serpentibus compararis si nõ amas a serpentib⁹ vinceris. Potest autem hec dilecto fieri meritoria quãdo scz pater filiũ diligit: qꝛ bonus est vel vt bonus sit. Tũc enim nõ diligit filium vt filiũ: sed deũ diligit in filio. Et tunc reducitur ad istud preceptũ. Diliges ꝓximũ tuũ ꝛc. Ad Ephe.v. Vos patres nolite ad iracundiam prouocare filios vestros sed educate illos in disciplina ꝛ timore domini. Tertia est dilectio socialis siue consuetudinis que cõtrahitur ex ꝯsuetudine cohabitandi colloquẽdi, ꝛ conuersandi: que licet sit licita, tamen non est meritoria: qꝛ est etiam inter animalia. Unde subdit Augu. Duo qui manducant insimul desiderant se videre ad aliã diem precedit vnus festinat alter vix regitur a sessore: ꝛ tandiu impetu suo se prouocat donec ad amicuz ꝑueniat. Cũq; peruenerit quasi in loco suo reqescit q̃uis autem ista dilectio de se non sit meritoria potest tamen fieri meritoria quãdo scz quis diligit amicũ: qꝛ bonus est vel vt bonus sit. Tunc enim nõ diligit amicum vt amicum: sed deum diligit in amico; ꝛ tunc talis dilectio reducitur ad preceptũ de dilectione ꝓximi. De tali amico dicitur. Ecclesia.vj. Amicus fidelis medicamentũ vite ꝛ immortalitatis qui metuunt dominũ inueniunt illum. Quarta est dilectio rationis qua quis diligit alium propter fidez ꝛ veritatem et bonitatem: et ista non potest esse inter animalia que ratione carent qꝛ nõ diligunt alia animalia ꝓpter bonitatẽ ꝛ veritatem. ꝛ ista dilectio est meritoria. de qua datum est preceptum diliges proximũ tuuz sicut teipsum. Tullius. Nihil est virtute amabilius nihil quod magis illiciat ad diligendum cum ꝓpter veritatem ꝛ probitatem etiam eos quos nũq̃ videri mus diligamus. Idez. Tanta vis probitatis vt etiam eã in his quos nunq̃ vidimus vel quod maius est in hoste diligamus.

¶ Sermo tertius vnde supra.

In his duobus mãdatis vniuersa lex pendet ꝛ ꝓphetie. Oĩa diuina p̃cepta q̃ ꝑ decalogũ sunt accepta in his duobus preceptis depẽdẽt scz in dilectione dei et proximi. Ipsa enim decẽ precepta in duabus tabulis moysi fuerunt cõscripta. Sed in primo tabula fuerunt conscripta tria prima que pertinẽt ad dilectionẽ dei. In secũda tabula fuerunt scripta septem reliqua que pertinent ad dilectionez proximi. Primum preceptum est. Non habebis deos alienos. ꝛ istud pertinet ad patrẽ qui tanq̃ fontale principium totius deitatis est principaliter adorãdus. Gentiles em̃ olim faciebãt deos alienos. i. quedã simulachra in quibus demones habitant ꝛ responsa dabant sed tamẽ sapientes inter eos ea deridebãt ꝛ ꝯtẽnebãt. Unde dicit Amb. in lib. de virginib⁹. Cũ intrasset dyonisius tẽplũ iouis amictũ aureum quo ei⁹ operiebat simulachrũ detrahi iussit et imponi laneũ: ꝛ dixit aurũ hyeme est frigidũ: estate ouerosum: deũ aũt suuz sic irri-

ſit: vt nec on⁹ ferre poſſet nec frigus portare. Ite cū eſculapij vidiſſet barbam auream cum apollo pater ei⁹ non haberet tollit imperanit incōgruum eſſe appellans vt filius barbam habebat quā pater non haberet, item simulachrus tenētibus pateras aureas ademit allegans ſe accipere debere quod oīb⁹ daret. Et ſubdit Ambro. Ita iudicio habitūſunt vt nec iupiter veſtem ſuam defendere potuerit nec barbam eſculapius: nec apollo pubeſcere adhuc cepertit: nec omnes qui dicuntur dū trahere poterūt pateras quas tenebant. Refert etiā Aug. in libro de vera religiōe q̄ Socrates a populo fuit occiſus q̄ noluit idola adorare: dicebat enim q̄ potius adorauerat casnes qui erāt opus natare q̄ idola q̄ erant op⁹ hoīm. Multi aūt hodie ſunt qui faciūt ſibi deos alienos. Nā ſicut ꝺt Aug. hoc ab hoīe p deo colit q̄ pte ceteris diligit. Sapbus ergo p deo ſuo habet ſuphiā. luxuriosus luxuriā auarus auariciā. Roma. ſ. Mutauerūt gloriā incorruptibilis dei in ſimilitudinē volucrū ⁊ quadrupedū ⁊ ſerpētū. per volucrē ſuphia intelligit: q̄ ſemp i altū volat. per q̄drupedē luxuria q̄ p corpus expleſ q̄ quattuor elemētis ꝓponit. per ſerpētē auaricia q̄ ſemp terrenis incūbit. q̄uis aūt q̄libet iſtoꝝ triū habeat ſuū deum ſpecialē: nihilominus etiam habet deum cōem. ſ. beelzebub qui dicitur deus muſcarum muſca eſt in quantū eſt volatilis ſignat ſuphiā que ſup alios volat: inquātū eſt immunda ſignat luxuriā, inquātū eſt pūgitiua ſignat auariciā que mentē diuerſis ſollicitudinibus pungit: ideo diuiſe ſpine vocant. Scōz p̄ceptū eſt. Nō aſſumes nomē dei tui inuanū: ⁊ iſtud ꝓtinet ad filiū qui eſt nomē p̄ris. Inuanū aūt nomē dei aſſumūt q̄ iurāt ꝓ nihilo ⁊ frivola vel q̄ iurat falſum vel q̄ iurat q̄d iniquū. Talis inuriā facit deo ⁊ ſibi ⁊ ꝓximo. deo quidē q̄ cū iurare alicq̄d nihil ſit quā ei⁹ teſtimoniū inuocare, qui falſum iurat ſupponit q̄ de⁹ mēdacū diligat: cū th̄ dicat i ꝑs. Perdes omnes qui loquūtur mēdacū. Facit etiā iniuriam ſibi: quia iudicio dei puniendā ſe obligat. Nihil enim eſt aliud dicere p deū tacere: niſi deus me condēnet ſi non eſtura. facit iniuriā ꝓximo: quia p falſam iurationem ipſum decipit ⁊ defraudat. Refert Augu, in quodam ſermone q̄ cum quidam negaret pecuniā creditori iuramentum exipſo creditor exegit. In ipſa autem nocte ad iudicium rap⁹ auduit iudicem ſibi dicentē: quare puocaſti hoiem ad iurandū quē ſciebas falſum iuraturū reſpōdit, quia negauit mihi pecuniam. Et iudex melius erat vt pecuniā tuā perderes q̄ animā eius falſa iuratiōe perimeres. proſtratus igitur tam grauiter verberatus eſt: vt in dorſo vigilantis plagaꝝ veſtigia apparerent. Tertium eſt vt die ſabbati ſanctifices. Iſtud refertur ad ſpiritū ſanctū i quo requies vera habeſ. Contra iſtud ꝓceptū facit qui cauſa cupiditatis in die ſabbati opus ſeruile facit. vel aliquod peccatū cōmittit vel opera mie dimittit: quia a bonis operibus nō eſt vacandum. Notandū eſt autē q̄ triplex eſt ſabbatū. primū eſt ſabbatum tēporis: ſcz dies ſeptimus quē de⁹ voluit obſeruari in memoriā q̄ oia in ſex diebus creauit ⁊ in ſeptima a nouis creaturis condendis requieuit. Exodi. xx. Sex diebus fecit deus celū ⁊ terrā mare ⁊ omnia que in eis ſunt, ⁊ requieuit in die ſeptimo. Secundū eſt ſabbatum pectoris ⁊ mētis: quod nō habetur niſi in deo. ſicut enim res nō requieſcat niſi in loco ꝓprio. ſic nec anima requieſcit niſi in deo qui eſt loc⁹ animē. ꝑs. Effo mihi in deum protectorē ⁊ in lo. ⁊c. Joā. xvi. Hec locutus ſum vobis vt in me pacem habeatis: in mundo preſſurā habebitis. Tertium eſt ſabbatū eternitatis. Eſa. lxvj. Erit ſabbatū ex ſabbato: q̄ de requie mentis homo ꝓuenit ad requiē eternitatis. Eccleſiaſtē. lvij. Vocaberis ſabbatū delicatū pius eſt dicere, do cibū delicatum q̄ bonū vel ſapidū. primum igitur ſabbatū. ſ. quies tēporis eſt bonum. Scōz ſcz quies pectoris eſt ſapidū. ꝑs. Guſtate ⁊ videte q̄m ſuauis eſt dñs. Tertium ſcilicet eternitatis eſt delicatū. Job. xxij. Tūc ſuper omnipotentē deliciēs afflues. Poſitis preceptis prime tabule que pertinent ad dilectionē dei ſequunt ꝓcepta ſcde tabule q̄ ꝓtinēt ad dilectionē ꝓximi. Ad dilectionē proximi pertinet ſibi benefacere ⁊ ab offenſis cauere. Debemus aūt principaliter bñfacere his q̄ nobis magis ꝓiuncti ſunt: ſcz patri ⁊ matri. Et ideo quartus ꝓceptū eſt. Honora pſem ⁊ matrē. Et inte-

Lucerna splendēs sup cādelabrū sanctum ꝛ species speciei.s.mulieris sup etatē stabilē. Eccl.xxvj. Per lucernā a luce dictā intelligit̄ sancta lucia a luce simil'r noīata. De q̄ in verbis p̄missis quatuor dicunt̄. Prīo ꝙ fuit luminosa cū dr. Lucerna splēdēs. Fuit aūt luminosa quadrupliciter. Prīo a superiori ꝑ diuine gratie refulgentiā. Job.xxvj. Qn̄ splēdebat lucerna sup caput meū. ꝛ ab īferiori ꝑ ꝟginalē mūdiciā. Sap.iiij. O q̄ pulchra ē casta gn̄atio cū claritate, vn̄ dixit ei agatha. soror mea lucia ꝟgo deo deuota: in hoc ꝙ fuit deuota, habuit lucē superiorē. In hoc ꝙ fuit ꝟgo, habuit lucē interiorē. Scdo ab interiori ꝑ mūdā ꝯsciētiā.ij. Coꝝ.iiij. Deꝰ q̄ dixit de tenebris lucē splēdescere illuxit in cordibus vr̄is: ꝛ ab exteriori ꝑ conuersationem honestā. Mat.v. Sic luceat lux vr̄a corā hoībus vt videāt opa vr̄a bona ꝛc. ꝓpter hoc ip̄a vocauit tēplū: qd̄ q̄dez erat interiꝰ fulgidū ꝛ exteriꝰ ornatū. Tertio a posteriori dei bn̄ficia a rememorando, ꝛ ab interiori futura p̄cauēdo ꝛ p̄sentia ordinādo. Deut.xxxij. Utinā saperēt. s.p̄terita recogitando: ꝛ intelligerē.s.pn̄tia ordinādo ac nouissima ꝓuiderēt.s.futura p̄cauēdo. sic btā lucia dei bn̄ficia recogitauit qn̄ dixit. Nō sunt ista maleficia sz bn̄ficia dei. Pn̄tia ordinauit qn̄ diuitias suas pauperibꝰ dedit: futura preuidit qn̄ pacē ecclesie reddita nūciauit. Quarto a dextris qꝛ inter ꝓspera ſuauit tēperātiā. prouer.xiij. Est pauper cū in multis diuitijs fit a sinistris: qꝛ inter aduersa habuit patiētiam: vnde dicitur de ea. In tua patientia possedisti animam tuā. Secūdo fuit famosa: qd̄ notat̄ cū dr. Sup cādelabrū sanctū. Fuit aūt famosa ex oībꝰ causis ex q̄bꝰ aliq̄s famosus efficit̄. Efficit̄ āt aliq̄s famosus multiplici rōne. Primo ꝓpter sapiam q̄ appuit ī rn̄sis Luc.xxj. Ego dabo vobis os ꝛ sapiētiā ꝛc. Scdo ꝓpt̄ potētiā q̄ appuit ī miraculis. Matt.x. Dedit eis potētiā spūum īmūdoꝝ, ꝛ vt curarēt oēm lāguorē ꝛ infirmitatē. Tertio ꝓpter sctitatem q̄ appuit in exēplis. Dedit ei exēplū pietatis ad parētes: largitatis ad pauꝑes, charitatis ad oēs. Judith.viij. Hec erat oībꝰ famosissima: qꝛ timebat deū valde. Quarto ꝓpt̄ pulchritudinem que apparuit ī decore puritatis mentis.s.ꝛ corpis. Hester.vj. Erat hester famosa valde ꝛ incredibili pl'chritudine omniū oculis admirabilis videbat̄. Quinto ꝓpter fortitudinē que apparuit in tormētis. ꝓuer.vlt. Mulierem fortem quis inueniet. Tertia fuit speciosa: cū dr species faciei. ſm aūt Aug. de tr.ni. Facies est pulchra quādo est dimēsa pariliter: affecta hilariter: ꝛ colorata luculenter. Facies igitur anime tunc est pulchra quādo est dimēsa pariliter quā dimensionem parilē faciūt fides, spes, charitas ꝛ bona operatio: que ſm Gre. sunt equalia: quia q̄ntū q̄s credit tm̄ sperat ꝛc. Beata igitur lucia habuit spem: qꝛ de auxilio beate agathe confidit: habuit fidē, quia matrem sanauit, habuit charitatē, qꝛ ꝓpter xp̄i charitatē morti se tradidit. Habuit bonaz operationem qꝛ bona sua pauꝑibꝰ dedit. Scdo fuit affecta hylariter.ij. Coꝝ.ix. Hylarē datorē diligit deꝰ. Gaudebat em̄ deus seruata virginitate. Vn̄ dicit̄ de thesauro virginitatis. Mat.xiij. Pre gaudio illius vadit ꝛc. De ꝯsciētie puritate.ij. Coꝝ.j. Glia nostra hec est testimoniū ꝯsciētie. De penaꝝ acerbitate. Roma.v. Spe gaudētes in tribulatione patiētes. De glie securitate. ibidē. Gloriamur in spe glie filioꝝ dei. Fuit etiā colorata luculēter. Habuit em̄ candorē puritatis: ruborē charitatis: ꝛ mille alios colores multiplicis virtutis. Cāt.j Dilectꝰ meus candidus ꝛ rubicūdus ꝛc. Quarto fuit virtuosa: qd̄ notatur cū dr. Supereta tem stabilē. Estas stabilis nō est inuēta qꝛ tendit ad ꝑfectionē. nec senectꝰ ꝛ qꝛ incipit

deficere occulte: nec seniũ: qr deficit manifeste. Sed est etas virilis quia tũc natura stat. Beata ergo lucia licet habuit etatẽ iuuenilẽ in corpore: habuit tñ stabilitatẽ virilẽ i mẽte: qr vinci nõ potuit nec matris monitu. Mat. x. Qui amat patrẽ ⁊ matrẽ plusq̃ me. ⁊c. nec sponsi blandicijs. Hester. j. Paruipendẽt vxores imperia maritoꝝ: nec irrogatꝫ opprobrijs qñ iudex dixit patrimoniũ tuũ cũ corruptoribꝰ expẽdisti: nec illatis minis qñ dt Ego faciã te duci ad lupanar: nec adhibitis supplicijs: nec appositis violẽtijs: ideo columna immobilis es vocata.

¶ Ser. xiij. De sctõ thoma. Sermo. j.

Vt sapiens architectus fundamẽtũ posui. j. Cor. iij. Perfecta domus est qñ est firma ⁊ pulchra talẽ domum thomas missꝰ adregẽ indie fabricauit, scz firmã: qd notat cũ dr: fundamẽtũ posui. Scdo pulchrã cũ dicit. Ut sapiẽs architectus. Sapientia em̃ est pulchra opera facere. Et qr incipit a se: ideo domũ aie sue talẽ fecit. Prio firmã, qr supra firmã petram ipsam fundauit. Mat. vj. Qui edificauit domũ suã supra petrã et dscẽdit pluuia. ⁊c. Thomas em̃ passus est tentationẽ a diabolo suggerẽte: ⁊ hoc tpe dñice passionis qñ ⁊ ceteri corruerũt: tũc habuit ventũ q̃ ab aere venit. passus est dubitationẽ deo pmittẽte: ⁊ tũc habuit pluuiaz q̃ de celo descẽdit: passꝰ est afflictionẽ a tyrãno seuiẽte ⁊ tũc habuit flumẽ qd per terrã vadit: sed qr fundatꝰ est supra firmã petrã, corruere nõ poterat nec a vẽto diabolice tẽtatiõis: qr postmodũ resurrexit. Nec a pluuia diuina auersiõis qr ꝓtinus in fide cõfirmatus fuit nec a flumine tyrãnice psecutiõis: qr oia cõstãter sustinuit tormẽta. Scdo fecit domũ aie sue pulchrã. Est aũt domꝰ pulchra sm Aug. de trini. qñ est paribus mẽbris disposita ampla ⁊ lucida. Membra aie sunt virtutes aie quas beatus thomas apl's in domo spiritualis ponẽdas docuit. Nã cum duodecim gradꝰ virtutũ opere p̃dicaret inter cetera monuit vt penitẽtiã agerẽt: qd spectat ad iustitiã vt dei volũtatẽ inq̃rerẽt: qd spectat ad prudẽtiã vt gule viciũ tẽperarẽt: qd spectat ad tẽperantiã: vt q̃ bõis operibꝰ pseuerarẽt: qd spectat ad fortitudinẽ. Istas aũt virtutes quas docuit in domo sua similr posuit. Et iõ ornauit eã et pulchra fecit: prudẽtia em̃ ipsã ornauit ab anteriori vt caueret de futuris. Iustitia a posteriori vt satisfaceret de p̃terito. Tẽperãtia a dextrꝫ ne eleuaret ꝓsperꝫ. Et fortitudo a sinistris ne succũberet in aduersis. Scdo domꝰ aie fuit pulchra qr fuit ampla. Oportuit em̃ qr valde ampla eẽt triplici de cã. Prio qr habebat recipere ĩfinitũ. iij. Reg. viij. Si em̃ celũ ⁊ celi celoꝝ te capere nõ pñt, q̃to magis domꝰ hec quã edificaui? Secũdo qr habebat recipe charitatis p̃ceptũ qd est valde latũ. ps. Latũ mãdatũ tuũ nimis. Ephe. iij. In charitate radicati ⁊ fundati vt possitꝫ ꝯprehẽdere cum oibꝰ sctis q̃ sit lõgitudo ⁊c. Tertio qr habebat recipere statũ oim ⁊ merita singuloꝝ: scz afflictos ad ꝯpatiẽdũ. ij. Cor. xj. Quis ĩfirmat ⁊ ego nõ ĩfirmor? ⁊c. Cõsolatos ad ꝯgaudẽdũ. Phil. j. Testis ẽ mihi deꝰ qũo cupiã vos oẽs i visceribꝰ Iesu xp̃i. Rom. Gaudete cũ gaudẽtibꝰ: flete cũ flẽtibꝰ. Merita singuloꝝ ad ꝑticipãdũ ps. Participẽ me fac deꝰ oim timẽtiũ te. ⁊c. Tertio domꝰ aie sue fuit lucida habuit em̃ lucẽ diuine gr̃e sapiẽtie cõuersationis honeste. Iõ spũssctũs apparuit sibi ⁊ apl'is i specie ignꝫ et ligue, ad innuẽdũ q̃ dabat eis ignẽ iflãmãtẽ per gratiã. Lucẽ radiãtẽ ꝑ ꝯuersationẽ honestã. Et liguã disertã fatẽtẽ ꝑ sapiẽtiã.

¶ Sermo. xiiij. De eodem. Sermo. ij.

Edit abyssus vocẽ suã altitudo manus suas leuauit. Abacuc. iij. In his verbis notant duo. Primũ ẽ dubietas discipuli: cũ dr. Dedit abyssꝰ vocẽ suã. Scdz est pietas magistri cũ subdit. Altitudo manus suas leuauit. Circa p̃mũ notãdũ q̃ thomas q̃ interpretat abyssus q̃tuor voces dedit. Prima fuit vox fiducie ⁊ familiaritatis: cũ dt Joh. xiiij. Dñe nescimus quo vadis ⁊ qũo possumꝰ viã scire: hoc em̃ scdm Chry. ex multa dilectiõe dixit:

qz ipsū sēq̄ semp cupiebat. Ot autē Aug. in lib. de sermone dñi in mōte q̄ ad ambulandū tria requirunt. Primū est vt hō sanos pedes habeat. Scōm vt viā inuenire sciat. Tertiū vt locū aptū inueniat. Beatus autē thomas post xp̄m ire desiderās cū duo scire petit, scz viā & termiū vie cū dicit. Dñe nescim⁹ quo vadis et quō possum⁹ viā scire? pedes aūt sanos habere nō potebat qz hos se habere erc̄debat sz i hoc decepti⁹ erat sicut et petrus deceptus fuit q̄ pedes sanos habere se credidit: cū ait. Joh̄. xiij. Quare nō possum te sequi? mō igit cū post xp̄m ire cupim⁹, oportet vt pedes sanos habeam⁹ & intellectū per fidē & affectū per charitatē. Heb. xij. Grossus rectos facite pedib⁹ vr̄is &c. Oportet ergo vt sciam⁹ vel inueniam⁹ q̄ sūt bōa opa & dei mandata. ps. Viā mādator⁹ tuor⁹ cucurri &c. Janua aūt semp est apta: q̄ sūt xp̄i vulnera & ei⁹ p̄ietatis viscera. ps. Januas celi aperuit. Scōa ē vox cōfātie & pbitatis cū dixit. Joh̄. xj. Eam⁹ & nos vt moriamur cū illo nō dixit. Fugiamus cū eo qz xp̄s mortē nō fugiebat nec expectem⁹ cū eo: qz xp̄s mortē nō expectabat: sz dixit eamus cū eo: qz xp̄s spōte ad mortē ibat. Ysai. liij. Oblat⁹ est qz ipse voluit nec dixit. Eatis vos, sz eam⁹ nos: qz sic voluit esse socius in aduersis, q̄ fuerat in p̄speris. Legit de cesare q̄ nauē dixit militibus. Ite illuc sed venite. Dicebat em̄ q̄ labor cū duce partit⁹ minor videt̄ ee militibus. Nec dixit moriamur ante illū qz hoc nullius fuisset vtilitatis cū ianua nō esset apta: nec post cū qz viuere post eum nō reputabat vitā: sz mortē. Sz dixit moriamur cum eo. Sciebat em̄ q̄ beat⁹ eēt ille qui cū eo morereturi sicut patet in latrone. Tertia fuit vox incredulitatis cū dixit. Nisi videro in manib⁹ eius fixurā clauoꝝ &c. qz em̄ ab aliorū cōgregatione recessit: nō icredulitatē incurrit & xp̄m videre nō meruit. Quatnor em̄ mala incurrit qui a cōgregatione recedit. Primū est qz spū sancto nō vinificat. Anima enim non vinificat membra separata: sz cōiuncta. Scōm est qz a diabolo citi⁹ superat. Naz; scōm Greg. Colūba ab agmine separata ab accipure rapit, ouz a grege diuisa cito a lupo denorat. Diabolus em̄ semper desiderat singulare certamē quod significatū est. j. Reg. xvij. i golia. Tertium est q̄ gratia deficiente tēptatiōis extinguitur. Una em̄ candela cito a vento extinguit. nō sic multe cōiuncte. Quartuz est quia citius a diuersitatib⁹ frangit. Una em̄ virga cito frangit: nō sic multe simul ligate. Quarta fuit vox multe fidelitatis cuz dixit. Dñs me⁹ & deus meus. Thomas em̄ cōcepit magnū timorē honorē et amorē. Timorē ex quo videbat viuū quē credebat mortuū. Jdeo verbū timoris pōit dicēs: dñs. Honorē ex eo q̄ ip̄m videbat scire absentia vt p̄scientia occulta vt manifesta tāq̄ deū. Jdeo verbū honorationis & adorationis pōit dicēs: deꝰ. Amorē ex eo q̄ videbat ipsuz ꝓpter se solū reuocādū venisse. Jō verbū amoris ponit dicēs meꝰ. Scōo ponit pietas magistri: cū dicit. Altitudo leuauit manus suas. Nā leuauit deꝰ quadruplicem manū ad quadruplicē Thome aplī vocē. Prio ad vocē familiaritatis leuauit manū sue sapiētie: cū p̄sūdū misteriū ex posuit dicēs. Ego sum via veritas & vita. Ipse em̄ est via p quā im⁹: veritas qua ducēte imus: & vita ad quā viuim⁹. Secūdo ad vocē cōstantie pbitatis leuauit manū potētie q̄ lazarū resuscitauit. Magna potētia resuscitat mortuū maior q̄ triduanū, maxia fetidū. Est aūt mortuus qui mortaliter peccat: quatriduan⁹ q̄ sepelitur: fetidus q̄ p̄generat. Tertio ad vocē incredulitatis leuauit manū mie cum dixit. Infer digitū tuum huc &c. Magna mia: qz certificauit eum per auditū: quādo et locut⁹ fuit: p visum et factū. j. Joh̄. j. Quod auditum⁹ & q̄ vidim⁹ &c. Quarto ad vocē felicitatis leuauit manū finalis sentētie cū dixit. Quia vidisti &c. Ubi notandū q̄ nō quelibet fides facit homi nem beatū: sed fides recta quā nō habēt heretici. j. Thim. iij. Discedēt q̄dā a fide &c. Perfecta quā nō habēt mali christiani. Jaco. ij. Fides sine operib⁹ mortua est. Veritate imitra quā nō habēt curiosi. j. Cor. j. Judei q̄ signa petūt. Fortiz & firma: quā nō habēt instabiles & indocti. Luc. viij. Ad tempus credunt & in tempore tentationis recedunt.

¶ Sermo.xv. De eodē. Sermo.iij.

Ego suz via veritas ⁊ vita. Joh.xiiij. Istā responsionē dedit xp̄s ad iterrogationē Thome qñ dixit ei. Domine nescimus quo vadis ⁊c. Pōt tñ hoc sibi conuenire ex eo qr iuit ad xp̄m ꝑ viā fidei veritatē operis: ⁊ vitā charitatis. Fides autē dicitur via: iuxta illud Esa.xxx. Hec est via ambulate in ea neq; ad dexteraz neq; ad sinistrā declinabitis. Eius aūt fides fuit in triplici statu. Primo in statu dubitationis: cū dixit. Nisi videro ⁊c. Et inde vocat̄ dyndim⁹ ꝓpter dubiū cor i fide. Secūdo fuit in statu cōfirmatiōis cū dixit. Dominus meus ⁊ deus meus: ⁊ inde dicitur. Thomas id est abyssus: qr tūc secūdū Bedā altitudinē diuine virtutis: fide certa penetrauit. Tertio fuit in statu cōsummatiōis in quo mō est ⁊ inde dicit̄ Thomas q̄si totus me⁹ in dei scz amore ⁊ cōtēplatiōe. In p̄mo ergo statu fuit i fide dubi⁹. In scdo in fide firm⁹. In tertio eorū q̄ tentant̄ adiutor potētissim⁹. Pōt em̄ mō nos iuuare: qr in dei potētias introductus sit qr tentationē fuit. expert⁹. Eccli.xxxiiij. Qui nō est tē[illegible] q̄d fecit: ille dz velle: qr est a deo mi[illegible] cōsecut⁹ vt sibi dicat̄. Mat.xviij. Nōne ergo oportuit ⁊ te misereri conserui tui sicut ⁊ ego tui misert⁹ sum? Scdo iuit ad dei ꝑ veritatē bonorū operū. Et ista sunt tria. Prima sūt opera pietatis ⁊ mīe. De quibus dr ad Gal.vj. Dū tēpus habem⁹ operemur bonū ad oēs Ista opa thomas habuit q̄ totū thesaur̄ regis in die pauperibus dispēsauit ex dei prouidētia. Et ista opa hoīem sctm̄ faciūt ⁊ ostendunt. Alia sunt opa virtutis ⁊ gr̄e sicut fides spes ⁊ cetere virtutes. Joh.vj. Hoc est op⁹ dei vt credatis in eū quē misit ille. Ista thomas habuit q̄.xij. grad⁹ virtutū distinxit. Et ista hoīem sanctū faciūt sz nō ostēdūt. Qr sicut dr Job.xij. Deridetur iusti simplicitas ⁊c. Alia sunt opa admirationis ⁊ glorie sicut sunt miracula. Ista thomas habuit: qr multa miracula fecit: et ista scdm Greg. Hoīem sanctū nō faciūt sz ostēdūt. Tertio ad deū iuit ꝑ viā charitatis: sicut em̄ dr.j. Cor.xiij. Charitas est vita oim v̄boꝝ: vñ dr. Si linguis hominū loquar ⁊c. oim sciētiaꝝ: vñ sequit̄. Et si habuero ꝓphetiā oim virtutū: vñ sequit̄. Et si habuero oēm fidē oim operū: vñ sequit̄. Et si distribuero in cibos pauperū ⁊c. oim passionū vñ sequit̄. Et si tradidero corp⁹ meū ita vt ardeā ⁊c. Istā vitā charitatis thomas habuit: qd̄ ptz ꝑ tria signa. Primū ē qr ꝓ xp̄o mori desiderauit: cū dixit Joh.xj. Eam⁹ ⁊ nos moriamur cū eo. Scintille em̄ exterioris feruoris indicabant ignem interioris amoris. Scdm est qr multa tormēta pro ipso sustinuit. Cant.viij. Aque multe non potuerūt extinguere charitatē. Aurū em̄ charitatis manifestat̄ in igne tribulationis. Tertium est ex eo q̄ oculos carneos erectos ad celū habuit vbi est em̄ amor cordis: ibi est ⁊ ocul⁹ corporis. Mat.vj. Ubi est thesaur⁹ tuus ibi est et cor tuum. Habebat em̄ in celo triplicē thesaurum, scz deū. Numeri.xx. Aperi eis thesauruz tuū fontē aque viue. Merita suorū operū. Math.vj. Thesaurizate autē vobis thesauros in celo. Et celestium premiorum.xiij. Simile est regnum celorum thesauro abscondito in agro. Thesaurus enim glorie modo absconditus est in agro mā̄sionis eterne.

¶ Sermo.xvj. De eodē. Sermo.iiij.

Qui manet in me ⁊ ego in eo: hic fert fructū multū. Johan.xv. Sctūs thomas mā̄sit in eo ꝑ cōtinuā ꝓtectionez. Et ideo thomas multuz fructū attulit ꝑ p̄dicationē. Circa primū notandū q̄ thomas in christo mā̄sit tripliciter. Primo ꝑ fidē integrā q̄ autē fidē integrā habuit nō tātū pz ex sua ꝯfessione qua dixit. Dñs me⁹ et de⁹ me⁹: sed ēt ex quatuor scz ex eo q̄ xp̄s ei⁹ fidē approbauit: cū dixit. Qr vidisti me credidisti ⁊c. Aliud quidē vidit ⁊ aliud credidit hominem vidit ⁊ deū confessus est. Secūdo patet ex eo q̄ s̄m Chryso. magos baptizauit. Ex quo patet quātā in fide excellentiā habuit, q̄ primitias fidei gentiū baptizare meruit. Tertio ptz ex eo q̄

in ciuitate sua edissa vbi corpus suū quie scit nullū hereticū vel infidelē viuere ꝑmittit. Ex quo patet quātū sit defensor fidei q̄ nullū iuxta se infidelē viuere ꝑmittit. Quarto ptz ex eo qr q̄ nō pōt errare suā fidē imitari petit sicut in orōne ꝯtinētiā. Scdo māsit in xp̄o ꝑ obediētiā perfectā. Obediuit em̄ sibi totaliter: velociter ⁊ ꝑseuerāter. Totalr q̄dē qr de se nihil sibi retinuit. lz em̄ pri⁹ dixerit. Dn̄e quo vis mitte me p̄terq̄ ad indos. tn̄ hoc correxit postea dicēs. Deus me⁹ es tu ⁊ ego seruus tuus: fiat volūtas tua. In hoc em̄ imitat⁹ est magistrū suū q̄ ait. Mat. xxvj. Pater si possibile est transeat a me calix iste ⁊c. Obediuit velociter: qr mox in indiā est ꝓfect⁹. Ber. Uer⁹ obediēs māda tū nō ꝓcrastinat: sed parat aures auditui: pedes itineri man⁹ opi: ⁊ se totū ītra se colligit, vt mādatū peragat impetrātis. Obediuit ꝑseuerāter: qr vsq̄ ad mortē exēplo xp̄i. de q̄ dr ad Phil. ij. Factus est obediēs vsq̄ ad mortē. Tertio māsit in xp̄o ꝑ charitatē sincerā: ꝙ em̄ hāc charitatē habuit: scz ꝑ tria signa. Prluz ē: qr fuit ꝯtēptor terrenoꝝ, qr oīa q̄ rex indie sibi tribuit erogauit pauperib⁹, nec aliq̄d terrenū ab eo accipere voluit. Chry. Uere nō hz suꝑ terrā q̄d amet: q̄ donū celeste ī veritate gustauerit. Scdz est ꝙ fuit cōtēplator celestiū cui⁹ signū est: qr ī nuptijs nō māducabat sz oculos ī celū erectos habebat. Mat. vj. Ubi ē em̄ thesaurus tuus ibi est ⁊ cor tuū. Tertiū: qr erat auditor auid⁹ diuinoꝝ: sicut ptz ī puella hebrea: quā dei laudē sepe repeter̄ satagebat. Indiciū em̄ amoris est loq̄ libēter ⁊ audire de amato. Joh. viij. Qui ex deo est v̄ba dei audit. Scdo xp̄s in eo mansit ꝑ cōtinuā ꝓtectionē: q̄d ptz ꝑ tria signa. Primū est magna puritas: xp̄s ei nō manet nisi ī corde puro. Thomas aūt intātū puritatē dilexit ꝙ ipsā castitatē vocat turriz fontē ⁊ dei ministrā. Turriz ꝓpter suā excellētiā: qr sicut turrz trāscēdit domū: sic virginitas matrimoniū. Hier. Sicut poma ex arbore: frumētū ex stipula. auruz ex terra: ita virginitas ex nuptijs nascit̄. vocat eā fontē ꝓpter fecunditatē. Idē nuptie replēt terrā virginitas paradisum: vocat eā dei ministrā: qr v̄gines deo assistūt. Apo. xiiij. Hi sequūtur agnū q̄cūq̄ ierit. Scdm signū est magna potestas quam habuit in miraculis faciēdis: qr multos sanauit: q̄busdā dādo medicinā purgatiuā sicut regi indie: ⁊ pluribus alijs quos a peccatis purgauit: q̄busdā medicinā melioratiuam: sicut illis quos ad virginitatē induxit: quibusdā medicinā cōseruatiuā: sicut illis quos ad dādū eleemosynā ꝓuocauit. Eleemosyna enīz gratiam dei cōseruat: iuxta illud Eccli. xxix. Gratiā hōis quasi pupillā cōseruabit: quibusdā medicinā p̄seruatiuā sicut illis quos ad audiēdū v̄bū dei induxit. Uerbū em̄ dei a casu preseruat: iuxta illud p̄s. In corde meo abscōdi eloq̄a tua vt nō peccem tibi. Tertiū signum est magna firmitas quā habuit ī tormētis. Sz oīa ista tormēta que sustinuit christ⁹ sibi in gloriā cōmutauit. Nā a ꝑcutiēte maxillā accepit iustam vltionē: incarcerat⁹ a rege recepit honorificā liberationē: super laminas adustus accepit fontz emanationē in fornacē ꝓiectus accepit roris refrigerationē lanceis ꝑforat⁹ accepit felicem coronationem. Tertio multum fructum attulit: quia multos conuertit ⁊ cōuersos nutriuit, verbo, exemplo, et corporali subsidio: verbo quidez quia sollicite predicauit assimilando verbum dei collirio emplastro: potioni: ⁊ cibo sicut in legenda patet. Nam quosdam ad fidem illuminauit: istis apponebat collirium. Quosdam a tumore superbie frangebat istis apponebat emplastrū. Quosdam ad cōfessionem inducebat: istis dabat potionem. Quosdam enim timidos confortabat istis dabat cibum. Scdo cōuertebat ⁊ nutriebat exēplo: fuit etiam sibi parcus. Unde etiā in nuptijs abstinebat fuit pauperib⁹ pi⁹ quia eis oīa erogabat: fuit deo fidelis ⁊ deuot⁹: vn̄ dixit dn̄s abane nūcio regis. Habeo seruum fidelem qui omniū laborū mihi mercedem apportat. Tertio nutriebat temporali subsidio quia thesaurū de quo palatiū facere debebat pauperib⁹ erogabat. In hoc ꝓuidit sibi regi: ⁊ pauperib⁹: qr p̄miū ⁊ laudē promeruit. p̄s. Dispersit dedit pauperib⁹. Regi. quia palatiuz in celo fabricauit. Pauperib⁹: qr eos in suo

penuria iunuit.ps. Et audiuit pauperez de inopia ꝛc.

¶Sermo.xvij. In vigilia nativitatis dñi. Sermo primus.

VBi venit plenitudo tēporis misit deꝰ filiū suum sup. in mundū ad Gala.iiij. Circa adue-ū saluatoris in mūdum tria hic determinantur. primum est temporis opportunitas: cū dicitur. Ubi venit plenitudo temporis. Secundū est nascētis sublimitas cū subditur: misit deus filium suū. Tertium est loci congruitas qđ notatur i verbo subintellecto scz in mundum. Ista tria per ordinē similiter in leta annunciatione notātur que modo est lecta in kalendario. Anno inquit Cesaris. Aug. xlij. hebdomada iuxta danielem prophetā. xlvj. olympiade autem centesima nonagesima tertia. Ecce temporis opportunitas. Jesus christus filius dei ecce nascentis sublimitas. In bethlem nascitur. Ecce loci cōgruitas. Circa primum notandū ꝙ ipsa temporis opportunitas determinat scām mortem Romanorū Grecorum ꝛ Judeorum: ꝙ enim dicitur anno cesaris Augu. xlij. est mos romanorū. Mō sequit: hebdomada aūt ꝛc. est mos iudeorū. quod subinfert olympiade autē centesima ꝛc. Est mos grecorū ex his tribus. respondent ista tria verba que sequūtur. Jesus christus filius dei. Nā iesus est hebreū: christus est nomē grecū: filius dei romanum. Apud romanos autem erat imperialis potentia. Apud iudeos sacerdotium ꝛ prophetia. Apud grecos vero sapiētia: per istam ergo tripliceꝫ determinationē dat intelligi ꝙ ille puer ḋ nascitur est rex ꝛ imperator celi: sicut angel⁹ testat dicens. Luc.j. Regnabit in domo iacob in eternum ꝛc. Est ꝓpheta ꝛ sacerdos generis hūani ps. Tues sacerdos in eternū ꝛc. Jo.vj. Hic est vere ꝓpheta ꝛc. est sapiam dei. j. Corin. j. Qui factꝰ est nobis sapia a deo ꝛc. Circa scām scz nascētis sublimitatē: notandū ꝙ homo tria incōmoda incurrerat. eratem inimicus deo: vulneratꝰ a peccato ꝛ exclusꝰ a regno. Contra ista tria ponuntur tria ꝛ dicta annunciationi: cum ḋ: iesus xp̄s filiꝰ deiꝰ dicit Ber. ecce dominus venit cū salute: venit cū vnguentis: venit cū gloria neqz em̄ sine salute iesus: nec xp̄s sine vnctione neqz sine gloria venit filius dei. Qz igit̄ homo inimicus erat deo attulit nobis salutē qđ notat in hoc quod ḋr iesus id est saluator: ꝙ ipse em̄ saluauit nos ḋ nos pr̄i recōciliauit. Ro.v. Cū em̄ inimici essemus recōciliati sumus deo per mortem fil̄ij eius. De ista recōciliatione sic ḋr Aug. in li. cōtra hereses in persona xp̄i. cū esses inimicꝰ patri meo recōciliaui te per me. Cū inter filuas ꝛ montes ꝛ rates q̄sim te hūeris mei portauit te: patri meo red didi te. laboraui: sudaui caput meū: spinis oppositi: manus meas clauis obiecti lāceatus ineum aperuit: tot non dicā iemuȝs: sed asperitatib⁹ lacerat⁹ sum: sanguinem meuȝ fudi: atqz meam posui coniungerem mihi te: ꝛ tu diuideris a me. Secundū incōmodū: qz homo erat vulneratus a peccato. Contra hoc attulit vnctionē: quod notatur hic in hoc ꝙ ḋr xp̄s qui interpretatur vnctus. ps. Unxit te deꝰ tuus. De ista autem vnctione nobis effudit: iuxta illud ꝓphe te. Sicut vngmētū in capite qđ descēdit i barbā ꝛc. per caput intelligit xp̄s qui sine mēsura vnctione spūs sancti fuit perfusus. Jo.iij. Non ad mensuram dat deꝰ spm̄. s. xp̄s per barbā intelligunt prelati qui debēt esse viriles ad virtutes ascēdas: per vestimentum intelligunt contemplatiui: qui sunt ornamētū ecclie per ornā vestimēti intelligunt actiui qui sunt terrenis deditī. vnguētū ergo sacre vnctionis fluit in capite xp̄i per plenissimam redemptionē inde fluit in barbaz an prelatos vt sint flexibiles ad cōpassionem. iij. Reg. xx. Reges israel clementes sunt: misde in vestimētū. i. i cōtemplatiuos vt sint odoriferi p deuotionē. Canti. iij. Odor vnguentorū tuorū sup omnia aromata. inde in ornā vestimenti. i. i actiuos vt sint vnibiles p fraternam dilectionez. ps. Ecce ḋ bonum ꝛ ḋ iocundū habitare fratres i vnū ꝛc. Tertiū incōmodum est qz erat exclusus a regno: ō attulit ꝛ nobis gloriam qđ notatur cū dicit filiꝰ dei. Nā

secundū

secundū Ber.ad eugeniū.xp̄s triplici iure regnum possidet:scilicet iure creationis redēptionis,ꝛ dono patris. Primuz ius totaliter nobis tribuit:qꝛ non creauit propter se:sꝫ propter nos Mat.xxv. Possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi.Scdꝫ ius nobis tribuit quia non est passus propter se sed ꝓpter nos Jo.xij.Moriturus erat pro gēte:et nō,tm̄ pro gente ꝛc.Tertium ius nobis cōmunicat.fecit enim nos fratres suos ꝛ ideo coheredes suos.Ro.viij.Si aūt filij ꝛ hr̄des:heredes q̄dē dei coheredes aūt xp̄i.Tertio ponitur loci cōgruitas: cū dicit̄ in leta annuntiatione. In bethleem iude nascit̄.Circa qd̄ notādū ꝙ sꝫ Ber.triplici morbo laborabat genus humanū.s.in natiuitate vita ꝛ morte:qꝛ natiuitas erat imūda vita laboriosa:mors periculosa.Cōtra primuz xp̄s nascit̄: vt per suā natiuitatē mundā nostrā immūda purgaret̄ Job.xiiij.Quis pōt facere mundū de imūdo ꝯceptū semine ꝛc.Leo papa Reddit;in honorē suū ab antiq̄s cōtagijs purgata natura.Mors morte destruit̄ natiuitas natiuitate reparat̄:qm̄ simul redēptio aufert seruitutē ꝛ gn̄atio mutat originē:ꝛ fides iustificat pctōrē.cōtra ꝑm nascit̄ in bethleem que iterpretat̄ domus panis qꝛ em̄ vita laboriosa erat:iō homo sepe deficiebat.Sꝫ nat⁹ est,panis qui hoiem cōfortat.Jo.vj.Ego sum panis viuus ꝛc.p̄s.Panis cor hois cōfirmat.Cōtra tertiū natus est in bethleem iude que iterpretat̄ cōfitēs.Qꝛ em̄ mors periculosa erat iō homo deū laudare non poterat.p̄s.Nō mortui laudabunt te dn̄e sꝫ per christi natiuitatē erat viuificādus ꝛ sic ad laudandū dign⁹ fuerat:vt possit dicere cū ꝓpheta.Nos qui viuimus benedicimus domino.

¶ Sermo.xviij.De eodem.Ser.ij.

Audierunt ꝙ visitasset dn̄s filios israel: ꝛ ꝙ respexisset afflictionē eoꝝ ꝛ proni adorauerunt Exaudi.iij.In his premissis tria notantur.Primum est nr̄a deuota auditio:cū dicit̄.Audierūt.ꝛc.Ista auditio est quam modo legi audiuim⁹.Jesus christus filiꝰ dei in bethleem iude nascitur:natus est em̄ vt saluaret perditos,iō venit iesus portans salutem.p̄s.Deꝰ autem rex ante secula operatꝰ ē salutē i medio terre.i.in humana carne caro em̄ xp̄i nō d̄r terra sed mediū terre. Natura quidem nostra habuit duplicē extremitatē. Unam qua fuit sub innocētia:aliam qua mō est sub miseria.Christꝰ ergo assumpsit naturā nostrā cū innocentia ꝛ quātū ad hoc participauit cū prima extremitate.ꝛ assumpsit cum miseria.i.cū penalitate:ꝛ q̄tum ad hoc participauit cū scd̄a. Secūdo natus est vt sanaret egrotos: ꝛ iō vocat̄ xp̄s portās vnguētū.Fiunt em̄ vnguēta ex speciebus aromaticis ꝛ herbis virtuosis aliquo liquore ifuso.Species aromtaica est eius diuinitas preciosa ꝛ herba virtuosa est eiꝰ caro incorrupta:qꝛ sicut d̄t.Esai.Ois caro fenū. Liquor infusus eius sanguis preciosus. ex his tribus cōfectū est vnguētū quod omnez sanat egrotum.Eccl.xxxviij.Unguētarius cōfic:et vnguēta sanitatis.Tertio natus est vt reduceret exules ꝛ peregrinos ꝛ iō venit filiꝰ dei portans secum regnū Esa ix.Factus est principatus sup humerū eius.Iste principatus est diuinitas regalis qu āportauit vt nos reges faceret:vel est onus pctōrū quod portauit vt nos alleuiaret.Esa.liij.Uere languores nr̄os ipse tulit vel est crux q̄ ip̄e suis humeris portauit vt nos tanq̄ ad vexillū colligeret.Esa.xj.Leuabit dn̄s signū in nationes ꝛc.Secundo ponitur dei viscerosa cōpassio cū dicitur.ꝛ respexit afflictionem eorum.Circa quod notādum ꝙ sicut dixit Beda homini ex peccato quatuor fuerunt inflicta scilicet ignorantia concupiscentia:impotētia ꝛ malitia.Sed deus oculo cōpassiōis respiciēs cōtra ista quatuor incōmoda misit quatuor remedia de quibus dicit̄.j.Corin.j. Qui fact⁹ est nobis a deo sapientia: iusticia:sanctificatio:ꝛ redēptio.Primū igit̄ incommodū erat ignorantia qꝛ per viaz salutis incedere nesciebat p̄s.viā ciuitatis habitaculi nō inuenerūt:ideo indigebat doctore:ideo deus factus est sapientia docens nos viā duplicem:vnā amplectendam ꝛ aliaz fugiendā.Mat.vij.lata

porta ⁊ spaciosa via que ducit ad ꝑditionē. Scdm incōmodum erat impotentia quia nullum bonū facere poterat per qd iustificari posset: qꝛ sicut dicit. Esa. liiij. Omnes iustitie nostre quasi pannus mēstruate: iō indigebat iustificatore ꝓpter hoc factus est nobis iustitia: ad Ro. v. Iustificati ergo ex fide pacem habemus ad deū ꝑ iesum christum. Tertiu incōmodū erat malitia. habebat enim voluntatē in malo obstinatā: ⁊ a diabolo ligatam: iō indigebat redemptione. Et ꝓpter hoc factꝰ est nobis redēptio. ps. Redimet in pace aiam meam ab his qui appropinquant mihi quādo inter multos erāt mecum. Et dicit inter multos quoniam multi demones cōueniūt ad faciēdum istam cathenā: vnus ponit suggestionez, alius ducit ad delectationē, alius ad cōsensuz, alius ad opus: alius ad cōsuetudinem. Et ideo dicit mecū qꝛ hō sepe iuuat diaboluz. Quartū incōmodū est concupiscētia: homo em̄ erat totꝰ morbo infectꝰ: et mala concupiscētia inflāmatꝰ, ideo indigebat sanctificatione. Et ꝓpter hoc factꝰ est nobis sctificatio. ad Ephe. v. vt exhiberet sibi gloriosam ecclesiā nō habētē maculā neqꝫ rugā. Non em̄ debemꝰ hr̄e maculā i cogitatiōe nec rugā in ope: nec aliq̄d hmōi i sermone. sꝫ debemꝰ eē gliosi in cogitatiōe: i sermone ⁊ ope Tertio ponit humilis ⁊ ꝓfunda oratio cū dr. Et proni adorauerūt sic ⁊ mō adorauimus: ꝙ fit triplici de causa. Prio vt xp̄m natū honorifice suscipiamus. Ipse eniz nos a deo honorauit qꝛ fecit nos sibi similes: ⁊ hoc in creatione fecit nos fratres ⁊ hoc in redēptione faciet coheredes ⁊ hoc in glorificatione. Et ideo merito debemus ip̄z honorare qui tam multipliciter nos honorauit. Scdo vt sibi gr̄as referamꝰ. Modus referēdi gratias aliqñ fit per solam vocis expressionē, aliquādo per manuum eleuationē: aliquādo per genuflexionem aliquādo ꝑ totā corporis ꝓstrationē sicut modo fecimus: hoc significatum est Geñ. xvij. Ubi abrahā audita natiuitate futura Isaac cecidit in faciē suā ⁊ adorauit gratia scilicet referendo. Tertio vt nos mortales recognoscamus ac si quilibet dicat ideo in terrā me prosterno qꝛ mortalem me esse cognosco Gen. iij. puluis es ⁊ i puluerē reuerteris idest ꝑm Aug. Puluis est animatꝰ cū nō eras: ⁊ in puluerem reuerteris inanimatus qd eras.

¶ Sermo. xix. De eodem sermone. iij.

Cras egrediemini ⁊ dominus erit vobiscum Iosaphat ergo ⁊ iudas ⁊ oēs hitatores hierusalē ꝓni ceciderūt in terrā coram dominos adorauerunt. ij. Para. xx. In verbis premissis tria tanguntur. Primo ponitur nostra xp̄o cras deo veniēti deuota obuiatio cū dr. Cras egrediemini. Egrediemur quidē cras supra nos intra nos ⁊ extra. Supra nos egrediemur aliqñ ꝑ excessuz ratione. Act. xj. Uidi in excessu mētis mee visionē aliqñ sublimitatē cōtēplatiōis. Job. xxxv. Suscipe celū ⁊ intuere ethereaꝙ altior tesit. Prio ergo cras egrediemini supra vos per excessum rōnis: quia illud misteriū dñice natiuitatis excedit nostrā rationē: imo etiā angelicū intelliectū: vñ Joā. ait Cuiꝰ non sunt dignꝰ vt soluā corrigiam calciamēti. In i carnatione q̄ppe vt dicit. Grego. venit ad nos diuinitas calciata. Calciamētum aūt mediante corrigia pedi adiungit. Calciamētū igitur est caro christi. Corrigia est eius anima qua mediāte diuinitas coiūcta est carni. In hoc ꝙ dixit se non sufficere medium. i. aiam. dat intelligere ꝙ nō erat sufficiēs cognoscere aliquod extremorū. s. nec diuinitatē eternā: nec carnē de virgine genitam. Secūdo egrediemur supra nos per sublimitatē comtenplationis: quia contemplationi tante dignationis vocare debemus Eccl. ij. trāsiui ad contemplādū sapientiā. Canti. iij. Egrediemini filie sion ⁊ videte regē salomonem in dyademate ⁊c. vocatur caro christi dyadema: quia fuit nobis causa victorie corone. vel dicitur dyadema: quia ex omni ꝑte fuit clausa nec alicui vicio vel tentationi fuit aꝑta. vel dicitur dyadema quia sola figura circularis vna tantuz linea clauditur. caro aliorum facta fuit duabus lineis. i. cōmixtione vtriusqꝫ parentis. caro autē

xpi vna tantū linea fuit figurata: qz tm̄ ex carne v̄ginis fuit formata Scdo cras egrediemur vel potius ingrediemur intra nos. Et iste ingressus aliqñ hz fieri p ineternam meditationē. Geñ. xxiiij. dicit̄ de Isaac egressus fuit in agrū ad meditādum. Aliqñ per suauē deuotionē Iudicuz. iiij. De forti egressa est dulcedo Sic ꝛ nos cras debemus egredi per internā meditationem: quia tantū beneficiū sem p meditari debemus. Proū. xv. Mēs iusti meditabit̄ sapiam. Deuter. vj. Meditaberis sedens in domo tua: ꝛ ambulās ꝛ dormiēs atq; cōsurgens. Et ponit̄ ibi triplex situs corporis. s. stare: sedere ꝛ iacere. In stādo totū corp⁹ laborat per qd̄ intelligit̄ labor actionis. in iacendo totū corpus quiescit: per qd̄ ītelligitur quies cōtemplationis in scdo partim quiescit ꝛ partim laborat: per qd̄ intelligit̄ vita composita ex vtraq; Uult ergo dicere q̄ istud bñficiū meditari debēt actiui et cōtemplatiui ꝛ perfecti. Debemus ēt egredi siue ingredi per suauē deuotionē ītra nos. Unde cantat ecclesia. Hodie per totū mundū facti sunt mellifluī celi. Et dt̄ celi pluraliter: qz factū est mellifluū celum materiale: qñ stellā magnam destinauit. Celū spirituale. i. virgo btā: q̄ dulcedinem paradisi ꝓtulit. Eccl. ij. Breuis ī volatilibus est apis ꝛc. Celum rationale. i. magi ꝛ pastores q̄ tāta sunt dulcedine affecti q̄ illi sua regna ꝛ isti suos greges reliquerūt Celū intellectuale. i. angeli qui tanta suauitate sunt repleti q̄ celū reliq̄runt ꝛ ad pueri cunabula cucurrerūt. celū supsubstātiale seu diuinum qd̄ deificū cōiter appellūt̄. i. de⁹ pr̄ q̄ hodie suā dulcedinē ad nos misit. ps. Dedit eis mānā ad māducādū. Tertio egrediemur cras extra nos Et iste egressus aliqñ hz fieri per extasim amoris. Dyonisi⁹. Est autē extasim faciens diuin⁹ amor nō dimittēs sui ipsorū esse amatores: sed amandoꝝ. Aliquādo p actionē gratiarū ꝛ laudis. j. Tim̄. ij. Leuātes puras man⁹ ꝛc. Isto āt duplici mō cras extra nos egredi debemus vcz p extrasim amoris. Amor em̄ sicut dicit Dionysi⁹ facit extasim in deo, qz nobis dignat̄ ꝓuidere. In angelo: qz nobis dignat̄ ministrare. In homine imperfecto qui per amorē anime videt̄ deficere: sicut ptz ī paulo q̄ dicit. Uiuo ego. iaz nō ego ꝛc. Sic ꝛ hodie p amorē egressus est de⁹ extra se ꝓpter nimiā hūiliationem. Itē angel⁹ ꝓpter nostrā exaltationē ꝛ virgo beata ꝓpter nostrā inauditā ꝑturbationē. Debem⁹ etiā egredi extra nos p gr̄arū actionē ꝛ laudis, qd̄ significatū est Exo. xv. Ubi dicit̄ q̄ maria sumpsit tympanū ꝛ p̄cinebat dicēs. Cātem⁹ dño ꝛc. Tympanū fit de corio ī ligno extenso ꝛ virga percusso. Per coriū intelligit̄ xpi corp⁹ qd̄ fuit albū in natiuitate: rubicūdū in cruce ꝛ nigrū in morte: ꝛ fuit extēsum in ligno crucis. ps. extendēs celū sicut pellē. fuit ꝑcussū disciplina pr̄is. Esai. liij. Propter scel⁹ populi mei percussi eum. ex ista ꝑcussione resonabat tynitus pie conquestionis in aurib⁹ patris amoris in auribus matris, doloris in auribus humani generis. Thren. j. O vos omnes qui transitis ꝛc. Et charitatis in auribus hostis qñ dicebat, Pater ignosce illis. Scdo ponit̄ pñtie xpi corporalis exhibitio. cū dr̄ ꝛ dñs erit vobiscum. Dñs importat potestatem honorem ꝛ timorem. Hoc autem quod dicit vobiscuz ecōtrario importat equalitatem: humilitatē ꝛ amicabilem amorem. Est ergo sensus: ille qui erat dominus per potestatē cras erit vobiscum per nature equalitatē. Heb. ij. Nō confundit̄ eos vocare fratres ꝛc. Ille q̄ erat dñs per honorē ꝛ reuerentiā cras erit vobiscū p humilē presentiā. Phil. ij. Exinaniuit semetipm̄ ꝛc. Ille q̄ erat dñs p timorē cras erit vobiscū p amicabilem amorē. Aug. Ama amorem illi⁹ q̄ amore tui amoris descēdit in vterum virginis. ꝛ ibi amorē suū amori tuo copulauit Hmmiliādo se subleuando te coniungendo naturā sue eternitatis limo tue mortalitatis. Tertio ponit̄ nostra profunda humiliatio cū dicit̄. Ceciderunt proni in terram corā domino ꝛ adorauerūt. Est autē adoratio recognoscere in deo plenā dominationem. et ista recognitio habet fieri corde, ore, corpore. ꝛ munere. Corde quatuor modis: scz fide vt in eū credam⁹ tanq̄ in summe verū. amore, vt ip̄m diligam⁹ tanq̄ summe bonū: timore, vt ipsum metuamus tanq̄

omnipotentē spe: vt in ipsum speremus tanq̄ misericordem Iste autē sunt quatuor species aromatice q̄ ponunt in dyademate. Primā tamen speciem non habent heretici siue homines vani qui plꝰ credunt fabulis q̄ verbis diuinis. Secūdam non habent auari qui plus diligūt nūmum q̄ deum. tertiam non habēt presumptuosi: quartā non habēt desperati. Sed etiā fieri debet hec recognitio ore: vt scilicet ipsum laudemus benedicamꝰ ⁊ adoremꝰ. Habet etiā fieri corpore scilicet inclinatione genuflectiōe: ⁊ prostratione habet fieri munere vt scilicet in signū diuinitatis atq̄ dominij oblationes ⁊ primitias sibi demus.

¶ Sermo.xx. De eodē. Sermo.iiij.

Hec dies boni nuncij est si tacuerimus et noluerimus nunciare vsq̄ mane sceleris arguemur. iiij. Regū.vij. Ex his verbis habetur q̄ hec dies sit gratiosa: quia est dies boni nuncij. Et est gaudiosa: quia non debemus a laude tacere. circa primum notādum est q̄ est duplex annunciatio. scilicet serpentis ⁊ angeli celestis. de prima dicitur Genesis. iij. Cur precepit vobis Deus ⁊c. De secunda dicitur Luc.ij. Ecce euāgelizo vobis gaudium ⁊c. In prima quatuor fuerūt. scz dubietas ex parte mulieris: cū dixit. Ne forte moriamur Falsitas ex parte serpētis. Fatuitas ex ꝑte hominis. Et seueritas ex parte dei penā irrogantis. Et ista quatuor fecerunt illam diem esse diem mali nuncij. Et quāuis illa quatuor tunc inchoauerunt: tamē totum genꝰ humanum postmodū occupauerūt. s. dubietas in sperandis, falsitas in credēdis, fatuitas in diligendis, ⁊ seueritas in penis irrogandis. Secūda est annunciatio angeli celestis in qua quatuor ponūtur scilicet q̄ natus est nobis saluator natus est xp̄s natus est dominus natꝰ est panis qr bethleem iuda ita q̄ saluator attulit eternam salutē xp̄s vnctionē dn̄s legislatiorez ⁊ panis suauissimā refectionē. Et ista quatuor remedia sunt cōtra quatuor incōmoda supradicta: ꝓpter q̄ hec dies est boni nūcij Primo igitur in humano gn̄e erat dubietas in sperādis. Cōtra hoc venit nobis saluator portās eternā salutē. Exa.xxv. Urbs fortitudinis nostre syon saluator ponet in ea murꝰ ⁊ ante murale. Multū ergo sperare debemꝰ: qr saluator factus est fortitudo nr̄a ex eo q̄ nos defendit Murus noster igneus videt: quia hostes cōsumit zacha.ij. Ego ero murus in circuitu igneus. Et antemurale nostrū qr ictus passionis ꝓ nobis sustinuit. scd̄o erat seueritas in penis irrogādis. Contra illud venit xp̄s afferēs vnctionē. p̄s. Unxit te deus deꝰ tuꝰ oleo letitie pro cōcōsortibus tuis. Olim deꝰ erat durus: sz modo est vnctus ⁊ factus est mansuetus ideo dicit Unxit te deus deus tuus. Erat iratus: sed hodie factus est letus ⁊ recōciliatus ideo subditur. Oleo letitie Erat auarus: quia vix volebat modicum gratie sue elargiri sed hodie factus est largus ideo subdit. Pre cōsortibꝰ tuis. Et ideo de plenitudine eius nos oēs accepimus. Tāta est modo abundātia vnguentorū: q̄ ea q̄ erāt dura facta sunt mollia. Quatuor quidē olim erant dura ⁊ inflexibilia: scilicet celum vt aliquem reciperet. angelus vt scz hominē diligeret deꝰ vt hominē recōciliaret ⁊ mors vt omnes asorberet. Sz ista sunt vncta ⁊ facta sunt flexibilia. p̄s. Inclinauit celos ⁊ descendit: ⁊ caligo sub pedibꝰ eiꝰ factū est em̄ flexibile celum materiale vt homines suscipiat. Intellectuale. i. angelus vt homines diligat ipse deꝰ descēdit ⁊ homines recōsiliauit. Caligo sub pedibꝰ eius fuit qr mortē suppeditauit tertio erat falsitas in credēdis. cōtra hoc venit dn̄s afferens nouā legislationē. Esa.xxxiij. Dominꝰ iudex nr̄. dn̄s legifer. nr̄ dn̄s rex nr̄ ipse saluabit nos Scd̄m autem dionysiū ad ꝑfectū dn̄ium tria requirunt. s. preeminentia ꝯtinentia permanētia. Sed deus non videbat dn̄ari in mundo: nec q̄tum ad preeminētiaz. Esa.lxvj. Facit sumus quasi in principio cū nō dn̄areris nostri. Nec q̄tum ad continētiā eiusdem. xxvj. Domine deus noster possederūt nos domine absq̄ te: nec q̄tum ad ꝑmanētiā, qr videbat a dn̄o cecidisse. Esa.xix. Tradā egyptum in manꝰ dn̄orum crudeliū Sed

ho die ihūm dñm recepit. Luce.j. hic erit magnus, ⁊ filꝰ altissimi vocabitur. Ecce preciminētia ⁊ dabit dominꝰ illi sedē dauid patris eius ⁊c. ecce cōmentia ⁊ regni eius non erit finis ecce pmanentia. Quarto erat fatuitas ⁊ incipiditas in intelligēdis. Cōtra hoc venit panis tuus suauitatis. Sapiē. xvj. panē de celo prestitisti illis omne delectamentuz in se habentem ⁊c. Unde cantat ecclesia. et est sumptum de Johele. ⁊ Amos. In illa die stillabūt mōtes dulcedinē ⁊ colles fluent lac ⁊ mel. Per lac intelligitur christi humanitas: per mel diuinitas: p dulcedinē totꝰ xp̄s qui totus erat totꝰ dulcis ⁊ suauis. Quidā autez delectanē circa ea que spectāt ad humanitatem: isti sūūt lac: quidam circa ea que spectāt ad eius diuinitatem isti fluunt ⁊ distillant dulcedinem. Secūdo hec dies est gaudiosa: ideo dicitur. Si tacuerimꝰ Nō eīm debemus tacere corde sz annūciare ore. Corde q̄dē nō debemꝰ tacere: sed magnā exultationez habere ⁊ phe. v. cantātes ⁊ psallētes in cordibꝰ p̄ philip. iij. Gaudete in dño super ⁊c. Istud eīm gaudiū debet esse magnū ꝯtum ad impmissionē: ideo 8z. gaudete in dño Quantū ad perpetuationez ideo 8z. Semp Quantū ad intentionem ideo 8z Iterū gaudete. Quantū ad ostensionē ideo 8z. Modestia vestra nota sit. Quantū ad extēsionē ideo 8z. Omnibus hominibꝰ. Debemꝰ etiā annunciare: ore verbo ⁊ signo. Uerbo. ps. In psalterio decacordo psallā tibi. Per psalterium: decacordū intelligimꝰ xp̄m incarnatū in quo fuerūt qui ꝛ corde. i. vulnera quinq; ostēdētes suā humanitatē: ⁊ quinq; ostēdēdo maiestatē. i. natiuitas supnaturalis: gloria resurrectiōis: maiestas ascensiōis missio spūssancti: ⁊ iudiciaria potestas. Debemꝰ etiā laudare signo. i. corporis prostratione vt christo vicē repēdamus qui totaliter se pstrauit et nihil sibi de se retinuit: nec pprīū amouit. Rom. v. Etem christus sibi nō cōplacuit ⁊c. Nec pprīū sensū. Joā vij. Mea doctrina nō est mea. Nec pprīā volūtatē retinuit. Lu. xij. Nō mea sz tua volūtas fiat. Nec pprīā operationē. Job. viij. A meipo facio nihil: sz nec pprīā sed cōmunē conuersionē. Baruch. iij. Post hoc in terra visꝰ est ⁊c. Unde ergo ꝛ tu fac similiter vt de te nihil retineas nec amorem. Johannis. xij. Qui amat animā suam ⁊c. Nec proprium sensum. Rom. x. Nolite esse prudētes apud vosmetipsos. Nec voluntatem. Matth. xvj. Si quis vult venire post me abneget semetipsum ⁊c. Nec propriam operationem. Galat. vj. Operemur bonū ad oēs nec pprīā cōuersationē. j. Pet. iij. Cōuersationē vestrā inter gētes habētes bonā.

¶ Sermo.xxij. De eodē. Sermo.v.

Oportet solē preuenire ad benedictionem. Sapiētie. xvj. Ortum veri solis crastino celebrandum hodie dupliciter preuenimus scilicet in choro in capitulo. In choro autem tripliciter. Prima preuentio est: quia hec festiuitas natiuitatis dominice hodie in laudibus inchoatur: quod est insolitum ⁊ singulare. ⁊ hoc triplici de causa. Prima est qz hec festiuitas incepit a laudibus tam angelorum qui dixerūt. Gloria in altissimis deo quā pastorum. De quibus dicitur. Reuersi sunt pastores laudantes ⁊ glorificantes deum ⁊c. Secūda est quia omnes creature ipsam laudant. vnde propheta inducit oēs creaturas ad laudādū ihesu christi aduētū dicēs. Letētur celi ⁊ exultet terra ⁊c. Tertia ratio est: quia in ea materia ⁊ ratio omnis laudis. Omnes eīm q̄ cātica laudis ediderūt: aut ediderūt propter immensum gaudiū vt illud. j. Regū. ij. Exultauit cor meum in domino: aut propter completū desideriū: vt illud Luce. ij. Nūc dimittis seruuz tuū domine. Aut propter receptū beneficiū: vt illud Exodi. xv. Cātemꝰ domino gloriose ⁊c. Et sicut fuit canticū Zacharie ⁊ beate marie. Recte igitur hec festiuitas a laudibus inchoatur: qz hodie venit nostrū gaudiuz. Ese. xxj. Gaudete, ⁊ laudate simul deserta hierusalē ⁊c. Nostrum desideriū Aggei. ij. Ueniet desideratus cūctis gentibus: ⁊ nostrum beneficium nobis datuz. Esa. ix. Puer natus est nobis. Scōa preuētio qz ē festiuitas crastina hodie nobis crebro pnūciat. Et fa-

est ecclesia ad similitudinē alicuius ciuitatis, regem aliquem expectātis. Uenit em̄ vn⁹ nuncius qui dicit ꝙ rex quidā venit: sed adhuc multum longe est: et istum nuncium mittit eccelsia in prima dominica de aduentu aspiciēs a lōge ꝛc. Sꝫ qm̄ audiētes regē lōge esse ex hoc posset dubitari ꝙ nimis tardaret: ꝛ ex hoc essent in aliquo merore: ideo mittit secundū nūciū in secūda dominica dicēs. s. Hierusalem cito venit salus tua: quare merore cōsumeris? ꝛc. Deinde mittit tertiū in tertia dominica: q̄ dicit ꝙ iā apparet persona regis dicēs. Ecce apparebit domin⁹. Jam apparet militia regis: cū subditur. Et cum eo sanctorū milia. Jam apparēt. vexilla regis: cū subdit. Habens in vestimento ꝛ in femore suo scriptum ꝛc. Tūc etiā mittit preconē vt omnes conueniāt. ꝛ sint parati. Et hoc ī quarta dominica: cum dicit. Canite tuba in sion vocate gētes ꝛc. Quādo aūt ꝯstat ꝙ crastino est vētur⁹ tūc nō vnū sꝫ plures nuncios mittit. Unus dicit. Hodie scietis qꝛ veniet dñs. Ali⁹ dicit. Cras egrediemini ꝛc. Ali⁹ dicit. Crastina die delebit iniquitas terre. Ali⁹. Cras faciet dñs ītervos mirabilia. Tertia p̄uētio est: qꝛ nr̄a sanctificatio et preparatio nobis p̄dicit. Spōsa quidē debet se p̄parare ꝑm nobilitatez sponsi. De cui⁹ nobilitate dicit Cant. v. Dilect⁹ meus cādid⁹ ꝛ rubicūdus. Cādid⁹ quātum ad carnē purā: rubicūdus quantum ad animā charitate succēsam: electus ex milib⁹ quantū ad diuinitatē verā. Sponsa igitur vt spōso assimiletur debet assumere vestes albas puritatis rubeas charitatis. Prouerb. vlti. Byss⁹ ꝛ purpura indumentū eius: ꝛ varias multiplicis virtutis. p̄s. Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato ꝛc. Secundo preuenimus hanc festiuitatē in capitulo: ꝛ hoc tripliciter. Primo qꝛ singulari modo pronūciatur: cū dicit. Anno Cesaris Aug. xlij. ꝛc. ꝛ sit tibi annūciatio in triplici lingua vt dictū est: scilicet ī latina, hebraica, ꝛ greca. Iste em̄ tres lingue laudāt christū in mūdū veniētē: sicut patet hic. Laudāt ipsuꝫ morientē: qꝛ crucis titulus scriptus erat grece, hebraice, ꝛ latine. Laudabāt ip̄m in celo regnātem. sicut patet in missa vbi eius gloriā laudam⁹. Latine: vt patet in epistolꝫ, euāgelijs, ꝛ cātu. Grece: sicut in Kyrie eleison. ꝛ hebraice. sicut ī alleluia et amen. Secunda preuentio est: quia in terrā nos ꝓsternimus vt de sua visitatiōe sibi gratia referam⁹. Exod. iiij. Audierūt ꝙ visitasset dñs filios israel ꝛ proni adorauerūt. Legitur Jone. iij. ꝙ rex indutus est sacco, ꝛ sedit ī cinere, ꝛ om̄es serui idē fecerūt. Rex christus sedet in cruce quādo inductus est carne ꝛ ideo nos debemus sedere in cinere ꝛ nos ꝓfunde humiliare: ꝛ sibi gratias agere tympanū assumētes ꝛ dicētes Exod. xv. Cantem⁹ dño ꝛc. In tympano est forma sperica: pellis extēsa ꝛ melodia. Si ī christo fuit diuinitas eterna, caro crucifixa, ꝛ anima omni iubilatiōe plena. Istū debem⁹ assumere per meditationē ꝛ sibi cantare per gratiarū actionē. Tertia p̄uētio est: quia sermo in vigilia preponitur. Dicit autē Ambrosius super Beati immaculati. ꝙ sermo dei habet illuminare, accēdere, ꝛ mūdare. Nos igit expectamus ortum vere lucis, solis ꝛ ignis. Cōueniēter igitur sermo p̄ponitur vt quia habet illuminare: disponamur ad illuminationem lucis refulgentis. Esa. ix. Habitātibus in regiōe vmbre mortis lux orta est eis, qꝛ habet calefacere disponamur ad calefactionez solis incalescentis. j. Regū. xj. Cras erit nobis salus cum incaluerit sol: qꝛ habet mūdare disponamur ad purificationem ignis cōsumētis ꝛ purgantis. Malac. iij. Ipse enim quasi ignis cofluans.

¶ Sermo. xxij. In natiui. dñi. Ser. j.

Iacob genuit Joseph virum marie. Mat. j. Aug. dicit in lib. de tri. Testimonia quedā venturum prenunciauerunt: quedam venisse testate sunt creature eum per quem facte sunt factum quippe creatorē ꝑ quē facta est oīs creatura oēm creaturā testē habere oportebat. ex his duo eliciunt. Unū qꝛ xp̄ꝫ vētur⁹ multi p̄nūciauerūt. Scdm: qꝛ ip̄m venisse omnes creature testate sunt. ¶ Circa p̄mum

Tertio videbat auxiliū suum qđ notat cū dicit. Et filiū hominis stātē a dextris dei. ij. Paral. xx. Cū ignoram⁹ qđ agere debem⁹ hoc solū habem⁹ residui vt oculos dirigam⁹ ad te. Glos. sup illud. ps. Firmabo sup te oculos meos. Nō auferā oculos meos a te, qr tu semp leuas oculos tuos a me. Quarto videbat ibi palatiū suū quod notat cū dicit. Uideo celos aptos de quo palatio dicit pphe-ta Quā dilecta tabernacula tua dñe virtutū. Sicut em̄ peregrini terram suā a lōge aspiciūt ⁊ quodāmodo salutant: sic ⁊ nos patriam celestē aspicere debem⁹ p fidē ⁊ salutare p deuotionē. Hier. lj. Recordamini pcul dñi ⁊ hierusalē ascēdat sup corda vestra. Tertio necessariū ē anime ꝙ videat qđ notat cū dicit. Uidit celos aptos. Uidit enim aut oculo corporali aut mētali. Si corporali: tūc tria mirabilia secuta sunt. Unū ex eo ꝙ vidit celos aptos cū sm naturam impossibile sit celum aperiri diuidi vel secari Secūdū ex eo ꝙ vidit iesum in gloria patris cū sm naturā impossibile sit ꝙ corpus glorificatum ab oculo mortali in sua gloria possit videri. Tertiū est: quia cū corpus saluatoris nostri sit in celo empireo vidēdo ipm vidit vltra aereū: sydereuz cristallinū vsq ad empireum celū. Impossibile est aūt sm naturā vt ocul⁹ corporalis in tanta distantia possit videre. Nec tamē ista incredibilia videantur cū l scriptura similia legant Sol em̄ per spaciū vni⁹ diei immobilis stetit vt habet Josue. x. decē lineis retrouersus fuit vt habetur Esa. xxxviij. In passione xpi obscuratus fuit cū luna tūc esset in perfecta distantia a sole Si autē vidit oculo mētali: quod cōmuniter creditur tūc dicēdū est ꝙ vidit ex eo ꝙ habuit oculum mētis purificatum: quia fuit plen⁹ fide q̄ habet purificare. Act. xv. Fide purificās corda eorū. Illuminatum quia fuit plenus sapiētia ⁊c. Reuela oculos meos ⁊c. Sanctificatū: qr fuit plen⁹ gratia. Mat. v. Beati mundo corde: quoniam ipsi deū videbūt Irreuerberatum: quia fuit plenus fortitudine. Unde dicit de aquila. Job. xxviij. Oculi eius de longe pspiciēt Deificatum: qr fuit plenus spiritusancto Alias enim videre non potuisset nisi vitalem deificam habuisset.

¶ Sermo. xxxiij. De eodē Sermo. iij.

Elegerunt stephanum virum plenum fide ⁊ spiritusancto Actuū. vj. Beatus stephanus multas ⁊ magnas prerogatiuas habuit propter quas ab apostolis electus fuit. Prima: quia multe dignitatis fuit: que dignitas apparet ex eo ꝙ inter apostolos prior quondammodo est effectus Aug. Licet stephanus ab apostolis diaconus ordinatus sit: ipsos tamen triumphali morte precessit: ⁊ qui inferior erat ordine primus factus est passione: ⁊ qui discipul⁹ est gradu magister cepit esse martyrio ab apostolis est ordinatus sed prior est coronatus. Inter j septem diaconos fuit prim⁹ August. Inter diaconos stephanus nominatus est primus: sicut primus inter apostolos nominatus est petrus. Inter martyres est signifer ⁊ primicerius. Aug. Adhuc laic⁹ diaconū meruit electionē: ⁊ martyrij leuita obtinuit principatum Inter confessores fuit precipu⁹. Confessus est em̄ veram in christo humanitatē: cū dixit filiuz hominis eiusdem cum patre equalitatez cum ait Stantem a dextris virtutis dei. Inter virgines mēte ⁊ corpore fuit incorrupt⁹. Cuius signū est sincerissima castitas: quia ⁊ feminis fuit prelatus ⁊ in vultu angelico demonstratus. Secunda est qr similis angelo elect⁹ fuit: ⁊ apparuit ⁊ hoc propter angelicā puritatē quaz habuit: propter angelicā claritatē qua resplenduit propter angelicam charitatē qua contra persecutores efferbuit. Tertia est qr celorū secreta penetrauit. Uidit ioānes baptista celū apertuz. Uidit paulus dei gloriam raptus in paradisum. Uidit petrus ⁊ quidā alij discipuli christuz transfiguratum. Stephanus autem ⁊ celū apertum vidit ⁊ gloriam dei conspexit: ⁊ iesum glorificatū intuit⁹ fuit. Quarta est quia pro inimicis suis orauit. Orauit autem cum genuflectione: cū clamore: ⁊ cū allegatione dicens prout addit ecclesia. Quia nesciūt qđ faciū. Pro se

autē orādo: nec genua flexit nec clamauit nec allegauit. Beda ꝓ se stans orauit pro inimicis genua flexit quia maior iniquitas maiꝰ supplicādi remediū flagitabat Quinta est quia eius passio passiōi christi multuz similis fuit. Istud assignat glo. dicēs. Sicut christus sic iste falsis testibus accusat. Christus extra portā patitur stephanus extra portā lapidatur. xp̄s ait tanq̄ filius patri. In manꝰ tuas domine cōmēdo spiritū meū. stephanus tanq̄ seruus dixit. Dn̄e iesu xp̄e accipe spiritum meū. Et xp̄s ait. Pater ignosce illis peccatū. Stephanꝰ autē. Dn̄e ne statuas illis hoc peccatū. Sexta est: qꝛ paulum cōuertit. vt dicit. Augu. Si stephanꝰ nō sic orasset: hodie paulū ecclesia nō haberet. de istis duobꝰ discipulis sic ait idē in istis duobus discipulis geminū nobis monstratur salutis indiciū. vt si quis bonus est: imitetur ꝑseuerantiā charitatis in stephano. qui autem malus est sequat exemplū cōuersionis in paulo: nec bonū hominē presumptio iustitie faciat negligentē, nec malum iniquitatis ꝯsideratio faciat desperantē. Sed ille bonū fortiter teneat ⁊ iste malū celeriter deserat. Septima qꝛ quatuor coronas habuit: ideo merito corona interp̄tatur. habuit enim coronam roseā inq̄tum fuit sanguine purpuratus Apoc. vij. Lauerūt stolas suas et dealbauerūt eas in sanguine agni. Eccli. iij. Esto fidelis vsq̄ ad mortē: ⁊ dabo tibi coronaz vite. Habuit coronā aureā: inq̄tum fuit ꝟgo incorruptus Eccl. xlv. Corona aurea sup mitrā eius. Sicut em̄ aurū est incorruptū: sic ⁊ ipsa virginitas, Sap. vij. O q̄ pulchra est casta gn̄atio cū claritate: ⁊ subdit. Immortalis est em̄ memoria illiꝰ. Habuit coronā stellatā inq̄tū fuit p̄dicator lucidꝰ. Dan̄. xij. Qui ad iustitiā erudiūt multos quasi stelle fulgebūt in perpetuas eternitates. Habuit coronā gēmatam inq̄tum fuit vir perfectꝰ p̄s. Posuisti in capite eius coronā de lapide p̄cioso Lapis p̄ciosꝰ habet claritatē, virtuositatē ⁊ soliditatē. Et sig̃t visionez dei q̄ sanctos facit claros in aperta visione ꝟtuosos inuirtuosos de dilectiōe. solidos atq̄ securos in vtroq̄. Octaua quia multa miracula fecit quorum quedā attestātur sue potentie. Ostēdit enim se habere posse sup creaturas superiores: qꝛ celum suis meritis aperuit. Sup creaturas inferiores sicut super quatuor elemēta nā in sui inuentione ⁊ translatione terra cōtremuit pluuiam destinauit: tempestatē mari sedauit. Ignem quē demones exitauerunt in eos retorsit. Quedam sue misericordie attestantur. Quosdā em̄ sanauit in corpore. Nam sicut dicit Aug. in lib. de ciuita. dei septē mortuos suscitauit fratrē ⁊ sororē a cōcussione mēbrorū sanauit septuaginta infirmos a diuersis infirmitatibꝰ in sua inuētione liberauit. Quosdā sanauit in anima sicut paulū qui patiebatur duplicē infirmitatē in anima s. culpe ⁊ ignorātie sicut ipse ostēdit. i. ad Thi. j. Qui priꝰ fuit blasphemꝰ ⁊c. Aug. quo precessit stepha. lapidibꝰ trucidatꝰ illuc paulus secutꝰ est. orōnibus stephani adiutus. Quosdā sanauit simul in corpore ⁊ in anima sicut refert. Aug. i lib. de ciui. dei de marciani infirmo ⁊ infideli. Quedā ostēdit q̄te sit reuerentie nā eius in reuerētia habuit deus qui in loco despecto ipsum manere noluit sed in mōte syon ad locū honorabilē ipsuz trāsferri voluit. Sap. xij. Cum multa reuerētia dispositionis nos. habuerūt angeli quoꝝ voces in aere sunt audite. O felix roma q̄ corpꝰ Stephani hierosolymitani ⁊ Laurētij hyspani: gl̄iosa pignora vno claudis mausoleo habuerūt apostoli q̄ ip̄m secū rome morari voluerūt. Un̄ demō ꝑ filiuz theodosij clamabat. Nō exibo nisi Stephanꝰ romā veniat: qꝛ sic est voluntas apostolorū. Habuerunt ⁊ mortui: qꝛ corpus Laurentij ibi cessit ⁊ medietatez sepulchri vacuam dereliquit.

¶ Sermo. xxxiiij. De eodē. Ser. iiij.

Rubē primogenitꝰ meꝰ principiū doloris mei: prior in donis maior in imperio. Gen. xlix. inter ceteros sctōs beatꝰ stephanꝰ q̄nq̄ priuilegia habuit: q̄ in verbis premissis notantur. Primum est quia filium dei a dextris patris vidit: quod notatur cum dixit Rubē. qui interpretatur videns filiū.

Sunt autez quatuor que requiruntur ad videndum. Unum ex parte vidētis: sicut dicit Anselm⁹. s. vt oculos sanos habeat. Scdm ex parte medij deferētis vt scilicet lux clara refulgeat Tertiū ē ex parte re. videnda ne nimis remota existat. Quartum ex parte medij non impedientis. vt scilicet nullum obstaculum se interponat. ista quatuor beatus Stephanus habuit. Et ideo merito filium dei vidit scilicet oculum purum presentem deuz: splendorem diuinum: ⁊ nullum obstaculum. Et propter ista quatuor dicitur fuisse plen⁹ gratia spiritusancto ⁊ sapientia ac fide. Habuit enim oculū mundū: qr fuit plen⁹ gratia ⁊ veritate: q̄ habet mūdare. Juxta illō Ezech. xxxij. Effundā sup vos aquā mundā ⁊ mundabimini ab oībus inquinamentis vestris. Habuit deū p̄sentē: qr fuit plen⁹ spūsancto. Spūs em̄ sctūs est de⁹ ⁊ iō q̄ hz spiritūsanctū hz deū. habuit splēdorē diuinū: qr fuit plen⁹ sapiētia q̄ est lux diuina. Sap̄. vij. Proposui pro luce habere illā. Nullum habuit obstaculum: qr plen⁹ fide: q̄ peccata habet purgare. Prouerb. xv. Per fidē ⁊ mlam purgātur peccata. Et qr ista quatuor habuit ideo cū apostolo dicere potuit. ij. ad Corin. iij. Nos autem reuelata facie gloriā dei speculantes ⁊c. Secundum eius priuilegium est q̄ inter christi discipulos primus in celo natus fuit: ideo dicit̄ primogenitus me⁹. Aug. Nat⁹ est xp̄s i terris: vt Stephan⁹ nasceret̄ in celis. Jō obit⁹ sanctorū nō mors sz natale vocat̄. Puer em̄ de vtero mr̄is exire cupit: vt recipiat ampliorē locū ad manendū vberiorē cibū ad vescendū, liberiorē aerē ad respirandū: ⁊ maiorē lucē ad vidēdū. Sancti quoq̄ q̄diu sunt in vtero ecclesie habent locū arctū: qr terra exigua est ⁊ punctus. Sapiē. xj. Tanq̄ momētū statere, sic ante te est orbis terraꝝ: ideo exire appetūt vt locū amplū habeant. De q̄ dr̄ Bar. ij. O israel q̄ magna est dom⁹ dei ⁊c. Habent etiā paruū cibū: qr sunt in ꝯtinua esurie: ideo exire appetunt vt sint in plena satietate. p̄s. Satiabor cum apparuerit gloria tua. Nō habent etiā libertatē aeris. id est diuine refrigeratiōis vt respirare possint: ⁊ ideo exire appetūt vt i dei eternitate respirēt. Vñ cantat ecclesia. Absorue dñe animas eorum: vt inter sanctos ⁊ electos tuos resuscitati respirēt. Sūt autem in tenebris multiplicis ignorātie: iō exire appetūt vt veniant ad lucē claritatis eterne. Apo. xxj. Claritas dei illuminabit illā Jsta quatuor beat⁹ Stephan⁹ in celo sibi reseruata vidit: ⁊ ideo de vtero ecclesie exire optauit vidit em̄ celū apertum, tanq̄ locuz amplum ad manendum vidit Jesum tanq̄ dulcē cibū ad vescendum. Uidit dei dexteram tanq̄ beatā requiem ad respirādum. Uidit gloriā dei tanq̄ eternā lucem ad videndū. Tertiū priuilegiū est: quia principatuz martyrū obtinere promeruit cum dicitur. Principium doloris mei. i. martyrum cuius dolores reputo meos: ⁊ qr primus ideo merito honorādus. Maxime honoramus martyres dei. s. vt fidei p̄ncipes: intercessores mundi p̄cones regni ⁊ coheredes dei. Jpse fuit princeps fidei inq̄tū ꝓ fide passus est prim⁹. Fulgentius. Heri celebrauimus tēporalem sempiterni christi natalem: hodie celebramus triūphalez primi militis passionem. fuit intercessor mundi: quia primus post christū pro inimicis orauit. Fulgētius. Plus illorū dolebat peccata q̄ sua vulnera. Fuit prim⁹ preco regni. Homo quidē amiserat habitationē celi: gloriā paradisi: ⁊ visionem dei: Sed Stephan⁹ p̄conizatus est restitutionē factā esse homini restitutam habitationem celi, visionem dei, ⁊ gloriam paradisi cū dicit. Ecce video celos apertos, visionē dei. cum addit. Et filiū hominis ⁊c. ⁊ gloriam paradisi: cū dicit. Gloriam dei ⁊c. Fuit etiam primus coheres christi: qr primus hereditauit regnum ꝑ tollerātiam passionū. Tales enim possunt deū conuenire sicut dicit. Ambro. super beati immaculati. Uult deus conueniri vt si quis bene certauerit fructum remuneratiōis expectet. Seruus sum expecto a domino alimentū. Miles sum expecto ab imperatore stipendium. Uocatus sum postulo ab inuitāte ꝓmissum. Quartum priuilegiū est quia spiritusancto plenus fuit: cū dicitur. Prior in donis scilicet spiritussancti, q̄ em̄ donis spiritussancti plenus fuit patet, ex multis signis ple-

nitudinis. Primo quia fuit valde ponderosus. Est autem pōdus eleuās sicut pōdus penarū ⁊ inclinās sicut pondus corporū. Stephan⁹ habuit pondus eleuās quod est pōdus amoris: qꝛ in celum eleuabatur: cum dicit. Uideo celos apertos. Esa.xl. Assumūt pēnas vt aquile ⁊c. ⁊ pōdus inclinās quod est pōdus timoris qđ ad sui inclinationē et considerationē inclinabat. Job.xxvij. Qui fecit vētis pondus. Secundū signum est: quia stabilis ⁊ semper fixus fuit. hebre.xiij. Optimum est, gratia stabilire cor. Tertiū est qꝛ plenitudine sua effudit et plurimū redundauit quod patet quia difficillimū in quolibet amore habuit. Difficillimum in amorem dei est animaꝫ morti tradere in amore proximi necnon pro inimicis orare. in amore sui sensualitatem totaliter rationi subiugare que omnia habuit sicut patet. Quartū signum est quia lapidibus percussus nō murmurauit: nec impatiēs fuit: nec verbo quia non blasphemauit, nec facto: quia non percussit: nec signo: quia turbatus non apparuit. Quintum priuilegium est quia p̄lationem habuit cum dicitur. Maior imperio. Ipse em̄ fuit prelatus mensis viduis altaribus sacris Mēsis apostolorum: collegiū viduarum. Et habuit archidiaconatus officium. iō habuit triplex gen⁹ vite: qđ distinguit Aug. in li. de ciuitate dei scilicet actuosum ociosum et ex vtroq̄ cōpositum. Nam inquātum fuit prelatus mēsis: habuit genus vite actuosum quod cōsistit in labore actionis Inquātum fuit prelatus altaribus sacris habuit genus vite ociosum quod cōsistit in ocio cōtemplatiōis. Inquantum fuit prelatus feminis: habuit genus vite cōpositum: ex vtroq̄ quod consistit in culmine ꝑfectionis. Qui enim feminis preficitur necesse est vt perfectione multiplici decoretur et cetera.

¶ Sermo.xxxv. De eodē. Sermo.v.

Ierusalē hierusalem q̄ occidis prophetas: et lapidas eos qui ad te missi sunt ⁊c. Matt.xxiij. In isto euangelio ponuntur quatuor differentie lapidum. scilicet iudei christus Stephanus ⁊ ipsi lapides materiales vnde August. Dum iudei ad lapides currerent duri ad duros iactabāt in ip̄m pares suos petrus lapidabat qui ꝓ petra lapidabat ⁊ moriebat. Dicunt autē iudei lapides qꝛ sicut dicit. Ambro. sup Luc. lapides sunt deformes ad vsum nudi ad ornandū ac steriles ad fructū: irrationales ad ꝓfectū: sic peccatores sunt deformes ⁊ turpes. Iuxta illud Thre.iij. Denigrata est super carbones facies eorū ⁊c. Sunt nudi qꝛ nō habent ornatū virtutuꝫ. Ezec.xvj. Eras nuda ⁊ cōfusiōe plena. Apo.iij. Nescis qꝛ miseres ⁊ miserabilis ⁊c. Sunt etiā steriles qꝛ nullū fructum bonū faciūt. Rom̄.vj. Nā fruct⁹ eorū mors est. Sunt etiā irrationabiles ad ꝓfectum qꝛ non crescūt sed potius decrescūt. ij. ad Thi. iij. Mali autē hoīes ⁊ seductores ꝓficiunt in peius. Secundo xp̄s dr̄ lapis ꝓ quo stephanus patiebat. Et em̄ est lapis q̄ in edificio sp̄uali ponit in imo: qꝛ est fundamentū qđ edificium sp̄uale regit. j. Cor.iij. Fundamētū nemo pōt ponere preter id ⁊c. In medio autē qꝛ ipsum edificium crescere facit. ad Eph. ij. In quo omnis edificatio constructa crescit ⁊c. In summo qꝛ tanq̄ lapis angularis xp̄o nos iungit. vnde sequit. Ipso summo angulari lapide christo iesu. Tertio stephanus dicit lapis nō quilibet sed quadratus viuus ⁊ politus. Fuit enim quadratus habens quatuor virtutes scili: et tēperantiā in prosperis: qꝛ fuit plenus fide q̄ omnia ꝓspera mundi facit despicere. habuit fortitudinē in aduersis: qꝛ plenus fortitudine. habuit prudentiam in eligendis: qꝛ fuit plenus sapientia. habuit iustitiaꝫ in agendis: qꝛ fuit plenus gratia. Iustitia enim facit hominē gratiosum: qꝛ reddit vnicuiq̄ ius suum. Secundo fuit lapis viuus Ex quo tres ignes sunt accēsi excutiebat. s. ignis celi qui malos arguebat dicēs dura ceruice ⁊c. Ignis amoris quo pro ꝑsecutoribus orabat. Ignis passionis q̄ velut aurum ipsuꝫ ꝓbabat p̄s. Igne me examinasti ⁊c. Tertio fuit lapis politus. Nam ⁊ deus ipsum poliuit quando eum vultum angelicū habere fecit. Et ipse se poliuit: quia omnē tenebrositatem a se abiecit

lucem virtutū induit Ad rom.xiij. Abijciamus opera tenebrarū ⁊ induamur ⁊c. Judei ip̄m polluerunt qñ lapidibus rubigine corporis abiecerunt. Proner.xxv. Rubigine ab argēto ⁊c. Quarto fuerūt lapides materiales qz ibi ad quā tuor fuerunt boni ꝓmo in instrumentum destructiuū carceris. ꝑs. Educ de carcere animā meam ⁊c. Secundo in oblectamentū dulcedinis. Unde cantat. lapides torrentes ejus dulces fuerūt. Deute.xxxij. vt sugeret mel de petra. Tertio in ornamentū diadematis. Omnes eñ lapides facti fuerunt in eius corona lapides pretiosi. ꝑs. Posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso ⁊c. ꝑs. Supra dorsum meū fabricauerūt peccatores. Sicut eñ faber super incudē fabricat coronā regalem: sic iudei super stephanū fabricauerunt sibi coronaz triumphalē que tot hz distinctiones gemmarū quot sunt ictus lapidū. Christ. Sicut ex corona regalium diq̄ fulgores emittunt: ita martyrum corone christi vulnerib⁹ distinctissime omni regum diademate redduntur delectabiliores. Quarto fuerunt sibi in materia pontis. Ex illis enim lapidib⁹ factus est pōs quo stephanus transiuit in celum. Olim deus posuerat Adam in naui innocentie que fracta naui preparauerat hominī tabulam penitentie. quibus dā tamen dedit pontem martyrū ⁊ passionis pro christo assumpte. Beatus autē stephanus p̄ mare huius seculi ad portū paradisi pernauit per nauem: qz innocentiam seruauit. Et per tabulam: quia duram penitentiā non deseruit. Et per pontez quia martyrum passus fuit.

¶ Sermo.xxxvj. De sancto Joāne euāgelista. Ser.j.



Quartum animal simile aquile. Apocalypsis quarto. Cum per quattuor animalia quattuor euangeliste figurentur. Johannes tamen per aquilam dest̄ naturi: et hoc propter quatuor commodabilia que in ipsa aquila reperiuntur. Primo namq; in volatu. habet sublimitatem: sic etiam Joannes tam sublimiter volauit, q̄ omnia visibilia deserens vsq; ad ipsum ascendit. Augustinus sup̄ Joannem. Transcendit Joannes omnia creata cuncta terrarum omnes cāpos: omnes altitudines syderum omnes choros et legiones angelorum. Nisi enim transisset omnia ista que creata sunt nō peruenisset ad deū p̄ quē cuncta facta sunt. Idem etiam dicit super Joannē q̄ nisi esset super omnia elevatus ⁊ totus sanctus nō ascenderet in deum. Distinguit autez Richardus in lib. de trinita. treo spiritus. ſ. spiritū humanum, angelicum, ⁊ diuinuz. Joannes autem transcendit spiritum humanum ⁊ angelicum ⁊ peruenit vsq; ad diuinum. Esa.lij. Ecce intelliget seruus meus et exaltabitur ⁊ elevabitur ⁊ sublimis erit valde. Fuit eñ exaltat⁹ super spm̄ humanū, elevatus super angelicū, sublimatus in deum. Dicit autez Ambrosius in libro sermonum. Volare nō potest nisi qđ purum, leue, ac subtile est. Joānes igitur tā sublimiter volauit: qz pur⁹ fuit sine admixtione eterne auaritie. Fuit leuis sine pōderositate carnalis cōcupiscētie: fuit subtilis sine grossicie supbie. Scđo aquila habet in venando generositatē: cuius generositas est: qz victus suibus parcit non enim circa nidū suū venatur: sz longe a nido. Ceteri euāgeliste in locis vicinis sunt venati. Venat⁹ est enim marcus in locis vicinis, id est i euāgelio matthei quia dicta sua collegit ⁊ in euāgelio suo reposuit. Venat⁹ est matheus in locis vicinis quia carnalem christi generositatē texuit. Venatus est lucas in locis vicinis qz infantiā x̄pi disseruit. Venati sunt oēs in locis vicinis: qz conati sunt oēs ea dicere q̄ christ⁹ gessit in mūdo. Joānes aūt in locis vicinis venari noluit: qz nec dicta aliorum replicauit nec texuit x̄pi natiuitatē carnalē sed celestez: nec x̄pi infantiā sz gloriā sempiternā: nec tantū ea q̄ x̄ps fecit in mundo: sz etiā in celum ascēdens ip̄m verbum reduxit de celo ⁊ in suo posuit euangelio. Eze.xvij. Aquila grādis ⁊c. Et sequit Uenit ad libanū, id est ad celū ⁊ tulit medullā cedri, id est x̄pi q̄ est alta p̄ potentiā maiestatis que habet corticem id est humanitatē: ⁊ medullaz, id est deitatē. Ceteri euangeliste tulerunt corticez

id est versati sunt circa humanitatē. Medullam aūt id est diuinitatē Joānes accepit. iō ſm Greg. ceteri euangeliste per animalia designantur: qr animalia in terra gradiunt. hic aūt per aquilam qr in celum volauit cum xp̄i diuinitatē disseruit. In hoc scdo cōsistit generositas aq̄le ds predā sola nō cōmedit: sed partē alijs derelinquit. Paulus predā quam in celo rapuit solus māducauit quia sibi retinuit: qd̄ hominū loqui non licuit. Sz Joannes predā quā super celos rapuit solus non māducauit: sed eam ⁊ verbis predicauit ⁊ nobis reliq̄t in scriptis. Origenes. Qr igitur paulus verba audiuit que nō licet homini loqui. Joānes intime veritatis inspectator in paradiso paradisorū, id est in cā oim audiuit vnicum verbū ꝑ quod oia facta sunt quod ⁊ licuit loqui et pōt hoib⁹ p̄dicari. Tertio aquila habet in faciēdo nidū astutiā ⁊ caliditatem: quia ibi ponit preciosos lapides habentes virtutē fugādi serpētes. Sic Joānes i nido id est in suo euāgelio ponit lapides p̄ciosos qui fugāt oēs hereticos. Unus lapis p̄ciosus est. In principio, id est in eternitate erat verbū. Iste lapis p̄ciosus fugat serpentē nestorium. q̄ dixit xp̄m habuisse principiū. Ali⁹ est ⁊ verbū erat apud deū. Iste lapis fugat serpētē sabelliū: qui dixit ꝙ nulla in diuinis est distinctio personarū. Alius cū dixit. Et deus erat verbū Iste lapis fugat serpētē arriū qui dixit filium esse minorē patre. Ali⁹ cū dixit. oia per ipsum facta sunt. Iste lapis fugat serpentem manicheū q̄ dixit visibilia a deo creata nō esse. Alius cū dixit. Uerbū caro factum est. Iste lapis fugat serpentes machometis qui posuerunt christum habuisse corpus: non tamen de virgine sumptū: sed de celo delatum quod si esset corpus illud caro non posset cum caro dicat aliquid contextum ex quatuor elementis. Quarto aquila habet visus acuitatē. vñ secūdū. Isid. aquila ab acumine est dicta: Joannes tātā habet visus acuitatē qd̄ in terra positus celestia vidit. Unde ꝓpter eius altissimum intellectū dyonisius vocat eum euāgelij solē: ⁊ eius doctrinam plendidissimum radium. Et sicut aquila pullos suos in solē aspicere facit ⁊ quos irreuerbaratis oculis radios aspicere cōspicit tanq̄ ꝓprios nutrit quos ad terrā respicere viderit tāq̄ degeneres abijcit. Sic Joānes viros spirituales ac celestes diligebat ⁊ fouebat: degētes aūt repellebat. Uñ dr. j. Jo. j. De⁹ lux est et tenebre in eo non sunt vlle. Si dixerimus quoniā societatem cum eo habem⁹ ⁊ in tenebris ambulamus mentimur. Ecce filij degeneres. Si autem in luce ambulamus sicut ipse est in luce societatem habemus adinuicem. Ecce filij spirituales celestes.

¶ Sermo. xxxvij. De eodem sermo. ij.

Beniamin amātissimus domini habitat confidenter in eo. Ipse in thalamo tota die morabitur: et inter humeros illius requiescet. Deute. xxxiij. In his v̄bis notantur quinq̄ priuilegia Joannis. Primum priuilegium est virginitas integra cū dicit. beniamin qui interpretatur filius dextre. Cum enim statui coniugali debeatur fructus tricesim⁹ ⁊ viduali sexagesim⁹: ipsi tamen virginitati debetur fructus cētesimus qui numerus de leua transit in dexterā ⁊ ideo per dextram virginitas designatur. Merito virginitas meruit multas prerogatiuas ⁊ in mundo ⁊ in celo. Nam in mūdo habuit ex hoc cum christo maiorem familiaritatem. Aug. super Joānem. Sunt q̄ senserunt Joannem: ideo plus amatū ꝙ neq̄ vxorem duxit: ⁊ ab ineunte pueritia castissime vixerit. Meruit sapientie sublimitatē. Hier. ꝯ iouinianū. Joānes quasi aq̄la ad superna volat: ⁊ ad ip̄m patrē ꝓuenit dicēs. In pricipio erat v̄bū. Exposuit v̄ginitas: qd̄ nuptie nō poterāt. Meruit cū matre dei societatē. Hier. ꝯ iouinianū vt breui ſmone ꝯp̄hēdā ⁊ doceā cui⁹ p̄uilegij sit Joānes: imo i Joāne v̄ginitas. A dño v̄gine ⁊ mr̄ v̄go v̄gini discipulo cōmēdat. hz etiā merito v̄ginitas prerogatiuā in celo. s. coronā aureolā i capite. p̄s. Gl̄ia ⁊ honore coronasti eū dñe. Modulationē i ore. Apo. xiiij. Cātabat q̄si cāticū nouū ꝛc. Fulgidam vestē i corpore. Eiusd. iij. Ambulabūt mecū in albis. associationē xp̄i. i. ꝓfectionē. Eiud. xiiij. Hi sequunt agnū q̄cūq̄ ierit. ⁊ fructū cētesimū

in remuneratiõe. Luc. viij. Aliũ cecidit in terrã bonã: & ortũ fecit fructũ cẽtuplum. Scõs priuilegiũ est sincera dilectiõ: cũ õr. Amãtissim⁹ dñi. distinguit aũt ipe triplicẽ dilectionẽ. s. fermonis, op⁹, & cordis dicẽs. s. Joã. iij. Diligam⁹ ẽbo neq; lingua tm̃: sz ope & ẽritate ẽt tripler amor. s. ozis opis, & cord. s. iõ dñi õr. diligam⁹ ẽbo &c. dilexit xps apl̃os dilectiõe sermonis qz eos diligẽter instruxit: iõ fuerũt amati di lectione opis, qz ola charismata gr̃arum infudit iõ fuerunt amãtiores Joãnẽ dilexit dilectiõe p̃cord alioũ fuit amãtissim⁹. Hoc voluit vt supra pect⁹ suũ & ibi ẽ fides cordis recũbere: ad innuẽdũ q ipz p̃cordiali amore dilexit. Tertiuz priuilegiũ est mor: is securas: cũ õr habitau & ẽsidẽter cũ eo. Cõsidẽter em̃ in xpo mori potuit qui habuit conscientiaz letificantem. s. Cor. j. Ebia nr̃a hec est testimoniũ pscientie nr̃e bonor⁹ operis affluẽtiã cũcomitatẽ. Job. v. Ingredieris & abũdãtia sepulchrũ. &c. Xp̃m associatẽ. Apparuit nã sibi dñs Jesus xp̃s dicẽs. Veni dilecte mi: tẽp⁹ est vt epuleris mecũ & quinto meo cũ fratribus tuis apl̃oz turbã quenientẽ: qz oẽs ad ea⁹ trãsitũ quenerũt. õr Gen. xlij. Duodecim fratres sum⁹ minim⁹ domi remãsit: alio nõ est sap. Apostoli ẽdẽ duodecim ffes fuerũt: vn⁹. s. Judas nõ erat sup minim⁹. s. Joãnes q ceteris erat iunior adhuc in domo remãserat: & iõ ad ẽm deducẽdũ oẽs quenerũt. Quartũ priuilegiũ est mris dei venerãda cunctodia: cũ õr. Quasi i thalamo tota die mozabit. Ipsecm̃ fact⁹ est paranymph⁹ spõse regis: & iõ tota die in thalamo habitabat. qz spõsam regis custodiebat. Qualis aũt equãt⁹ fuit ille thesaur⁹: talis & tant⁹ fuit iste thesaur⁹. Credẽdũ est em̃ q si xp̃s inuenisset meliorez thesaurũ sibi q̃ẽdasset. Secure ergo in fide ad Joãnẽ deberẽt accedere q̃ hz i ptãte matrẽ gr̃e. Secure & pcõzo: qz hz in potestate matrẽ mie. Secure & mozientes: qz hz in ptãte illã q̃ in morte ab hostibus ptegit. Secure & ale decedẽtes: qz habet in potestate illã q̃ in hora mortis animas suscipit. Unde cantat ecclesia Maria mater gratie &c. Quintum priuilegiũ est honoris magnificẽtia: cũ õr. Inter humeros ei⁹ reqeuit. Magnus honor & magni amoris indiciũ fuit qñ ioannes in xp̃i pectore reqeuit. Debem⁹ ergo nos ipm̃ honozare: qz ipsum honorauit xp̃s angel⁹: tot⁹ cet⁹ apostolic⁹ olim sanctoz laudabilis numerus: xp̃s nãq; ipsum honorauit qñ cũ sup pect⁹ suũ recubuit. Ubi cãtat. Valde honorandus est beat⁹ ioãnes q supra pect⁹ dñi i cena recubuit. Angel⁹ ipsum adorauit qz abeo adorari recusauit, & se conseruũ suũ vocauit. Apoc. xix. Permisit ẽdẽ se adorari a Josue, qz erat calciat⁹: ideo dicit. Solue calciamẽtũ &c. Joãnes aũt pedes affectuum suoz ab omni amore mũdi discalcianerat. Apostoli quoq; ipsum honorauerũt quando ipsum & petrũ ecclãs ecclesie ad samaritanos miserũt vt haberur. Act. viij. Oẽs ẽtã sancti ipz honorauerunt: quia ad eius transitũ cõuenerũt, & ideo totus mundus debet euz honorare, & honore generali inquãtum fuit apostolus, & speciali inquãtũ christi amicus, & singulari inquantũ recubuit supra xp̃i pect⁹ & custos ẽ virgini deputat⁹.

¶ Sermo. xxxvij. De eodem ser. iij.

Dilect⁹ meus mihi & ego illi. Cant. ij. Jsta ẽbũ nõ põt alicui meli⁹ quenire q̃ Joãni q fuit a xp̃o dilect⁹, & qui christũ speciali amore dilexit. Circa ipsam aũt dilectionem quinq; per ordinẽ sunt videnda. Primo quid fuit huius dilectiõis causa. Circa q sciẽdum q prima causa fuit Joãnis puritas & incorruptio Tales em̃ christ⁹ amat. Prouer. xxij. Qui diligit cordis mũditiam ꝓpter puritatem & gratiam labioꝝ, habebit amicuz regem. Et quia adeo purus fuit: iõ christ⁹ cũ eo familiaritatẽ habuit. Eccli. xxij. Volatilia ad sibi similia quenũt. vñ vnũ volatile fuit xp̃s. ps. Ascẽdit christus sup cherubin & volauit. Secundũ fuit beata virgo. Eccli. xj. Bzenis in volatilib⁹ est apis. Tertiũ fuit Joãnes qui in forma aquile est domonstrat⁹. Jsta aũt tria volatilia cõuenerũt: qz specialẽ familiaritatẽ habuerũt. Scõa cã est festina quersio: qz in nuẽtute ad xp̃m. cõuersus fuit. Tales em̃ xp̃s multũ diligit sicut innitur Mat. x. vbi dicit q christus

parunlos amplexat⁹ fuit: man⁹ eis impo fuit bñdixit ipsis nunq̃ alicui sent tales amicitias ostendit. Sufficit nãq; senib⁹q; a xp̃o reganf: iuxta illó. Senex puerum portabat puer aũt senẽ regebat q; ipso nõ ꝓficiant. ꝑo. Ne ꝓficias me in tẽpore senectutis q; ab ipso nõ derelinquant. Et vsq; in senectã ꝛ senũ ne derelinquas me. Tertia causa est ipsius Joannis feruens dilectio. De⁹ em̃ diligit diligẽtes se. ꝓ nerbios. viij. Ego diligentes me diligo. Ipse eũ Joãnes dilexit xp̃m vinẽtẽ cui⁹ signũ est: qr ob sui amorẽ ola derelinquerit. Cant. viij. Si dederit homo oẽm sub stantiã dom⁹ sue ꝓ dilectione ꝛc. Dilexit mortẽ ẽ. cui⁹ signũ est: qr iuxta crucẽ ipse stetit. Dilexit mortuũ eius signũ est: qr ad monumentũ ipse cucurrit. Bern. Qui amat ardẽtius cucurrit velociꝰ, ꝛ puenit citiꝰ. Scõo vidẽdũ est q̃ sunt signa huius dilectiõis. Primũ q̃dẽ signũ est: qr sua secreta sibi reuelauit ꝛ ea q̃ facilit ad instructionem fidei ꝓfecte sicut in euangelio, et vite ꝓficiẽde sicut i epistis, ꝛ gñe ꝓsummã de sicut in apocalypsi. Scõm est: qr magnis gratijs ipsum dotauit. Magnã em̃ gr̃am deputauit sibi Esaias qñ de⁹ fecit iph̃z prophetã suũ Jacob⁹. qr fecit ipsum aplm suũ. Lucas qñ fecit ipsum euangelistã suũ. Aug. qñ fecit eũ ꝓfessorẽ ꝛ doctorem suũ. Agnes qnãdo fecit eã ꝟginẽ et sponsam suã. In Joãne aũt hec ola reperiunt. Tertium signũ est: qr multũ sibi familiarẽ: ideo vocat discipul⁹ quẽ diligebat Jesus Eccle. vij. Amicus in domestiis eis fiducialiter aget. Fecit eũ camerariũ qr in thalamo sui sinus requieuit. Deut. xxxiij. Quasi in thalamo tota die morabit. Fecit eũ secretariũ: qr secreta sua sibi reuelauit. Esa. xlv. Dabo tibi thesauros absc̃onditos et arcana secretoꝝ. Fecit eũ thesaurariũ suũ: qr matrẽ suã reliquit, qõ ad magnaz locũditatẽ ꝛ exultationẽ sibi fuit. Eccle. xvj. Locũditatẽ ꝛ exultationẽ thesaurizauit sup eũ. per q̃ ostdit q; xp̃s nõ tm̃ dilexit ipsum dilectione gñali qua diligit sua precepta seruãtes: iuxta illud Job. xv. Vos amici mei estis si feceritis q̃ precipio vobis. Nõ tm̃ dilectione speciali qua diligit sua secreta scientes: iuxta illó Joã. xv. Vos aũt dixi amicos: qr que cũq; audiui a pre meo nota feci vobis. Sz ẽt dilectiõe singulari qua diligit amicos intimos ꝛ pcordiales. Tertio videndũ est q̃ sit ista dilectio. Dilectio mũdi nõ est vera: qr ꝛ in vita fallit ꝛ in morte deserit, ꝛ post mortẽ amicũ obliuioni tradit. Dilectio aũt q̃ xp̃s Joãnẽ dilexit ẽ vera: q̃ ipm̃ dilexit in vita, vñ vocat discipul⁹ quẽ diligebat Iesus. dilexit i morte: qr eũ ceteris aplis ad ipm̃ mortẽtem accessit. Dilexit post mortẽ: qr ipsum ad suũ ꝓpriũ introduxit. ꝑo. Tenuisti manũ dexterã meã: me. s. i vita i tui amorẽ ꝛ seruãdo, ꝛ i voluntate tua deducisti me. s. i morte diligẽdo, ꝛ cũ gñe suscepisti me. s. post mortẽ deducẽdo me ad ꝓpriũ tuũ. Quarto ẽ videndũ q̃ fuit differẽtia dilectiõis petri ꝛ ioãnis ad xp̃z. Circa q; sciendũ sicut ꝺr Ber. xp̃s diligẽd⁹ est fortiter, dulciter, ꝛ sapiẽter. petr⁹ ergo dilexit fortiter: qr secũ ꝛ i mortẽ ꝛ i carcerẽ ire ꝓmisit. Joãnes dilexit dulciter: qr i sinu suo recubuit. Uterq; dilexit sapiẽt: qr nullis tẽtatiõib⁹ diaboli: nullis ꝓturbatiõib⁹ mũdi: nullis voluptatib⁹ carnis a xp̃i amore poterat euelli. Quito vidẽdũ ẽ q̃ sit dñia dilectiõis xp̃i ad petrũ ꝛ ad Joãnẽ. Uidet em̃ q; pl⁹ dilexerit Joãnẽ q̃m petrũ: ꝛ ẽ petr⁹ pl⁹ vt dilexisse xp̃m q̃m Joãnes. Circa qõ sciendũ q; triplex est dilectio. Una q̃ ꝓsistit i familiaritatis ofñiõe: ꝛ ista magis dilexit xp̃s Joãnẽ q̃m petrũ: qr magna signa familiaritatis Joãni ondit. ex eo q; supra pect⁹ suũ recubuit. ꝛ matrẽ suã sibi recõmẽdauit. Scõa dilectio est q̃ ꝓsistit in donoꝝ exhibitiõe ꝛ ista magis dilexit petrũ: qr maiora dona sibi cõcessit: qr fecit eũ puncipẽ apostoloꝝ, ꝛ suũ vicariũ dereliquit, ꝛ claues regni celoꝝ sibi dedit. Tertia dilectio est que cõsistit in precordiali amore: ꝛ ista vtrũ equaliter dilexit. Ambos em̃ dilexit aqualr affectione anim: qr ambo apud deum erant equalis meriti.

¶ Sermo. xxxix. De eodẽ sermo. iij.

IN gredieris i abundantia sepulchrum sicut infertur aceruus tritici in tempore suo Job. xv. Joannes euãgelista nõ fuit pos sit⁹ in sepulchro sed spõte ingressus est:

t hoc ꝙt iterū renouaret: vt triticū iterū renouatur. Jn ꝓbis igit ꝓmissis tria tangunt. Primum est mortis magna anxietas in hoc ꝙ sepulchrū ꝑponte ingressus est. Valde enī mortī affectabat: qz multuz desiderabat guttare tā dulce cōmūio: vñ ait. Gsus ago tibiqz dignat⁹ eo me ad tuas epulas inuitare: scio qz ex toto cor de desiderabā te. Eccli. xxiij. Qui edunt me adhuc esurient. Desiderabat videre tā dulcē amicū: vñ ait. O dor tuus in me cōcupiscētias excitauit eternas. ꝓo. Qñ veniā t appareboaīs facie dei. Desiderabat videre tam pretiosum thesaurū. i. virginē beatā sibi a deo recōmēdatū. Jbi enī hēbat cor suū vbi thesaurus su⁹. Deside rabat adiungi ad tā locū dū cōsortiū vñ ait. Suscipeme vt cū fratribus meis sim. ꝓo. Ecce qꝫ bonū t qꝫ iocundū habitare fratres in vnum. Secundo ponitur meritorum copiositas: cum dicitur Jn abundantia. Est enī mortu⁹ in abundantia dierum: quia cū esset. xcix. annorū. Gen. xxv. mortu⁹ est abrāā in senectute bona t plenus dierū. Jn abūdātia meritoꝝ: qz i iuuentute seruire incepit: t vsqꝫ ad decrepitā etatē perseueranit. Eccli. xl. Mane semina semē tuū ꝛc. Jn abūdātia ꝓmiorum. Habuit enim coronā vnaz inquātū fuit virgo in corrupt⁹: aliā inquantū predicator gratiosus: aliā inquātū fuit martyr inuictus: quia in oleo fuit assat⁹. Tercio ponit sua felicitas: cum dicit sicut inferē acerui tritici in tempore suo. Triticū enī i horreū inferē vt homo mde nutriat t in suo tpe seminet, t iterū renouet. Sic beatus Joānes in celū est ilatꝰ vt nos nutriat ꝑ sua merita t ipse remouet t in alia ꝑ impassibilitatē t in corpore ꝑ immortalitatē. De morte quidē sua quatuor sunt opiniones. Quidā enī dixerūt ipsum in celo esse cū corpe glorificato: qđ ꝓuenire dicunt dei liberalitati: t Joannis dignitati. Deꝰ ꝺđē sibi valde liberalis fuit: qz corpus suū custodiuit ne corruptiōi subiacere t neoleū ederet, ne venenū noceret, ne gladios deseruiret, ne mortis doloꝝ sentiret. Si igit xp̄s corpi Joānis tā liberalis fuit in mūdo nō debuit m⁹ liberalis esse i celo. Cōgruit etiā dignitati Joānis q in sinu xp̄i recubuit q ꝓpo tā familiaris extitit q virgini societatē fecit a quo angelus adorari noluit. Siergo alioꝝ apostoloꝝ corpora sic honorātur in terris: manifestum est qꝫ corpus Joannis sic honorari debuit: quia tanta excellentia dignitatis ꝓditum fuit. Postq̄ aūt nullus exhibet sibi honorem mūdo: conueniēs est vt corp⁹ ei⁹ corpoti xp̄i t matris eius societatē faciat. in celo sicut fecisse cōstat in mūdo. Alij dicūt ipsum esse defunctū, t alaz glorificatā in celo. Corp⁹ ho in loco horribus ignoto: deo aūt cognito reseruari sicut de corpore moysi ꝺr. Pōt ꝺđē deꝰ in aliquo loco sibi cognito ꝙ angelos ministeriū corpori dilecti sui honorē exhibere diuinū. ꝓcut decet suū hr̄e dilectū. Quare aūt diuina ꝓuidētia indicauerat ipm corpus esse occultādū: inter diuina secreta est hoc numerādū. Tertij dicūt ipsum adhuc viuere: t in paradisum terrestrem trāslatū esse. Tpe aūt antixp̄i ide educet: t ab ipo occidet. vñ ꝺr Theophil⁹. t ꝓbnō negauit ioānē moritur: nā oē qđ oritur moritur: sz ꝺr Uolo eū viuere vsqꝫ ad finem mūdi t tūc patiet pro me martyriū cū helia. Postea subdit. Et si assignet ei⁹ sepulchrū viuēs transit illud t postea decessit. Quarti dicūt ipm adhuc viuere t quēadmodū celi apti sub terra dormit. Et hoc volūt ostēdere ꝑ vbū dñi nī q dixit. Sic eū volo manere donec veniā. Et exēplo moysi quē adhuc dicunt sub terra dormire: t qz i ei⁹ sepulchro nil nisi māna inueniatur: qđ adhuc ibi ꝺr̄ statu ꝺfectiō seruare. vr̄. Sz huic opinioni obuiat. Aug. q ait. Parua gr̄a xp̄s suo dilecto fecisset si ceteris apostolis in gria regnātib⁹ ipse sub terra dormire dicat. Ad vbū aūt dñi q dixit. Sic eū volo manere donec veniā ꝛc. Respōdet. Chry. id est nolo ipz ꝙ martyriū cōsummari sz expectare donec ego veniēs recipiā eū in eterna beatitudine. Ad exēplū autem de moyse respōdet Aug. q scriptura ipm testat fuisse mortuū. Si tn ꝺr q cū helia vinus apparuit potuit deꝰ de facili ipsum suscitare ad horā. Corp⁹ autem eius voluit esse absconditū: ne indei circa corpus eius idolatriam exercerēt. De manna aūt scaturiente respondet. Augu q forte propter hoc fit vt eius mors pretiosa commendetur: quē mortē

martyzium nō commēdat. Uel forte' propter aliam causam quam ignoramus.

¶ Sermo.xl. De eodē Sermo.v.



Ic est discipulus ille quez diligebat Jesus Joannis vlti. Magna progatiua Johānis in hoc perpendit ꝙ ipse specialiter dilectus fuisse perhibetur. Nos vero eius prerogatiuas et priuilegia videam⁹ primum priuilegium est: quia Christus ipsum speciali amore dilexit: nec mirum: quia ipse propter amorem Christi omnem aliū amorem deseruit: scz amorem naturalem id est patris: quem in naui deseruit. Amorē carnalē: scilicet vxoris sue, quā ob amorem Christi contempsit. Amorem mundanum, quia nauem et rhetia et omnia q̄ habuit contempsit. Amorem proprīū, qz ppriam volūtatē dimisit et christo semper adhesit. Matth. xix. Ecce nos reliq̄mus omnia et secuti sumus te: hoc quātū ad desertionē amoris mundani: et secuti sumus te et non nos: et hoc q̄tū ad desertionē amoris ppriū. Et subdit. Et omnis q̄ reliquerit fratres aut sorores, aut patrem et matrē, hoc q̄tum ad desertionem amoris naturalis: aut vxorē, hoc q̄ tū ad desertionem amoris carnalis. Secundum priuilegiū est: quia ad omnia se creta eū admisit sicut ad puelle resuscitationem, et ad gloriosam transfigurationē. Si em Christ⁹ volebat facere gratiā apostolis: ipse erat vn⁹ de trib⁹, sicut ptz in illius puelle resuscitatione et gloriosa trāsfiguratiōe. Si volebat facere gratiā duobus, ipse erat vnus de duobus. Nam ipsum solū et matheū fecit euangelistā et apostolum. Si volebat facere gratiā vni soli: ipse erat ille solus: qz ipsum solum in sinu suo admisit. Tertiū priuilegiū est quia matrem sibi recōmendauit. Christ⁹ namq; in hac vita ipse possedit quinq; scilicet corp⁹ animā modicam temporalez substantiā et ecclesiam et matrez ppriā. Corpus igitur recōmendauit nicodemo, animā patri, temporalez substātiā iude. Ecclesiam petro, matrem Johānī: quod vtiq; magni amoris indicium fuit. Et ratione rei recommendate: quia: scz tm̄ thesaurū sibi commisit. Et rōne recommendātis: scz suorū vulnerū oblitus matris non oblinisceb atur et dilecti discipuli recordabatur: et ratione modi recommendandi: quia non dixit. Ecce seruus tuus vel nepos tuus: sed ecce filius tu⁹. Nec dixit. Ecce domina tua vel matertera tua: sed ecce mater tua. Quartum priuilegiū est: quia profunda sapientia ipsum replenit Eccl. xv. Aqua sapientie salutaris potauit eū. Nec mirū si tanta sapientia fuit plenus: qz sedit ad fontem diuinum, habuit intellectum angelicū: intrauit in causam causarum et totus trāsiuit in deum. Ad fontem quidem diuinū sedit: quādo supra pectus dñi recubuit. De quo fonte tā copiose hausit: ꝙ quasi quidem fluuius paradisi factus fuit. Unde cātatur. Quasi vn⁹ de paradisi fluminib⁹ etc. Intellectū angelicum habuit. Augustinus. Sapientia dei (vt ait apostol⁹) in cor hominis non ascendit. Sed tm̄ in cor Johānis ascendit inq̄tum ipse nō homo erat, sz angelus esse ceperat. Intrauit etiā in causam causarū. Un Origines vt ꝙ paulus raptus est vsq; ad tertiū celū: Johānes transiuit omne celū. Paulus raptus est in paradisum: Johānes supra omnez paradisum paradisorū. Trāsiuit etiā totus i deū. Origines. Nō em̄ aliter Johānes potuit ascendere in deū nisi tot⁹ fieret deus. Quintū priuilegiū est: quia supra pectus xp̄i recubuit. Pectus autē isti erat mēsa celestis i qua sunt delicie angelorū Gazophilaciū in quo sunt thesauri omniū scientiarum. Et fons diuinus, in quo est plenitudo omniū gratiarū. Quādo autē famelicus sedet ad mēsam deliciarum valde satiatur. Quādo egen⁹ intrat ad gazophilaciū omnium thesaurorum, valde ditatur. Quando sitibundus peruenit ad fontem amenū, tūc valde repletur. Beat⁹ ergo Johānes recūbēdo supra pectus domini sedit et famelic⁹ ad mensam angelorū: ideo fuit valde satiatus. Intrauit tanq̄ egen⁹ ad gazophilacium omniū scientiarū: et ideo fuit valde ditatus. Sedit vt sitibundus ad fontē omniū gratiarū: et ideo fuit valde repletus Ista tria tāgunt. Eccle. xv. Cibas

uit eum dominus pane vite ⁊ intellectus ecce qualr famelicus est pastus. Aqua sapientie potauit illū. Ecce qualr sitibūdus est potatus. Jocūditatē ⁊ exultationē thesaurizauit super eū. Ecce qualiter egenus est ditatus. Sextū priuilegiū est: qr christus sibi proditionem ⁊ non alteri reuelauit: put petr⁹ Johāni innuit, ex quo ostēdit eius magna auctoritas. Petrus damianus. Profert christus verbuz in medium: et tot⁹ tacet senat⁹ apostolorum. Johānes vero cū discipuloruz persona in se suscepta vnus consultor accedit. Ostendit eius magna potestas. Idē q̄tū apud iudicē ꝓ peccatorib⁹ poterit qui pro ipsius curie celestis senatoribus interuenit: ostēditur magna nostra securitas idē q̄tū flagitare debem⁹ ei⁹ auxiliū, quē sibimet apostoli intercessorē petierūt. Et qr aduocatus est summ⁹: humiliter est a minimis implorād⁹. Septimū priuilegiū est: qr oīm sanctoꝝ perfectionē habuit. idem. Quem in virtutibus incōparabilr Johānes non excedat. Apostolus nanq; est ī epistolis. Euāgelista in euāgelio. Propheta in Apocalipsi. Fuit etiā martyr inq̄tū in oleo adustus: vnde dicit Policrat⁹ ep̄s ephesioꝝ. Johānes pōtifex aureā laminam in frōte portās: martyr ⁊ doctor in Epheso obdormiuit. Octauū priuilegiū est: qr xp̄s de ipso specialē curā habuit: cuz dixit petro. Quid ad te? Curā ecclesie petro cōmisit: curaz autē Johānis sibi reseruauit, cum dixit. Sic ego volo eū manere donec veniā ⁊c. Et matri cōmisit dicēs. Ecce filius tu⁹. Magnū est esse in cura vicarij dei. j. Petri. Maius est esse in cura mr̄is dei: maximū in cura xp̄i. Nonū priuilegiuz est, qr maiori eum xp̄s sua charitate repleuit. Qd̄ triplici signo ostēdit. Prīo qr ad monumētū prius cucurrit. Greg. Illi pre ceteris cucurrerūt. Secūdo qr de charitate plus ceteris locut⁹ fuit. Matthei duodecimo. Ex abūdātia cordis os loquit. Chry. Vos est amantiū vt amorē suum silētio tegere nequeāt. Tertio qr vsq; ad decrepitam etatē charitatē docuit. Hiero. Johānes cū ephesi morarēt vsq; ad vltimā senectutē et vix inter discipulorū manus ad ecclesiā deferretur: nec posset plena ꝟba cōtexere semper dicebat filioli diligite alteratrū. Tandē interrogat⁹ cur hoc semper diceret. Respōdit qr p̄ceptum dn̄i est: ⁊ si hoc solum fiat sufficit.

¶ Sermo.xlj. de innocētib⁹. Serm̄.j.

Vidi supra mōtem siō agnum stantem ⁊c. Apoc.xiiij. Gloria ⁊ beatitudo istoꝝ ꝑuulorū ex multis causat, put in p̄senti lectiōe colligit. Prīo ex nobili associatiōe: qr associati sunt agno: nec mirū si agn⁹ libēter morat cū eis. Hō quidē libenter moratur cū cōciuibus suis. Christ⁹ igit fuit bethleemita: et isti bethlemite. Libāter hō morat cū ioculatorib⁹ suis, ⁊ isti sūt ioculatores xp̄i. Apo.xiiij. Uocē quā audiui sicut cytharedoꝝ cytharizantiū in cytharis suis. Libēter hō morat cum domici cellis ⁊ seruitorib⁹ suis: maxime cū sunt mundi ⁊ honesti: ⁊ de his d̄r. Sine macula sunt añ thronū dei. Libēter ei hō morat cū ꝯsimilibus suis. Ipsi nanq; fuerūt ꝟgines, martyres ⁊ innocētes. Libēter igit xp̄s cū eis morat tāq̄ ꝟgo cū virginibus: martyr cū martyrib⁹, innocēs cū innocētib⁹. Scd̄o eoꝝ gloria causatur ex descripiiōe cū d̄r. Hn̄tes nomen ei⁹ ⁊ nomē p̄ris ei⁹ scriptū in frōtib⁹ suis: Tertiū aūt nomē qd̄ ī frōte scribitur, hr̄ Apoc.iij. Et nomē ciuitatis noue hierusalē. Ista ergo tria noīa. s. de⁹, hierusalē, et iesus in frōtib⁹ eoꝝ sūt scripta: de⁹ aūt s̄m Dam̄. idē est qd̄ ardere. Hierl̄m d̄r visio pacis. Jesus saluator: per qd̄ datur intelligi q̄ illi hn̄t plenā inflāmationem in dei dilectione. Esa.xxxj. Dixit dominus cuius ignis in sion: ⁊ camin⁹ ī hierusalē plenam cognitionez in aperta dei visione: prime Corinthiorum.xiij. Uidemus nūc per speculum in enigmate, tunc aūt facie ad faciē. Et habebūt plenū saluationem in corporis ⁊ aīe gl̄ificatione. Esaie.lxj. In terra sua duplicia possidebūt. Tertio cōsistit gl̄ia ipsoꝝ iocūda iubilatiōe cū d̄r: Et cātabūt cāticū nouuz. in quo q̄dē cātico tria sunt. s. nouitas, singularitas ⁊ sonoritas. Nouitas cum d̄r. Cātabūt cāticū nouū. Haymo. Canticuz nouū cātare est de ī corrupta mētis ⁊ cor

ports integritate gaudere. Singularitas cum dicit. Nemo poterat dicere canticum, nisi illa ꝛc. Beda. Hoc cãticũ cetera electi audire ꝑt ꝫ dicere nequeãt: qz p charitatẽ q̃dẽ de corũ celsitudine leti fũt q̃ꝰ ad eoꝝ ꝓmia nõ assurgũt Sonoritas ẏo notat cũ ór. Tãq̃ vocẽ aquarũ multarũ. Illa aũt sonoritas assimilat triplici sono. f. aq̃ruz tonitruũ: cytharę. Sãcti em̃ q̃ laudãt deũ pvictoria q̃ habuerũt de psecutorib⁹ tyrãnoz cãtãt cãticũ aq̃rũ multaꝝ: qz p aq̃s tribulationes intelligũt iusta illoꝝ ꝑa. Salũ me fac deꝰ qm̃ intrauerũt aq̃ vsq; ad aiaz meã. Qui ẏo laudant deũ pro victoria demonũ q̃ fũt in aere caliginoso cãtant cãticũ tonitrui. Qui vero laudãt pro victoria carnis cantãt canticũ cytharę. In cythara quidẽ est lignũ attenuatũ z corda extẽsa qz coꝝ⁹ dz ieiunijs attenuari z mẽbra mortificari. Quarto causatur eoꝝ glia ex ꝑpetua incorruptiõe cũ ór. Hi sunt q̃ cum mulieribus nõ sunt coinquinati. Merito cum incorruptionis semp agnũ sequuntur. Unde subdit. Hi sequunt agnũ q̃cun q; abierit et eisdem cum eo vestib⁹ albis de corant. Apo. iij. Ambulabunt mecũ in albis. Corã ipo ꝓtinue modulant: sicut supradictũ est. Et corona aurea adornatur. Eccl. lxv. Corona aurea sup mitraz. ei⁹. Quinto causat eoꝝ glia ex ꝑmoꝛdia li passiõe: qz ꝑmi martyres extiterũt: qõ notat cũ ór. Hi empti sũt ex hoib⁹ primitie deo z agno. De his ꝓmitꝫ ór. Exo. xx. Decimas tuas z ꝓmitias nõ tardabis offerre: xps em̃ primitias deo obtulit qñ istos quulos ad deũ misit. Chry. Videbant israhelitę xps ad celũ offert nouã eccleniã ꝑi ꝓmitias fructũ exhibet genitori. Quuli bti mõ nati nũq̃ tẽtati nõdũ ablactati ẽt coronati. Aug. Has ꝓmitias misit xps ꝑi venit infãs z venit israhelites. Infans ad nos: israhelites ad celũ. Nõ tñ xps obtulit primitias: sz ẽt decimas q̃s q̃dẽ obtulit viu⁹ mortu⁹ z glificat⁹. Nã, viu⁹ obtulit decimas abstinẽtiaꝝ: qñ quadraginta dieb⁹ z xl. noctib⁹ ieiunauit. Mortu⁹ obtulit decimas horaꝝ: qñ p. xl. horas mortu⁹ iacuit. Glificat⁹ obtulit decimas dieꝝ: qñ resurgẽs xl. dieb⁹ discipulis apparuit. Et q̃nis. xxxvj. dies sũt ẽ̃ci me anni, xps tñ voluit supaddere: ad instruẽdũ q; i seruitio deiꝰ hõ dz plꝰ facere q̃ min⁹. Tñ q̃ ór decimas z primitias nõ tardabis offerre. Nõ em̃ tardauit offerre ꝓmitias q̃ quulos obtulit recenter natꝰ. Nõ tardauit offerre ór decimas q̃ eas obtulit z vinus z mortuus et glorificatꝰ.

¶ Sermo. xlij. De eisdẽ. Sermo. ij.

Empti sunt ꝛc hoibus primitie deo et agno Apoca. xiij. Passio istorũ btorũ parvulorum cõmendabilis est ex quastuor: vcz ex tempore nũero. causa z loco. Extpe, qz primitie xpo passi sunt: iõ ór. Hi empti sunt ex hoibus ꝓmi ꝛc. z iõ facti sunt erumpẽtes ecclesie gemme flores primi nascentia, z ecclesie plãtationes nouelle z immature. Primo nanq̃. fuerunt erumpentes ecclesie gemme. Auguſt. Isti vere dñr martyrũ flores quos in frigore infidelitatis exortos: velut ꝓmas erũpẽtes ecclie gẽmas quedã psecutionis pruina decorit. De istis gẽmis ór. Gen. xl. Videbã corã me vitẽ in qua erãt tres ppagines crescere paulatiz in gẽmas, z post flores vuas maturescere. Ista vitis est xps in qua fuerũt tres ppagines. i. tres martyrũ distinctiões. Quaqua ptulit gẽmas. i. hoꝝ martyrũ primitias qui fuerũt martyres actu: sz nõ voluntate. Scda ptulit flores. i. fetõs ꝓfessores q̃ fuerũt martyres voluntate: sed non actu: inter quos ꝓmatũ tenet Johannes euãgelista. Tertia ptulit vuas maturas. i. martyres actu z voluntate, inter quos ꝓmatũ tenet stephanus. Scdo fuerũt primi flores nascentis ecclie. De q̃b⁹ ór Cãticoꝝ. ij. Capite nobis vulpes parvulas q̃ demoliunt vineas: nã vinea nostra floruit. Vinea. i. ecclia floruit qñ istos martyres ꝑduxit: in floribus vulpes demolite fuerũt qñ herodes z sui cõplices istos martyres necauerũt: vñ herodes vocat vulpes. Luce. xiij. Ite dicite vulpi illi. Lz autem isti flores fuerũt auulsi nõ tñ suo odore ꝓuati. Cãticoꝝ. ij. Vinee florẽtes odorem dederũt. Tertio fuerũt plantationes nouelle z immaturate. Esa. xvij. Tñ messem totꝰ effloruit z immatura pal-

talio germinauit. Sūt cū quedā plātiones que fructū martyrū ꝓtulerūt in fine ecclie: sicut petr⁹: q̄dā in iuuentute sicut stephanus: q̄ in sua imaturitate seu nouelle plātatiōe sicut martyres innocentes. ꝓ. Filij tui sicut nouelle olinarū in circuitu mēse tue. Scō eoꝝ passio est cōmēdabilis ex nūero: ꝛ lz alnob ꝛ eoꝝ nūerus ignoret, tñ ecclia sub nūero magno eos honorat: vñ vt supra. Et cū eo cētū ꝛ quadraginta milia: qz ergo illa btā societas est tā nūerosa, ꝛō digna est maiori veneratiōe Si em vn⁹ miles regis honorādus est, multo forti⁹ militū multitudo: ꝛ maxime qñ essent de cognatiōe regis ꝛ essēt familiares regis, ꝛ induti eiusdez regis vestib⁹. Sic tales fuerūt isti pauli q̄ fuerūt de cognatiōe xp̄i cū fuerūt de bethleez inda: ꝛ xp̄s de inda originē duxerit. Sunt etiā sibi familiares. Apoc. xiij. Hi sequunt agnū quocūq; ierit. Sūt etiā induti secū eiusdē vestib⁹ Apo. vj. Ambulabūt mecū in albis: qz digni sunt. Scō sunt digni facilioze exauditiōe. Si ꝛ de⁹ exaudit preces vn⁹ sancti: multo fortius preces multoꝝ: nā impossibile est preces multorū nō exaudiri: vñ ꝛ ipsa ꝓgo btā ad rogandū deū sola nō accedit: ſz magna societas cū ea vadit. ꝓ. Astitit regina a dextris, tuis ꝛc. Tertio sūt digni maiori exultatione. Cum em multi sunt qui gaudent: gaudium vnius augef ex gaudio singulorum: et ideo gaudiū istorum paruloꝝ tanto ampli⁹ augef: ḡto amplꝰ ab imicē iſlāmant. ꝓ. Ecce q̄ bonū ꝛ q̄ iocūdū habitaſ frēs i vnū. Aug. i li. cōfeſ. Qñ cū mītis gaudēt i singulꝫ vberi⁹ ē gaudiū qz feruere facit ꝛ se iſlammāt vn⁹ ex altero. Quarto ē idonea dei laude. Si ei deo ē accepta laus vni⁹ ſcti, mīto fortius multoꝝ. ꝓ. Ex ore ifantiū ꝛ lactētiū pfecisti laudē ꝛc. Tertio eoꝝ passio cōmēdabilꝫ ē ex cā: qz pp xp̄m sūt passi: ꝛ iō ire i nūero martyꝝ ꝓputant. Et hoc q̄dē accidit rōne ꝑsone: qz ꝓ xp̄o passi sunt: imo in singulis xp̄s passus est pesser. ij. Hostis noster est, cui⁹ crudelitas redundat in regem. Bern. Qui aut occasionem damni dat damnum dedisse vī. Debuit ergo christi pietas illis dare vitam ꝗ gloriæ q̄bus occasio aliter abstulit vitam nature. Scō hoc accidit ratione singularis gratie: rex enim terrenus quādo coronatur multos multes secum facit. Christus ergo qui coronatus erat corona paterna: hodie coronatus est corona materna: et ideo non⁹ rex nouos milites sibi voluit congregare Tertio hoc accidit ratiōe innocētie in baptismo sanguinis assecute. Bernar. Zlle pro christo trucidatos infantes dubitet coronari: q̄ generatos in christo nō credit inter adoptionis filios generari. Et sicut tunc circuncisio, nunc vero baptismus sine vllo volūtatis vsu sufficit ad salutē, sic ꝓ xp̄o suſceptū martyriū illis sufficit ad sanctitatē. Quarto cōmēdabilis est ex loco, qz in bethleē inde passi sūt. Ex q̄ tres prosapias assecuti sūt. Primo magnā cū xp̄o familiaritatē: ex eo q̄ in ciuitate xp̄i nati sūt. Hoſes ei ciusdē ciuitaſ magnā solēt adhibere familiaritatē habere: magnā familiaritatē xp̄s eis ostendit: qz fecit eos de camera sua. Apo. xiij. Cātabāt q̄si cāticū ꝛc. De societate sua ibidē. Hi sequuntur agnum quocūq; ierit. De militia sua: quia tanq̄ commilitones eisdem vestibus eos induit. Apocal. ij. Ambulabūt mecum in albis. Secundo magnam in christo societatem: qz bethleem domus panis interpretatur. Satiantur illo pane: de quo dicitur Johannis. vj. Ego sum panis vīuus, qui de celo descēdi. ꝓ. Sicut ablactatus super matre sua: ita retributio in anima mea. i. sicut parul⁹ lacte nutritur: posita grandiuscula ablactatur, ꝛ ad mēsam patris recipitur: sic fiat retributio in anima mea: vt scilicet hic lacte matris ecclesie nutritus: tandem ad mensam celestis patrie se recipiat: vbi iā non nutriatur lacte parulorū: sed pane solido perfectorū. Hinc est quod Abrahas nō in natiuitate Isaac ſz in eius ablactatione grāde fecit conuiuiū ad significandum quod nō est plena satietas ad vbera matris, sed ad mēsam patris. Tertio meruerūt spūalē dei laudationē: iō nati sunt i bethleē inde q̄ interp̄taſ cōfitens. Magnū em cōfiteri dño corde. Malꝰ est cōfiteri dñoꝝ corde ꝛ ore. Maliuꝫ corde, ore, ꝛ ope. Sup maximū ei cōfiteri cū sanguinis effusione, Talem cōfeſſū sunt isti

parnuli: de ꝗbus ꝺt eccleſia. Non loquē do ſed moriendo cōfeſſi ſunt. ꝓ hilipp. ſ. Magnificabitur Chriſtus in corpe meo: ſiue per vitam, ſiue per mortem ꝛc.

¶ Sermo. xliij. Deeiſdem. Sermo. iij.

Surge et accipe puerum ⁊ matrem eius ⁊ fuge in egyptum ⁊ cetera. ¶ Circa iſtud euangelium plura videnda occurrunt. Primo quare chriſtus fugit? quod, quidem fecit multiplici de cauſa. Primo ſm Chryſoſtomum propter oſtenſionem humane nature. Quantum em̄ ad diuinam non habuit neceſſe fugere, ſed poti⁹ nullus eum potuit effugere. ꝓs. Quo ibo a ſpiritu tuo? ⁊ quo a facie ꝛc. Secundo propter victoriā ſue ſapientie. Fugiendo em̄ herodem vicit: ⁊ ſibi milites acq̄ſiuit. pe ſcis raueñ. Bellicoſus ſi in bello fugit: artis eſt non timoris. Tertio propter documentū, vt ex hoc nos doceat nullum debere indignari: ſi innocēter ab impijs patiatur. Joānis. xv. Si me pſecuti ſunt ⁊ vos perſequentur. Hieronymus. Ecclēſia nabulis eccleſie non defuit iniquitas prohibens: iuſtitia patiens. Quarto propter exemplum, vt ex hoc informemur nobis fugiendum eſſe. Modo fuga prouidentie: quādo ſcilicet maiori vtilitati reſeruamur. Matthei decimo. Cum perſequentur vos in ciuitate iſta: fugite in aliam. Modo fuga cautele. Sunt enim quedaꝫ vicia que non poſſunt vinci, niſi fugiendo: prime Corinthiorū ſexto. Fugite fornicationem. Modo fuga compaſſionis: quando a facie malorum fugimus vt occaſionem ſubtrahamus. Secundo videndum eſt de perſonisque fuerunt in iſta fuga: que fuerunt Maria, Joſeph: ⁊ puer Jeſus. Iſtud conſortium eſt inuentum in bethleem a paſtoribus fugiēdo in egyptum ⁊ in redeundo. Siue ergo herodē, id eſt diabolum fugias: ſiue de egypto: id eſt de peccato redeas: ſiue in bethleē ſd eſt in gratia maneas, ſemper tecū habeas mariā. i. amaritudinem penitētie. Puerum. ſ. puritatē cōſcientie ⁊ Joſeph: id eſt augmentum virtutis ⁊ gratie. Tertio videndum eſt de contigentibus ſ via. Ibi enim xp̄s manifeſtauit ſuam maieſtatem. Nam ſic legitur in hiſtoria triperti ca. Bruti que dā procera, in via exiſtēs vſq; ad terram inclinata puerum ſimpliciter adorauit. Secū do manifeſtauit ſuā bonitatem in eo q̄ parentes ſuos in via pauit. Nā ſicut legitur in libro de infantia ſaluatoris cū ſub q̄dā palma altiſſima quieſcerent ⁊ eſuriret atq; ſitiret: palma ad preceptū pueri, vſq; ad terrā ſe inclinans fructus colligēdos obtulit: ⁊ de ſua radice fontem amenum produxit. Tertio manifeſtauit ſuā potētatē: qt patrēes ſuos a latronibus defendit. Cūjus latrones irruiſſent q̄ eos expoliare volebāt vnus eoꝝ reſpiciens puerum ait. Uere dico vobis ſi poſſibile eſſet deū incarnari diceret iſtū puerū deū eē ⁊ ſic ſocios ſuos induxit vt eos illeſos abire pmitterent. Iſte dicit fuiſſe ille latro cui poſtea dns dixit. amē dico tibi, hodie mecū eris in paradiſo. Quarto videndū eſt de ira herodis, p eo q̄ ꝺr. Iratus eſt valde. Iratus eſt q̄dē, ꝓpter regni zelū. ꝓuer. xix. Sicut fremitus leonis ſic ⁊ ira regis. Aug. Quid erit tribunal iudicantis q̄n ſuper bos reges cura terrebat infantis ꝓpter ſui contēptum. Chryſ. Magi cōtēnentes herodē addidere cauſas doloꝝ propter ceſaris metum: ꝓceperat ne ſine ſui imperio aliquis rex diceretur vel eſſet. Quinto videndū eſt de ſeuitia herodis, p eo q̄ dicit. Occidit oēs pueros. Exceſſit em̄ in tribus ſcz numero: quia cū deberet occidere vnum occidit omnes. In loco q̄ cum deberet occidere bethleemitas occidit etiam finitimos. In tempore: q̄ cū deberet occidere anniculos occidit ꝛ bimatos. ⁊ infra. Huius aūt tanti exceſſꝰ quadruplex fuit cauſa. Prima eꝝ impia cabilis ira. Prouerbiorū. xvj. Ira nō habet miſericordiā nec erūpēs furor. Secunda eius ſeuitia quia in ſanguine delectatur. Eccl. viij. Quaſi autem nihil eſt ante eus ſanguis. Tertia eſt aſtutia: vtſcz omnes occidendo ille non poſſet euadere quem querebat. ſed dicitur Job. v. Deprehendit ſapiētes in aſtutia eoꝝ. Quarta eſt diuina prouidentia q̄ ex tanta herodis ſeuitia ſatanā ſibi martyrum multitudinem copulauit. Sexto quidē videndū eſt de

est de tẽpore occisionis pro eo qd dicit. Uidens q illusus esset a magis per qd datur intelligi q facta fuit eorum occisio post epiphaniam: sz tamẽ scdm glosam. Post annũ ⁊ quatuor dies puerorum occisio facta fuit: distulit enim triplici de causa. Primo propter discredẽtiam: quia secundũ glosaz. Magis discredidit putãs eos falsa stelle apparitione delusos. Secundo propter astutiam: vt scilicet dissimulando puer in mediũ deduceret. Tertio propter morã contractam. Iuit enim romã a cesare cicatus. Et sic fere per annũ impeditꝰ fuit. Septimo vidẽdũ est de fletu matrũ pro eo q rachel ⁊ non iacob inducitur ad plorandũ. Matres em̃ cum sint magis passibiles consueuerũt plus dolere de filiorũ aduersitate q patres: ⁊ pres plus gaudere de eorũ prosperitate q matres. Istud innuit salomõ dicẽs. Prouerbio. x. Filius sapiẽs letificat patrem: filius aũt stultꝰ mestitia est matris sue. Mater em̃ plus diligit: ⁊ ideo plus dolet quãdo filium perdit: q autẽ plus diligebat ostẽditur triplici ratione. Prima est quoniã mater dat plus de substãtia filio q pater: ⁊ ideo maiorẽ partẽ videt habere. Scda causa est quoniam mater plus laborat circa filium q pr. Istud autẽ circa quod magis laboramus magis diligimus. Tertia causa est quoniã mater plus est certa q pater. ⁊ ideo mater diligit filium tãq rem certã: pater vero aliquãdo minus diligit tanq rẽ dubiã. Octauo videndum est de morte herodis pro eo quod dicitur. Erat vsq ad obituz herodis. Mors em̃ sua fuit mors pessima qr manu propria se occidit: herodes quidẽ iniuste effudit sanguinẽ paruulorum. Et ideo bibit sanguinem proprium quẽ gladio in vẽtre immerso effudit. Bibit sanguinẽ filiorũ: quia filios ꝓprios interemit. vnde Augustꝰ cesar hoc audito dixit. Mallẽ esse herodis porcus q filius: qr cum sit proselitus porcis parcit: ⁊ filios occidit. Legit etiã in quadaz cronica q herodes quẽdã filium suum paruulum in bethleez tradiderat nutriẽdum qui cum ceteris paruulis occisus est. Et qr herodes sic sitiuit sanguinẽ paruulorum: sic bibit sanguinẽ proprium: et domesticum furorẽ diuinũ. Ideo potest sibi cõueuire quod dicit Apocal. xvj. Iustus es domine qui hoc iudicasti qr sanguinẽ sanctorum tuorum fuderunt: ⁊ sanguinẽ dedisti eis bibere vt digni sunt. Nono est videndũ de subtractione laudis qr eccl'ia subticet cãtica laudis ⁊ letitie. ⁊ hoc primo in signum: fletus quẽ matres habuerũt. Secũdo in signũ status quia scilicet in lymbũ descenderũt. Tertio in signũ incolatꝰ quẽ virgo beata puer et Ioseph fugiẽdo in egyptuz fecerũt. Magna compassione dignum fuit ⁊ propter pueri tenerã etatem ꝓpter puerperij nouitatem: ⁊ propter ioseph senectutem.

¶ Sermo.xliiij. Eodẽ die. Sermo.iiij.

Mittens occidit omnes pueros. In his verbis tria tangunt. Primo herodis iniqua sentẽtia cuz dicit. Mittens. Secundo eius seruitia cũ dicitur Occidit. Tertio paruulorum innocẽtia cum dicitur. Omnes pueros sententia autez dicitur iniusta tribꝰ modis. Aut ex animo quãdo ex ira vel turbatiõe ꝓfertur. Aut ex ordine quando ordo iuris omittitur. Aut ex causa quando sufficiẽs causa non suffragatur propter hec autez sententia herodis iniusta fuit. Primo ex animo quia ex ira ⁊ perturbatione ipsam protulit. Nam in aduentu magorum dicitur q turbatus est: hic autẽ dicitur q iratus est valde. Ibi enim turbatꝰ est propter prodigij nouitatem vel propter romanorũ timorẽ. Hic autẽ turbatꝰ est propter magorum deceptionem: ⁊ timens regni sui amissionẽ. Et in tali turbatione ⁊ ira sententiã protulit. Et iõ eiꝰ sententia ex animo iniusta fuit. Iacobi. j. Ira em̃ viri iustitiam dei non operatur. Secũdo fuit iniusta ex ordine. Uidet em̃ ad pueri inq̃sitionem ordinate processisse. Primo em̃ q̃siuit de loco natiuitatis a doctoribus legis. Secũdo de tẽpore ab ipsis magis. Tertio inq̃rit ⁊ mandat de persona dicẽs. Ite ⁊ interrogate diligenter de puero ⁊c. Istũ autem triplicem inquisitionis ordinẽ: insidiose faciebat nõ vt puerũ adoraret sed vt perderet: ⁊ iõ

eius sentētia ex tali ordine fuit iniusta. Jō Danielis.vij. Assimilat vrso in cuius ore erant tres ordines dentiū. Iste vrsus est insidiator herodis. Threnorū.iij. Vrsus insidiās factus est mihi. Hic hūit i ore suo tres ordines, qr ab ore suo tres de christo emanauerūt inq̄sitiones: sed tamen fuerūt ordines dentiū ꝛ vrsi, qr insidiose faciebat ꝛ lacerare intēdebat. Tertio fuit ex cā qr innocētes dānauit. Daniel.xiij. Nūc peccata tua venerūt q̄ operabaris prius iudicās iudicia iniusta innocentes opprimens ꝛ dimittēs noxios, ideo ipsi beati paruuli innocētes dānati vindictā petūt a deo dicētes. Apoc.vj. Usq̄q̄ domine sanctus ꝛ verus non iudicas ꝛ vindicas sanguinem nostrū de his qui habitant in terra? Secūdo ponit herodis seuitia. cū dicit Occidit. Et qr sanguinem innocētem iniuste dānauit, ideo iuste dānatus est. Unde effusio sanguinis paruulorū non poterit in iudicio occultari sz manifestabit a terra reuelāte. Esa.xxvj. Reuelabit terra sanguinem suū ꝛc. Job.xv. Terra ne operiatis sanguinē meū. Ab ipso paruulorū sanguine ꝓclamāte. Unde dicit iudex. Gen.iiij. Uos sanguinis fratris tui clamat de terra ad me. A tota celesti curia interpellāte. ps. Uindica sanguinē sctōrū tuorū q̄ effusus est a dei iustitia req̄rente. Ezechiel.iij. Sanguinem aūt de manu tua req̄ram. Tertio ponit paruulorū innocētia cū dicit Pueros. In herode q̄dem erat malitia: in istis innocentia. In illo calliditas in istis simplicitas. In illo potentia: in istis infirmitas. Pugnabat ergo cū innocentia malitia cum simplicitate calliditas cū infirmitate potētia ꝛ crudelitas: sed in isto bello innocentia malitiam vicit astutiā simplicitas fregit potentiā infirmitas supauit. Istud triplex bellū adhuc quotidie gerit. Ecclesiasti.iiij. Uerti me ad alia: ꝛ vidi calūnias q̄ sub sole gerūt. Ecce qūo ipugnat astutia simplicitatum ꝛ lachrymas innocentiam. Ecce quomodo impugnat malitia innocentiam nec posset resistere eorū violentie. Ecce quomodo impugnat potentia infirmitatem.

¶ Sermo.xlv. De sancto Thoma cantuariensi. Sermo.j.

Pro iustitia agonizare ꝓ anima tua ꝛ vsq̄ ad mortē certa pro iustitia. Eccli.iiij. Pugil fidelis ꝛ miles strēnuus in sua pugna tria dz hr̄e scz causam legitimam intētionem rectā: ꝛ finalē perseuerantiam. Ab his tribus beatus thomas in sua passione commēdatur. Primo a legitima causa. cum dicitur. Pro iustitia agonizare. Describitur autem iustitia q̄ sit virtus reddens vnicuiq̄ ius suū scz deo obediētiaz superiori reuerentiam: patri cōcordiam: inferiori disciplinam: inimicis patientiā: miseris ꝛ afflictis compassionem operosam ꝛ sibi sanctimoniā. Pro tali iustitia sanctus thomas pugnauit. Dedit eñ p̄mo deo obedientiā: qr maluit obedire deo q̄ regi contra deum: ꝛ ideo regis irā contra se prouocauit. Act.v. Obedire opz deo magis q̄ hoibus. Secundo dedit superiori reuerentiā, id est summo pontifici. Nam cū quadā vice a rege artatus voto eius annuisset ab altari postmodū se suspendit donec per summū pontificem est restitutus. Eccli.x. In medio fratrū rector illorū in honore. Tertio dedit pari cōcordiā. vñ dicit de eo q̄ saluo semper rigore sub ducētia vestiū ꝛ apparatu vtē siliū concordabat moribus singulorū ad Roma.xij. Si fieri pōt quod in vobis est cū omnibus hominibus pacem habentes. Quarto dedit subditis disciplinam. Unde dr de eo. Sapia qua preditus erat in ecclesia malignorū prohibebat insultus. Prouerbiorū.xxix. Stultitia colligata est in corde pueri ꝛ virga discipline fugabit eam. Quinto dedit inimicis patiētiam: qr in exilio positus pro grege ac regno anglie semp orauit ꝛ suis occisoribus nullum impatientie verbum dixit. Luce.xxj. In patientia vestra possidebitis animas vestras. Sexto dedit miseris cōpassionē operosam quia quotidie tredecim pauperū pedes curuatis genibus abluebat ꝛ post refectionē cuilibet quatuor argēteos pro eorū vsibus consumēdos erogauit. Septio habuit in se sanctimoniaz qr virginitatem seruauit ꝛ carnem suam

letunijs ꝛc. cilicio maceravit. Hebreo. xij. Pacem sequimini cum omnib⁹ ꝛ sanctimoniam ꝛc. Et qꝛ sic iustitiam seruabat pōt dicere cū Job. xxix. Iustitia indutus sum: ꝛ vestiui me sicut vestimento. Ille q̄ est indutus ab oī parte est tect⁹. Sic beatus thomas iustitia fuit indut⁹ a dextris qꝛ ipsam defendit in apice pōtificalis dignitatis. A sinistris qꝛ ipsam defendit in exilio relegatus ante se: qꝛ ea que sui predecessores in preiudicium ecclesie cōcesserant ipse noluit confirmare post se, qꝛ in his que petebat rex assentire noluit videns imminere futurum periculum animarum. Secūdo commēdatur ab intentione recta: cū dicit̄ pro anima tua. Multi em̄ sunt q̄ pugnāt ꝑ substātia sua ꝛ ꝑ pelle sua ꝛ gloria sua sed pauci pro anima sua, cum tamen ibi magna pugna requirat̄. Matthei. xj. Regnum celorū vim patitur ꝛ violēti rapiūt illud ꝛc. Et ponit̄ ibi triplex vocabulum violentiam designans scilicet vim ꝛ violēti rapiunt illud: ad designādū ꝙ tales triplicem viz debent inferre scilicet rōni intellectum captiuando. ij. Corinthioꝝ. x. In captiuitatem redigentes itellectū volūtati ipāz a suis cōcupiscētijs auertendo. Ecclesie. xviij. Post concupiscētias tuas non eas. ꝛc. Et operatiue opera fortia aggrediēdo. Prouerbiorū. xl. manū suā misit ad fortia. Uel pōt dici ponitur ibi illud triplex vocabulū ad innuendum ꝙ vult habere fortissimū celi castruz. Debet habere audacem animū ne sit formidolosus: strēnuū conatum ne sit ociosus: tolerantiam contra quodlibet aduersum ne sit deliciosus. Ista tria genera holez de bello dei sciūt vt habet̄ Deutero. xx. Quis est homo formidolosus ꝛ corde pauido ecce formidolosi. Quis est homo q̄ edificauit domū nouam ꝛc. Ecce q̄ ociosi volunt in domo quiescere ꝛ nō ire ad laborem. Quis est homo q̄ desponsauit vxorem ꝛc. Ecce deliciosi q̄ delicijs volunt vacare. Sed beatus thomas hūit audacem animum: qꝛ contra regem causaz ecclesie audacter defendit. Strennuum conatum qꝛ anteq̄ vellet cedere in exiliū se mitti ꝑmisit. Tolerantiā contra quodlibet aduersum qꝛ mortez sustinuit. Tertio cōmēdatur a finali perseuerātia: cum dicit̄ vsq; ad mortem certa ꝓ iustitia vere vsq; ad mortē ꝓ iustitia pugnauit: qꝛ pro ipsa defendenda quadruplex martyriū sustinuit. Primum fuit in rerū ablatione: qꝛ fuit omnib⁹ rebus ecclesie spoliatus. Et q̄uis sancti viri ablationez rerum libenter sustineant: dolent tamē inquantum erant sustentamētū pauperum: ꝛ inq̄tum vident ea consumi vsibus impiorum. Ista autē talis patientia quoddā martyriū est. Gregorius. Sine ferro martyres esse possumus si patientiā veraciter in animo custodimus. Secundus fuit in suorum propinquorū persecutione quod magnum dolorē ꝛ compassionem gn̄auit secundum Gregorium. Qui dolorē exhibet in aliena necessitate crucem portat i mēte: tertium fuit i exilij relegatione: qꝛ a patria sua fuit expulsus ꝛ ꝑ diuersas ꝓuincias exul effectus. Fuit enim de numero eoꝝ de quibus dicitur Heb. xj. Circuierunt in mellotis ꝛ pellibus caprinis egētes angustiati: afflicti q̄bus non erat dign⁹ mūdus. Ipse em̄ circuiuit qꝛ per diuersas patrias ꝛ terras peregrinat⁹ fuit ꝛ: in pellibus caprinis qꝛ cilicium deferebat: fuit egens qꝛ omnibus bonis spoliat⁹ ꝛ angustiat⁹ propter compassionem afflictorū: afflictus propter perditionem inimicorum. Et qꝛ mundus codignus non fuit, ideo deus mūdo ipsuz abstulit. Esa. lvij. Iust⁹ perit ꝛ nō est q̄ recogitet i corde suo. ꝛ viri mīe colligent̄ qꝛ nō est q̄ itelligat a facie em̄ malitie collect⁹ est iustus. Quartū fuit in sua occisione: qꝛ eius cerebrū sparserūt ꝛ eū crudeliter occiderunt: fuit enim de numero illoꝝ. De quibus dicitur Hebr. x. In occisione gladij mortui sunt. psal. Gladium euaginauerūt peccatores ꝛc. Sed certe gladius eoꝝ intrauit i corda ipsorum: qꝛ alij digitos discerpētes: alij sanie defluentes: alij ꝑalysi dissoluti: alij amentes effecti miserabil'r mortui sunt.

¶ Sermo. xlvj. De eodem Sermo. ij.



Iustus iustificetur adhuc. ꝛ sanctus sanctificetur. Apoca. xxij. Beatus thomas lz i vita sua fue-

rit & iustus & sanctus: in passione tamen sua fuit magis iustus & sanctus ostensus: et hoc propter septem conditiones que in passione sua reperiūtur. Primo nanq; fuit passus in loco sancto, id est in ecclesia ad innuendum q ipse ecclesiam consecrabat: et ecclesia ipsum magnum & sanctum ostendebat locus siquidem aliquando sanctificat locatum sicut templū sanctificat aurū. vnde Mat. xxiij. Quod maius est aut aurum aut templū qō sanctificat aurū. Aliquando vero locatum sanctificat locum sicut corp⁹ christi et reliquie sanctorum que sanctificant locū in quo recūdunt. Aliquādo vero locus sanctificat locatū: & econuerso, sicut patet in area q̄ tabulas⁹ sanctiores ostēdebat: & tabule arcam sanctiorem reddebant. In hoc igit q Thomas passus est i ecclesia ipse ecclesiā sanctiorem reddidit: & ecclesia ipsum sanctiorē ostēdit. Secūdo passus est in officio sancto ad innuēdū q de laude vie transibat ad laudē patrie: vbi omnia que sunt in homine conuertuntur ad laudem. Nā visus allectus dei a mirabili visione clamabat et ait. Psalter. xv. Valde admirabilis es dñe & facies tua plena est gratiarū. O dotat⁹ effect⁹ tā mirabili odore dicitur. Cāticoruz. j. Trahe me post te curremus in odore vnguētorum tuorū. Auditus recreatus angelica iubilatione dicit. Canticoꝝ quinto. Sonet vox tua in auribus meis. &c. os dulcoratum laude dei. ps. Replet os meū laude &c. manus locūdate christi amplexiōe dicit. ps. Omnes gētes plaudite manib⁹. Tertio passus est in mēbro sancto, id est in capite sacro oleo dilibuto. Est aūt quadruplex caput. Primū est sup substantia le scilicet de⁹. Istud nō erat in beato thoma Iesum: sed diligēter conseruatū: nam instar serpētis corpus exposuit & caput conseruauit. Secundum est rationale qō est ipsa mēs siue superior pars rationis. Istud similiter nō erat Iesum per aliquaz impatientiaz vel murmurationem vnde dicitur de martyribus. Nō murmur resonat: non querimonia &c. Tertiū est spirituale scilicet ipse prelat⁹ qui est caput ecclesie: & quātum ad hoc persecutorib⁹ resistit & corp⁹ ecclesie defendit. ad Colloss. primo. Ad impleo ea q̄ desunt passiōib⁹ christi in carne mea pro corpore eius qō est ecclesia &c. Quartū ē corporale & istud feriēdum exposuit: & caput christi in se cō seruauit. Sicut opponit quis brachiū vt ab ictib⁹ caput custodiat. Quarto pass⁹ in tēpore sancto scilicet in tēpore domini conatiuitatis, ad innuēdum q sicut christus natus erat in terris, sic ipse nascebatur in celis. Anima enim sancta modo cōcipit per bona ꝓpositā: parit autem per bona opera: nutrit vero p dei verba. hoc autem hic facit gemēdo: tunc autez facit gaudēdo. Apocalipsis duodecimo. Mulier amicta sole & luna sub pedibus eius. & in capite corona stellaꝝ duodecim &c. Tūc ait a est amicta sole qñ sequit xpi cōuersationē. Tūc habet coronā duodecim stellaꝝ qñ seruat doctrinam duodecim apostoloꝝ. Tūc habet lunam sub pedibus quādo habet terrena sub affectib⁹. Clamat autem quādo parit: quia in presenti seculo ingemiscit. Tandē rapt⁹ est filius eius ad thronū dei: qz post generationē que fit cum dolore in mundo generantur filij eius cū honore in celo. Quinto. passus est pro causa sancta qz p libertate ecclesie defendēda. In veteri lege nulla erat libertas sz seruit⁹: licet em̄ haberent liberum patrem scilicet deum: habebant tamē ancillam matrez scilicet synagogā. partus autem sequitur ventrem & ventris cōditionem quātum ad libertatem & seruitutem. Erant tamen ibi q̄dam totaliter serui qui scilicet habebāt ancillam matrem scilicet synagogā: & seruum patrem scilicet diabolū. Joh̄. viij. Vos ex patre diabolo estis. In noua autē lege est libertas quia nascimur ex libero patre. s. deo & libera matre scilicet ecclesia. Galat. iij. Nō sumus ancille. filij sz libere. Sunt tamē et ibi quidam serui qui videntur esse filij dei et ecclesie per fidē. et sunt filij diaboli per opationē. Johānis octauo. Omnis q facit peccatum seruus est peccati. Christi⁹ ergo nos seruos redemit prime Corinthioꝝ septimo. Precio empti estis. Redēptos manumisit, id est extra potestatē diaboli posuit. Joh. viij. Si filius vos liberauerit vere liberi eritis: liberos i filios adoptauit. Ad romanos

viij. Nō enim accepistis spiritum seruitutis: iterū in timore: sz ꝛc. Et de hoc cyrographū fecit. Esaie q̄dragesimo nono. Ecce i manib⁹ meis descripsi te. talē igit̄ libertatē thomas defēdit: ꝛ iō martyriū passus fuit. Sexto passus ē inter manus sanctas scilicet inter monachos. Corp⁹ christi postq̄ patri immolatū fuit a nullo prophano fuit contractum: sed a viris sanctis fuit a cruce depositum ꝛ sepultū. Corpus autē sanctus thome fuit organū spiritussancti: margarita dei ꝛ hostia xp̄i. Ipsi autem persecutores fuerunt canes id est nō debuerunt tāgere organum spiritussancti: ꝛ quia erant porci non debuerunt cōculcare margar tā dei. Matthei septimo. nolite sanctuz dare canibus ꝛc. Et quia ꝑsecutores erāt prophani: iō nō debuerūt cōtractare hostiam xp̄i. Corp⁹ ergo beati thome a ministris dei tm̄ tāgi debuit postq̄ tanq̄ sacra hostia immolatū fuit. Nā ꝛ in veteri lege hostia deo immolata nō tāgebat̄ nisi manib⁹ sacerdotū. Septimo erat approbat⁹ ab angelis sanctis nā sicut d̄r dū requiē eternā diceret̄: audite sunt voces angelorū dicētiuz. Letabitur iust⁹ ꝛc. Et hoc fecerūt angeli propter dubiū tollēdū. Cū em̄ non fuerit passus ab infidelib⁹ nec ꝓpter fidez: sed a xp̄ianis ꝛ ꝓ iustitia voluerūt angeli ostēdere hūc verꝝ esse martyrē ꝓpter cōsimile officiū: quia officiū: angeli est ecclesiā defendere ꝛ custodire. Esa. lxij. Super muros tuos hierusalē constituit custo. ꝛc. holes autē eiusdē officij ꝛ artis honorē sibi impēdunt ꝓpter priuilegium Angeli enim sunt virgines ꝑ naturā: ꝛ thomas fuit virgo per gratiā ꝛ iō tanq̄ sibi similē priuilegio speciali ip̄m honorāt per laudem diuinaz Eccl̄. xij. Omne animal deligit sibi simile.

¶ Sermo. xlvij. De eodē. Sermo. iij.

Qui mihi ministrat me sequat̄ ꝛc. Joh. xij. Beat⁹ thomas habuit quatuor magna p̄conia. Prīonāq̄ habuit p̄lationē dignā qꝛ fuit dei minister vñ d̄r. Qui mihi ministrat ꝛc. Ad bonū aūt ministrū tria req̄rūtur. s. mūdicia fidelitas ꝛ prudētia. Nemo em̄ vult ministrū immundū vel infidelez seu fatuū. de p̄mo. p̄s. Ampulās i via immaculata hic mihi ministrat de alijs duob⁹. Luc. xij. Quis putas ē fidelis dispēsator ꝛ prudēs? ꝛc. Beatus ergo thomas fuit minister dei ꝓpter mūdiciā: qꝛ integrā castitatē seruauit ꝛ ꝓpter sapiētiā: qꝛ iura eccl̄ie. sapiēter defendit ꝛ ꝓpter fidelitatē: qꝛ de trib⁹ q̄ sibi cōmisit sibi fideliter deseruiuit. s. de corpore ꝑ macerationē: de anima per sincerā dilectionē: et de reb⁹ per liberalē distributionē. Scd̄o habuit ꝯpassionē xp̄o cōsimilē ꝛ acceptā ideo subdit̄ me sequat̄. In passiōe quidē xp̄i multa cōmādabilia fuerūt. Primum est libera volūtas Esa. liij. Oblat⁹ est qꝛ ip̄e voluit. Similiter ꝛ thomas voluntarie pass⁹ fuit. vnde cū monachi fores ecclesie. clauderēt beat⁹ thom̄. eas reserās dixit nō est ecclesia vt castrū custodiēda: ꝛ sic occisoribus obuiauit. scd̄m est immēsa charitas que tanta fuit in christo ꝙ solus mori voluit ꝛ ceteros illesos seruari precepit dicēs. Si ergo me queritis sinite hos abire. sil̄r ꝛ Thomas dixit: si caput meū queritis p̄cipio ex parte dei ne cuiq̄ clerico vel laico noceatis. Tertiū est magna vtilitas: qꝛ xp̄s passus est ꝓ iusticia ecclesie acq̄rēda. p̄s Annūciaui iustitiā tuam in ecclesia magna. sil̄r ꝛ tho. pass⁹ est pro iustitia ecclesie defendēda. Quartū est deuotiōis suauitas qua xp̄s tā plenus fuit ꝙ inter vulnera patri se recōmēdauit dicēs: pater in manus tuas cōmendo spiritū meū. Sil̄r ꝛ sanct⁹ thomas dū occideret̄ dixit: deo ꝛ beate marie ꝛ sanctis omnib⁹ ꝛ beato Dionysio causā sancte ecclesie ꝛ meipsum cōmēdo. Quintū est cōstātie firmitas: tam constans enim fuit xp̄s ꝙ nō cessit ꝓpter iniurias verborum nec ꝓpter supplicia tormentorū. Similiter ꝛ thomus recepit cōtumelias cū ei dixerūt. Capite furē: suspēdite latronē ꝛ ꝓditorē. Multas iniurias in rebus propriis: qꝛ fuit omnib⁹ spoliat⁹. Et multa supplicia in tormētis: qꝛ fuit in oībus mēbris punitus ꝛ excerebrat⁹: sed tñ in nullo potuit cōmoueri. Tertio habuit vitam sanctā ꝛ hoc notat̄ cum d̄r. Si quis mihi ministrat ꝛc. Ipse enim se totū ministrauit deo: qꝛ se totū diuinis obsequijs

mancipauit. Et sicut in passione sic ꝛ i vi ta se xp̄o cōformauit. xp̄s namq; habuit hūilitatē q̄ maxime apparuit in pedum ablutione. Cōmunitatē que apparuit in benigna cōuersatione. Baruch. iij. Post hec in terris visus est ꝛ cū hoībus cōuersatus est. Asperitatē que apparuit in aduersorū ꝑpessione. p̄s. propter verba labiorū tuorū ego custodiui vias duras. Sil'r ꝛ beat⁹ thomas tantā habuit humilitatē ꝙ singulis dieb⁹ pedes pauperū tredecim abluebat ꝛ quatuor argenteos cuilibet tribuebat. Tantā habuit etiā cōmunitatē ꝙ saluo honestatis honore se oībus cōformabat. Seneca. Id agamus vt meliorē vitā sequamur q̄ vulgus non vt contrariā alioquin quos emēdare volumus fugamus a nobis ꝛ auertim⁹. Tātā habuit asperitatē ꝙ ieiunijs corpus suū macerabat ꝛ cilicio mēbra sua domabat. Gal. v. Qui aūt sunt xp̄i: carnē suam crucifixerūt cū vitijs ꝛ concupiscentijs. Quarto nūc hz claritatē eternā: dū dicit vbi ego sum illic ꝛ minister meus erit. circa qd̄ notādū ꝙ xp̄s est in dextera patris Mat. vlti. sedet a dextris dei est in gloria patris philip. ij. dn̄s iesus christ⁹ in gloria est dei patris est in lumine patris. j. Thi. vj. Lucē habitat inaccessibilē. est in throno patris Apo. j. Sicut ꝛ ego vici et sedi cū patre meo in throno eius. Beat⁹ ergo thomas est in dextera dei: qr recepit omniū beatorū affluētiā. p̄s. delectationes in dex. id est vsq; in finē. est in lumine dei qr hz visionez apertā. j. Cor. xiij. Uidem⁹ nūc ꝑ speculū in enigmate: tunc aūt facie ad faciē. est in throno dei qr hz regiā dignitatē Prou. vlt. Nobilis i portis vir eius cū sederit cū senatorib⁹ terre est in gloria dei qr hz oīm bonorū securitatē ꝛ eternitatē Augu. in lib. confessio. Ipse erit finis desideriorū nostroꝝ q̄ sine fine videbit: sine fastidio amabit sine fatigatione laudabit. ¶ Ser. xlviij.

¶ De sancto Siluestro papa. Sermo. j.

Deo ē omnis medela: ꝛ a rege accipies donationē. Eccle. xxxviij. Cōstantinus imꝑator cum lepra esset ꝑfusus a siluestro est curatus ꝛ curanti nō fuit ingrat⁹. In verbis premissis primo ponitur eius miraculosa curatio cū dr̄. Adeo est omnis medela. Secūdo cōstātini gratie recognitio cum dr̄. A rege accipies donationem. Circa primū notandū ꝙ constātinus curatus est ꝑ siluestrū per virtutē baptismi circa quē baptismū quatuor persone cōsiderant. s. apl's cōstantinus siluester: ꝛ xp̄s. ex parte apl'orum fuit intimata materia ꝛ figura. vnde dixerūt cōstantino in visu apparētes qr horruisti effusionē sanguinis innocētis siluester ostendet tibi piscinā: ecce materia in qua immersus tertio curaberis ab oī lepre morbo: ecce figura. Materia em̄ baptismi est aqua que fuit sanctificata tactu dn̄ice carnis cū in iordane ostēdit. virtutē institutiōis cū dixit Joānis. iij. Nisi q̄s renat⁹ fuerit ex aqua ꝛ spiritu sancto ꝛc. Aqua regenerationis q̄ de latere emanauit ꝛ benedictionis sacerdotis. Aug. Accedit verbū ad elementū ꝛ fit sacramentū. Trina aūt immersio fit ad designādū triduanā xp̄i sepulturā ꝛ ꝙ a trinitate hz efficaciā ꝛ ꝙ triplicē remittit culpā scz originalē, actualē: ꝛ venialē. Scdo ex parte cōstantini fuit dispositio preambula: Disposuit ei se ad baptismū ꝑ tria. s. ꝑ cōtritionē cōfessionē ꝛ satisfactionē Unde legit ꝙ ad ecclesiā sancti petri venit ꝛ se de peccatis suis lamētabiliter accusauit Mat. iij. Baptisabantur a iohāne cōfitentes peccata sua per opera penitētie: qr siluester ante baptismū vnius heddomade ieiuniū sibi indixit. Christus nō ieiunauit ante baptismū qr non indigebat aliqua dispositione. Ieiunauit autē post baptismū: ad innuendū ꝙ qui in baptismo nascitur nouus homo efficit. Paulus autem ꝛ cōstantinus ante baptismū ieiunauerūt: qr indigebant dispositione. Per opera misericordie: qr ante baptismū carceres aperiri fecit. Mat. v. Beati misericordes quoniā ipsi misericordiā cōsequent. Tertio ex parte siluestri fuit forma debita ꝛ recta intentio: ꝑ quā ipsum intendebat virtute baptismi sanare in corpore ꝛ mente vnde poterat dicere illud. Joā. vij. Totū hominē sanū feci in sabbato. Tunc em̄ fuit sabbatum propter pacem q̄ fuit ecclesie restituta.

Quarto ex parte christi fuit efficacia virtutis: que fuit triplex. Prima est quia in baptismo curauit a morbo lepre. ij. Reg. iiij. Restituta est caro eius sicut pueri parvuli. Secūda est quia sibi infudit lucem gratie & hoc significat per hoc q in baptismo eius mirabilis splendor lucis emicuit. Super apostolos delcēdit spiritus sanctus in linguis igneis: qz in predicatore requirit lingua ignita ad inflamandū super constantinū apparuit in specie lucis qz in principe requirit lux sapientie ad indicandū. Tertia qz ipsum dignum fecit sua visione hoc significat per hoc q christus constantino in baptismo apparuit Legitur enim. j. Re. xvi. q absalon duobus annis facie regis non vidit tertio autem vidit. Quia in lege nature contra peccatum originale institute fuerunt sacrificia in lege moysi circuncisio: sed neutrū istorū celos aperiebat in lege autem gratie quasi in tertio anno institutus est baptismus qui celos aperuit & homines dignos dei visione fecit. Secundo ponitur in constantino grata recognitio cum dicitur: & rege accipies donationē ipse enim ecclesiā xpi fundauit: vñ legit q de fundamēto ecclie sancti petri. xvi. cophinos terre propitijs hūeris asportauit. vnde dicit quedā glosa super Esa. lx. Edificabunt filij peregrinorū muros tuos Sicut cōstantinus qui rome. xvi. ecclesias in honore duodecim apostolorū fecit. Secundo fundatam dotauit: qz totā italiam: n dotē donauit. Gen. xxx. Dotauit me dominus dote bona. mecū erit vir meus eo q genuerim ei sex filios. Et pōt esse verbū ecclesie que hic dotatur & in futuro christo coniungetur: eo q sex filios sibi generauit apostolos martyres confessores virgines continentes & conjugatos. Tertio dotatam priuilegijs cōmunit. Dedit enim legem: quicunq; fugeret in ecclesiam salvus esset: & plures alias leges fecit. Christus tamen ecclesiam nobilioribus priuilegijs cōmunit de quibus dicitur. xij. Re. ix. Sanctificaui domū hāc vt ponerem nomen meū ibi in sempiternū & erunt oculi mei & cor meum ibi cunctis diebꝰ. ecce quia deus in ecclesia posuit nomen suū: oculos suos & cor suum. Et sic nominatur nomine dei videt oculis dei & vivit corde dei. Propter primum est famosa & cognoscibilis. mane. j. ab ortu solis vsq; ad occasum magnū est nomē meū in gētibꝰ. ppter scōm est circūspecta infallibilis. Prouer. j. Frustra iacit rethe ante oculos pennatorū. Propter tertium est perpetua & immortalis. Esa. xxxiij. Tabernaculum qđ nequa ꝯ transferri poterit. Quarto priuilegia tāq dignitatibus coronauit. Dedit em filio suo coronam imperialem & equū album. Voluit em ecclesiam ornare: quia sciebat ipsā esse summi regis sponsam. ps. Stetit regina &c. ipsam esse ad dexteram dei collocandā. vnde sequit. A dextris tuis. ipsaz immortalitatis stola induendā ideo subdit. In vestitu deaurato ipsam angelorū multitudine & obsequijs mācipatā ideo subditur. Circundata varietate.

¶ Sermo.xlix. De eodem sermo. ij.

NOnoramedi cuz ꝓpter necessitatē eccl'. xxxviij. In verbis ꝓmissionis duo ponunt. s. cōstantini necessitas in quam incidit & honoris sublimitas que sibi nostrum hos notauit. Circa primum notandum q constantinus triplicem necessitatē patiebatur prima erat corporalis: quam patiebatur in carne sua: & ista erat morbus lepre. Secunda erat spiritualis que erat in mēte sua, & ista erat morbus idololatrie. Tertia erat in gente sua, & ista causabatur ex diaconis infectione. Primum morbum curare volebat per innocentum sanguinis effusionem. Secundum augere volebat per christiane religionis extirpationem. Tertium sedare volebat per cerimoniarum exhibitionem. sed affluit celestis medicina scilicet silnester: qui hunc triplicem morbum salubri remedio curauit. Primum namq; curauit per baptismi regenerationem quia sez mox vt fuit baptizatus ab oi lepra fuit curatus. iij. Reg. v. Restituta est caro eius sicut caro pueri parvuli & mūdat⁹ est. In carne quidē sua patiebatur triplicē morbū. Primꝰ causabatur ex lepre aspersiōne

ꝛ ꝓtum̃ ad hoc ꝺt. Restituta est caro eiꝰ. Secundꝰ causabatur ex fomite concupiscẽtie ꝛ iste per baptismũ debilitatus est. ꝛ ꝓtuz ad hoc dicit caro pueri. ꝛc Tertio causabatur ex vetusta conuersiõe qua in baptismo spoliatꝰ est. Col. iij. Spoliãtes vos veterẽ hoiez ꝛc. ꝛ ꝓtũ ad hoc dicit Mũdatꝰ est. Scõs erat morbus spiritualis. ſ. morbus originis. Notandum aũt qꝫ tũc erat triplex error. Primꝰ gẽtilitatis ꝛ idololatrie. ꝛ istũ curauit siluester miraculis. ꝑs. Dabit voci sue vocẽ ꝛtutis in miraculis scilicet miraculosa curatione contrãtini. Scõs erat iudaice perfidie. ꝛ illũ curauit doctrinis: quia disputãdo cũ helena ꝛ iudeis ipsos cõuicit. Luc. xxj. Ego enim dabo vobis os ꝛ sapientiã ꝛc. ꝛ miraculis scilicet resuscitatiõe tauri. ſ. Cor. ſ. Judei signa petunt greci sapiẽtiã querũt Siluester aũt grecis siue gentilibꝫ sapiẽtiã ꝛ iudeis signa ꝓbebat. Sapiẽtes enim acquiescũt rationibus simplices miraculis. Sed quãdo vtrũqꝫ datur tũc ꝛ rationes miracula cõmẽdãt, ꝛ miracula rationes confirmãt. Tertiꝰ erat error pranitatis hereticę ꝛ ille fuit arrij qui statim post siluestrũ adhuc tamẽ viuẽte cõstantino incepit qui dicebat xp̃m esse purã creaturã ꝛ ille morbꝰ curatꝰ est doctrinis: qz nicenũ cõsilij congregatũ vbi aptis rõnibus eiꝰ error cõfutatus est. ꝛ miraculis qz arrius crepuit medius: ꝛ nep hãdo ore quo xp̃m blasphemauit viscera sua enomuit. Tertiꝰ morbẽ causabat ẽ ifectiõe diaconis. ꝛ hũc morbũ siluester curauit per potentiã quia ad ꝓceptũ ꝛ petri ꝛ pauli apꝫ rum ad ipsum descendit. ꝛ ibi tria fecit. Nã sibi precepit qꝫ ibi xp̃m veniẽtẽ inditẽ expectaret os eius filio ligauit ꝛ cuz figillo habente crucẽ sigillauit. Xp̃s nãqꝫ vicit diabolũ ꝑ potentiã, hoc signat preceptũ quod ei fecit. per sapientiam hoc signat ligatio qua eum ligauit. ꝑ iusticiã que appenit in passiõe hoc signat sigillatio facta cum crucę. Secũdo ponitur honoris sublimitas quas siluestruz honorauit cum dicitur. honora medicum. Circa qõ notãdum qꝫ ecclesia est vicaria christi vtrz agni: thesauraria dei ostiaria paradisi primo igit qz ecclesia est vicaria christi constantinus in sede sibi cessit dimisit enim sibi sedem romane vrbis ꝛ ipse in cõstantinopolim sibi sedẽ locauit. vnde ait in suo testamẽto vbi principatus sacerdotum ꝛ christiane religionis caput ã celesti imperatore institutum est iuxtũ est vt illic imperator terrenus non habeat potestatem. Secundo quia est ꝑonsa agni ipsaz tanqꝫ fidelis paranympꝫ nobiliter exortauit. Naz sicut legitur in suo testamẽto dedit siluestro coronam imperialem sup humerale: ꝛ oia imperialia ornamenta. ordinans etiam qꝫ cardinales essent pres sules ꝛ patricij: ꝛ imperialibus dignitatibus adornati. Tertia quia thesauraria dei imperium occidentale sibi custodiendum commisit. ꝛ ipse ad partes orientales accedẽs cõstãtinopolim edificauit. Esay. xlv. Dabo tibi thesauros absc̃ditos ꝛc. Quarto qerat ostiaria paradisi iudicio suo se ligandũ ꝛ absoluendũ sup posuit vnde legitur in hystoria ecclesiastica qꝫ cum niceno cõsilio diuersi ẽpi diuersos libellos contantino presentassent vt ipse inter eos iudicaret omnes libellos in ignem proiecit: dicẽs. Deus vobis potestatem dedit de nobis iudicare: ꝛ ideo a vobis recte iudicamur. vos autem non potestis ab hominibus iudicari. Vos esti nobis a deo patre estis dñi ꝛ conuenies nõ est vt homo iudicet deos sed ille de quo dicitur. Deus stetit in synagoga deorum.

¶ Sermo. I. De eodem. sermo. iij.

In diebus

suꝫ placuit deo Eccl. xliij. Tota vita sctoꝝ est dies. ſ. Tessar. v. Oẽs vos filij lucis ꝛ filij dei: ꝛ quia sancti viri sepe mutant status ideo quot status habent tot dies continent. Beatus autem siluester fuit in quadruplici statu scilicet subiectionis, prelationis, cõsummatiõis, ꝛ glorificationis: ꝛ in his diebus. i. statibus suis lucidis semper placuit deo. Primo namqꝫ placuit in statu perfectionis ꝑ gratiam. Sunt aũt tria signa per que potest homo cognoscere vtrum placeat deo per gratiã. Primũ est exercere opera misericordie. Eccl. xvij. Elemosyna viri

quasi faccul⁹ cū ipso:z gratiā:hominis quasi pupillā cōseruabit. Sicut em̄ manus opponit vt pupilla ab ictib⁹ custodiat sic per elemosynā z tentationibus diaboli omnia cōseruant. Istud siluester habebat de quo dicitur hospitalitatē summopere exercebat. Hebr. xiij. Hospitalitatē nolite oblimisci. p hāc enim quidam placuerunt angelis hospitio receptis. Secundum signum est firmitatem cōscientie habere Eccli. xx. homo acharis. i. sine gratia quasi fabula vana Et 9r Eccl. xxvij. homo fensatus manet in sapiētia sicut sol ꝛc. Istud siluester habuit. Nam cum olim quēdam christianū nomine thimoteū omnes christiani timerent recipere ipse eum receptt z fecit remanere fecit. Tertium signū est habere spiritū prophetie. ij. pet. j. Spritnitsancto inspirati locuti sunt sancti dei homines. Istud siluester habuit. Nam cū prefect⁹ sibi in craftinū diuersa tormenta minaretur: prophetica voce respōdit. Multe hac nocte morieris tuz velis nolis verū deū quem colimus recognosces quod ita factum est. Secundo placuit in statu predationis per curam sollicitam. Ipse em̄ populū suū pauit verbo predicationis per quod iudeos conuicit: gentiles conuertit: z fideles instruxit. Pauit etiā exemplo reformationis. Unde dicitur q̄ non solū a christianis: sed etiam a paganis miro diligebat affectu. Erat enim aspectu angelico: sermone nitidus. z fide catholicus: charitate diffusus. Pauit temporali subsidio. Unde dicit q̄ omniū orphanorū viduaz z pauperū nomina scripta habebat: z eis in necessariis subueniebat. ꝓpterista tria dicit. j. Thimo. ij. Exemplū esto fidelibus in verbo scilicet predicationis: in conuersatione scilicet informationis in charitate scilicet submnistrationis. Tertio placuit in statu cōsummationis sine mortis: quia tūc gratiosum testamentū fecit in quo tria subditis delegauit scz vt inter se charitatem haberent ecclesias suas diligentius gubernarēt: z gregem a luporū morsibus custodirent. Ista tria paulus discipulis suis pro testamento legauit dicēs. act. xx. Attēdite vobis z vniuerso gregi vt scilicet ipsum sin

cere diligatis in quo vos spūsanct⁹ posuit episcopos regere ecclesiā dei: vt scilicet diligentius gubernetis. Ego scio quoniā intrabūt post discessionem meaz lupi rapaces: non parcentes gregi: z iō ipsum a luporum morsibus custodiatis. Et intelligūtur lupi demones hereticiset tyranni. Debent quidem prelati custodire ecclesiam amorsibus demonū per orationem assiduam Luce. xxij. eccce sathanas expetiit vos ꝛc. Et aliquando conuersus cōfirma fratres tuos scilicet per orationem sollicitam a morsib⁹ hereticorū per sanam doctrinam. j. Petri. iij. Paratu semper ad satisfactionem omni poscenti ꝛc. A morsib⁹ tyrannoz: per firmam constantiam. Unde quidam reprehendunt. Ezechie. xij. Non ascendistis ex aduerso. z cetera. Quarto placet nūc deo in statu glorificationis. ꝑs. Placebo domino in regione vinozū. Sunt autem tria per que beati placent deo. Primum est identitas volūtatis. Modo enim in malis volūtas est deo cōtraria. iō displicent. In bonis em̄ semiplena: z iō imperfecte placent sed in beatis est perfecta, iō perfecte placent. Esaye. lxij. Uocaberis voluntas mea in eis. Scōm est identitas similitudinis. Similitudo quidem dei in malis est delata: ideo nō cognoscuntur. In bonis est obscura: qz i corpore quod corrumpitur aggrauatur. In beatis est clara. j. Joh. iij. Scimus qz similes ei erimus cum apparuerit ꝛc. Tertium est idētitas amoris. Mali autem habēt cor frigidū. Mat. vj. Sicut frigidā facit cisterna aquā suam ꝛc. Boni hnt cor callidū. ꝑs. Concaluit cor meum intra me. Beati vero habent cor in ignē amoris totaliter conuersum: ideo vocant scintille ignis. Sap. iij. Fulgebūt iusti z tanq̄ scintille i arundineto discurrent.

¶ Sermo. ij. ¶ De circumcisione domini. Sermo. j.



Infans octo dierum circūcidetur in vobis. Genesis octauo. Quāuis enim ihesus dñs noster fuerit infans octo dierū circumcisionem non indigebat. Cum enim

tantum circūcisio data fuerit contra peccatū. Et qm̄ xp̄s fuit sine peccato nō indigebat tali remedio Bern. ꝙ non fecerit peccatū etas ipsa manifestat: ꝙ nō cōtraxerit multo fortius probat patris diuinitas ⁊ matris integritas. Est em̄ tibi pater ab eterno sed in deo non cadit pctm̄. Est tibi mater ex patre: sed virgo nec parere potuit incorruptio corruptelā. Notāduz autē ꝙ circūcisus fuit christ⁹ a parētib⁹ in parte corporis ⁊ a iudeis in oib⁹ sensibus corporis. Primam autē circūcisionē voluit accipere nō propter indigentiā sz propter congruētiam. Congruū em̄ fuit multiplici ratione. Primo vt legez impleret. Ro. xv. Dico enim iesum christū fuisse ministrum circūcisiōis ⁊c. Scdo vt incarnationis mysteriū diabolo occultaret. Sicut enim piscis volens capere escā capit ab hamo: sic diabol⁹ vidēs christū circūcidi voluit ip̄m capere tanq̄ purū hominē in carne: et captus est diuinitate. Job. xl. Nūquid illudes ei quasi auis? Tertio vt ꝯmunitatē cōmēdaret. Bern. Amator ꝯmunitatis quō illam desereret: ⁊ alios scādalizaret? sicut em̄ scadalizant xp̄iani vidētes aliquem de genere xp̄ianoꝝ nō baptizatū: sic ⁊ iudei vidētes ipsum non circūcisum. Quarto ne iudei se excusarēt dicentes. Ideo te nō recipimus: qꝛ contra legē facis ⁊ de populo nostro debes perire: iuxta illud Gen. xvij. Masculꝰ cuius p̄putij caro circūcisa nō fuerit delebitur ala eius de populo suo. Quinto vt nostrā naturā sanaret. Sicut em̄ fit cauteriū in vno mēbro vt totum corp⁹ sanetur: sic christus voluit circuncidi vt corpus ecclesie totū sanaret. Coll. ij. Circūcisi estis circuncisiōe nō manufacta. Secūdo fuit circūcisus a iudeis in oibus partib⁹ corpis ⁊ oib⁹ sensibus sui corporis. Primo quātum ad aures: qꝛ detraxerūt sue potētie. Math. ix. In beelzebub principe demonioꝝ eijcit demonia ⁊ sapientie sue. Joā. viij. Tu de teipso testimoniū ꝑhibes testimoniū tuū nō est verū. Sue mle. Luc. xv. Murmurabāt pharisei ⁊ scribe dicētes: qꝛ hic pctōres recepit ⁊ mādūcat cū illis. Scdo quātū ad visum: emisit em̄ lachrymas ꝯpassiōis. Luc. xix. Videns ciuitatē flexit sup illā ⁊c. Lachrymas amoris. Joā xi. Lachrymatus est iesus s. super amicū suū. Lachrymas doloris fui in passione: vt habet Heb. v. Tertio q̄tū ad olfactū Habuit em̄ odorē grauem fetidum ⁊ fetidissimū. Odor grauis causabatur ex poculo myrrhato ⁊ abscynthiato. Odor fetidus causabatur ex sputis iudeoꝝ ⁊ cadaueribus mortuorū. Odor fetidissim⁹ causabatur ex spurcitijs peccatorum. Peccata em̄ aerem inficiunt ⁊ fetidum reddūt. p̄s. Corrupti sunt ⁊ abominabiles facti sunt ⁊c. Quarto q̄tū ad gustū, qꝛ amarū potū sibi ꝓpinauerunt. s. mixtū cum felle, aceto, ⁊ myrrha. vt. s. fel venenaret, myrrha amarificaret, acetum qd̄ est penetratiuuz venenum ⁊ amaritudinē per totum corpus deduceret. Quinto q̄tū ad man⁹ Habuit em̄ manus ligatas vinculis amoris quando s. flagellatus ad columnam. Eccli. vj. Ne accideris in vinculis ei⁹. Habuit manus perforatas largitate muneris. p̄s. Aperis tu manum tuā: ⁊ imples tu omne aui. i. al bn̄dictiōe. Habuit crucixas in exemplū penitentie finalis. Clau⁹ autem quo affligitur homo est timor dei. p̄s. Cōfige timore tuo carnes meas. In his quinq̄ sensibus iō voluit circūcidi. vt culpam eue sanaret: ⁊ nos circūcidi doceret. Eua quidem incircūcisas habuit aures quādo suggestiōi serpentis eas accōmodauit. Oculos quando pomum vetitū aspexit. Olfactū quando pomi odorē sensit ⁊ sua mēs inde allectata fuit. Gustū quando pomū comedit. Manus, quādo ipsam ad illud extēdit. Nos etiā debem⁹ in his quinq̄ sensibus circūcidi. s. in visu lasciuie cōsideratione: qꝛ sicut dicit. Hieremie. ix. Ascendit mors per fenestras vestras in auditu de nociua auditione scilicet detractiōis. Eccl̄s. x. Si mordeat serpēs in silētio nihil eo min⁹ habet q̄ occulte detraxit. In loquela adulatiōis praue. Esa. xiij. Syrena in delubro voluptatis. In olfactu a superuacua odoris requisitione: quia sicut dicitur Esa. iij. Erit pro suaui odore fetor. In lingua in verboruz consideratione. Exod. vj. Circūcisus labijs ego sum In manibus a remissa operatione. Esa. x. Remissas manus ⁊ soluta genua erigite ⁊c.

¶ Sermo. lij. Eodem die sermo. ij.

Gladiuz euaginauerunt peccatores intenderunt arcū suū vt decipiant pauperē ⁊ inopē: vt trucidēt rectos corde. Hodie celebrat̄ festiuitas fabiani pontificis ⁊ sebastiani militis. Pulchra ꝯiūctio pontificis ⁊ militis. Siue vt ostēdat̄ ꝙ de⁹ fecit nos deo p̄ri regnū et sacerdotiū. Siue ostēdat̄ ꝙ ad regnū celoꝝ nō solū ꝑueniūt deuoti clerici. sz etiā fideles laici. Siue vt ostēdatur ꝙ illi ad deū ꝑueniūt q̄ sibi assistūt ꝑ ociū ꝯtemplatiōis ⁊ q̄ sibi militāt ꝑ laborē actiōis In verbis ergo premissis duo tāgunt̄. Prīo ꝑsecutoꝝ crudelis seuicia cū dr. Gladiū euaginauerūt pctōres ⁊c. Scdo sanctorū innocens pena: cuz subditur. Ut decipiāt pauperē ⁊c. Seuicia aūt pctōrum in duobus apparet. s. in euaginando gladiū. s. quo ad fabianū quē decapitauerūt ⁊ i tenendo arcū q̄ ad sebastianū quem sagittauerūt. Circa primū notādū ꝙ mali habent gladios q̄s euagināt cōtra bonos: ⁊ boni habēt gladios quos euagināt cōtra malos: habēt q̄dē mali vnū gladiuz in corde q̄ est malicie. vñ. ꝑs. Gladi⁹ eorum intret in corda ipsoꝝ. Hūc euaginauerūt cuz malitiā acuerūt ad persequendum. ꝑs. Concepit dolorem ⁊ peperit iniquitatē. Aliū habēt in ore qui est gladi⁹ male lingue. ꝑs. Gladius in linguis eorum: hunc euagināt cum linguam laxant ad detrahēdū. ꝑs. Exacuerūt vt gladiū linguas eorū. Aliū habent in manu q̄ est malignitatis inique: ꝑs. De gladio maligno eripe me. Hūc euagināt cū man⁹ extendūt ad persequēdum. Exod. xv. Euaginabo gladiū meuz: interficiet eos manus mea. Primū gladium euaginauit decius cōtra Fabianum. qui et ecclesie magnam persecutionē cōmouit. Secundum euaginauit diocletian⁹ cōtra sebastianū quē suum proditorem vocauit: ⁊ multas blasphemias sibi dixit. Tertiū vterq̄ cōtra vtrūq̄ euaginauit: dū ille fabianum fecit occidi, ⁊ iste sebastianū fecit sagittari. scdo boni habēt gladios cōtra malos. Primus est doctrine Heb. iiij. Uiuus est sermo dei ⁊ efficax ⁊ penetrabilior omni gladio ancipiti. hūc euagināt in eruditione proximi. Eph. vj. Gladiū spiritus quod est verbū dei. secundus est iusticie. Exo. xxxij. Ponat vir gladiū suum cōtra femur suum hunc euagināt in peccati vltione. ꝑs. Gladij ancipites in manib⁹ eorum. Tertius est fortitudinis et ꝯstantie. Cant. iij. In lectuluz salomonis sexaginta ambiunt omnes tenētes gladiū hunc euaginant in gregis domini defensione. Macha. iij. iudas i gladio suo ꝓtegebat castra. gladiū ergo doctrine euaginauit Sebastianus qñ ydolatras ⁊ infideles

conuertit: et gladium iustitie euaginauit fabianus quãdo deciũ imperatorẽ dure corripuit Gladiũ fortitudinis vterq; euaginauit quando vterq; instãter martyriũ tolleranit. Secũdo apparet seuicia cõtra beatum sebastianum cum dicitur. Intenderunt arcum suum quia ad instar ericij fuit sagittis repletus Intenderunt arcuz rem amaram: illa enim sagittatio amara pena fuit propter intraneitatem visceruz quia saggitte non tm̃ vulnerant membra exteriora sed etiã viscera interiora Job. xxx. Interiora mea efferbuerũt absq; vlla requie. Magna etiam pena fuit propter generalitatẽ vulnerũ: quia nõ tantum in vno vel duobus locis: sed in toto corpore vulneratꝰ erat et sagittis repletꝰ Job. xvj. Cõcidit me vulnere super vulnꝰ. Esa j. A planta pedis vsq; ad verticẽ nõ est in eo sanitas et magna pena erat ꝓpter maliciã irrisionum: quia ipsum quasi signuz in derisione posuerunt Job. xij. Deridet simplicitas iusti etc. ps. In me psallebant qui bibebant vinum. Fuit etiã magna pena propter totiꝰ populi spectaculũ. Fuit enim in campo iuxta palatium cesaris sagittatus: vt illic omnis populus conueniret euz sagittari videre. vt hr̃. j. Cor. iiij. Spectaculum facti sumus mundo angelis et hominibus. Scdo ex parte sanctorũ ponitur pena innocens cuz dicitur. Ut decipiant pauperẽ et inopẽ. Sed primo ponitur innocens pena sebastiani: cũ dicit. Ut decipiant pauperem. Pauper igitur et inops fuit sebastianus quẽ oibus bonis spoliauerunt: et a principatu deposuerũt. Istum decipere conati sunt modo falsis allegationibus volẽtes xp̃m ofidere nõ esse deum modo vanis ꝓmissionibꝰ promittentes sibi restituere suũ principatum modo diuersis cruciatibꝰ et diuersis passionibus quia ipsum fecerunt sagittari: et vsq; ad mortẽ fustigari: sz nõ potuit decipi: nec falsis allegatiõibꝰ adduci: qr hẽbat christũ qui sapiẽtia est Luc. xxj. Ego enim dabo vobis os et sapiẽtiam etc. Nec vanis promissionibus: qr habebat xp̃m qui est vera merces et summũ bonũ. Gen. xv. Noli timere ego protector tuꝰ sum: et merces tua magna nimis Exo. xxiij. Ego ostendaz tibi omne bonũ. Nec vanis cruciatibus et passionibus: qr habebat christum qui virtus est et fortitudo. ps. Dominus protector vite mee a quo trepidabo? Itẽ ibidẽ. Cũ ipso sum in tribulatiõe eripiã eũ et glorificabo eũ. Scdo ponitur innocẽs pena fabiani: cũ dicit vt trucidẽt rectos corde: ipse ei rectũ cor habuit. qd patet ex multis. Primo qr ipse ꝑ colũbaz fuit miraculose electus nequaq̃ em̃ deus ipsum miraculose eligeret. nisi ipsum habere rectũ cor et sanctũ cognosceret. Nu. xvj. Quẽcunq; elegerit dñs ipse sanctus erit. Scdo qr in potentum reprehensiõe fuit constans et firmꝰ. Nã sicut dicit haymo imperator. Philippo volẽti interesse pasche solennitatibus et diuinis cõicare mysterijs fabianus constanter restitit, nec ibidem ip̃m esse permisit: donec inter publice penitentes stetit, et peccata sua cõfessus fuit. Ecclesiast. xlviij. In diebus suis nõ pertimuit principem etc. Tertio quia circa diuinũ cultum fuit valde diligens et deuotꝰ. Nam sicut dicit Damasce. papa ipse fabianus ꝑ oẽs regiones septẽ diaconos misit, et eisdẽ tot subdiaconos assignauit vt gesta martyrũ colligerẽt: et sibi romã deportarent quod factum est. Istũ ergo sic rectum corde trucidauerũt et decapitauerũt. Etlz carnẽ trucidarẽt: aiaz tñ ledere non poterãt. Matt. x. Nolite timere eos qui occidunt corpus: animam enim occidere non possunt. Ratio quare animas sctõrũ mali occidere nõ possunt est quia ipsorum anime in manu dei sunt. Sap̃. iij. Iustorũ anime in manu dei sunt. Sunt etiam in sinu dei. Esay. xl. Manu subleuabit agnos et in sinu suo portabit. sunt etiã in corde dei: ad Phil. j. Testis est mihi deus quõ vos cupiam omnes in visceribus iesu xp̃i. Quia igit̃ sunt in manu dei nõ possunt ab aliquo auferri. Joã. x. Non rapiet eos quisq̃ de manu mea qr q̃ sunt i siuu dei nõ pñt amitti. Aug. Quid times hoiem hõ in sinu dei positus? Tu de sinu illius noli cadere: et q̃cq̃d patieris ad salutẽ valebit nõ ad ꝑniciẽ: qr q̃ sunt in corde dei nõ pñt obliuiõi tradi. p̃o. cẽtesimo tricesimo sexto. Si oblitꝰ fuero tui hierl̃m: obliuiõi det̃ dextera mea etc.

¶ Sermo. lxiij. De sancto Sebastiano martyre. Sermo secundus.

Etendit arcū
saum ⁊ posuitme quasi
signum ad sagittā. Thren. iij.
Istud verbum conuenienter
de sancto sebastiano expo-
ni potest qui fuit ad signum positus ⁊ ab
infidelibus sagittat⁹. Fuit enī posit⁹ ad
multiplex signū. Primo in signum prudē
tie ex eo q se sub militari habitu occulta
bat vt christianos martyres ꝓfortaret bo
num quidē fuerat si statim se christianum
ꝓfitens coronā martyrij recepisset, sz me
lius erat q ꝑ tali vtilitate ad temp⁹ sub
militari habitu se occultaret. Postmodū
aūt libere se xp̄ianū cōfessus fuit ⁊ sic pri
mo habuit fidē tāq̄ lorica. j. Thessal. v.
Induti lorica fidei postmodū habuit eā
tāq̄ scutū. Ephe. vj. In oibus sumentes
scutū fidei. Aplus esset de hoc loquēs ūt.
ij. Cor. xj. per feneſtrā i sporta dimissus
sum ⁊c. Bonū erat si apostolus nō fugiē
do martyriū fuisset ppessus sz melius fuit
q ꝑ utilitate primor⁹ ad ips̄ fuit reserua
tus. Scō fuit posit⁹ in signū constantie
cuius confessio etiā apparuit in corrobo
rādo qñ dixit. O fortiss̄i milites xp̄i ⁊c.
Job. xvij. Uacillātes ꝓfirmauerūt sermo
nes tui. In arguēdo, q⁹ imperatores ꝓstā
ter redarguit. Et hic maxie posit⁹ ab eis
flagellat⁹ fuit tales enī ꝓsātes erāt ep̄li.
Dedⁱ b⁹ Act. v. Cessa ab hūtiusmodi ap
stolis: ne ampli⁹ loquāt ⁊c. In sufferēdo
q⁹ multa martyria ꝑpulit: sz vinci nō po
tuit. Ro. viij. Certus sum enī ⁊ neq; mors
neq; vita ⁊c. Tertio fuit posit⁹ in signū do
ctrine. Docuit enī tres vtiles lectiones.
Prima fuit circa ꝓtestū tēporalitū qñ di
xit. Uita hec in se credētes fefellit sz expe
ctātes irrisit ⁊c. Jaco. iiij. Que est enī vita
ūra vapor ad modicū parens. Scō fuit
circa appetitum celestiū. Uñ dixit. Nō se
parabuntur a vobis sz vadūt parare vo
bis ꝑ dereas māsiones. Heb. xiij. Nō enī
habemus hic ciuitatē permanētē: sed fu
turā inquirim⁹. Tertia fuit circa tolleran
tiā aduersorum. vnde ait. In amorē mar
tyriū nostros sustinem⁹ effect⁹ ⁊ Matthei
x. Nolite timere eos qui occidunt corp⁹
⁊c. Quarto erat positus in signum patiē
tie: q⁹ patienter supplicia tollerauit. Ma
gna patientia q⁹ martyres non in supplī
cijs cesserūt sz potiⁱ⁹ eis nocumēta cesse-
rūt. Cyprian⁹. Tot quētib⁹ fortiores fe
cerunt: ac laniātes vngulas laniata mēs
bra vicerunt. maior ꝙ nō maledixerunt.
Luce. vj. Benedicite maledicentib⁹ vo-
bis maxima quod aduersus deū nō mur
murauerunt. vnde dicitur. Non murmur
resonat nō querimonia. Per maxima ꝙ
in tot supplicijs cor pacificū habuerunt.
vñ subdit. Sz corde tacito mēs bñ ꝓsis
serunt patiētiā. Sup maxima ꝙ ꝑ perse-
quentib⁹ orauerunt Luce. vj. Orate pro
ꝓsequentib⁹ ⁊ calūniantib⁹ vos. Quinto
fuit in signū posit⁹ operatiōis bone. has
buit enī opationē bonā. i. vtilē delectabi
lē ⁊ honestā. Utilē ꝯtum ad aliorū quer-
sionē q⁹ multos ꝓuertit ⁊ saluos fecit. j.
Cor. x. Nō querēs q⁹ mihi vtile est sz q⁹
multis vt salui fiāt. Honestā ꝯtū ad pa-
cificā quersationē. vñ ūt. Erat enī vir tos
tius prudētie. In sermone verax in opes
re fidelis. in bonitate cōspic⁹ in vniuer
sa mor⁹ honestate preclar⁹ ⁊c. j. Thessa.
iij. Honeste ābulētis ad eos ꝺ foris sūt.
Delectabilē aūt ꝯtum ad celestiū contē
plationē. Ecclesiast. xj. Dulce lumen ⁊ de
lectabile est oculis videre solē. i. xp̄m per
contemplationem. Sexto positus fuit in
signum pene eterne reprobis inferende.
Si enī de⁹ tīn punit illos qui habēt vitā
sanctā: ꝯtum punit ⁊ illos qui habent vi
tam iniquā. ꝓuer. xj. Si iustus in terra
recipit mala: ꝯto magis impius ⁊ pecca
tor. Si tīn punit illos in quibus benedici
tur: ꝯtum punit ⁊ illos in quibus blas-
phemat. Hiere. xxv. Ecce ego in ciuitate
in qua invocatū est nomen meū incipio te
affligere et vos quasi innocētes eritis nō
eritis inmunes. Si tīn punit illos ꝺ sunt
virides in conscientia ⁊ in vita quanto⁹
punit illos qui habent conscientiam ari
dā: ⁊ vitaz corruptā? Luce. xxiij. Si in vi
ridi ligno hec faciūt: in arido ꝺd fiet ⁊c.

¶ Sermo. lxiij. De eodem sermo. iij.

Ece docuisti
plurimos ⁊ manus lassas
roborasti. Uacillantes con-
firmauerunt sermones tui
⁊ genua debilia cōfortasti.

Job.iiij. In verbis istis tria tāgunt. Nā sanctus sebastianus fuit doctor ignorantiū: iō dicit Ecce docuisti plurimos. Fuit roborator debilium. iō subditur. Manus lassas roborasti: vacillantes confirmauerunt sermones tui. Fuit consolator afflictorum. iō subdit. et genua debilia. Circa primum notandum quod quidam ignorabant veritatē dei sicut idololatre. iō sctūs. Sebastianus docuit fidei veritatem. Unde vna die plusq̄ trecenta idola confregit: et p̄fectum vrbis et mille quadrigentos. viros de eius familia baptizauit. j. Joā. iij. In hoc apparuit dei filius vt dissoluat opera diaboli. Quidā ignorabāt vanitatē mūdi vt cupidi et auari: iō docuit vite labilitatē dicens. Ab initio mundi etc. hec vita in se credētes fefellit et post se expectātes irrisit etc. Job. xiiij. Homo natus de muliere breui viuēs tēpore etc. Quidā ignorabāt leuitatē presentis supplicij vt timidi et delitiosi: ideo docuit pene p̄sentis et future differentiam. Unde ait. Hec p̄secutio quā hic patimur hodie excādescit et cras euanescit dolor autē eternus renouatur vt seuiat augmētat vt exurat: inflāmat vt puniat. Tanta est em̄ differētia ad illā: quāta stilla aq̄ ad fluuiū: sibuli ad tonitruū. Job. xxvj. Cū vix vnā p̄uā stillā sermonis eius audiuerimus: q̄s poterit tonitruū magnitudinis eius intueri? Quidā ignorabāt astutiā dyaboli: vt neophiti et inexperti. iō docuit diaboli astutiā supandā dicēs. In amorē martyrij: iā nostros sustinemus affectus. Ibi enim diabolus se vincere extimat qui dum capit captus est: dum tenet tentus est Job. xl. An extrahere poteris leuiathā hamo. Esca est exterior caro martyrio afflicta, hamus est interior patiētia. Diabolus credit se capere martyrem p̄ escam carnis exterius mortue: et captus est ab hamo interioris patientie. Scdo fuit debiliū corroborator. cū dr. Manus lapsas roborasti. Sunt em̄ quidam debiles ad bonū incipiendū. Prouer. ix. Abscondit piger manum suam sub asella. De quorum numero erat Cromatius prefectus q̄ cuz ydola oīa se confringere promisisset vnū tn̄ abscondit sz sanari nō potuit quousq̄ confractum fuit, Similes sunt qui penitētiā volentes inchoare pctā sua deserunt vnū tamen retinere volunt. Quidaz sunt debiles ad bonū inceptū prosequenduz. Tales sunt sicut statue q̄ pedes habent. sed in ambulando non p̄ficiūt. de quorū numero erant multi christiani qui fidē defendere incipiebāt: sed p̄tinus deficiebāt. Ideo sebastianus clamidez deferebat et eos confortabat. Quidā em̄ sunt debiles ad bonum p̄secutū consummandum. In quorum p̄sona dicit apl's. Rom. vij. Perfectum aūt bonuz non inuenio. De quorum numero erāt. Marcellianus et Marcus q̄ fortiter inceperant constanter p̄secuti fuerant sed parentez blanditijs moilliti nō consummabant. Ad quos sebastianus clamās dixit. O fortissimi milites xp̄i, nolite per misera blandimenta coronā deponere sempiternā. Quidā vero erāt debiles ad aduersa sustinendū. De quibus dicit Luc. viij. Ad tempus credunt: et in tēpore tētationis recedūt de quorum numero erāt multi christiani q̄ timore penarū martyria fugiebant. Istos ad amorē martyrij incitabat dicens. In amorez martyrij nostros sustinemus affectus. Tertio fuit ꝯsolator afflictorum. cum dicit. Genua debilia roborasti. Erāt em̄ q̄dā afflicti: p̄pter penā infictā a tyrāno. de quoruz numero erant marcellianus et marcus. Istos sebastianus cōsolatus est p̄ salubrez exhortationem Esa. l. Dominus dedit mihi linguam eruditā vt scirē sustentare eum qui lapsus est verbo. Quidā erant afflicti p̄pter penam cōtractā a morbo. De quorum numero erat zoe vxor Nicostrati et trāquillinus et cromatius q̄ morbo grauissimo laborabāt et infirmabant. Istos ꝯsolatus est beatus sebastianus sanādo eos p̄ efficacē orationē. Nā sicut dr Jaco. v. Multuz valet dep̄catio iusti assidua. Quidā erant afflicti: p̄pter penā immissam a deo. De quorū numero erāt Romani et papiēses Cōtra quos vt legitur in hystorijs lōgobardorū. Tāta pestis a deo fuit missa: vt vix vnus alterū sufficeret sepelire. Istos consolatus est sanando p̄ suarū reliquiarū deuotā venerationem. Mox em̄ sicut ibidē legitur vt in papiā sue reliquie sunt delate pestilētia illa cessauit. Quidā em̄ erant afflicti per penam immissam a diabolo: de quorū numero erat quedā mu-

lier in tuscia: vt refert Greg. in dyalogo q̄ duz ad dedicationē ecclie sancti sebastiani ire deberet nocte illa a cōcupiscētia simulata a viro suo noluit abstinere: q̄ mox vt sancti sebastiani oratoriū est ingressa a diobolo est vexata Istam ꝯsolatus est sanādo ꝑ suā ⁊ sancti fortunati intercessionem. Uoluit ipsa tñ prius vexari: vt ostēdat ꝙ diligat mundiciam. Uoluit ⁊ sacerdotem qui pallio altaris eā operuit similiter vexari: vt ostēdat ꝙ odit p̄sumptuosam audaciam. Uoluit ad incantationez eam amplius vexari: ita ꝙ legio demonū in eam intrauit vt ostēdat ꝙ odit superstitionem fallacem ⁊ vanam.

¶ Sermo.lxv. De sancta Agnete ser.j.

Mulierem fortez quis inueniet. Prouerbio.vlti. Inuētū est hodie de sancta agnete qđ salomon aut ꝑ impassibitatē, aut ꝑ difficultatez, aut per ammirationem se non posse inuenire dicebat fortem mulierem. Sancta quidem agnes adeo fortis extitit ꝙ triplex certamen maximum superauit. Primum nāq̄ certamen habuit contra prefecti filiuz qui volebat sibi subripere virginitatem inducendo ipsam ad suum coniugium. Secundum habuit contra ipsum prefectum qui volebat polluere sue fame honestatem trahendo ipsam ad prostibulum. Tertium contra prefecti vicariū habuit qui volebat in ipsa corrumpere fidei integritatem: multiplex inferendo ei certamen. Sed in quodlibet certamine habuit adiutorium. Nam in primo habuit angelum: vnde ipsa dixit. Mecum enim habeo custodem corporis mei angelum domini. In secundo habuit christum. Unde ait Unigenitus dei filius mur⁹ mihi est impenetrabilis ⁊ mei custos nūquā dormiens: et defensor nunquam deficiens In tertio habuit spiritum sanctuz. Unde dicit. Ecce nūc ꝑ spiritum sanctum rore celesti perfusa focus iuxta me moritur. Circa primum notandum ꝙ ipsa quinque habuit que in alijs murieribus sunt ad impedimentum castitatis: in sue autem sunt instrumentum virtutis. Primus est etas iuuenilis quia.xiij. etatis sue anno mortem perdidit ⁊ vitam inuenit: ⁊ sic đr Eccl. xij. Adolescentia enim ⁊ voluptas vana sunt sed etatē iuuenilē mētis canicie tēperauit. Uñ đr de ea. Infantia computabatur in annis sz erat senect⁹ mētis imensa: corpore iuuēcula, sz aio cana. Sap. iiij. Cani sunt sensus hominis ⁊c. Secundū est pulchritudo corporis. Ipa em̄ sicut đr de ea fuit pulchra facie: sz pulchrior fide ⁊ sic đr Prouerb. xxxj. Fallax gr̄a ⁊ vana est pulchritudo. Sz ipsa pulchritudinē suā corporis maceratione turbauit Unde poterat dicere illud Cāti.j. Nigra suz sed formosa. Nigra exteri⁹ ꝑ macerationē: formosa interi⁹ ꝑ ꝟtutū decorē. Uñ đt Greg. i dyalogo de galla nobilissima femina q̄ ad instar, scz viri habitura erat barbā si nō nuberet. Illa exterius nihil timuit deformitatis: q̄ iteriorā speciē amauit. Nec mirū ē si hoc i illa fedaret ꝙ a celesti spōso nō amaret. Tertiū ē multiplex oblatio muneris Unde đr ꝙ cepit offerre plurima ⁊ plurima ꝓmittere. Multe em̄ sunt quas nō decepit iuuētus nec pulchritudo sz inducit munerꝝ oblatio Ozee.iiij. Munera dederūt amatorib⁹ suis. Ipsa aūt munera oblata despexit. Uñ đr i legēda detulit secū p̄ciosa ornamēta q̄ ab ea sunt tāq̄ stercora reputata. Sciebat em̄ ꝙ huiusmodi munera nō dant spōsis sed ꝯcubinis. Gen. xxv. Filijs aūt concubinarū largitus est munera. Quartū est nobilitas amatoris. Nō nobilitas virorꝝ facilius inclinat animos puellarū. Ille autē erat filius prefecti vrbis rome: ⁊ ideo nobilitas ⁊ sublimis. Sz ipsa eius nobilitatem comparatione spōsi celestis vilipendit Uñ ait. Discedite a me pabulū mortis qr iam ab alio amatore preuēta sum q̄ longe te nobilior est: ⁊ genere ⁊ dignitate. Quintū est terror: supplicij qr p̄fectus multa supplicia est minat⁹ ei. Multe aūt sunt q̄ respuūt munera: ⁊ cōsentiunt propter supplicia Dan. xiij. Sic faciebatis filiabus israel: ⁊ ille timentes loquebant vobis. Sz ipsa terrores ⁊ minas derisit Une dicitur ea ꝙ terrentem sicut ⁊ blandientem animo deridebat. Amb. Cetere puelle toruos vultus parentum ferre nō

possunt et acu puncta districta solēt quasi vulnera flere. Hec autē virgo cruētas carnificum man⁹ impauida expectauit. Scdm certamē habuit ꝯtra p̄fectū: qꝛ voluit in ipsa polluere honestatē trahēdo eā ad ꝓstibulū. In quo certamine cōtra eā multa aduersari⁹ tela iniecit: sed virgo oīa superauit. Primo nanq; fecit ipsā nudā per ciuitatē duci vt nuditas sibi verecūdiā faceret. Solēt em̄ ipse virgines magis nuditatis verecūdiā timere q̄ penā Ezechiel. xvj. Eras nuda ⁊ cōfusione plena. Sed cōtra istud telū habuit dēsitatē capilloꝝ: q̄ eā induerūt ⁊ verecūdiā propulsauerūt. j. Cor. xj. Capilli ꝓ velamine mulieri dati sunt. Scdo in loco turpi. i. in ꝓstibulo fecit eā includi vt nomē et honestatem pollueret Johelis. iij. Posuerūt puerū in prostibulo. Sed ipsa cōtra hoc habuit societatē angelorū: vt. s. presentia angelorum loci infamiam aboleret. Esa. xxxv. In domibus in q̄b⁹ p̄us habitabant dracones orietur viror calami ⁊ iunci. Calam⁹ ⁊ iuncus virent iuxta fluēta aq̄rū. Et signat angelos q̄ habēt virorē contemplationis: ⁊ sunt mersi in pelagus amoris. Tertio in loco. s. obscuro, fecit eā claudi: vt loci obscuritas virginē ꝑterreret. Cōtra istud habuit luminis claritatē q̄ tanta fuit vt nullus posset eā cōtingere vel videre. Sapiē. xviij. Sāctis autē tuꝫ maxima erat lux. ij. Cor. vj. Que societas luci ad tenebras. Quarto sine vestimēto fecit eā relinq̄, vt frigoris asperitas eā affligeret. Michee. ij. Desuper tunicā palliū subtulistis. Cōtra hoc habuit vestē celestem: quā angeli sibi in carcere parauerūt. Judith. x. Induit se vestimētis iocūditatis sue. Quinto omnibus eā fecit exponi: vt pro vno quē contempserat oēs haberet. ij. Macha. quarto. Ausus est gymnasiū cōstituere: ⁊ optimos epheborū in lupanari ponere. Contra hoc habuit dei virtutez: quia omnes qui ingrediebant conuertebantur. ij. Regum. x. Insiliet in te spirit⁹ domini: ⁊ mutaberis in virū alterū. Sexto filio suo illudendā dedit, vt quē noluerat habere maritū: haberet amasiū. Cōtra hoc habuit iudiciarij dei emulationē. i. demonꝫ qui ip̄m p̄focauit. Vñ ipsa ait. Ille cuius voluntatem volebat perficere potestatē in eū accepit et occidit. Demones em̄ sūt iudiciarij dei qui etsi a seipsis habeant malā voluntatem a deo tamē iustā accipiūt potestatē. j. Re. xviij. Spūs dñi malus inuasit saul. Est em̄ spūs dñi propter acceptā potestatem, sed malus propter iniquā volūtatē. Tertiū certamē habuit cōtra prefecti vicarium qui voluit in ip̄a corrūpere fidei integritatē: multiplex inferēdo suppliciū: sed ipsa oīa superauit supplicia. Fecit nāq; ipsa virginē ꝓijci in ignē: ⁊ ip̄m ignē fecit copiosum fieri ⁊ tādē in gutture fecit eam gladio feriri. In ignē q̄dē fecit eā ꝓijci ꝓpter cōsumptionē: vt scꝫ ignis carnem ⁊ ossa in cinerem redigeret ne scꝫ aliq̄ reliq̄e remanerent. Amos. ij. Sup trib⁹ sceleribꝰ Moab. Et sup q̄rtū nō cōuertā eū: qꝛ incēderūt ossa regis idumee vsq; ad cinerē Primū scelus fuit: qꝛ fili⁹ ipsi⁹ p̄fecti virginitatē sibi subripere voluit. Scdm qꝛ ip̄e p̄fectus eā nudā ꝑ ciuitatē duci fecit. Tertium qꝛ eā in lupanari exposuit Quartū qꝛ ipse vicari⁹ eā in ignē ꝓijci fecit vt ei⁹ ossa in cinerē redigerent: sꝫ istud certamē vicit ꝑ orationē deuotā: qꝛ mox vt orauit ignꝫ extinct⁹ fuit. Eccl. lj. In medio ignis non sum estuata. Scdo ipsum ignē copiosum voluit fieri: vt ⁊ ipsa cito cōsummaret ne sibi auferret. Sꝫ cōtra istud certamē habuit refrigerētē dei gratiā: q̄ sibi refrigeriū p̄stitit: vñ ipsa ait. Ecce nūc ꝑ spm̄ sanctū rore celesti ꝑfusa: foc⁹ iuxta me moritur. Eccl. iij. Ignē ardētē extiguit aqua. i. refrigerās dei gratia. Tertio in gutture fecit eā secari. Sed istud certamen vicit per celestē palmam quam acquisiuit. Apo. vij. Stantes añ thronū dei in ꝯspectu agni amicti stolis albis: ⁊ palmis in manib⁹ eorū. Stat añ thronū dei per cōtemplationē deitatis. In conspectu agni per considerationē hūanitatis Amicta stola alba per dotē anime: ⁊ palme in manibus eius per ostensionem victorie.

¶ Sermo. lxvj. De eadē. Sermo. ij.

Fortitudo ⁊ decor indumētū eius ⁊ ridebit in die nouissimo Prouer. vltimo. hec verba cōuenienter

de sancta agnete exponi possunt que fuit robusta decora ⁊ leta. Fuit sic robusta ꝙ etiam hostes vicit. Fuit sic decora: ꝙ omnibus placuit. Et modo leta: quia ad letitiam sempiternam peruenit. Primo igitur fuit robusta ⁊ fortis ideo premittitur fortitudo. Fuit enim fortis: quia vicit fortiorem se. i. diabolum. Unde dicit beata agnes spurcitias diaboli imaculato calle trāsiui. Johan. ij. Scribo vobis adolescentes quia vicistis malignum. Fuit fortior qꝛ a nemine potuit vinci nec a prefecti filio promissis donis, nec etiam ab ipso prefecto irrogati iniurijs nec ab ipso vicario illatis supplicis Eccli. xlviij. Potentia nemo vicit illum. Fuit fortissima: quia vicit semetipsam: scilicet corporis seruando munditiam ⁊ animā seruādo patiētiā. Prouer. xvj. Melior est patiēs viro forti: ⁊ q̄ dominatur animo suo expugnatore vrbiū. Fuit sup̄ fortissima, qꝛ vicit deū: ⁊ hoc qñ resuscitando filiuz prefecti oratiōib⁹ deuotis induxit. Eccl. xvj. Mulier fortis oblectat virū suū. i. deū. Gen. xxxij. Si cōtra deū fortis fuisti: quātomagis cōtra homines preualebis? Scdo fuit decora: iō subditur. Et decor. Deus em̄ ipsam in presenti decorauit: qꝛ ipsaz multiplici gloria illustrauit: fecit nanq̄ miracula in triplici machina rerum: quia ⁊ de celo choruscatio ⁊ fulgur descendit: ⁊ terremotus magn⁹ extitit, ⁊ p̄fecti filiū de inferno suscitauit. Fecit em̄ miracula in quadruplici substātia elementorū: qꝛ ignis extinctus est aqua: quia tēpestas super paganos exorta est terra mota: aer dum esset in carcere illustratus est diuina luce. Fecit miracula in quintuplici differētia creaturaꝝ: scilicet in illis que habent tantum esse sicut in imagine anulū que recepit, ⁊ tētationez fugauit. In illis que habent viuere sicut in capillis qui ad instar plantarū viuunt et crescunt. Et in illis que habēt sentire: sicut patet in agno niue candidiore q̄ iuxta eā stare visus est. In illis que habēt discernere: sicut ptz in constantia quā corpore ⁊ mēte sanauit. In illis que habent intelligere sicut in angelis qui sibi vestez in prostibulo preparauerunt. Tertio est modo leta: ideo dicitur. Et ridebit in die nouissimo: non dixit in die primo, quia ille est dies ploratus. Sapien. vij. Primūz vocem similem omnibus emisit plorās: nec dixit die medio: quia ille dies est incolatus. ps. Heu mihi quia incolat⁹ meus prolongatus est. Sed dixit in die nouissimo: quia ille est dies iocūditatis ⁊ risus. Job. viij. Donec impleatur risu os tuuz. In hoc ergo die nouissimo ipsa ridet: qꝛ preter gloriam communem quatuor speciales habet. Primam habet in capite q̄ est aureola. Exod. xxv. Super coronā facies alteram coronam aureolam. Secūdam habet i ore que est suauis melodia. Apocalyp. xiiij. Cantabāt quasi canticū nouum. Tertiam habet in corpore que est vestis candida. Apocalyp. iij. Ambulabunt mecuz in albis: quoniā digni sūt. Quartam habet in prosecutione que est associatio diuina. Apocalyp. iiij. Hi sequuntur agnuz quocunq̄ ierit. Propter primam coronam quaz habet in capite dixit. Quasi sponsam decorauit me corona. Propter secundaz quam habet in ore dixit. Cui⁹ mihi organa modulatis vocibus sonant. Propter tertiam quam habet in corpore dixit. Induit me dominus ciglade auro contexta. Propter quartā quā habet in christi associetate. ait. Ipsi sum iūcta in celis quā in terris posita tota anime deuotione dilexi. ⁊c.

¶ Sermo. lxvij. De eodē festo ser. iij.

Dilectus me⁹ mihi ⁊ ego illi. Cant. ij. Cōsuetudo est inter sponsum ⁊ sponsam: ꝙ sponsus spōsam copulat sibi per amorem: et ꝙ sponsa sponsum multipliciter commendat. Beata igitur agnes primo gloriatur ꝙ christus eam in sponsam accepit: ⁊ sibi eam per amorem copulauit cum dixit. Dilectus meus mihi. Secundo eum multipliciter commendauit: cuz subdit. Et ego illi. Est igitur sensus. Dilectus meus mihi. i. intēdit me sibi in spōsam accipiendo. Et ego illi scilicet intendo ipsum multipliciter cōmēdando. Circa primū notādū est ꝙ triplex est desponsatio. Prima est carnalis. Jhānis. ij. Vocat spōsum architriclinus, ⁊c. Alia est spi

ritualis: ⁊ ista est triplex. Una que fit ꝑ fidei signaculum que cõtrahitur in baptismate. Ozee. ij. Spõsabo te mihi in fide: alia que fit per passionis sacramẽtũ. Et ista ꝯtracta fuit in christi passione. Ibidẽ Sponsabo te mihi in iustitia ⁊ iudicio. Tunc em̃ diabolus est iudicatus. Johã. xij. Nunc iudiciũ est mundi ⁊c. Alia que fit per virginitatis votũ. Et ista cõtrahitur in thalamo conscientie. Ibidẽ. Sponsabo te mihi in misericordia ⁊ miserationib⁹. Uirginitatẽ enim seruare nõ est virtutis humane: sed miserationis diuine. Cor. xj. Despondi em̃ vos vni viro. ⁊c. Tertia est desponsatio celestis. Ozee. ij. Spõsabo em̃ te mihi i sempiternũ. Apo. xxj. Uidi ciuitatẽ sanctã hierusalẽ nouaꝫ descẽdentẽ de celo sicut sponsam ornatã viro suo. Primã despõsationẽ scꝫ carnalẽ beata agnes respuit: qꝛ in luctũ cõuertit: vñ ait. Discede a me pabulũ mortis: qꝛ iam ab alio amatore p̃uenta sum. Sap. iij. Felix sterilis ⁊ incoinquinata ⁊c. Scdam scꝫ spiritualẽ habuit tã ꝑ fidei si signaculũ: vñ ait. Anulo suo subarrauit me: q̃ꝫ per passionis sacramentũ: vñ ait. Sanguis eius ornauit genas meas: q̃ꝫ ꝑ ꝟginitatis votũ: vñ dicit. Quẽ cũ accepero virgo sum: cũ amauero casta sum: cũ tetigero mũda sum. Tertiã scꝫ celestẽ hodie assecuta fuit: qꝛ hodie celestem curiã. i. thalamũ introiuit. Cant. ij. Introduxit me rex in cellam vinariam. Ubi quidem est inter sponsum ⁊ spõsam felix amplexatio. Uñ ait. Jam amplexibus eius castis astricta sum. Cant. ij. Dextera illi⁹ amplexabitur me. Beata ꝯiunctio: vnde ait. Jam corpus eius corpori meo sociatũ est. Joh. xvij. Omnes vnum sint: sicut pater in me ⁊ ego in te. Gloriosa ꝓlis generatio: vñ ait. Nec deerũt post nuptias filij vbi part⁹ sine dolore succedit: ⁊ fecũditas quotidiana cumulatur. Cant. iiij. Oẽs gemellis fetib⁹: ⁊ sterilis non est inter eas. Ex tali em̃ cõiũctiõe resultat gemin⁹ fetus. s. glorificatio corporis ⁊ ale vel glorificatio in cõtemplatiõe diuinitatis ⁊ visiõe humanitatis. Scdo spõsum suũ multipliciter cõmẽdauit: ⁊ maxime a tribus scꝫ a pulchritudine, nobilitate, diuitiarũ fertilitate. De pulchritudine ei⁹ dicit. Cuius pulchritudinẽ sol ⁊ luna mirant. Pulchritudo aũt maxime attendit in facie. De pulchritudine autem faciei istius sponsi. dicit Hester. xv. Facies tua plena est gratiarũ. Dicit autem Aug. de trini. Pulchra facies est dimẽsa pariliter affecta hilariter, ⁊ colorata luculenter. Habuit igit iste spõsus pulchrã faciem: scꝫ bene ꝓportionatã. Ante incarnationẽ nõ erat bñ ꝓportionat⁹: qꝛ erat altus nimis: ꝓfundus nimis: nimis latus ⁊ nimis longus. Tã alt⁹: vt nõ possit attingi. Tam ꝓfund⁹: vt nõ possit videri. Tã latus: vt nõ possit cõprehendi. Tam longus: vt nõ possit mẽsurari. Job. xj. Excelsior celo est ⁊c. Sed post incarnationẽ est proportionata altitudo sue maiestatis vsq̃ ad nostrã substãtiã. Philip. ij. Exinaniuit semetipsũ formã serui accipiẽs. Profunditas sue sapiẽtie vsq̃ ad humanam stultitiã. j. Cor. j. Placuit deo ꝑ stultitiam predicatiõis saluos facere credẽtes. Latitudo sue potẽtie: vsq̃ ad nr̃am miseriã. Esa. liij. desideraui⁹ eũ despectum ⁊ nouissimum virorum ⁊c. Lõgitudo eternitatis diuine vsq̃ ad nostre tẽporalitatis mensuram: ad Gal. iiij. At vbi venit plenitudo tẽporis ⁊c. Scdo ei⁹ facies fuit hilariter effecta: nõ em̃ erat litigiosus in ore. partialis in opere: nõ impatiẽs in sermone: nõ durus in cõpassione: nõ tristis in mente: nõ turbulentus in facie. De his omnib⁹ dicit Esa. xliij. Nõ clamabit neq̃ accipiet personaꝫ ⁊c. Tertio ei⁹ facies fuit luculẽter colorata. Fuit em̃ candidus propter virginitatem: que maxime resultat in carne. Rubicũd⁹ propter charitatem: que maxime seruabat in mente. Fulgidus ⁊ electus ex milibus ꝓpter maiestatẽ: que maxime resultabat ex diuinitate. Cant. v. Dilect⁹ me⁹ cãdidus ⁊ rubicundus. Secũdo cõmẽdat eũ ex nobilitate: cũ dicit. Qui lõge nobilior est re: ⁊ genere ⁊ dignitate. Est autem s̃m Gre. nazã. et triplex nobilitas. Una causatur ex imaginis diuine impressiõe: alia ex carnis propagatione: tertia ex animi virtute. Quãtũ igitur ad dininitatem in christo fuit nobilitas imaginis. Colossẽ. j. Qui est imago dei inuisibilis. Quãtum ad carnẽ fuit in xp̃o nobilitas originis,

Romañ.j. Qui fact⁹ est ex semine dauid ꝑm carnē, quantum ad animam fuit in eo nobilitas virtutis. Joh.j. Plenū gratia ⁊ veritate. Tertio cōmendat ipsum a diuitiarū plenitudine: cū dicit: cuius opes nunq̄ deficiunt: cuius diuitie nūq̄ decrescunt. Prouer. viij. Mecū sunt diuitie et gloria. i. diuitie gloriose. Ille em̄ sunt misere iste gloriose: qꝛ iste sunt perpetue ille trāsitorie. Ista differentia ponit̄ Mat. vj. Nolite thesaurizare vobꝫ thesauros in terra: sed in celis. Ubi neq̄ erugo neq̄ tinea demolit̄. Iste faciunt hominē satiatum: ille famelicū. Ista differentia ponit̄ Joh.iiij. Omnis q̄ biberit ex hac aqua sitiet iterum. Iste faciunt hominem locupletum ⁊ gloriosum: ille indigentē et miserum. Ista differentia ponitur Apo.iij. Dicis quia diues sum ⁊ locuples ⁊ nullius egeo, ⁊ nescis q̄a miser es ⁊ miserabilis: ⁊ ideo suadeo tibi emere a me aurū ignitum ⁊ probatū vt locuples fias.

¶ Sermo.lxviij. De eadē. Serm̄.iij.

Gaudeamus ⁊ exultem⁹ ⁊ dem⁹ gloriam deo qm̄ venerūt nuptie agni, ⁊ vxor agni p̄parauit se, ⁊ datū est sibi vt cooperiat se bysso splendenti ⁊ candido. Apo. xix. Tres persone principales reperiuntur in nuptijs: scꝫ paranymphi: spōsus ⁊ sponsa. Ad paranymphos autem pertinet dupliciter cantare epithalamiū. Ad sponsum ꝑtinet p̄parare dulce ⁊ nuptiale conuiuiū. Ad sponsam pertinet se preparare per decētem ornatū. Ad vtrosq̄ pertinet se preparare per coniugalē affectum. Et quoniam inter christum et beatā agnetam spirituale est contractū matrimoniū: ideo ī ipso spirituali matrimonio ista quatuor reperiunt̄ q̄ in predictis ꝟbis denotant̄. Primo em̄ ex parte paranymphoꝝ ponit̄ epithalamiū laudis cū dicit̄. Gaudeamus ⁊ exultem⁹ ⁊c. Est autem epithalamiū canticum qd̄ in honore sponsi et sponse in nuptijs decantatur: ⁊ dicit̄ ab epy quod est supra et thalam⁹, eo ꝙ supra thalamū decātetur. Epythalamiū ergo btē ꝟginis agnetꝫ ē duplex. Unū est in via: aliud in p̄ria de ei⁹ epithalamio in vita dt̄ Amb̄. Hāc senes, hāc iuuenes, hāc pueri in via decantāt. Nemo ē laudabilior: q̄ q̄ ab oib⁹ laudari pōt. Quot holes tot precones q̄ martyrē p̄dicant dū loquuntur. Ipsa igitur puella fuit nō tm̄ ꝑ etatē sed maxime per puritatē: iuuenis ꝑ fortitudinē ⁊ alacritatē: senex ꝑ sensus ac morū maturitatē. Ipsaꝫ ergo debēt laudare pueri tanq̄ purā in mēte et in intētione. Iuuenes tanq̄ fortē ⁊ alacrē in passione. Senes tanq̄ maturā in sensu ⁊ in conuersatione. Epythalamiū eius in patria canūt paranymphi. i. angeli et alij bn̄dicētes. Sapien.iij. Hec est q̄ nesciuit thorū ī delicto habebit fructū in respectiōe animarū sanctarū. De isto epithalamio quod sibi decātat̄ ipsa dicit. Amo xp̄m in cuius thalamū introiui cui⁹ mihi organa modulatis vocib⁹ cantant. Secūdo ex parte sponsi ponit̄ preparatio cōuiuij nuptialis, cū dicitur. Uenerunt nuptie agni. De hoc nuptiali cōuiuio dicitur Apoc.xix. Beati q̄ ad cenā nuptiarū agni vocati sunt. Ex q̄bus ꝟbis habet̄ ꝙ ibi erit plena satietas, dulcis suauitas, et eterna securitas. In presenti q̄dē satietas hꝫ fastidiū: fames hꝫ molestiā: timor ne scꝫ alimēta d̄ficiāt hꝫ penā. Ideoq̄ preuidit deus vt in illo celesti conuiuio sit plena satietas: ne ibi sit molestia famis: ideo dr̄ nuptiarū. In nuptijs em̄ cōsueuerūt oīa abundare. p̄s. Satiabor cuꝫ apparuerit gloria tua: sit dulcis suauitas ne sit mentis fastidiū: iō dicit̄ agni qui habet carnales, delectabiles, et suaues. Job.xxxj. Si nō dixerūt viri tabernaculi mei q̄s det carnib⁹ ei⁹ vt saturemur: sit eterna securitas vt tollat̄ timor defectionis: vñ d̄r. Cena qꝛ nullum aliud ꝯuiuiū sibi succedit. Prouer.j. Qui me audierit sine timore req̄escet. Tertio ponit̄ ex parte spōse preparatio ornamēti singularis cum d̄r. Datum est ei vt cooperiat se bysso fulgido ⁊ cādido ⁊ vestibus ornatissimis. Habuit q̄dē spōsa quatuor gn̄a vestiū scꝫ vestē deauratam. p̄s. Astitit regina a dextrꝫ tuis ī vestitu deaurato. i. xp̄i aīa q̄ corp⁹ suū rexit in vestitu deaurato. i. ī corpe gl̄ificato. Habuit vestē variā. Uñ seq̄t̄. Circūamicta varietate. Uestē albā. Apoc.iij. Ambulabūt me-

cum l albis. Et habuit vestē rubeā. Esa. lxiij. Quare rubra est idumētū tuū? Ista vestes xp̄i agneti sue spōse cōcauit, scz deauratā vestē ifundēdo charitatē. vnde ipsa ait. Induit me dñs ciclade auro texta. ꝓ. Dis glorie ei⁹ filie regis abūt⁹ in fimbrijs aureis. Uarijs ornādo p virtutū varietatē. Uñ ait ipa btā agnes. Circundedit me venātib⁹ atq; corruscātib⁹ gēmis. Eze. xvj. Uestiui te discoloribus. Uestē cādidā decorādo p puritatē. In cuius sigatiōe angel⁹ i carcere vestē cādidā ei dedit & dedit sibi vestē rubeā: eā rubricādo p sanguinis effusionē & sue passionis meditationem. Uñ btā agnes ait. Sāguis ei⁹ ornauit genas meas. De hac duplici veste dicit. Prouer. vltimo. Byssus & purpura indumentū ei⁹. Sz qm̄ mobiles sponse consueuerūt vestes suas etiā gēmis ornare. iō & ipsa gemmis virtutū erat ornata. quas gēmas habuit in manu dextra p rectā intētionē. vñ ait. Dexteram meā cinxit lapidib⁹ pretiosis. Qui em̄ facit opera q̄ vident esse virtuosa sed intentione corrupta, gēmas hz in sinistra. Qui vero intentione recta hz in dextera. Matthei. v. Nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua. Secundo ipsas hūit in collo vñ ait. Collū meum cinxit lapidib⁹ pretiosis. Collum xp̄i sunt predicatores quia christo capite influentiā recipiunt & in cetera mēbra ifundūt. Illi ergo sunt collum q̄ tantum predicāt verbum. Illi sunt collū lapidib⁹ pretiosis ornatū qui verbū predicāt: & verba predicationis operib⁹ virtuosis exornant. Cant. j. Collum tuū sicut monilia. tertio ipsas hūit i auribus per obediētiā. vnde ait. Tradidit auribus meis inestimabiles margaritas. Ille simpliciter est aureis q̄ coactus obedit. Qui vo spōtanee est obediēs aureis est margaritis ornata. Prouer. xxv. In auris aurea & margarita fulgēs: que argunt sapiētē & aure obedientē. Quarto eas hūit i toto corpore. vñ ait. Induit me dñs ciclade auro texta, & immēsis monilib⁹ ornauit me. Ipsa em̄ btā agnes hūit ciclade aureā. i. quersationē lucidā: & immēsa monilia. i. lucida & virtuosa exēpla. Dan. x. Corp⁹ ei⁹ q̄si crisolit⁹. Quarto ponit ex gte vtriusq; affect⁹ coniugalis, cum dicit. Uxor agni. In duob⁹ quidem mutuo partic pāt. scz in cōiūctione cum ōz. Uxor in noie cū ōz. Agni. Et habet omnimōnium tripler cōiūctio. Una est per cōsensum aiarū. Alia per cōiūctionē corporū Tertia per indiuisibilē habitationē ambor⁹. Ista triplici cōiūctiōe est cōiūcta xp̄s agneti: & ipsa sibi p mutuā charitatē. Uñ ait. Nō ego potero adcōtume liā priorū amatorū aliū aspicere: cū q̄ suz charitate cōiūcta. Cant. vj. Ego dilecto meo & dilect⁹ me⁹ mihi. per nature cōformitatē quia sicut ōz. Heb. ij. Nusq̄ em̄ angelos apprehēdit: sz semē abrahe apprehēdit. Uñ ipsa dicit. Jam amplexibus ei⁹ castis astricta sum. Jam corpus ei⁹ corpori meo sociatū est. per inseparabilitatem: q: Christus eam sibi eternaliter copulauit. Hier. xxxj. In charitate perpetua dilexi te. Secūdo connēxūt in noie q: ille agn⁹ & ista agna. Agn⁹ autez dicit ab agnoscēdo: q: pze ceteris alanstib⁹ matrē agnouit. Sic xp̄s mīez agnouit: ab infantia p hūilē obedientie subiectionē. Luc. ij. Erat subdit⁹ illis. In mutatute p sue petitionis adimpletionem: q: ad preces matris aquā i vinū in nupcijs cōmutauit: in morte per curā & passionē q: ipsam toāni commendauit. Post mortem per sui apparitionem: q: vt creditur sibi apparuit. Sic btā agnes sponsū suū cognouit in vita per fidē & deuotionem. Uñ ait. Ipsi soli seruo fidē: ipsi, me tota deuotione committo. In morte per cōtemptum confessionē. Unde in igne posita dixit. Te confiteor labijs & corde: te totis viscerib⁹ concupisco. Post mortem nunc cognouit p apertā visionez. Unde dixit. Ecce iam quod credidi video quod speraui iam teneo: & q̄ optaui amplector.

¶ Sermo. lxix. De sancto Uincentio martyre. Sermo primus.

Certamen forte dedit illi vt vinceret. Sap. x. Inter ceteros martyres beatus vincenti⁹ certamē forte sustinuit quod tamen fortiter superauit & vicit. Habuit autem duplex certamen. Unum cum Daciano iudice. Aliud ipse sol⁹ sine eo.

Ipse

Ipse aũt duo in iusto certamine tria tela sustinuerũt:id est inuriam carceris,molestiam famis & minas mortis. Qr Dacianus eis mortem minat⁹ est,nisi ei consentirent:sed ista tria vicerũt per tria arma que habuerunt. Nã primum telũ vicerũt per leticiã spiritualem:vnde dicit de eis. Valeri⁹ episcopus & leuita vincentius in confessione fidei alacriter cucurrerunt. Et exemplo apostolorũ:de quibus dr. Act.v. Ibant apostoli gaudentes &c. Secundũ telum vicerunt per patientiã singularem:qr non murmuraverunt:sed patienter & fortiter famis molestiã tolerauerunt. Eccli.ij. In humilitate patientiam habe. Tertiũ certamen vicerũt p apertã fidei confessionẽ. Unde ẽm vincentius dixit Datiano de mãdato Valerij. Nephãdum apud christianã prudentiã esse cognoscere diuinitatis cultũ abnegãdo blasphemare. Ad Rom.x. Corde creditur ad iustitiã:ore autem confessio fit ad salutẽ. Secundũ certamen ipse solus hũit in quo certauit vinus & mortu⁹. Uin⁹ aũt habuit triplex certamen vnũ in equuleo aliud in ignis incendio tertiũ in carnis ergastulo. In equuleo fecit eum datian⁹ i toto corpe distẽdi,distẽtũ diuersis vulneribꝰ cruciari,cruciatũ ferreis pectinibus vilaniari,& carnifices ad crudelius seuiendũ verberibꝰ fecit vrgeri. Sz ista ꝑtuor tela que sustinuit vicit p ꝑtuor arma que habuit. Primũ fuit voluntas patiendi. Unde dicebat. Hoc est qõ semper optaui:& votis omnibꝰ concupiui. ij. Corinth.xij. Libẽter gloriabor in infirmitatibꝰ meis. Scõm erat cõstãtia sufferẽdi. vñ ait. Uidebis me de virtute plus posse dum torqueor,ꝙ possis ipse q torqueo. Et ideo illud qõ dicerat. Job negat ue põt ipsi cõuenire affirmatiue Joãnis.vj. Nec fortitudo lapidũ fortitudo mea,neq caro mea enea est. Ipse ẽm hũit fortitudinẽ lapidis:qr tormentis non cessit,& fortitudinem eris:qr dei laudes resonauit. Tertiũ erat magnanimitas contemnẽdi qr tyranni iram cõtẽnẽbãt dicẽs. Cũ mihi tracta magis putas:mõ melius incipis misereri. Judicũ.ix. Da mihi animo constantiã vt contẽnã illam. Quartũ fuit desiderium ampliora supplicia patiendi vnde dicebat. Hoc solũ valde me tuo qr te fingis mihi velle misereri,nolo vt aliqd minuas ó supplicijs,vt te victũ in omnibus fatearis. Uñ dixit de eo prudentius. Ridebat hic miles dei manus cruẽtas,increpãs q fixo nõ pfundi⁹ instraret art⁹ vngula. Job.vj. Quicepit me ipse cõterat soluat manũ suã & succidat me. Secundũ certamen habuit in craticule incendio:vbi totũ corpus vncis ferreis apertur:ardẽtes lamine infigũtur. Sale ignis aspergit,tela ad viscera & extra iaciunt,sed ista quatuor vicit per ꝑtuor arma que hũit. Primum erat oratio deuota vnde dicit. Surrum erectis luminibus dominũ precabatur. Eccliã. xxix. Aperiet os suũ in oratione. Secũdũ fuit magna mẽtis cõstãtia Unde dicitur. Inter hec manet immobilis tile dei seruꝰ. Thobie.ij. Immobilis i dei timore pmã sit. gras agens deo. Tertiũ fuit charitas ignita. Unde ôt Ambrosius. Torquetur vincẽti⁹,tendit,flagellat,exuritur: sed inuict⁹ pro sancto nomine animꝰ nõ excutit plus ardẽs igne celi q ferri. Ignis celi est ipsa charitas:que in corde vincentij sic ardebat q ignez exteriorẽ frigidũ faciebat. ps. In meditatione tua exardescit ignis. s. charitatis diuine. Et locutus sum i lingua mea. s. confessiõe fidei xpiane. Quartũ fuit conscientia sincera per quam in omnibꝰ intẽdebat placere deo nõ mũdo. Unde ôt Ambrosius. Pl⁹ voluit vincenti⁹ placere deo q̃ foro,pl⁹ dilexit mori domino,q̃ viuere in mũdo ad Ephesios.vj. Non quasi hominibꝰ placẽtes: sz deo q probat corda nostra. Tertium certamẽ hũit i carceris ergastulo. Nã tyrãnꝰ fecit ipsum in obscuro carcere includi tetras ibi acutissimas congeri. In ligno pedes affigi,& sine vllo omni hũano solatio relinqui. Sed ista ꝑtuor Christus in gloriã commutauit:quia carcerem obscurũ luce ineffabili illustrauit,floribus amenissimis carcerez asperit,pedesres soluit,societatẽ angelicã destinauit: nec mirũ. Ipse nãq habuit vitã lucidã:ideo nõ debuit habscuro sed in luce manere. ij. Corin.vj. Que societas lucis ad tenebras. Habuit cõscientiã floridẽ.iõ nõ debuit fulciri asperitate testaꝛ. Cantico .ij.

Fulcite me floribus ꝛc. Habuit affectionem liberā, nō cū terrenis ligatā: iō non debuit habere pedes ligatos sz solutos. Pes em̄ aīe (ꝑm Augustinū) est affectus anime. ij. Regum. iij. Manus tue nō sunt ligate, ꝛ pedes tui nō sunt cōpediti. i. cōpedibus aggrauati. Habuit vitā angelicā iō debuit societate angelica decorari. Daniel. iij. Angelus dñi descēdit de celo cum anania ꝛc. Secundo vicentius vicit mortuus. Voluit quidē datianus corp⁹ eius a feris in terra deuoraui: ab auibus in aere lacerari: a piscib⁹ in mari cōsumi sed angel⁹ dñi. corp⁹ a feris custodiuit. Exodi. iij. Ecce ego mitto angelū meū qui custodiat te ꝛ p̄cedat te in via: coru⁹ aues abegit, vñ poterat dicere insipiēti datiano. Job. xij. Iterroga iumēta ꝛ docebunt te: volatilia celi, ꝛ indicabunt tibi Mare. corp⁹ ei⁹ ad littus remisit. Sapiētie. xiij. Dedisti in mari viā, ꝛ inter fluct⁹ semitam fortissimam.

¶ Sermo. lxx. eodem die. ser. ij.

Vincēti dabo manna absconditum, ꝛ dabo illi calculum candidum Apocaly. ij. Nomen victorie nulli melius cōuenit q̄ vincentio qui re ꝛ nomine victor fuit. In verbis premissis duo ponunt. Primo pugna cum victoria, cū dicit Vincenti. Secundo retributio cū eterna gl̄ia eū. s. subditur. Dabo mānā absconditū ꝛ cetera.

¶ Circa primū notandū ꝙ sicut dt Aug. in lib. de correctiōe ꝛ gr̄a. Sancti martyres pugnant contra mundanos timores immūdos amores, ꝛ falsos errores. Cōtra istas tres acies sanctus vincenti⁹ pugnauit. ꝛ vicit. Primo em̄ vicit mūdanos timores oīa aduersa etiā suplicia contēnendo. Vñ dt. Uidebis me dei virtute pl⁹ posse dū torqueor q̄ possis ipse qui torques. Ezech. iij. Ut adamantē ꝛ silicem dedi faciē tuā. Hiere. j. Ego quippe dedi te in columnā terreā: ꝛ in murum eneum. Ex quibus verbis patet ꝙ cōstantia vincentij fuit ad instar adamātis: silicis ferri ꝛ eris. Adamas aūt sicut dicit glosa ibidē. Est in honorem ꝛ q̄uis cum auro ponatur, tñ inde non extollitur. Si lex autem est in conculcationē: ꝛ tñ nō frangit. Ferrum autem omnia domat: ꝛ es repercussum resonat. Sic beatus vincenti⁹ fuit adeo fortis, ꝙ nec datiani blāditijs vel fauoribus potuit inclinari nec tormentis ꝛ supplicijs deijci: sz poti⁹ eorū maliciā duris reprehensionibus edomabat: ꝛ ꝑcussus dei laudē resonabat. Istā aūt ei⁹ fortitudinē tria ostendebāt. s. constantia in animo: Unde dixit. Uidebis me plus posse dum torqueor: q̄ possis ipse q̄ torques. Fiducia in verbo. August. Tāta in vincentio penarū asperitas seuiebat in membris, ꝛ tāta securitas in verbis resonabat: vt putaremus alium loqui ꝛ aliū torqueri: ꝛ vere sic erat. Caro em̄ patiebat ꝛ spūs loquebatur. Tertium fuit patientia in supplicijs. Idem habebat vincentius in sermone fiduciam, in passione tolerantiā nemo de suo corde presumat, q̄ vt bona prudēter loquamur ab illo est nō nostra sapia, ꝛ vt mala fortiter perferamus ab illo est non nr̄a patiētia. Scdo in mūdos amores vicit corp⁹ suū eū omnib⁹ vitijs mortificando. Ad Col. iij. Mortificate mēbra vestra que sunt super terrā Rom̄. xiij. Curā carnis ne feceritis in desiderijs. Et bñ dt ē desiderijs. Est quedā cura carnis vitiosa, de qua dicitur hic ꝛ quedam virtuosa, de qua ad Gal. v. Qui autē sunt Christi carnem suā crucifixerūt cū vitijs ꝛ ꝯcupiscētijs. Quedā indifferens de qua dr Ephes. v. Nemo carnē suā vnq̄ odio hūit. Primā autem curā carnis sanctus vincēti⁹ abhorruit. Secūdā fortiter tenuit. De tertia parum curauit. Tertio vicit falsos errores oēs mundi fallacias euitādo. Mundus enim hz triplicē falsam sapientiā scilicet nocturnā. fātasticā ꝛ vmbraticā. Nocturnam hñt illi qui ad instar noctue fugiūt lucē virtutū ꝛ diligunt tenebras vitiorū. Joan. iij. Qui male agit odit lucē, istam falsam sapientiā vincentius vicit: qui vitia tenebrosa abhorruit: ꝛ luce ꝟtutū se vestiuit: iuxta illud Rom̄ xiij. Abijciam⁹ ergo opera tenebrarū, ꝛ induamur arma lucis ꝛc. Fātasticā sapiaz hñt illi qui tātum bona presentia diligūt: que non sunt bona essentialiter sz apparēter. Ecclesistici. xxxiiij. Sicut ꝑturienti cor tuū fanta

ſiam patiturinſi tabaltiſſimo fuerit emiſ
ſa viſitatio. Iſtã ſapiẽtiam fantaſticam
vincẽtius vicit: qz licet eſſet archidiaco-
nus in honore magno cõſtitutus: tamen
omnia preſentia reſpuit ⁊ contempſit: et
bona celeſtia que ſunt bona veraciter cõ
cupiuit. Umbratică ſapiẽtiã habent illi
q̃ inſtar equi vmbratici pericula falſa ti-
ment vera tamẽ nõ timẽt. Tribulatiões
eñ preſentis vite ſunt quaſi quedã vm-
bre ⁊ futurarum penarum picture. Bea-
tus aũt vincẽtiꝰ iſtã ſapiẽtiã vmbratică
vicit: qz phẽs penas contẽpſit: ⁊ ideo fu
turas euaſit, vnde dicere poterat illud.
Sap. xv. Nõ eñ i errorẽ induxit nos ho
minum male artis excogitatio: nec vm-
bra picture, labor ſine fructu. Secundo
ponit emeretributio cũ gloria eterna: cũ
dicit. Dabo tibi mãna abſconditũ ⁊ cal
culum cãdidũ. Per mãna intelligitur bea
titudo anime. per calculũ glorificatio
corporis. Beatitudo aũtẽ anime conſiſtit
in dei cognitione ⁊ dilectione cogniti ⁊
dilecti ꝓpria ratione ſignificatur aũtẽ
beatitudo anime ꝑ mãna ratione ſapo-
ris immutationis ⁊ nominis. Nã in ſapo
re intelligit deꝰ cognitio: ſicut dicit Ero
di. xvj. Sapor mãne erat quaſi ſimile cũ
melle: ſimila de terra oritꝰ mel celeſte ro
re ghaꝛ. ⁊ ideo per ſimilã chriſti humani
tas per mel eiꝰ diuinitas intelligit. Per
fecta aũtẽ cogn tio conſiſtit i viſiõe hu-
manitatis ⁊ contẽplatione diuinitatis.
Joãnis. xvij. Hec ẽ vita eterna vt cogno
ſcãt te ſolum verum deũ ꝛc. Perfecta au
tẽ dilectio intelligitur per mãna ratione
immutationis: immutabat eñ palatuz,
⁊ omnẽ ſaporẽ: vt habeꝯ Sapiẽtie. xvj.
Beati enim ad quodcunqz ſe diuertunt:
ibi dulcedinẽ inueniẽt: nã conuertẽdo ſe
ad deum: delicias infinitas hauriẽt. Cõ
uertẽdo ſe ad angelos vel ſanctos ſiue
celumnonum ⁊ terrã nouã ibi ſanitatem
inueniẽt. Sicut eñ apis ex quolibet flo-
re rorẽ ſugit vnde mel componit: ſic bel
ex qualibet re materiam ſue dilectionis
inueniẽt vnde dulcedinẽ aſſumunt. Eterna aũtẽ poſſeſſio cogniti ⁊ dilecti intelli-
gitur ꝑ mãna ratione nominis. Dicit eñ
a mãna quod ſonat quid ẽ hoc ⁊ eſt ver
bum ammirationis ſiue congratulatio-
nis. Beati enim admirabuntur de tãta
dei liberalitate ⁊ congratulabuntur de
perpetua ſua eternitate. Eſa. ix. Tunc vi
debis ⁊ affluES ⁊ mirabitur cor tuum et
dilatabit ꝛc. Per calculuz aũtẽ ſignifica
tur glorificatio corporis. Calculus nã q̃
qui ſecundum aliã trãſlationẽ dicit mar
garita ſiue carbunculus eſt purus in q̃ no
tatur ſubtilitas. Eſt rotundus in quo no
tat agilitas eſt lucidus in quo notat cla
ritas ⁊ eſt ſolidus i quo notat eternitas.
De his q̃tuor dotibus corporis dicitur.
Sapientie. iij. Fulgebunt: ecce claritas.
Juſti ecce immortalitas: qz ſicut dicitur.
Sapiẽtie. j. Juſtitia ꝓpetua eſt ⁊ immor-
talis. Tãq̃ ſcintille: ecce ſubtilitas. In
arũdineto diſcurrent: ecce agilitas.

¶ Sermo. lxxj. de Eodem.
Sermo tertius.

VIdi et ecce equus albus ⁊ qui ſede-
bat ſuper eum habebat arcum: ⁊ data eſt ei coro-
na ⁊ exiuit vicens vt vince
ret. Apocalỹ. vj. Beatus
vincẽtius dicitur equus dei inquãtus no
men dei predicãdo portauit: ⁊ dicit mi-
les delinquãtũ de hoſtibꝰ triũphauit. In
verbis aũt ꝓmiſſis primo deſcribit iſte
eqnꝰ dei. Scõo iſte miles dei. Equus au
tẽ deſcribit a duobus. Primo a fortitudi
ne in eo q̃ vocat equus. Job. xxxix. Nũ
quid ꝑbebis equo fortitudinẽ ſuppleno.
niſi ego. Scõo a pulchritudine cũ dicit
sup terrā ꝛc. Pōt infernū claudere. ibid. Porte inferi nō p̄ualebūt aduersus eaꝫ. Potest spiritū sanctū dare. Act. xvj. Tūc imponebāt manus super illos ꝛ accipiebant spiritū sanctū. Pōt pctā dimittere. Joh. xx. Quorum remiseritis peccata remittunt eis. Pōt sanctorū merita cōmunicare. ij. Cor. ij. Cui autē aliquid donastis ꝛ ego ꝛc. Secūdo cōmendat petrus a firmitate ꝯstātie cū dr. Dauid q̄ interp̄tat manufortis. Prelat⁹ eñ nō debet esse mollis sꝫ fortis qꝛ sicut dicitur Prouerb. xviij. Qui mollis ꝛ dissolut⁹ est in ope suo frater est sua opa dissipātis. Tria ponit scilicet molle dissolutū ꝛ dissipatū: molle est ꝙ cedit oī duro: dissolutū quod nullo est vinculo colligatū: dissipatū qd̄ est omnino cōfractū. Btūs aūt petrus nō fuit mollis sed durus: qꝛ nō cessit sed fortiter sustinuit oēm p̄secutionez illā. Actuū. v. Ibant apostoli gaudentes a cōspectu cōcilij Nō fuit dissolut⁹ sꝫ cum christo colligatus quia per charitatem firmam. Johā. vltimo. Domine tu scis quia amote. Non fuit fractus sed solidus p̄ p̄seuerantiā Eccli. l. Quasi vas auri solidum ꝛc. Tertio cōmendatur a perfectione sapientie: cum dicitur Sapientissimus nec mirum si sapientissimus fuit: quia tres sapientissimos doctores habuit. s. patrē reuelantē. Mat. xvj. Caro et sanguis nō reuelauit tibi ꝛc. Filium instruentē. Johan. xv. Omnia q̄cūq; audiui a patre meo nota feci vobis. Et spiritū sanctuꝫ infundētem Joh. xiiij. Paraclitus autē spiritus sanct⁹: quē mittet pr̄ in nomine meo ille vos docebit omnia. Quarto cōmendatur a perfectione gratie cum dicitur. Tenerrimus ligni vermiculus. Ille enim est vermis ꝛ est tener ad tangendū et est durus ad perforandū. Ex quo innuit a beato petro ꝙ fuit māsuetus q̄tū ad bonos ideo dicit tenerrimus. Que māsuetudo in trib⁹ apparuit. Primo in hoc cū esset pontifex summus humile officiū nō recusauit. Joh. xxj. Dixit symon petrus vado piscari: scdo ꝙ a minori rep̄hēdi patienter sustinuit. Gal. ij. Cum venisset cephas antiochiā in faciē ꝛ restiti ꝛc. Nos autē cum a superiori reprehendimur impatienter ferim⁹. Si a pari indignamur si a minori irridem⁹. Tertio in hoc ꝙ minoribus humiliter obediuit. Actuū. viij. Cum audissent apostoli qui erant hierosolymis: qꝛ recepit samaria verbū dei: m. serunt ad eos petrum et ioannem. Secundo fuit durus et seuerus q̄tuꝫ ad malos: ideo dicitur vermiculus ligni cuius seueritas in tribus apparuit scilicet quia seuere malos reprehēdit. Actu. viij. Pecunia tua tecum sit in perditione. Seuere puniuit sicut patet. Actu. ij. In punitione ananie ꝛ saphire. Seuere dominū defendit Joh. xvij. Symon petrus habēs gladium ꝛc. Tertio fuit humilis q̄tū ad seipsum ꝛ deū ideo dicitur vermiculus. Eius autē humilitas in tribus apparuit Primo in hoc ꝙ indignum se christi presentia reputauit. Luce. v. exi a me qꝛ homo pec. ꝛc. Secūdo in hoc ꝙ a christo sanari recusauit. Joh. xiij. non lauabis mihi pedes in eternū. Tertio in hoc quod crucifigi vt dominus noluit: vñ ait: quia non sum dignus in cruce esse sicut dominus meus crucem meam gratie.

¶ Serm̄. lxxxviij. de sctō Mathia. ser. j.

Erte videtis quē elegerit: dñs ꝙ nō sit silis ei ī omni populo. j. Ro. x. Quamuis istud dictū sit de saule superbo in regē assumpto conuenientius tñ dici potest de mathia paruulo ī apostolū assumpto. In q̄bus verbis a duob⁹ commendatur. Primo a miraculosa electiōe cū dicitur. Certe videtis quē elegerit dominus. Secūdo a vite perfectiōe cū subditur ꝙ nō sit similis ei in populo. Circa primum notandum ꝙ eius electio cōmēdabilis est ex parte electorū electi ꝛ modi eligēdi: eligētes aūt fuerūt magne auctoritatis: quia apostoli: qui sunt principes mundi: ianitores celi et iudices seculi. p̄s. Principes populorū cōgregati sūt ad faciēdū scilicet mathie electionē. Ecce quia sunt principes mundi: quoniam dij fortes terre. Ecce qꝛ erūt iudices seculi. Et vehementer eleuati sunt: vt scilicet sint ianitores celi. Secūdo cōmēdabilis est ex parte electi. In quo q̄dē fuerūt

tria que in quolibet prelato requiruntur Primum est morum maturitas: quod notatur cū dicit. Ex his viris vir em̄ maturitatē importat. Magnū enim periculuz est dum prelatus maturus nō est. Eccl. x. Ue terre cuius rex puer est. Secūduz est vite sanctitas: quod notat cū dicit. Qui nobiscū sūt cōgregati. In tam beata em̄ cōgregatione nullus potuisset habitare nisi valde sanctus: vñ dicit. Chry. ꝙ quādiu iudas fuit i collegio apostolorū dyabolus non fuit ausus ipsum inuadere: sz qñ ab ipsis recessit in ipsuz intrauit. Tertiū est sapie ⁊ doctrine veritas: qđ notat cū dicit. Omni tēpore quo intrauit ⁊ exiuit ⁊c. Nullus em̄ alicui⁹ negocij plenaz noticiā scire potest nisi prius sciuerit ei⁹ pricipiū: finē ⁊ mediū. Matthias namq; oim actuū sciuit principiū ideo dr oi tpe quo intrauit. s. ꝑ natiuitatē sciuit ⁊ finem. ideo sequit. Exiuit dñs ies⁹ scz ꝑ passionē. Sciuit ⁊ mediū: vñ sequit. Incipiēs a baptismate Johanis ⁊c. De his trib⁹ dr. Deut. j. Date ex vobis viros: ecce morū maturitas. Sapiētes ⁊ ignaros: ecce sapiētie veritas. Et quorū ꝯuersatio fuit ꝓbata: ecce vite sctitas. Tertio cōmēdabilis est ex ꝑte modi eligēdi. Apostoli ei ipsam electionē incoauerūt ab exhortatione salutifera: qr petrus vtilē sermonē premisit cū em̄ dr. Surgēs petrus in medio fratrū dixit ⁊c. Prosecuti sunt ipsam cū oratiōe deuota vñ dixit. Et orātes dixerut. Tu domine ⁊c. Et terminata est cū reuelatione diuina: vñ dicitur Et cecidit sors super mathiam. Scđm dionysiū illa sors fuit q̄dā splendor diuinus ꝑ quē ostēdebat ꝙ erat in apostolū assumēd⁹. Secūdo cōmēdat a vite perfectione: cuz dicit. Non sit silis ei in omni ppl'o. Hec aūt perfectio in quatuor cōsistit. Primo in hoc ꝙ fuit magne sanctitatis quo ad seipsum. Et hoc habet testimoniū a patre: qr Mathias paruus interpretatur. Et ad patrē spectat paruulos cōfouere. Matth. xviij. Nō est volūtas pris mei vt pereat vn⁹ ex pusillis istis. Testimoniū habuit a filio: quia cū duos statuissent. istū xp̄s preelegit. Testimoniū habuit a spiritu sctō in penthecoste cū eū gr̄a sua repleuit. Testimoniū ēt habuit a toto apostolorū collegio q̄ eū cū ioseph statuerūt Credēdū ē em̄ ꝙ si duo meliores habuissent ipsos statuissent Scđo ei⁹ ꝯfectio cōsistit in hoc ꝙ fuit multe familiaritatis ⁊ dilectiōis quo ad xp̄m. Cuius signa tria fuerūt. Primū est ꝙ xp̄s fecit eū cōtribulem suū. Fuit enim de tribu iuda sicut et xp̄s Solēt aūt hoies q̄ sunt ex eadē cognatione se inuicē diligere. Ephe. v. Nemo carnem suam odio habuit ⁊c. Scđo. fecit eū cōpatriotā suum. Fuit em̄ bethleemita sicut ⁊ christus. Solent nāq; homines eiusdē patrie specialem adinuicē familiaritatē habere. Tertiū est: qr fecit ipsum cōmilitonē suū: quia scđm quosdam crucifixus fuit. Et sic xp̄o in eodem equo et sella sedit. Hester. vj. Homo quē rex honorare cupit debet imponi supra equū qui de sella regis est. Tertio ꝯsistit eius ꝑfectio in hoc ꝙ fuit multe potestatis quo ad operationē miraculorū: quorum quedam attestant suā misericordiā Nam cū cētum quinquaginta homines ex quadā potiōe toxicata intoxicati fuissent: omnes sanauit et ad fidē conuertit. Quedam attestātur sue iusticie veritatē. Quia cum quidā obstinati persisterent ⁊ verbū dei deriderent dixit eis. Denūcio vobis ꝙ viui in infernum descendetis. Statimq; terra se apparuit: ⁊ ipsos viuos deglutiuit: quedam vero suā potentiā: quia demones expellebat ⁊ in infernū mittebat. Vñ cū quidam demon informa pueri cōtra ipsum excitaret: ipsuz expulit ⁊ in infernum misit. Cū etiā esset in carcere demones in ipsum dētib⁹ fremebāt tñ ad ipsum accedere nō audebant. Quedā vero attestant magnā suā fidez: qr quādā potionē intoxicatā totam bibit et nullam lesionē sensit. Hec em̄ eius fidem attestātur iuxta illud quod legit Marc. vl. Signa autē eos q̄ crediderint hec sequentur. Et infra. Et si mortiferuz q̄d biberint non eis nocebit. Quarto cōsistit ei⁹ ꝑfectio in hoc ꝙ fuit magne acerbitatis q̄tū ad martyriū. Quamuis em̄ alibi legatur ꝙ in pace quieuerit alibi tamen legitur ꝙ fune in collo misso ꝑ ciuitatem sit tractus alibi crucifixus alibi ꝙ fuit lapidat⁹: ⁊ securi excerebrat⁹. Subponendo igitur ꝙ ad dominū transiret

per viam martyrij: possumus ista cõcordare & dicere q primo per ciuitatez fuit tractus sed non mortuꝰ: deinde fuit crucifixus et ibi stans in cruce fuit lapidatus & securi percussus.

¶ Sermo. lxxxix. Eodem die sermo. secundus.

Iãt dies eius & pauci & episcopatum eius accipiat alter. Et infra, Et persecutus est hominem mendicũ & inopem, et compunctum corde mortificare. Et zona qua semper precingitur dicet. Psalmus. cviij. et ista verba de iuda depositione & quod de Mathie electione intelligatur testatur Petrus dicens. Actuum primo. Viri fratres oportet impleri scripturã quam dixerat spiritussanctus per dauid &c. In quibus verbis quattuor ponuntur: iuda depositio: cum dicitur. Fiant dies eius pauci. Christus namq; iudam fecit discipulum suum postea apostolum suum, postea procuratorem suum. Sed in hoc triplici statu fecit sunt dies eius pauci. Paucis enim diebus fuerit in discipulorum consortio, paucis diebus in apostolorum collegio: et paucis diebus in procuratoris officio: sed mirum videtur quare Christi sapientia ipsum posuit in consortio suarũ omnium quam sciebat futurum esse lupum: in collegio apostolorum quem sciebat futurum esse proditorem suum: quare eum fecit suum procuratorem quem sciebat esse futurum magnum furem, sed hoc sapientissima ratione est factum: deo enim posuit eum in consortio discipulorum suorum vt bonos cum malis in hoc mũdo mixtos esse ostendat. Nam in hoc mundo aliquando diabolus inuenitur inter filios dei. Job. secundo cap. Quadam die cum venissent filij dei et assisterent coram domino affuit inter eos Sathan. Aliquando inter ministros dei zacha. tertio. Ostendit mihi Jesum sacerdotem magnum: & sathan stabat a dextris eius vt aduersaretur ei. Aliquãdo inter apostolos dei Johan. sexto. Nonne duodecim vos elegi: & vnus ex vobis diabolus est? Secundo fecit eum apostolum quem sciebat futurum esse proditorem suum vt vanam fiduciaz amputaret ne in hunc mundum aliquis securum se esse credat. Bernardus. Nusquam est securitas fratres mei: neq; in celo, neq; in paradiso: multo minus in mundo. In celo namq; cecidit angelus sub presentia diuinitatis. Adam in paradiso in loco voluptatis: iudas in mundo in schola saluatoris. Tertio fecit eum procuratorem suum quem sciebat furem: vtemporalia vilia & contemnenda esse doceret. Habuit quidem christus in hoc mundo quinque, scilicet corpus: ecclesiam: matrem propriam & animam: et quandam modicam substantiam pro expensis oblatam. Corpus autem habuit valde charum, ideo dimisit ipsum custodibus: valde charis, scilicet Joseph et Nycodemo. Matrem et ecclesiam habuit charissimam: ideo eam recommendauit patri charissimo: pecuniam habuit contemptibilem & vilissimam, ideo ipsam inde commendauit. Secundo ponitur depositionis ratio cum dicitur. Persecutus est hominem inopem, & mendicum et compunctũ corde mortificare. Et vocatur Christus inopis, mendicus & compunctus: fuit enim inopis, id est, sine ope aduitorij: quia ipsum pater dereliquerat multis eum tribulationibus expendendo. Matthe. vicesimoseptimo cap. Deus meus vtquid dereliquisti me. Judei vsq; ad mortem persequendo. Psalm. Amici mei et proximi mei aduersum me appropinquauerunt & steterunt. Apostoli abeo fugiendo. Psalm. Elongasti a me amicum et proximum: notos meos a miseris. Talem igitur inopem iudas persecutus est vsq; ad proditoriam captionem. Et hoc fecit intus turbarũ auxilio ac interuentu repercio et mediante osculo. Mira insania: quia iudas cum turba cepit deres

lectam cum osculo prodidit amicum. Pro pecunia vendidit saluatorē suum. Secundo fuit mendicus. Dicitur enim mendicus quasi ad manum dicens: quia pauperes sine voce solent ad diuites manum extendere. Sic & Christus in cruce manus extendit ad patrem: vt ipsum reconsiliaret. Psalmus. Eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum. Ad diabolū vt ipsum caperet. Abachuc tertio. Cornua in manibus eius. Ad humanum genus: vt ipsum ad compassionem inclinaret. Sed conquritur dicens. Esaie. sexagesimo quinto. Expandi manus tota die ad populum incredulum. Istum sic mendicum iudas persecutus est vsq; ad futuram rerum oblationem. Johannis duodecimo cap. Fur erat et loculos habens &c. Tertio fuit compunctus id est dolore captus. Et hoc intus in mente. Matth. vigesimo quinto cap. Tristis est anima mea vsq; ad mortem. Et extra in corpore: et hoc supra capitis coronatione. Et infra in pedum perforatione Et in medio: in flagellatione. Et in latere: in operatione eiusdem. Et istum sic compunctum & doloribus pienum iudas persecutus est vsq; ad mortem. Tertio ponitur eius punitio: cū dicitur. Induit maledictionem sicut vestimentum &c. Ubi maledictio inde assimilatur vestimento zone: aque: & oleo. Vestimentum autem induit: zona restringit vestimenta: aqua subintrat viscera oleum penetrat ossa. Maledictio igitur det corpus inde: sicut vestimentū induit quando laqueo se suspendit. Tanq; zona ipsum precinxit: quando pene eterne ipsum addixit. Illi qui sunt in purgatorio habent penam sed non cū zona quia pena non est eis stricta. Illi qui sunt in inferno habent cum zona: quia eternitas penam constringit & perpetuo adhere facit. Maledictio sicut aqua intrauit in eius viscera quando in terrā sunt diffusa. ij. Matha. iij. Apprehendit eum dolor dirus viscerū: & quidem satis iuste quippe qui aliorum torserat viscera. Iuste igitur inde viscera sunt diffusa qui multorum torserat viscera scilicet christi doloribus ea replendo marie viscera doloris gladio vulnerando. Apostolorum: ea tristitia implendo: et sanctarum matronarum viscera fletibus constristando. Maledictio dei sicut oleum eius ossa penetrauit quando eius anima que debet esse os et robur corporis ad infernum descendit. Actum primo. Prevaricatus est iudas vt abiret in locum suum, id est, in infernum qui est locus suus, id est, sibi congruus ratione desperationis. Amos secundo. Super tribus sceleribus moab: et super quartum non conuertam eum. Judas autem quatuor scelera cōmisit scilicet auaritiez proditionis: homicidij: & desperatiōis. Super tribus igit sceleribus primo fuisset conuersus inde ad misericordiā. Super quartum autē scilicet desperationis conuerti noluit: quia indignum se fecit. Quarto ponitur mathie electio: cū dicitur. Episcopatum eius accipiat alter. Qua quidem electio cōmēdabilis fuit propter tria que electores habuerunt. Primo habuerunt intentionem rectam. Intendebant enim illum eligere qui esset secundum dei approbationem: qui haberet facultē illustrationem: et qui posset facere in populo magnam edificationem. De his tribus dicitur. Jeremi. iij. Dabo vobis pastores iuxta cor meum qui pascent vos scientia & doctrina. Secundo habuerunt mentem deuotam qz orationibus insistiterunt. Imminente enim electione debemus orationibus insistere: ad quod inducimur exemplo apostolico sicut hic. Exemplo prophetico Unde moyses cum deberet a principatu cessare orauit dicens. Nume. xxvij. Prouideat dominus deus exercituum omnis carnis hominem qui sit super multitudinem hanc &c. Tertio seruauerunt formā canonicam que fuit per communem consensum & potius diuinam inspirationem cum dicitur. Cecidit sors super mathiā. Prouerbio. xvj. Sortes mittuntur in sinu et a domino temperantur. Quibus autem exemplo nō est sortibus vtendum. Tum quia secundum Piero. priuilegia paucorum: non faciunt legem communē Tum qz secundum Bedā. Donec veniret veritas figurā licuit obseruare. Posset tamē

quis vti sortibus quãdo tria cõcurrunt Primo qñ hoc fieret in necessitate vnde cũ quedã ciuitas fuisset obsessa: ⁊ esset cõditio q̃ dẽrẽt recedere: ⁊ q̃ remanere. Cõsultus Aug. rñdit. Sorte hoc est dirimẽdu. Uñ alibi dicit ꝙ sors nõ est aliq̃d mali sed tres in humana dubietate diuinaꝫ indicãs volũtatẽ. Scdo qñ fieret p̃missa deũ ad orõnẽ. Tertio qñ fieret cũ sapiẽti ꝯsilio ⁊ deliberatiõe Ista tãgit Beda dicẽs. Si q̃s necessitate cõpulsus exẽplo aplorꝫ sortib⁹ putat deũ esse cõsulẽdum videat apostolos hoc egisse collecto fratrum cetu ⁊ ad deum fusis precibus.

¶ Sermo. xc. De eodem die ser. iij,

Oportet ĩpleri scripturã quam predixit spiritussanct⁹ p os dauid de iuda ⁊c. In hac electione apostolica fit mẽtio de duobus. Primo de indigni prelati scilicet iude depositiõe cũ dicit. Oportet impleri scripturã ⁊c. Secũdo de digni subrogatiõe cũ dicit. Oportet ex his viris ⁊c. Circa primũ notandũ ꝙ prelat⁹ quatuor de causis deponi debet propter q̃s iudas deponi debuit. Primo ꝓpter homicidij immanitatẽ ⁊ maxime qñ homicidiũ notoriũ est. Iudas aũt homicidiuꝫ cõmisit qñ dei filiũ interficit ꝓcurauit. Et illud homicidiũ fuit notoriũ. Uñ dicitur. Et notũ factũ est oibus habitãtibus in hierusalẽ. Est aũt triplex notoriũ .s. presumpti facti: ⁊ iuris Homicidiũ ergo ei⁹ fuit notoriũ. Primo presumptionẽ violẽtã: qñ cũ inimicis capitalibus xp̃i secretũ cõsiliũ inijt. Matth. xxvj. Tũc abijt vn⁹ de duodecim q̃ dicebatur iudas scarioth ad principes sacerdotũ ⁊c. Scdo per facti euidẽtiã qñ .s. venit cũ turba cũ gladijs ⁊ fustib⁹ cõprehendere iesum. Tũc em̃ nulla potuit tergiuersatione celare: quin xp̃i mortẽ tractauerat. tertio per cõfessionẽ ꝓpriã: q̃d est notoriũ iuris quãdo homicidiũ suum manifestauit dicẽs. Matt. xxvij. Peccaui tradẽs sanguinẽ iustum. Et ista confessio facta est in iudicio idest coram precipibus sacerdotum qui erant iudices q̃uis mali essent. Secũdo deponi debuit propter hereticam prauitatem. Ipse enim christi fidem recepit: sꝫ ab ipsa postmodũ preuaricatus est: vñ dicit. de qua preuaricatus est iudas vt abiret in locũ suũ: idest in infernũ qui est locus suus .i. sibi congruus. Infernus enim est loc⁹ fetoris. Esa. xxxiiij. De cadaueribus eorum ascendit fetor ⁊ ideo sibi cõpetit ratione inuidie. Prou. xiiij. Putreno ossiũ inuidia. vnde sup illud. Joh. xij. Quare hoc vnguentũ nõ venijt trecẽtis denarijs ⁊ datũ est egenis? dicit glosa. Bono odore morit serpẽs Est locus ardoris: ⁊ iõ cõpetit sibi ratione ardẽtis auaritie. Jo. xij. Fur erat ⁊ loculos hñs. ⁊ ea mittebant portabat. Est loc⁹ horroris Job. x. Ubi null⁹ ordo sꝫ sempitern⁹ horror inhabitat. iõ sibi competit ratione ꝓditionis facte ex qua tãt⁹ horror totũ mũdũ cõcussit ꝙ obscurat⁹ fuit sol terra tremuit lapides scissi sunt ⁊ monumẽta scissa sunt ⁊ aperta. Tertio deponi debuit ꝓpter simoniacã prauitatẽ. Uẽdidit em̃ christũ pro re tp̃ali id est pro triginta denarijs. Notãdũ aũt ꝙ sũt quedã annexa spũalib⁹ sicut iuspatronatus, ⁊ sunt q̃dã mẽte spiritualia, vt sũt ecclesie sacramẽta. q̃dã diuina sicut spũsscti dona, sicut remissio pctõrũ miraculorum operatio ⁊ hmõi. Uendere aũt spirituali annexũ magna est simonia. Uendere aũt spirituale purum, est simonia maior. Uendere quid diuinũ est simonia maxima In xp̃o aũt fuit quoddã spirituali annexũ scꝫ ei⁹ caro que mediãte aĩa fuit diuinitati annexa ⁊ coniuncta, fuit in eo quoddã diuinũ scilicet ei⁹ diuinitas beata. Iudas ergo vendẽdo xp̃m pessimaꝫ simoniã cõmisit: qꝛ vendidit quoddã spirituali annexũ: quoddã spũale purum ⁊ quoddam ex toto diuinum. Quarto deponi debuit ꝓpter dilapidationẽ. Quatuor aũt modis prelat⁹ dilapidator potest dici. Aut quãdo bona ecclesie indebite consumit aut quãdo ea per negligentiam perire sinit: aut quãdo spiritualia negligit: aut quãdo malo exemplo gregem corrũpit. Ista quatuor modis iudas dilapidatori fuit. Primo qꝛ bona christi indebite consumebat Jo. xij. Fur erat ⁊ loculos habẽs ⁊ ea que mittebantur portabat. Secũdo in procurãdo negligens

gligens erat vt cum xp̄s dixit ei. Joānis xiij. Quod facis fac citius quidā crediderunt quod dixisset ei. eme nobis que op⁹ sunt ad diē festū: aut quod egenis aliq̄d daret. Et quo habetur quod iudas nihil parauerat nec pro die festo: nec pro pauperibus. Tertio spiritualia negligebat, quia de pauperibus nō curabat. Joan. ij. Hoc aūt dixit nō quia de egenis pertinebat ad eum ꝛc. Quarto apostolos q̄tuz in se erat malo' exemplo corrūpebat vñ postq̄ ab apostolis exiuit dixit christus Joānis. xiij. Nūc clarificatus est filius hominis. Erat em̄ iudas cum apostolis sicut diabolus cum angelis: lupus cum agnis, ꝛ accipiter cum columbis: ꝛ iō collegium apostolorū non fuit clarum: sed ipso recedente clarificatus est. xp̄s in eo. Secūdo fit mētio de prelati digni id est mathie subrogatione: cum dicit. Opz ergo ex his viris qui nobiscū sunt congregati ꝛc. Circa cuius electionē quatuor tāgunt. Primum est commēdatio eligēdi. Commendat autē a tribus scz a magna nimitate constātie in hoc q̄ vocatur vir, id est virilis. Non em̄ fugit vt mercenarius sed constāter stetit vt pastor bonus. Greg. Mercenarius fugit non mutādo locum: sed subtrahendo solatium: fugit quia iniustitiā vidit ꝛ tacuit: fugit qr sub silentio abscondit. Secūdo commendatur a pfectiōe scientie: fuit em̄ in schola xp̄i q̄tum ad inchoationē. vnde dicitur. Omni tempore quo intrauit ꝛc. q̄tuz ad consummationēm: cum dicitur: ꝛ exiuit dn̄s iesus inter nos ꝛc. quantum ad prosecutionem vnde dicitur. Incipiēs a baptismate Joānis: quātuz ad terminationem. vnde sequitur. Usq̄ ad diem quo assumptus est a nobis. Tertio cōmēdat a sanctitate vite que apparet ex nois interpretatione: quia interpretatur paru⁹. Ex apostolorum electione quia de tāto numero ip̄m ioseph statuerunt: ex diuina approbatione: qr de⁹ ip̄m alteri p̄elegit. ¶ Secūdo tāgit electionis commendatio: cum dicitur. Et statuerunt duos. Que quidē commendabilis est ex ratione nūeri, zeli, ꝛ meriti. Ipsa em̄ fuit magna q̄tū ad numerū: qr de centū ꝛ viginti electoribus nullus discordauit. Fuit sana q̄tū ad zelū: qr statuerunt mathiā extraneū: nullis aplorū propinquū: vt ostēdat q̄ illa electio non amore carnali fiebat: sz ex zelo dei. Fuit digna q̄tum ad meritum: qr ipsi electores ꝛ ipse elect⁹ magni meriti extiterūt. Tertio tangit electi cōfirmatio cū dr. cecidit sors sup mathiā. Quidā nāq̄ de aplis prius fuerunt electi, ꝛ postmodū in penthecoste confirmati. p̄s Ego confirmaui columnas ei⁹ per qd datur intelligi q̄ electus nō est statiz cōfirmādus: sed prius in fama ꝛ persona examinandus. Quidē fuerunt electi sed nūq̄ cōfirmati sicut iudas. p qd dat intelligi q̄ aliquis q̄tūcūq̄ sit elect⁹ nō est cōfirmādus qd scz nō est dign⁹ vel nō est rite elect⁹. Aliq̄ fuerūt simul electi ꝛ cōfirmati sicut mathias q̄ ab apostolis erat elect⁹ ꝛ mox a spū sancto cōfirmat⁹ ꝛ sicut paulus q̄ dicit Gal. j. Paul⁹ elect⁹ nō ab hoibus scz elect⁹ nō per hoies scz cō cōfirmat⁹: sed per iesum christū p quod datur intelligi q̄ aliq̄s mox vt est elect⁹: est confirmādus qñ scz cōstat de electionis forma ꝛ psone sufficiētia. Quarto tāgitur ipsi⁹ cōfirmati iurisdictio cū dr. Et annumerat⁹ est cū vndecim aplis. Trib⁹ nāq̄ modis iurisdictionem ordinariā est assecutus. Primo per ipsam electionē cōfirmatā. Scdo per legē alatā. Princeps em̄ est lex animata. Ex quo ad iurisdictionē ordinariā cōferēdā equipollet lex animata ꝛ inanimata. Ista lex animata est spūssanctus: quē ipse cum ceteris apostolis accepit. Et ideo iurisdictionē ordinariā ab eo sortitus est. Tertio per cōsuetudinē scriptā ꝛ approbatā. Obtentū est em̄ p diuinā consuetudinem q̄ quecunq̄ mittit a deo iurisdictionē ordinariā sortiatur. Sicut ptz in Hier. ppheta. qui cū a deo mitteret dictū est ei ecce constitui te hodie super gentes ꝛ regna.

¶ Sermo. xcj. De Beatissimo Gregorio. sermo. j



Ego nouissimus euigilaui: ꝛ quasi q̄ colligit racemos post vindemiatores vindemiaui in benedictione dei ꝛ ip̄e spaui ꝛ q̄si q̄ videmiatim

pleuit torquular. Eccles. xxxiij. Magna humilitas beati gregorij qui cum fuerit doctor excellētissim⁹: tñ vocat se nouissimū, ⁊ cū de sacra pagina magnas vuas. i. libros collegerit se tñ collegisse racemos asserit. In verbis igit̄ a quatuor cōmendatur. Primo a ꝓfunda humilitate cordis in eo ꝙ vocat se nouissimū ⁊ colligentē racemos q̄ tñ vt dictū est fuit eximius doctor ⁊ collegit sensus ꝓfundos, huius aūt doctoris humilitas in sua doctrina maxime apparet q̄tum ad q̄tuor. Primo qꝛ scripta sua in cōparatione aliorum vilia reputabat. vnde dicit in epistola ad innocentiū africe prefectū. Si delicioso cupitis pabulo saginari beati Augu. opuscula legite ⁊ ad cōparationē illius similaginis nr̄m furfurē nō queratis. Secūdo qꝛ scripta sua q̄diu viueret publicari nolebat vñ ait ibidē. Neq; em̄ volo dū in hac carne sum: si qua me dixisse cōtingit ea facere hominib⁹ innotescere. Tertio qꝛ aliquē puluerem humane laudis furtim in se cognoscebat. Uñ ait in fine moralium. Dum radicē pure intētionis cōspicio: deo quidem ex ea me summopere voluisse placere cognosco. Sed eidē intētioni furtim: sꝫ nescio q̄uo humane laudis appetitus interserit. qd̄ cū iam postmodū tardius ꝙ discerno: inuenio me aliter agere qd̄ scio me aliter inchoasse. Quarto qꝛ se aut mala incaute aut bona nō bñ dixisse metuebat. vñ ait. ⁊ q̄dē mala me aliqñ dixisse: ⁊ si nō inuenio, tñ qꝛ oino nō dixeriꝫ nō defendo. Bona ꝟo si qua diuinit⁹ accipiēs dixi: meo vtiq; iudicio min⁹ me bñ dixisse ꝯfiteor. Scd̄o ꝯmēdat̄ a vigilātia solicitudinis: cū dicit̄. Uigilaui, vñ ⁊ Grego. interp̄tat̄ vigilās. Uigilauit aūt triplr̄. Primo quātum ad se ꝑ vite ꝑfectionē. Cui⁹ q̄dē perfectionis tria erāt signa: sꝫ qꝛ terrā despiciebat celestia appetebat, ⁊ mortē desiderabat. Ista tria ponit in ꝓlogo super dialogū dicēs. Infelix anim⁹ me⁹ meminit q̄lis fuit q̄uo ei labētia cuncta subterreāt i monasterio: ꝙ nulla nisi celestia cogitare ꝯsueuerat ꝙ mortē quoq; pene cūctis pena est. s. vt ingressum vite ⁊ laboris sui p̄miū amabat. Scd̄o vigilauit q̄tū ad deū ꝑ cōtēplationē, cōtēplabat̄ q̄dem dei maiestatē in orōne. Eccl̄. xxxix. Cor suū tradidit ad vigilādū diluculo ad eū q̄ fecit eū ⁊c. Cōtēplabat̄ dei veritatē in locutione. ij. Tim̄. iiij. Tu vero vigila ⁊ in omnibus labora: opus fac euāgeliste ⁊c. Ipseq; ꝯtēplabat̄ bonitatē dei in meditatiōe. Prouer. viij. Beatus qui audit me ⁊ vigilat ad fores meas q̄tidie: qꝛ inueniet me. qui autē inuenit me, inueniet vitā ⁊c. In his em̄ tribus maxie emicuit beatus Greg. sꝫ in orādo, i lēgēdo, ⁊ in meditādo. Tertio vigilauit quātum ad proximū ꝑ sollicitā ꝓuisionē. Necessario em̄ vigilare voluit sciēs se datū in speculatorē in medio hostiū. Ezechi. iij. Speculatorem dedi te domui israel. In pastorē in medio luporū. ideo voluit vigilare cū Jacob q̄ dicebat. Gen̄. xxxj. Die noctuq; estu vrebar ⁊ gelu. Fugiebatq; somnus ab oculis meis. In gubernatorē in medio fluctuū. Unde periculosum esset si gubernator dormiret. Proū. xxiij. Eris sicut dormiēs i medio maris: ⁊ q̄ si sopitus gubernator amisso clauo. Tertio cōmēdat̄ a spe ⁊ fiducia diuine miserationis: cū dicitur. In benedictione dei ⁊ ipse sperauit, valde em̄ de dei miseratione sperare potuit qui tāti meriti extitit ꝙ potuit in deū qñ sꝫ per orationes ipsum ad misericordiā inclinauit qui traiano a pena eterna peꝑcit. Gen̄. xxxij. Si cōtra deū fortis fuisti ⁊c. Potuit in angelum, qꝛ ipsum placauit. cū em̄ Greg. pro peste oraret vidit angelū gladiū cruentatū tergentē ⁊ reponētē: potuit in diabolum, qꝛ ipsuꝫ fugauit. Nā fascē de manu petri accipiēs os eius ⁊ faciē exussit, et admodum ethiopis denigrauit, potuit in celum: quia in eius obsequiū columnā ignis destinauit, potuit in infernū quādo vt dictum est: animā traiani ab inde suis precibus eduxit, potuit in purgatorium quando quendam monachum in excommunicatione defunctum lecta super eius foueam absolutionis cedula de purgatorio extraxit: prout ipse postmodū apparens asseruit. Quarto commēdatur a copia doctrinarū ⁊ instructionis: cum dicitur, ⁊ quasi qui vindemiat repleuit torcular. Per torcular significat̄ sacra scriptura: qꝛ sicut in torculari sunt diuerse

vue: sic l sacra scriptura diuerse sunt sententie. Uel significat ecclesia: qr sicut in torculari vue debēt exprimi. sic sacra scriptura in fide ecclesie debet exponi. Uel significat quelibet fidelis anima: qr deus sibi sicut in torquulari exprimit vinū gratie ꝛ sapiētie. Beatus enim Greg. torcular sacre scripture impleuit diuersis expositionibus. Sicut em̄ in torculari sunt vue magne mediocres ꝛ racemi: sic in sacra scriptura fiunt expositiones magne anagogice siue celestes. Fiunt mediocres. i. allegorice siue spirituales fiunt parue. i. tropologice, siue morales. Fiūt racemi, id est historice siue literales, ipse em̄ omnibus istis vijs ꝛ modis sacrā scripturā exposuit. Secūdo impleuit torculare ecclie officiorum. Stare fecit circa altare cātores. Ipse enim ordinauit missale ꝛ gradale: iō dicit. Stare fecit iuxta altare cātores. Ordinauit hymnos, ideo sequit. In sono eorū dulces fecit modos. Ordinauit missas. ideo sequitur. Dedit in celebrationibus decus. Ordinauit officium in septē horis decātandum perpetuo, ideo subditur: Ordinauit templū in consummatione vite. Ordinauit antiphonariū in matutinis substātialiter decātandum: ideo subdit. Et ampliauit mane sanctitatem dei. Tertio impleuit torcular aīe varijs instructionibus. Nam docet prelatos in pastorali. Docet etiam subditos. Sed subditorū quidā sunt incipiētes. hos docet per exempla in dialogo. Quidā proficientes. hos docet in omelijs. Quidam perfecti. hos docet per occulta mysteria in expositione super Ezechielem, hos āt omne docet in morailibus. Ibi enim instruūtur prelati qualiter subditos regāt: incipiētes qualiter viuāt proficientes q̄liter de virtute in virtutem proficiant: et perfecti qualiter consummationem apprehendant.

¶ Sermo.xcij. De eodem ser.iij.

Qui mane vigilat ad illam scilicet sapientiaz nō laborabit. Sap. vj. Beatus Greg. qui vigilās interpretatur. Ad sapiētiā de mane vigilauit. qr in sua adolescētia querere cepit eā ꝛ tantum desiderium in eo adiscēdi erat q̄ labores nō sentiebat. Gen. xxix. Uidebātur ei dies pauci pre amoris magnitudie. Ideo sapiētiā adinuenit: qr in libris sapie vigilādo studuit q̄ sunt q̄nq̄ libri scz liber cōsciētie: liber vite: liber scientie: liber gratie ꝛ nature: tres enim primi significātur Gen. p tria ligna que erāt in paradiso. Liber em̄ cōsciētie significat per lignum qd erat pulchrum visu ꝛ ad vescēdum suaue: qr consciētiam bonam deus intuet libenter ꝛ ea delectat. Liber sciētie significatur p lignū sciētie boni ꝛ mali: qr p sciētiā bonū ꝛ malum cognoscūtur: liber enim vite significant p lignū vite qd erat in medio paradisi. Quartus est liber gratie qui scribit hominem intus p virtutū varietatez, ꝛ foris p morum honestatez. Apoc. v. Uidi in dextera sedētis librum scriptū intus ꝛ foris. Quintus est liber nature. i. creaturarū in quo legere possunt tam scientes q̄ nesciētes, ꝛ cognoscere dei potentiaz ꝛ magnitudinē: sapientiā ex ordine bonitatē ex fine: qr sūt valde bona. Esa. ix. Dabitur liber nesciēti literas. In his quinq̄ libris vigilando studuit: ꝛ ab his omnes libros suos extraxit ꝛ exēplauit. Quia in his sic vigilauit, ideo quinq̄ generibus hoīm ad quos spectat vigilare cōparari potest. vt habet Eccli. xxxviij. scilicet aratori, pictori, doctori, fabro, ꝛ figulo. Primo igitur vigilādo studuit in libro cōsciētie per vitiorū extirpationem ꝛ virtutū plantationez. Nā de corde suo eradicauit supbiā, ꝛ plātauit humilitatem. Unde in literis suis primus seruus seruorum dei appellatur. Eradicauit auaritiā ꝛ plātauit liberalitatem: quia ad pauperes liberalissimus erat. Eradicauit immūdiciā ꝛ plātauit puritatez: qr virgo fuisse creditur. Ab isto libro conscientie extraxit ꝛ explanauit librum moraliū: qr ibi docet extirpationem vitiorū ꝛ plantationem virtutum. Hiere. j. Constitui te super gentes id est super malos gentiliter viuētes. Et super regna: id est super bonos in quibus regnat per grāz: vt scilicet a malis euellas ꝛ destruas vitia ꝛ in bonis edifices ꝛ plātes virtutes: ꝛ qr in libro cōscientie sic vigilando stu-

duiti ⁊ libros moraliū ide extraxit: ideo cōparatur aratori vigilanti. Cor inquit dabit adversādū suos sulcos: ⁊ vigilias eius in sagina vacarum. In libro quidez moralium multos fecit sulcos: scilicet in scriptura eradicādo dubietates et plantando veritates. In ecclesia eradicando prauitatem hereticam, ⁊ plantando catholicā fidem. In anima eradicando vitia: ⁊ plātando virtutes, ⁊ vigilias ⁊ studium suū in signa vacarum, in pinguedine animarū. Secūdo studuit in libro sciētie ꝑ pastoralis officij plenā cognitionē. Officiuz enim pastorale est liber scientie: quia sicut dicit Gregorius Nazanzenus. Reuera mihi esse videtur ars artium: et disciplina disciplinarū hominem regere vel imbuere q̄ est inter omnes animantes maxime moribus varius et voluntate diuersus. Ab isto libro scientie Gregorius extraxit ⁊ exemplauit librum pastoralez in q̄ plene docet omnes pastores. Unde ait ibidē. Pensandum est ad culmen regiminis quisq̄ qualiter perueniat, atq̄ ad hoc rite peruenīēs qualiter viuat. et bene viuēdo qualiter doceat: ⁊ bene docens infirminatē suaz quanta consideratione cognoscat. De primo sic ait cū regiminis culmen imperatur si domus p̄uētus est: q̄ alijs prosit debet ex corde fugere. De scdo sic dicit. Cōsiderandū est qr cuz causam populi presul suscepit: quasi ad egrū medic⁹ accedit. Quia ergo presumptiōe ꝑcussum mederi ꝓperat qui in facie vuln⁹ portat. De tertio sic dicit. Ab imperitis pastorale magisteriū q̄ temeritate suscipit quādo ars artium est regimen aiarū. De quarto sic dicit. Dum rector foris imēso fauore circūdat: int⁹ veritate vacuat. Et qr i hoc libro sciētie sic vigilādo studuit, ⁊ librū pastoralē inde extraxit ideo assimilatur fabro vigilāti. Vox inq̄t male innouat aurem ei⁹: ⁊ vigilia sua ornauit imperfectionem. Malle⁹ ferrum domat et incudem firmat: ⁊ suauē sonū generat. Sic prelati debent domare duos ⁊ inquietos. Consolari pusillanimes et infirmos: et patienter se habere ad omnes. Istam regulam apostolus tangit. j. Tessalonicen. v. Rogamus vos fratres corripere inquietos. Tertius est liber vite: sicilicet christus in quo beatus Greg. vigilādo studuit: ⁊ inde spiritualis delicias et delectatione exhausit. Ab isto libro extraxit: ⁊ exemplauit expositiones quas fecit super Ezechielē. Neq̄ enim tam ꝓfunda et occulta mysteria cognoscere potuisset nisi ea a libro vite habuisset ⁊ spūssanct⁹ ei reuelasset: vñ Petrus dyacon⁹ vidit spiritū sanctū in colūbe forma sup caput eius manētē: et ꝟba que dicebat inferentē. j. Cor. ij. Spirit⁹ omnia scrutat: etiaz profunda dei. Et qr in hoc libro sic vigilādo studuit et occulta misteria inde extraxit: iō assimilat doctori vigilāti. Vñ dicit. Eccl'ia. xxxix. Sapientiam omniū antiquorū exquiret sapiens ⁊ occulta ꝓuerbiorū exquiret: et in absconditis parabolarū cōuersabitur. ⁊ sequitur. Cor suū tradet ad vigilādū diluculo ad eū qui fecit illū et in conspectu altissimi deprecabit. Ubi ostendit q̄ ad ista occulta ascendit per cōtinuam et assiduam meditationē. Unde dicit. Cor suū tradet ad cogitandū, per cordis emūdationē: vnde dicitur diluculo. Ille em̄ diluculo facit: qr corde suo omne tenebrosum expellit. Et ꝑ deuotā orationē, vñ dicitur. Et in ꝯspectu altissimi deprecabit. Quart⁹ est liber gratie. Et in isto studuit per oim gratiarū ⁊ ꝟtutū possessionem. Fuit em̄ ⁊ intus ꝟtutibus ornatus ⁊ foris honestis moribus decoratus. Ab ista extraxit ⁊ exēplauit ordiationē officij ecclesiastici. Et q̄tum ad hoc assimilat pictori vigilanti. Vñ dicitur. Cor suū tradidit in similitudinē pictoris ⁊ vigilia sua ꝑficiet op⁹. Ecclesia quodāmodo picta est in officio ecclesiastico multiplici colore Primum colorem apposuit christ⁹ quādo dixit. Hoc est corpus meū. Secunduz apposuerūt apostoli quādo orationē dominicā in missa dicenda ordinauerunt, ⁊ minorem symboluz apposuerūt. Tertiū apposuit Ignatius q̄ psalmos per antiphonas dicēdos statuit. Quartū apposuit Hilari⁹, q̄ Gloria in excelsis deo cōposuit. Quintū apposuit Nicena synod⁹ q̄ symbolū maiorē edidit. Sextū maiorē apposuit Athanasi⁹ q̄ fidē i psalmo Quicūq̄ vult ⁊c. sufficiētissime explanauit. Septimū apposuit hier. q̄ psalteriū ꝑ ferias

distinxit & dixit psl̃i finē psalmorū ordinauit. Octauū Ambrosi⁹ q̄ cār⁹ hymnos & sones fecit Grego. vero op⁹ fecit & psē cit qr graduale ꝓposuit. missā ordinauit & totū officiū tā diurnū q̄ nocturnū fecit. Quinq⁹ est liber naturę: & in isto studuit p creaturarū cōsiderationē: qr i ipsis vidit deitatē, sapiētiā, & bonitatē & ob isto traxit libros q̄bus rudiores instruxit. s. homelias & dialogū. Tales aliq̄ istruūtur ꝟbis & ēplis ad hoc fecit homelias. Et aliq̄ ēplis, & ēplis ad hoc fecit dialogū. Creature em̄ nos aliq̄ istruūt ꝟbis ꝓs. Celi enarrāt gloriā dei. Aliq̄ ēplis ꝓs. Preceptū posuit & nō ꝑteribit. Et ēplis ad hoc assimilat figulo vigilāti. vñ ór. Cor suū dedit vt ꝓfummet imitationē: & vigilia sua mūdabit formatē. Ꝟpe em̄ p verba & ēplia illos q̄ erāt i vasa cōtumelie formauit i vasa glie. Juxta illud. Eccl. i. Quasi vas auri solidū ornatū oī lapide ꝑciosō. Fecit em̄ vt essent vas. p gre redēdationē: vt essent aurei. p charitatē successam vt essent solidi p patiētiā vt essent gēma. i. per virtutū refulgētiam.

¶ Sermo. xcij. De eodē. Sermo. ij.



Neptalim sermonis emissus dans eloquia pulchritudinis. Genesis. xlix. Tria nam̄q; sunt necessaria cuilibet prefecto prelato. Primo vt deus habitet in ipso per gratiā. Scō vt sit solicitus p operationē bonā. Tertio vt sit fructuosus p doctrinam: Ista tria habuit beatus Greg. que notant in ꝟbis premissis. primo nām̄ deus in ipso habitauit p grām: qđ notat cū dr. Neptalim qđ interpretatur habitatio. Nā & pater i ipo habitauit p grām: dādo sibi i miraculis magnā potentiam. Miracula em̄ operari spectat ad potentiā. Luce. ix. Dedit potestatē sup oia demonia & vt languores curarēt. Filius i eo habitauit dādo sibi ꝑfectiā sua. s. qñ Grego. ipsum in forma peregrini nō recepit. Et dādo sibi suā carnem verā, quādo hostiā visibiliter in veram carnē conuertit. Spūsctus in eo habitauit qđ ostendit per speciem columbe: que super caput eius visa fuit: et q̄ columnā igneaq; que super ipsum de celo descendit per q̄ datur intelligi q̄ habebat simplicitatem columbinam & charitatem ignitam: ideo poterat dicere. Pater & filius & spiritus sanctus Joh̄. xiiij. Ad eum veniemus & mansionem apud eum faciemus. Secūdo fuit velox per operationem sollicitaz cum dicitur Cerus emissus. Cerus autem habet velocitatem renocationem: et discretionem: Sic sanct⁹ Gregorius fuit velox ad se quendum illum: de quo dicitur in. ꝓs. Exultauit vt gygas ad currēdam viam &c. Jdeo fuit velox: quia depo fuit velocissime omne pōdus scilicet pōdus diuitiarum quas omnes reliquit. Et de ipsis septē monasteria edificauit. pōdus deliciarum de posuit: q̄ corpus continue macerauit itaq; istirmato stomacho vix subsistere valeret. Duz etiam esset in monasterio a matre sua crudis leguminibus pascebatur. Pondus bonorū q̄ cum esset electus in summum pōtificem fugit & se abscōdit: ꝛ indicio columbe celestis manifestatus erat. Nō em̄ poterat latere propter vitā eminētē. Mat. v. nō potest ciuitas abscōdi super montē posita propter cōuersationem fulgentem. Jbidem. Nanq; accēdunt lucernā &c. Propter fasmam redolentē. Eccli. xxiiij. Sicut cynamomum & balsamū aromatizans odorē dedi. Res igitur alta, incida & vaporosa abscōdi nō pōt. Scō ceruus habet renonationē: quando em̄ senescit cū serpēte pugnat: & hausto veneno ardentissime sitit: & in fontē se proijciens in oculis. ꝑlis & cornib⁹ ac pelle renouat. Sic sanctus Gregorius & ceteri sancti cū demonibus pugnates & eius tentationes vincētes ad fontē gre refrigerātis currūt: & sic renouātur in intellectu: quia lympidi⁹ deū ꝓspiciūt ad Ephes. iiij. Renouamini spiritu mētis vestre. Renouātur in affectu qui feruentius deum diligūt. ꝓs. Emitte spiritum tuū & creabuntur. Renouant in operatiōe: qr opera ꝛtuosa faciūt. Ephe. quarto. Jnduite nouū hominē q̄ sm deū creatus est i iustitia & sanctitate veritatis. Tunc em̄ opera nostra virtuosa sunt qñ sunt cū iustitia ēplū ad proximū: & sancta quantum ad nos renouātur, ēplū ad cōuersationē extrinsecam, qr honestiorē cō

uersationē induunt. Colossē. iij. Induentes nouum hominē q̄ renouatur in agnitionē dei. Tertio ceruus habet discreionem: ⁊ ius discretio in tribus attenditur scz in vulneris sanatione: in parturitiōe, et in cordis cōfortatione. Ceruꝰ em̄ sagitta ꝑcussus pulegiū comedit: ⁊ sic sagittā proijcit. Cerua tragāt iū comedit: ⁊ sic leuius parit. Certus etiā comedit quasdaz herbas medicinales habētes respectuz ad cor: ⁊ sic cor quod erat tremulū confortationē accipit. Habemus em̄ tria gn̄a herbarū quas ipse seruꝰ comedit: quarū vna valet ad sanandū, alia ad pariendū et tertia ad cōfortandū. Ista tria genera beatus Gregoriꝰ habuit: ⁊ alios etiā habere docuit. Herba nanq̄ valēs ad sanādum est verbū dei. Sapiē. xvj. Neq̄ herba neq̄ malagma sanauit eos: sz sermo tuus dn̄e q̄ sanat ⁊ medetur omnia. Et sicut pn̄tia huius herbe est causa sanationis: ita absentia est causa mortis. Gregorius. Quisq̄ alimēta nō retinet huiꝰ ꝓfecto vita desperat. Eterne ergo mortis periculū formidat si nō cibū sancte exhortationis accipitis. Si verba vite. i. alimēta iustitie i memoria nō tenetis. Secūda herba est memoria mortis. Esa. xl. Omnis caro fenū: ⁊ ois gl̄ia eius quasi flos agri ⁊c. ⁊ ista valet ad parsēduz. i. ad ꝓposita cōplēda ꝑ bona opera Greg. Ualde em̄ se solicitat in bono opere q̄ semꝑ cogitat de extremo fine. Tertia herba ē meditatio dn̄ice cōpassiōis: que fuit herba multum amara Cantico. i. Fasciculꝰ myrrhe dilectus meꝰ mihi. Et ista valet ad cōfortādum ⁊ roborandū Greg. Si passio xp̄i ad memoriā reducit: nihil est q̄ nō equo animo tolleret. Tertio beatus Gregoriꝰ fuit fructuosus ꝓximo ꝑ doctrinā. vnde dicitur. Dās eloquia pulcherrima ⁊ pulchritudinis. Ista autē eloquia pulchritudinis tribꝰ modis dedit. ¶ Primo nanq̄ fuit predicator gratiosꝰ: ⁊ ideo dedit eloquia pulchre facundie. Dicit autem Augu. i libro de doctrina xp̄iana q̄ eloquēs in verbis suis agere debet: vt veritas pateat, veritas placeat, ꝟitas moueat, ⁊ vt pateat dz loq̄ clare ⁊ aperte: vt placeat debet loq̄ cōposite ⁊ ornate: vt moueat dz loq̄ feruenter ⁊ deuote. Talis em̄ fuit eloquētia beati Gregorij. s. clara, deuota ⁊ ordinata. Clara, nihil habēs obscuritatis. Prouerb. xiiij. Doctrina prudētiū facilis. Ordinata, nihil hn̄s rusticitatis. Prouerbioꝝ. xxv. Lingua sapiētiū ornat sciētia. Deuota nihil habēs incipiditatis. Prouerbioꝝ. vj. Fauus mellis ꝟba cōposita. Scdo fuit sacre scripture compositor luculētissimus: ⁊ q̄tū ad hoc dedit eloq̄a pulchre sentētie. Eius em̄ sentētia ⁊ doctrina habuit pulchrā venustatē solidā veritatē, ⁊ dulcē suauitatem. Pulchra autem venustas in eloquio causata erat in tribus. s. a celesti sapiētia qua sanctus Grego. erat repletꝰ. Que quidē sapiētia celestis pulchra administrat eloq̄a. vn̄ repellit Elim. Job. xxxviij. Quis est iste inuoluēs sentētias s̄monibꝰ imperitis: ac si dicat Sententias celestes ꝓferre vult per iperitos sermones. Causata fuit a nobilitate senatoria. Un̄ dt Hier. de Esa. Esayas i s̄mone discretꝰ est quippe vt. s. vir nobilis ⁊ vrbane eloquentie: nec hn̄s aliq̄d rusticitatis ad mixtū. Causata erat a rhetorica ⁊ philosophia: qr ēt i sua adolescētia magnꝰ philosophꝰ ⁊ rhetor luculēt sīmꝰ habebatur. De his tribus dicit. Prouerbioꝝ. xx. Aurū ⁊ multitudo gemmarum ⁊ vas preciosum labia scientie. Labia enim sciētie beati Gre. fuerūt ornata auro. i. celesti sapiētia gēma, id est thetorica philosophia. Et ista ꝓcedebat a vase p̄cioso: qd̄ ꝓductū erat nobilitate senatoria. Secūdo eius doctrina habuit solidā firmitatem ⁊ veritatem. Cum em̄ quidā emuli post mortem suā libros conburere vellent. Petrus dyaconus restitit asserēs se spiritū sanctuz in specie colūbe sup eū sepe vidisse: ⁊ desup iuramēto facto i morte sua iuramentum firmauit: ex quo patet q̄ doctrina ipsius approbata fuit ꝑ tria. s. ꝑ spiritū sanctum verba īferentē. Johānis. xvj. Paraclytus autē spiritus quē mittet pater i nomine meo ille vos docebit omnia. Per iurationem īteruenientem. Hebreo. vj. Omnis cōtrouersie finis ad confirmationē est iuramētuz: ⁊ per mortē subsequentem ibidem testamentum em̄ i morte confirmatū est. Tertio eius doctrina habet dulcem suauitatē. Est em̄ i corde tanq̄ pigmentū ad medi-

candum. In ore tanquam mel ad profe-
rendū, ⁊ i opere tanq̄ odor ad imitādū.
Eccle.xlix. Memoria Josie.i.beati Gre-
gorij q̄ seip̄m in sacrificiū deo exhibuit.
Quia Josias sacrificiū interpretatur. In
cōpassione odoris facta. Ecce q̄ odori-
fera ad imitationē. Op⁹ pigmētarij: ecce
q̄ delectabilis est vtiq̄ ad meditationez.
In ore quasi mel dulcorabil': ecce q̄ dul-
cis ad prolationē et vt musica in cōuiuio
vini. Ecce quā suauis ad auditionē. Ter
tio erat laudator dei deuotus: et quantū
ad hoc habuit eloq̄a pulchre laudatio-
nis diuine: cū em̄ missa prius cōfuse dice
retur: ipse eaz pulchre ordinauit statuēs
vt in lingua triplici decantaret: scilicet,
greca: vt sūt Kyrie eleison: hebrea: vt sūt
amen, ⁊ alleluia, ⁊ latina vt sunt cetera
alia. Sicut em̄ iste tres lingue'l ligno ⁊ ti
tulo crucis posite cōfesse sunt christū mo
rientem, sic voluit vt christū laudarēt in
celo regnantē. Ordinauit etiam vt in ip̄a
missa fierēt tres partes de corpore christi
ad innuēdum quod corpus mysticum: id
est Christi fideles sunt diuisi in tres ꝑtes
Nam illa pars que ponit' in calice abscō
ditur ⁊ in vino ponitur signat illam ꝑtez
que est in celo que ab oībus malis abscō
ditur, vt ab vbertate dom⁹ dei inebriat'
Alie due partes significāt duas ꝑtes fi-
deliū que adhuc tribulationib⁹ exponū
tur, vna q̄ est in mundo q̄ subijcitur mul-
tiplici passiōi. Alia que est i purgatorio,
que subijcit' magne curatiōi. Ordinauit
etiā q̄ missa vocetur ex eo q̄ ipsa sacra
hostia a deo patre nobis dupliciter est
missa. scilicet ꝑ incarnationem in mundo
⁊ sanctificationem in sacramento et nos
eam sibi dupliciter mittimus. scz ꝑ passio
nem qua deo reconsiliamur ⁊ per quoti-
dianā oblationez que pro nobis interce
dit vt misericordiam consequamur.

¶ Sermo nonagesimus quartus. De
eodem. Sermo quartus

Vigilate quia
nescitis qua hora dominus
vesterventurus sit. Matth.
xxiiij. Istud euangelium le-
gitur in honore beati Gre-
gorij qui vigilans interpretatur. Ipse
enim vigilauit, sibi ecclesie ⁊ deo. Sibi
quidem per virtutum acquisitionē, mul-
tas nanque virtutes acquisiuit sibi. Pri-
ma est fortitudo cum infirmitate. Licet
enim corpore langueret: semper tamen
aut legebat, aut scribebat aut orabat. ij.
Corintioꝝ.xij Cum infirmor tūc potens
sum. Sancti enim viri quandocunq̄ sunt
infirmi in corpore, sunt fortes in mēte: in
firmi autē ad amandū terrena, fortes ve
ro ad amandū celestia. Hoc ostēditur ex
emplo arboris, cordis ⁊ corporis. Arbo
ris q̄dem, qꝛ s̄m Gregoriū sancti viri si-
gnificant' per palmā que inferius est ar-
ta, ⁊ superi⁹ lata. Mali autē significan-
tur ꝑ alia arbusta que inferius in ramis
sunt lata ⁊ superi⁹ angusta. Exemplo cor
dis, quia est latum superius. ⁊ inferius
strictuz. Exemplo corporis quod habet
rectitudinē quia homo debet habere re-
ctam intentionē, eleuatam faciem: qꝛ de
bet habere cor eleuatū ꝑ amorem. Radi
ces superius ⁊ ramos dependētes infe-
rius: qꝛ debet esse plantat⁹ in celo ꝑ de-
siderium ⁊ inferius fructificare ꝑ opera-
tionis studiū. Secundo habuit abundā-
tiā cū paupertate. Ipse em̄ in multis diui
tijs adūdauit: sz in his oībus paup fuit:
qꝛ omnia pauperibus erogauit Prouer
biorum.xiij. Est quasi diues cū nihil ha-
beat: ⁊ est quasi pauper cum in multis di
uitijs sic. Ipse em̄ sex monasteria i cicilia
fecit: ⁊ septimū in domo propria funda-
uit. Indigētiuz nomina scripta habuit ⁊
eis necessaria ministrauit. Tribus milib⁹
ancillis dei octoginta libras auri ānualit'
offerebat. Hic cadit exēplū d̄ heremita q̄
omnia relinquerat: ⁊ vnū solum captum
tenebat. Tertio habuit exēplū cum hu-
militate, quā humilitatem habuit in ani-
mo in v̄bo: in signo: ⁊ in honore inuito. In
animo quidē, quia peccatorem se reputa
bat: vnde Mauricio imperatori qui eū ꝑ
sequebat' scripsit. Quia em̄ peccator sum
credo q̄ oīpotentē deuz tanto vobis am
pli⁹ placatis, q̄nto me sibi male seruiētez
magis affligitis. In verbo, qꝛ p̄m⁹ i suis
lr̄is seruū s̄uoꝝ se appellat. In signo, qꝛ
cum quidē heremita vellet sibi reueren-
tiam exhibere: ipse pri⁹ se in terrā ꝓstra-
uit. In honore inuito: quia electio fuit in-

cationē: cū dixit. Ego sum quasi dicat. Debetis mihi credere: qr. mētiri nō possum. Jo. viij. Si ego testimoniū phibeo de me ipso: verū est testimoniū meū. Spūalr aūt quis resuscitatus intelligi pōt qñ triplex testimoniū hz. s. bone cōsciētie. ij. Cor. j. Gloria nostra hec est testimoniū cōsciētie nr̄e. Bone vite. Joā. x. Opa q̄ ego facio illa testimoniū phibent de me. Et bone fame. j. Tim̄. iij. Oportet illū hōre testimoniū bonū ab his q̄ foris sunt. Quarto manifestauit se p occultarū cognitionū manifestationē: cū dixit. Quid turbati estis cogitatiōes ascendūt in cordib⁹ vestris: ꝛc. Acsi dicat debetis me cognoscere: qr ego sum ille q̄ vr̄a occulta cognosco. Spūalr etiaz q̄s resuscitatus est qñ cogitationes suas discernit. Et bonas custodit: ꝛ malas expellit. Periculū est nāq; malas cogitationes in corde tenere qr sunt sicut mus in pera. ignis i sinu ꝑpēs in gremio. Mus em̄ oīa corrodit in petra. sic male cogitatiōes oīa merita corrodūt i aīa Job. xxij. Quasi vestimētū ꝙ comedit a tinea Ignis in sinu vestimēta cōburit sic mala cogitatio ꝯcupiscentiā accēdit. Prouer. vj. Nū q̄d pōt hō abscōdere ignē in sinu suo: vt nō cōburant̄ vestimēta sua. Serpēs in gremio venena diffundit sic mala cogitatio peccati venenū in cor emittit. Uñ. Prou. xxxij. Quasi regulus venena diffundet. Quito se manifestauit p palpationē: cū dr̄ Palpate ꝛ videte ꝛc. Quasi dicat. debetis me cognoscere qr istd̄ est idē corp⁹ qd̄ sepe videre ꝛ palpare ꝯsueuistis. Spūalr etiā q̄ resuscitati intelligunt̄ q̄ permittūt se palpari. i. argui ꝛ reprehēdi. Sz sunt q̄dā aīalia q̄ se palpari nō pmittūt. Aut qr hispida sunt sicut heriti⁹ aut qr siluestria sunt sicut lup⁹. Aut qr arrogātia sūt sicut leo. Sic ēt sunt plerīq; q̄ si arguunt̄ adeo sunt hispidi ꝙ p ꝟba iniuriosa pūgūt. Quidā adeo siluestres ꝙ ad latebras excusationū ꝯfugiūt. Quidā adeo arrogātes ꝙ nimis idigne ferunt. Sexto manifestauit se p cicatricū oñsionē, qñ dr̄. Ostēdit eis man⁹ ꝛ pedes, Acsi dicat debetis me cognoscere qr ego sum ille quē in his pedibus ꝛ manib⁹ i cruce ꝯfixū vidistis. Spūaliter esse q̄s resuscitat⁹ itelligit̄ qñ vulnera sua. i. pctā nō abscōdit: sz sacerdoti oñdit. Luc. xvij. Ite oñdite vos sacerdotib⁹. Uulnera aūt pctōꝝ aliqñ sunt recētia. s. p ꝯsensum vl̄ vnicū actū ꝛ tūc sanat̄ vnctione. i. leuis pnie iniūctiōe. Eccle. x. Breuē lāguorē p̄scindit medic⁹ Aliqñ sunt inueterata p peccādi ꝯsuetudinē, ꝛ tūc idigēt adustiōe. i. graui carnis maceratiōe. p̄s. Ure renes meos ꝛ cor meū. Aliqñ sunt putrefacta: tūc indigēt incisiōe. i. incisiua ꝛ afflictiua tribulatione. p̄s. Multiplicate sunt infirmitates eoꝝ: postea acceleraue rūt. Septimo manifestauit se p comestionē: qr comedit piscē assum ꝛ fauū mellis. Spūalr tñ resuscitat⁹ intelligit̄ qñ quis comedit fauum mellis. i. quādo ꝯstanter exercet opera actiōis. Et tamē ꝓpter hoc nō deserit dulcedinem contemplationis, vel quando exterius patitur tribulationē ꝛ tamē interius non deserit amoris dulcedinem. Uel post dici ꝙ i fauo est mel ꝛ cera. Per piscez igitur assum intelligitur caro christi igne passiōis assata. Per ceraz que est pabulū luminis claritas sue resurrectionis. p mel dulcedo sue visiōis. Debemus igitur comedere piscē assum vt. s. ad eius passionem afficiamur p compassionem: ceram vt eius resurrectioni ꝯgaudeamus per mentis exultationē. Et mel vt puenire desideram⁹ ad ei⁹ dulcissimā visionē sicut desiderabat ꝓpha dicēs. Sitiuit anima mea ad deum fontem viuum: qñ veniā ꝛ apparebo añ faciem domini.

¶ Sermo. cxxvij.

De sancto ambrosio, sermo primus.

Ecce intelliget seru⁹ me⁹ ꝛ exaltabitur: ꝛ eleuabitur, ꝛ sublimis erit valde Esa. lij. Quatuor stat⁹ habuit btūs Ambrosi⁹, q̄ notant̄ in ꝟbis p̄missis. Prim⁹ est stat⁹ subiectiōis: cū dr̄. Ecce itelliget seru⁹ me⁹. ipse q̄dē fuit bonus seru⁹ dei. Et iō habuit tres laudabiles cōditiōes boni serui. Prima est mūditia. p̄s. Ambulās in via immaculata: hic mihi ministrabat. Istā ipse habuit qr mūdiciā mētis ꝛ carnis ipse seruauit. Uñ refert Hieroñ. ip̄m dixisse. Uirginitatē non solū offerim⁹ sed seruam⁹. Sap̄. viij. Cū essem magis bon⁹ veni ad corp⁹ coinq̄natū. Scd̄a ꝯditio est sapientia. Prouer.

xiiij. Acceptus est regi minister itelligēs. Istā sapiētiā ipse habuit. Unde dr de eo q cū rome liberalib⁹ artibus esset traditus ad plenū fuit erudit⁹. Tertia est pseuerātia. Apoc. vij. Seruiet ei die ac nocte in templo dei. Istā pseuerantiā ipse habuit: qr vsq; in finē in bonis pseuerauit. Unde cū moreret dixit. Nō sic vixi inter vos: vt iterū pudeat viuere. Scdo notatur status sue prelationis: cū dr. Et exalbitur. Circa aūt suā exaltationē tria considerant. Primo qualis fuit eius electio. Fuit em̄ a deo isp rata: qr ibi vox miraculose isonuit Ambrosium ep̄m. De hoc Heb. v. Nemo assumit sibi honorē nisi q̄ vocat a deo tanq̄ aaron. Fuit ab electorib⁹ vnanimiter celebrata. Nā cū in discordia multa essent ptin⁹ in Ambrosium vnanimiter ꝯsenserunt. Eccl. xxv. In tribus beneplacitū est spūi meo: q̄ sunt concordia fratrū ꝛc. Fuit a supiori cū gaudio ꝯfirmata. Unde legit de eo q cū missa ē relatio ad valentinianū imperatorē qui summo gaudio accepit q iudices a se directi ad sacerdotiū petant. Scdo videndū est q̄lis fuit ei⁹ ad hoc aspiratio. Ipe em̄ nō tm̄ fugit vt nō posset iueniri sed ēt tria se habere simulauit q̄ sunt p̄lationis officio inimica. scz crudelitatē. Unde dr: qr tribunal cōscēdit ꝛ cōtra cōsuetudinē tormēta personis adhibere iussit. Eccl. iiij. Noli esse sicut leo i domo tua. ꝛc. Philosophicā vanitatem: vnde dr quia philosophiā pfiteri voluit. j. Cor. ij. Loquemur nō in doctis sapientie humane verbis. Infamiā ꝛ inhonestatem. Unde dicit q publicas mulieres publice ad se venire fecit: vt ex hoc a sua intētione populū reuocaret. Titū. j. Oportet ep̄m sine crimine esse. Tertio videndum qualis fuit ei⁹ in officio psecutio. Ipse em̄ ppl'm i fide istruebat. Tūc em̄ arriana heresis totā Italiā corruperat sed ipse ppl'm suuz ab ista peste purgauit Et veritatez edocuit fidei. Eccl. j. Qui curauit gētē suā ꝛ liberauit eā a perditiōe. Ipse etiā mores informabat. Unde iter cetera docuit Augu. tria ad mores spectātia. Prio ne cuiq̄ vxorē peteret ne si postmodū ipsi inter se male conueniant ipsi sibi maledicant. Secundo ne aliquibus militiā exercere cōsuleret: ne ipsi rapinā ꝛ calumniā exerceāt. Tertio ne ad conuiuia inuitat⁹ accederet, ne ibi tēpantie modū pderet. Ipe exēplum bonoꝝ operū oibus tribuebat. Titum. ij. In omnib⁹ teipsum prebe exēplum bonorum operū: in doctrina: in integritate: in grauitate. In doctrina q̄dez qr semper populis predicauit. In itegritate: qr perpetuam castitatem seruauit. In grauitate: quia maturitatē semp ostēdit. In bonis oibus: qr omnia bona pauperibus erogauit: Tertio notatur status cōsummationis: cum dr. Eleuabitur. Ipe enim secure mori potuit: qr ab oib⁹ terrenis eleuatus fuit. Habuit enim in morte quatuor que ipsum secure mori faciebāt scz corpus dn̄icū. Honorat⁹ em̄ ep̄s Uercellensis ex precepto dei ad ipsum puenit, ꝛ sibi sacramētū dominici corpis dedit, ꝛ cū tali viatico ipe trāsiuit. Istud autem tanq̄ pugil ab omnib⁹ isidūs dmonis eū secuꝝ reddebat Job. xvij. Pone me iuxta te: cuiusuis manus pugnet ꝯtra me. Scdo habuit spm̄ sanctū. Imminēte nāq; ei⁹ morte spūs sanct⁹ i specie ignis ꝛ i modū scuti i ei⁹ os intrare visus est. In specie ignis: vt ip̄m purgaret. In modum scuti: vt ip̄m ptegeret. In os ei⁹: vt verba a spiritu sancto plata ostenderet. Et istud scdm tanq̄ ductor eū per viā ducebat, p̄s. Spūs tuus bon⁹ deducet me i viam rectam. Tertio habuit vitam sanctā: quam quidem duo cābant scz meritorū suoꝝ affluētia, ꝛ magna de deo fiducia. Unde sic dixit in morte. Nō sic vixi inter vos vt me viuere pudeat. Nec mori timeo quoniā bonū dominū habem⁹. Et istud tertiū ei⁹ mortem deo gratā reddebat Aug. Certe nō potest male mori qui bn̄ vixit Quarto habuit cōmēdationē diuinam. Ipse enim manus in modum crucis expandēs spiritū suū in man⁹ dei recommēdauit: Et istud quartū secure euz mori faciebat. Sap. iij. Iustorum anime i manu dei sunt: ꝛ nō tanget illos tormētū mortis. Quarto notatur status sue glorificatiōis: cū dr. Et sublimis erit valde. Ipse em̄ tūc triplicē sublimitatē accepit. Primo sublimē locū ad habitādū: vt celum. Unde a multis visus ē ascēdere: scz in celū tanq̄ in ppciū suū locū. Et istud

sibi acq̃siuit propter innocẽtiã. ps. Quis ascendet in montem ꝛc. Innocẽs manibus: scz ꝛ mũdo corde ꝛc. Scdo accepit sublime officiuz ad iudicãdũ. Unde a multis visus est i cathedra residere: ꝛ istd accepit ꝓpter paupertatez volũtariã. Joã. xxx. Judiciũ pauperib⁹ tribuit. Tertio accepit sublime p̃ciũ ad perfruẽdũ. Unde multi supra corp⁹ ei⁹ stellam spendidaz conspexerũt: illã scz stellam de qua dicit Apoc. xxij. Ego sum stella splẽdida ꝛ matutina. Et istud accepit ꝓpter omniũ viciorum victoriã. Apoc. j. Qui em̃ vicerit: dabo ei stellam spendidam ꝛ matutinam.

¶ Sermo. cxxviij. De eodem ser. ij.

Examen apuz in ore leonis erat et fauus mellis. Judicũ. xiiij. Legit de beato. Ambrosio ꝙ cũ esset infans ꝛ dormiret examẽ apũ os ei⁹ ꝛ faciẽ sic cõpleuit: vt quasi in alueolũ suũ intrarẽt pariter ꝛ exirẽt. Et ideo verba premissa sibi conueniẽter aptari possunt. In q̃b⁹ verbis ipse assimilat api: leoni ꝛ fauo mellis. Assimilat aũt api triplici de causa. Primo: qꝛ sicut ipse dixit in ezameron. Apis virginitatem custodiuit: sic ꝛ ipse virginitatẽ custodiuit ꝑpetuã. Cui⁹ signũ fuit: qꝛ de v̄ginitate luculentissime disseruit, ꝛ libros de virginibus cõposuit: in q̃b⁹ virginitatẽ mirabiliter cõmẽdauit Matt. xij. Bon⁹ hõ de bono thesauro ꝓfert bona. Chryso. ibidẽ. Cũ audis aliquẽ de deo loquentẽ intellige qꝛ cor illi⁹ amore dei repletũ est. Qui libidinis thesaurũ habet in corde: de puellis delectat dicere vel audire. Nõ tantuz Ambrosi⁹ de virginitate libẽter disserebat: sz etiã aliquid indecoꝝ dicere vel audire erubescebat. Unde ipse ait de officijs. Non solũ aũt hoc ab oculis abscõdam⁹: verũ etiã eouz iudicia vsq̃ membrorum suis appellatiõib⁹ nũcupare indecoꝝ putem⁹. Secũdo assimilat api. Apis florez de diuersis florib⁹ colligit. In prato q̃dẽ celestis viriditatis sunt diuersi flores: scz rose martyrũ: viole ꝯfessoꝝ, ꝛ lilia virginum. De rosis myrtyrũ collegit florẽ ꝯstãtie, ꝛ magnañi imitatis. Unde cũ p̃posit⁹ Ualẽtiniani imperatoris sibi diceret. Tu cõtemnis. Ualentinianũ caput tibi tollo. Ille respondit. Deus permittat tibi vt facias qd̃ misericordiaris. Et vtinã de⁹ ab ecclesia sua omnes hostes auertat: ꝛ in me omnia sua tela conuertat ꝛ meo sanguine satientur. De violis ꝯfessorum collegit florẽ sobrietatis: qꝛ quotidie nisi in sabbato ꝛ die dñica. ꝛ festis precipuis ieiunabat. De lilijs virginũ collegit florez castitatis: qꝛ virginitatem perpetuã ꝯseruauit. Tertio assimilatur api: qꝛ apis alueolũ suũ defendit: sic ꝛ ipse ecclesiã detulit a trib⁹ persecutorib⁹. Primo a violentia tyrãnoꝝ. Unde resistẽs imperatori volenti dare basilicam arrianis: sic nũcijs suis respondit. Et habetur in decreto si patrimoniũ petitis inuadite: si corp⁹ occurraz vultis in vinculo rapere: vultis in mortem volũtas est mihi. Eccl. xlviij. In diebus suis non pertimuit principem ꝛc. Secũdo defendit ipsam a fraudulẽtia hereticorum. Et hoc fiebat tribus modis. Primo iudicijs eos per seculare brachiũ coercẽdo. Deut. xiiij. Si tibi voluerit ꝑsuadere frater tu⁹ ꝛc. Et infra nõ em̃ parcat ei ocultat⁹: sz statim interficias. Scdo miraculis eos cõuertẽdo. Unde cũ q̃dã hereticus vidisset angelũ loquentẽ ad aures ambrosij statim cõuersus est. Tertio doctrinis eos ad fidẽ catholicã reducendo: sicut patet in beato Aug. quẽ suis predicationib⁹ ad fidẽ conuertit. Tertio defendit ecclesiam a malicia demonum. Primo qꝛ habuit in ipsos efficax imperiũ ex eo ꝙ eos de corporib⁹ expellebat. Matth. vlt. In nomine meo demonia eijciẽt. Secũdo quia habuit in ipsos durũ flagellũ ideo ipsum valde timebant. Unde demõ quẽdam demoniacũ mediolanũ ingredientem dimisit: egredientem inuasit: qui de hoc interogatus respondit se ambrosium timuisse. Luc. x. Ecce dedi vobis potestatẽ calcandi super serpentes ꝛc. Tertio: quia habuit spiritũ sanctũ in p̃sidiuz. Unde dumones ad ipsum nocẽdũ a quodaz mago missi de hoc reuersi dixerũt ꝙ non solum ad ipsum: sed etiã ad fores domus propinquare nõ audebant: quoniaz ignis insuperabilis: sic om̃e eius edificiũ muniebat vt etiã longe positi vrerentur. Secũdo assimilatur leoni triplici ratio-

ne. Primo qr leo apertis oculis dormit: sic beat⁹ ambrosius dormiebat per quietem contēplationis: ⁊ tamen vigilabat ꝑ laborem actionis. Cātic.v. Ego dormio ⁊ cor meum vigilat. In dormitatione q̄dem sensus ⁊ motus intercipitur: ⁊ calor interior ad exteriora reuocat̄. Sic ī beato Ambrosio deficiebat sensus ambitiose vanitatis. Unde ipse de se dixit. Ambrosius nescit inflari. Colossen.ij. Ambulans frustra inflatus sensu carnis sue. Deficiebat mot⁹ terrene cupiditatis: qr oia sua pauperibus erogauit. Auari em̄ semper sunt in motu: qr semper sunt in appetitu. Eccl̄.v. Auar⁹ nō implebit̄ pecunia. Deficiebat ī ipso calor carnalis voluptatis: qr virginitatem seruauit. Uiuebat autem in eius corde stāma charitatis. p̄s. Instāmatū est cor meū. ⁊c. Scdo assimilatur leoni: qr leo clamādo suos leonculos suscitat. sic ⁊ ipse multos mortuos ī peccatis suscitauit: nō tantū clamore oris p̄dicando. Esaye.lij. Clama ne cesses. ⁊c. Nō tm̄ clamore cordis feruēter orādo. Exo.xiiij. Quid clamas ad me? Non tm̄ clamore operis fortiter operādo. Jone iij. Clamēt ad deū ī fortitudine: sed etiā clamore oculorū lachrymas emittēdo. Emisit em̄ tria gn̄a lachrymarū: scz lachrymas deuotiōis ꝑ eternis desiderijs Unde d̄r de eo ꝙ cū aliq̄s vir sanct⁹ moriebat̄ abūdantissime flebat. Et ī terrogatus cur hoc faceret? Respōdit. Ne putes me flere: qr recessit: sed qr me precessit. Lachrymas doloris: pro alioꝝ peccatis. Unde legit̄ ꝙ cū aliq̄s lapsum suū sibi confitebatur: sic amare flebat ꝙ ip̄m flere similiter cōpellebat. Et lachrymas cōpassionis pro aliorum iniurijs: Unde d̄t de se: ⁊ est ī decreto. Aduersus milites gothos lachryme mee arma mea sunt. Aliter non possum nec debeo resistere. Tertio assimilatur leoni: quia leo quādo fugatur vestigia sua delet cū cauda: sic ⁊ beatus Ambrosius. Omnia vestigia diaboli de corde suo deleuit, ⁊ vestigio xp̄i impressit. Sed multi sunt de quibus dicitur illud Dan̄.xiiij. Uideo vestigia virorum quo ad peccatum superbie, ⁊ mulierum quo ad peccatum luxurie, ⁊ infantū quo ad peccatum auaricie. Auarus enim instar infantis super terram repit. Tertio assimilat̄ melli: ⁊ hoc ꝓpter suā melleā doctrinā. Doctrina ei⁹ d̄r mel ꝓpter vtilitatē ⁊ ꝓfunditatē. Utilitas aūt est: qr mel est mūdificatiuū, cōseruatiuū, ⁊ dulcoratiuū. Et ideo ponit̄ in medicinis ad mūdificādum, ad cōseruandū, ⁊ ad amarū saporē remouendū. Sic doctrina beati Ambrosij habet mundificare a culpa p̄terita. Joā.xv. Jam vos mūdi estis ꝓpter sermonem quē locut⁹ sum vobis p̄seruare a culpa futura. p̄s. In corde meo abscondi eloquia tua vt nō peccē tibi. Et dulcorare a pena illata. Eccl̄i.xviij. Nōne ardorē refrigerabit ros: sic ⁊ ꝟbū meli⁹ q̄ꝫ datū. Scdo ei⁹ doctrina d̄r mel ꝓpter ꝓfunditatē. Oleū quidē meli⁹ est in superficie: vinū melius in medio: mel melius ī ꝓfundo. Scriptura sacra habet triplicem incellectum: scz historialē, moralem, mysticum siue spiritualē. Per oleum qd̄ eū melius in sup̄ficie intelligitur sensus historialis qui est cibus paruulorum. Quem ⁊ apostolus vocat lac dicēs. j. Corin.iij. Tanq̄ꝫ paruulis in christo lac potum vobis dedi nō escam. Per vinum qd̄ est melius in medio significat̄ sensus moralis q̄ est medi⁹ iter sensum historialē ⁊ sp̄ualē. Per mel quod est melius in fundo significat̄ sensus sp̄ualis. Sacra em̄ scriptura quanto profundi⁹ penetrat̄: tāto dulcior inuenitur. Istū triplicē sensum sponsa cū suauitate sibi ī corporat dicēs Cant̄.v. Comedi fauū cū melle meo: bibi vinū cū lacte meo. Istū profundū ītellectū Ambrosius in sacra scriptura habuit. de quo sic d̄t Hiero. ī lib. de. xij. doctorib⁹. Ambrosi⁹ sup̄ ꝓfundoꝝ pīnā rapt⁹ ⁊ aeris volucer q̄ꝫdiu ī ꝓfundū īgredit̄ fructū de alto capere ac rapere vr̄.

¶ Ser.cxxix. De eodē ser.iij.

Fauus distillās labia tua spōsa. Cāt̄.iiij. In corpe mystico xp̄i vbi caput est xp̄s diuersa sunt mēbra. Nā oculi sunt apostoli totū mundum illuminantes. Manus sunt martyres in bello dei fortiter laborantes. Aures sunt confessores dei preceptis obes

dictes. Nares sūt ꝗginee puritatꝫ odore spirātes. Labia sūt doctores ꝙ ꝓdicatores cibū ꝗbi dei a deo recipiētes, ꝛ populo ministrātes: et qz sctūs Ambrosius fuit magn⁹ ꝓdicator et doctor ideo predicta ꝗba de eo cōueniēter exponi pōt. In quib⁹ ꝗbis tria priuilegia de ipo pnuntur. Primū est: qz in doctrina sua fuit valde gratiosus, cū dicit. Labia tua. Et his erā labijs mō eribant ꝗba ducentia peccatores ad cōtritionis amaritudinez Cantico. v. Labia ei⁹ distillantia myrrhā primam. Modo inflammātia bonos ad amorē. Cantico. iiij. Sicut vita coccinea labia tua. Mō verba verissima cōfirmātia oēs in dei fide ꝛ dilectiōe. Prouer. xij. Labia veritatis firmum erit in ꝑpetuū. Ista autē verba de se nō habebat: sz ab ore dei recipiebat. Hiere. xv. Si separaueris pciosum a vili q̄si os meum eris. Fuerūt aūt labia ei⁹ quasi quidaz fons dei ſm illud Prouer. xviij. Aqua ꝓfunda ꝗba ex ore viri tot ꝛ cn redūdās fons sapiētie. Ab isto aūt fonte in labijs sue fuit ore tres magni riui emanauerūt. ſ. sapiētie, doctrine et cōstātie. Eius autē sapiētia fuit ꝓfunda. Hiero. Ambrosius super Psalmū dorū pinnā rapt⁹ ꝛc. Job. xxviij. Profunda quoq; fluuioꝝ scrutat⁹ ē. Fuit a deo inspirat⁹. Unde legit ꝙ quidā hereticus vidit angelū ad aures Ambrosij loquētem, et ꝗba q̄ ꝓdicabat populo referentem. Fuit ꝓ magno habitus: qz alij doctores ei⁹ ꝗba pro magna autoritate habebāt. Unde refert Augustin⁹ ad Januariū: ꝙ cum mater sua miraretur ꝙ sabbato Mediolani non ieiunaret. ꝛ sup hoc Ambrosiū interrogasset, ille respondit. Cum romā veniō ieiuno sabbato, sic et tu in quā ecclesiā veneris ei⁹ more serua: si cuiq; nō vis scādalū esse nec quēq; tibi. Et subdit Aug. Ego de hac re ita etiā cogitās ita semper eā habui. Acsi eā cōsilio oraculo receperiz. Scō emanauit ab eo solida doctrina. Uñ Aug. de doctrina xp̄iana: doctor dz agere vt ipe audiāt: intelligēter libēter ꝛ obedienter. Btūs igit Ambrosi⁹ audiebat intelligēter libēter ꝛ obedienter. Pro intelligēter qz doctrina eius fuit firma ꝛ solida. Uñ Hiero. de eo. Ei⁹ ore fenitus fidei ꝛ ecclesie, a oīm virtutū firme sūt colūne. Ephe. iiij. Non sum⁹ ꝑuuli fluctuātes: nec circūferemur oīvēto doctrine. Audiebat libēter qz ei⁹ doctrina fuit placēs ꝛ pulchra: vñ de Augu in libro de nuptijs ꝛ cōcupiscētia. Pelagi⁹ hereſiarcha sic laudat ambrosiū vt dicat btūs ambrosi⁹ eps i cui⁹ ꝓpuell buis romana lucet fides q̄ scriptoꝝ ter latinos flos q̄dā emicuit. Et ꝓuō. xxiij. Appone cor tuū ad doctrinā meā q̄ pulchra erit tibi cū seruaueris eam. Audiebatur obediēter: qz ei⁹ doctrina fuit efficax ꝛ fructuosa: sicut ptz in btō Aug. quē tā virtuose cōuertit. j. Cor. iij. Nō erā in sermone et regnū dei: sed in ꝗbute. Tertio emanauit ab ipso fortis cōstātia que maxime in trib⁹ fuit. Primo in sustinēdo aduersa. Uñ ōr in historia ecclesiastica. In peratrix iustina cōturbare cepit ecclesiarū statū in quo bello murū ꝛ turrim valli dissimā pulsabat ambrosiū. Scō in defendēdo ecclesiastica iura. Unde cū imperator qnā dā basilicam vsurpare vellet. Ambrosi⁹ sic rndit. Noli grauare te imperator: nec putes te in eaq; dei sunt imperiale aliquod ius habere: tributū cesaris vtiq; nō negetur ecclesia dei ēstices fari vtiq; non donet. Primus est vt animā mihi q̄ fidē auferas. Tertio in repzchēdendo principū vitia. Unde cum theodosius imperator quosdā innocētes occidi mādasset. Ambrosi⁹ ipsum dure redarguit ab introitu ecclie ipm suspēdit ep̄ bliā pniam eidē minūit, Titū. ij. Argue cū oi imperio. Scōm ꝑuilegiū est qz fuit in vita sua valde virtuosus: qđ notat cū ōr. Fauus vbi est mel ꝛ cera. Distinguit aūt. Aug. lib. de ciuitate dei tripliez gen⁹ vite scilicet octosam que consistit in octo contemplationis ꝛ est quasi mel. Actuosam q̄ cōsistit in labore actiōis: ꝛ est quasi cera. Xp̄i enim actiuā ad instar cere: debent esse ductiles ad omne bonuz. Et ex vtroq; composita est quasi fauus. Prima autē vita scz contēplatiua cōsistit i deuota oratiōe: in diuinoꝝ reuelatione: et in dei laudatiōe. Et ista tria ambrosius habuit: scz deuotam orationē. vnde dicit in hystoria ecclesiastica. Ambrosius aduersus regime furoze nō se manu defēdebat aut telo: sed ieiunijs ꝛ vigilijs sub altari

positus q̄ obsecrationes defensorem sibi atq; ecclie deū parabat. Habuit diuinorū reuelationē: qz spiritū sctm̄ in specie ignis z in modū scuti ad se venirē aspexit. Fecit dei laudationē. vñ refert Aug. in lib. eōfes. q̄ cū tustina ipsuz cū populo catholico intra ecclesiā cōcinisset. Ambrosi⁹ instituit hymnos z psalmos decātarine popul⁹ meroris tedio cōtabesceret. Scōa vita fcz actuosa cōsistit in carnis macratiōe eleemosynarū largitiōe z vtili occupatiōe. Primū habuit sanctus sinus q̄ tante abstinētie fuit q̄ quotidiē nō sūm sabbato z die dnica. et festis principalibus ieunabat. Scōm habuit: vñ respōdit imperatori: z est in decreto. Si a me peteret quod meum esset. i. fundū meū argētum meū: aut hmōi non refragare: q̄q̄ omnia que mea sunt pauperum sunt. Tert̄ ū habuit: qz semper aut predicabat scribebat aut orabat. Tertia vita. s. et vtraq; compositā consistit in obseruatione consilioz. s. paupertatis, castitat̄ z humilitatis. Et ipse pauperē se fecit, qz fact⁹ episcopus oia pauperibus dedit: z virginitatē perpetuam conseruauit: humilitatē magnā habuit. Unde ipse dixit Ambrosius nescat inflari. Tertiū principaliū est: qz fuit in sua predicatiōe valde diseret⁹, q̄s notat. cū dicitur. Diffillans. i. diuerse mode stillans. Nō em̄ vna z eadē instructio est omnib⁹ facienda: sed sm̄ qualitatē audiorū formanda: sic offendit Gregori⁹ in lib. moral. dicēs. Sepe aliis affuit que aliis prosunt, Nā plerumq; herbe q̄ hec animalia reficiūt, alia occidunt et ieunis fibulas equos mitigat catulos in stigat: z medicamētū quod huic morbū imminuit: alteri vires iungit: z panis qui vitam fortiz roborat: parvulozū necat, et corde consonaz modulationē reddit que vno quidē plectro: fz nō vno impulsu fertur. Ex quibus verbis habet q̄ sermo dei est tāq̄ herba viridis dei, que animā confortat. Est tanq̄ fibule dei qui animā peccatorum ad deuz reuocat. Est tanq̄ medicamentū dei quod animaz infirmam sanat. Est tanq̄ panis dei q̄ animam famelicam satiat. Est tanq̄ plectrū dei: quod spirituale melodiam generat.

¶ Ser. cxxx. De sctō georgio martyre. ℣. I.

Induite vos armatura dei, vt possitis stare aduersus insidias diaboli: qz nō est nobis colluctatio aduersus carnem et sanguinez &c. Ephe. v. Miles strennuus dz esse armis munitus: z ad hostes expugnādos semp paratus. Et qz beat⁹ Georgius erat miles dei: ideo prio describit ab indutione armoz: cū dicit. Induite vos armaturā. Scōo ab expugnatiōe hostiū cū dz: qz non est nobis colluctatio. Habuit arma q̄ ponunt ex omni parte. Ephe. vi. loricā inflitie. Sicut em̄ lorica ex oi parte munit: sic beat⁹ georgi⁹ fuit munit⁹ a dextris seruādo in ꝓsperis tēperātiā: z sinistris habēdo in aduersis patientiā: ita q̄ culq; precauendo retro dei beneficia memorādo. ¶ Secundo habuit gladiū spiritus, qđ est verbū Dei. Iste autē gladiū habuit valde acutū p feruorē: valde limatū p vite splēdorē: z aliqñ enigmatū aliqñ repositū p discretionem. Ezechie. xxi. Gladi⁹ acutus est z limat⁹. Ut cedat victimās exacutus est, vt resplendeat: limatus est muero z enigmat⁹. Tertio habuit galeā. Caput em̄ est mēs: galea est spes eterne salutis: prime Thessa. v. Induti galeā spē salutis. Hebr. vi. Cōfugimus ad tenendā ꝓpositā spem. Quarto dz assumere scutū fidei: dz autē fides scutū qz ibi confringuntur oia diaboli tela. Ephe. vi. In omnib⁹ sumentes scutum fidei in quo possitis omnia tela nequissimi ignes extinguere. Tū qz tm̄ in limitra et nō in dextera. i. in presenti vita z non in futura. Tum qz est in deo in quo sūt tres anguli. i. tres ꝓpone: z ibi est vnum scutuz id est vnus deus. Quinto dz assumere lāceā charitatis. Et autē charitas qua deo diligit deū z proximus et ordinate seipsum, de quo tripliciter modo dr. Matt. xxii. Diliges dominum deuz tuū: quo ad primum: z primū tuuz: quo ad scōm sicut teipsum: quo ad tertiū. Iste sunt tres lāceas quibus diabol⁹ vulneratur de quib⁹ dr. iij. Regū. xviij: Tulit ioab tres lāceas et fixit eas i corde absalō. Cū em̄ diligimus

deum vulnerat diabolus lancea inuidie. Cum diligimus proximum tunc vulnerat lancea iracundie. Cum ordinate diligimus nosmet: pos vulnerat lancea tristicie. Secundo commendat ab expugnatione hostium cum dr: qr non est nobis colluctatio ec. Ipse enim quatuor hostes vicit: scz diabolum, mundum, corpus proprium, et deum, qui in tantum hostia noster dr in quantum sensualitati nostre aduersat de quo dr Mat. v. Esto consentiens aduersario tuo ec. Primo ergo vicit diabolum quod significatum est per draconem quem interfecit qui in flumine habitabat. Est enim animal valde sitibundum. Sitim tamen suam temperat tribus modis. s. haustu fluuii, attractione venti: et potu sanguinis elephantis. Cum enim elephas habeat sanguinem frigidum: draco naturaliter sitit. Draco igitur infernalis, qui nostram perditionem sitit ipsam sitim temperat per haustum fluuii. Per fluuium intelligunt luxuriosi: qui semper de vitio in vitium fluunt. Ezechie. xxix. Ecce ego ad te pharao rex egypti draco magne, qui cubas in medio fluminum tuorum. Non enim cubat in medio fluuii hierusalem, sed egypti. i. immundarum mentium. Hie. ii. Quid tibi in via egypti vt bibas aquam turbidam? Est tamen tante audacie quod et sanctos absorbere conat. Job. xl. Habet fiduciam quod influat iordanis in os eius. Secundo eam temperat attractione venti. Hiere. xiiii. Traxerunt ventum quasi dracones. Auaricia enim ventus dicit: qr animam non satiat: sed inflat. Eccl. xi ii. Quasi qui apprehendit vmbram et sequitur ventum. Tertio eam temperat sanguine elephantis. Per elephantem superbi intelligunt qui sunt docti ad preliandum: id est ad rixandum: et frangi quidem possunt: flecti autem non possunt: horum enim superbia diabolus nititur. Job. xl. Hic etiam montes herbas ferunt. Secundo vicit mundum, mundus enim contra eum pugnauit grauia supplicia inferendo. Inter ceteros enim martyres tres fuerunt qui acriora supplicia passi sunt. s. laurentius, vincentius et Catherina: sz iste cum vincentio passus est equulei extensionem totius corporis laniationem viscerum, effusionem et salis confricationem. Cum laurentio passus est in sartagine plumbi liquorem, et cum tali oleo assaretur. Et cum Catherina habuit rotam acutis gladiis vndique circumseptam. Ista autem supplicia vincebat per patientiam: et ideo non poterat frangi. Hebre. x. Patientia vobis necessaria est ec. Per constantiam: et ideo non poterat superari. Eiusdem. xi. Fortes facti sunt in bello: per crucis efficaciam: et ideo non poterat a diabolo ledi. Ezechielis. ix. Omnem autem super quem videritis thau non occidatis. Tertio vicit corpus proprium, quia ipsum morti tradidit propter xpm Corpus enim est equus alie: vestimentum alie et domus alie. Nullus igitur dz timere exponere morti pigrum runcinum. i. corpus corruptioni subditum qui sperat recipere dextrarium. i. corpus glorificatum. Phil. iii. Saluatorem expectamus dominum iesum christum qui reformabit corpus humilitatis nostre ec. Nec dz timere laceratione vestis corrose. Job. iii. Quasi putredo consumendus sum et quasi vestimentum quod comedit a tinea: quam sperat indutionem vestis decore. ps. Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato ec. Nec timere dz destructionem domus ruinose: quam sperat se habiturum habitationem domus eterne. ii. Corin. v. Scimus quam si terrestris domus nra huius habitationis soluat ec. Quarto vicit deum. Deus enim lz sit ops: tamen a tribus dimittit se vinci. Prio sua pietate viscerosa. Ozee. xi. Conuersum est in me cor meum ec. Isto modo permittit se vinci quantum ad beatum Georgium. Uidens enim ipsum tam crudeliter laceratum pietate motus ad ipsum venit: et dulciter confortauit. Scdo vincit a nra oratione lachrymosa. Ozee. xii. Inualuit ad angelum et confortatus est: fleuit et rogauit eum. Isto modo se vinci permisit ab oratione sancti Georgii. Nam imminente passione rogauit deum pro illis qui ipsum inuocarent. Et ecce vox ad eum venit quod sic veniret et fieret prout postulauit. Tertio vincitur a morte sanctorum victoriosa. Mat. xi. Regnum celorum vim patitur et violenti rapiunt illud. Isto modo beatus Georgius per suam passionem regnum celeste sibi rapuit: et ipsum sibi perpetuo acquisiuit.

¶ Sermo. cxxxi. De eodem. sermo. ii.

Conculcabis leonem et draconem ps. Sctus Georgius draconem conculcauit: quam ipsum interfecit per quam dra

onē ſignificat diabol⁹. Sicut eñ draco ſemp in ſibilatu elephāti, ſic diabol⁹ viris ſanctis. Circa aūt hec ꝯtuor ſunt videndū prio ꝯre diabol⁹ p draconē ſignificatur: z eſt rōnq; draco eſt animal valde nocuū. Nocet eñ lingua p horribilē ſibilū, dente per lethalē morſus, flatu aereꝫ infectō, ſic diabol⁹ nocet p ſibilū malē ſuggeſtiōis. Judicū. v. Quāꝫ habitas inter duos terminos vt audias ſibilum gregū. i. demonū. Un⁹ termin⁹ eſt diabolus, q̄ ſibilat malā ſuggeſtionē. Alt⁹ eſt mūd⁹ q̄ ſibilat vanitatē, cupiditatē: z carnalē delectationē. j. Joh. ij. Omne qđ eſt in mūdo, aut eſt cōcupiſcētia carnis ec. Philomin⁹ tñ de⁹ ſibilat petōs p internaz inſpirationē. Eſaie. vij. Sibilabit dominus muſce. Et tñ petōr⁹ acceſſerit diabolo ſuggerēti z carni inficiēti ꝫ deo inſpiranti. Secūdo nocet per morſum prane delectatiōis. Grego. Prīs illicita ſuggerēs linguā extrahit poſt ad ōlectationē trahens dentem figit. Deutero. xxxij. Deuorabunt eos aues morſu amariſſimo. Tertio nocet flatu venenoſo z ignito prauī feꝫ opis. In hoſe eñ eſt cōcupiſcētia praua, ibi diabol⁹ imittit tēptatiōes ignitas: z ſic ſpellit ad operationes illicitas. Eſa. liij. Ecce ego creaui fabrū ſuſflātē in igne prunas. Quarto nocet cauſā cōſtringēdo fune prauę ꝓfunditatis. Apo. xij. Draco traxit cauda tertiā ptez ſtellaꝝ. Illos q̄ nec ſunt actui nec cōtēplatiui. Job. xviij. Immiſit in rethe pedes ſuos. Qui eñ ſm Greg. in rhete pedes mittit: nō cū volnerit eū it: ſic q̄ peccatz ſe deſtrūcit: nō mox cū volnerit ſurgit. Scōo videndū eſt ꝗre btūs Georgius et alij ſancti viri p elephāte ſ̄gurant. Nā ſcōm Iſidoꝝ tex̄: Elephātes carēt felle: z ō naturaliꝫ ſūt benigni. Fiūt aūt ſeueri aut q̄ nimis, pnocant, aut q̄ amore ferunt, aut q̄ vino inebriati ad prelia accurrunt. Sic z ſeruī dei ꝙndo ſint manſueti: tñ debēt ee ſeueri ad coꝛripiēdū, marie q̄ a peccatorib⁹ pnocant, ex zinrijs deo illatis ꝑo. zelauī ſup iniquos pace petrū videſ. Scōo ſeruētes ad diligēdū. Roma. xij. Spiritu ſeruētes dño ſeruientes. Tertio cauti ad prelianđ, ad qđ quidē acuunt q̄ memores paſſiōis dñice ſiammantur qđ ſignificatū eſt. j. Machabeoꝝ. vj. vbi. f. ōr: q̄ elephantus oſtēderunt ſanguinē vue z mori ad acuendū illos in prelio. Chriſt⁹ eñ fuit vua inquantū de vite ſ̄gnica nat⁹: z in pātibulo crucis eī⁹ ſanguis effuſus eſt z fuit mortuus inquātū in paſſione denigratus. Tertio videndum eſt qualr draco. i. diabol⁹ pugnat cum elephātibus. i. cum ſanctis veris pugnat nānq; tribus modis. primo crecandoꝫ. i. nunc fidei auferēdo: ſ. Reg. xj. In hoc feriā vobiſcū fedus: vt eruam omniū veſtrū oculos dextros. Talis eñ eſt inhabilis ad pugnandū: qui ei⁹ ſiniſter oculus impeditur a clipeo: dexter ſo priuatur lumine ſuo. Et ſicnec videtur quaſiter peruſſus ſe ōfendat: ſic ille qui amittit lumē fidei a diabolo quidē ferri pōt, ſe autem defendere nō poteſt. Secundo pugnat pedes elephantis canda cōtrūgendo et involuendo: ſic ad terram deiciendo: ſic et diabolus cauda hominē involuit quādo ipſum tentationib⁹ irretitum ad peccādū deiicit. Joh. xviij. Tenebitur plāta ei⁹ laqueo vt exardeſcat contra eū ſitio. Tertio eius ſanguinē bibendo. i. omnibus gratijs et meritis priuando. Job. v. Cuius meſſes famelic⁹ comedet: z ipſum rapiet armatus: z bibent ſitientes diuitias eius. Quarto videndum eſt qualiter elephantis vincāt draconē. Vincūt aūt ipſum quatuor modis. primo aquā cū roſtro in eius faciem proiciendo, ſic ſancti viri diabolum vincūt, quando aquam lachrymarum in deum proiciunt. Ipſa eñ oratio lachrymoſa habet dyabolum expellere. Marci. ix. Hoc genus demoniorum in nullo pōt eſſe niſi in oratiōe z ieiunio. Dz ipſum ſubmergere. Exo. xiiij. Sumerſi ſunt ăſi plūbum in aquis vehemētib⁹: habet ipſaz cōtribulare. ꝑo. Cōtribulaſti capita draconum in aquis. Secundo caput eī⁹ conterēdo. Elephas eñ caput ipſius draconis cū plāta cōterit: z ſic draco terribilē ſibilū emittit. Michee. j. Facīā plāctū velut draconū: iſte eſt ſecūdus mod⁹ vincēdi diabolū. ſ. caput ſue ſuggeſtiōis cōterere. Genes. iij. Ipſa cōteret caput tuū. Qñ eñ caput contenk: tūc virt⁹ dyaboli a fundamētis eneruaſ. Abac. iij. Percuſſo

stit caput de domo impij ꝛc. Qñ ꝛo ꝛterrificꝫ draco cū cauda sue suggestionis hoiem ad terrā trahit ⁊ surgere negat. Thren. j. Dedit me dñs in manu de qua non potero surgere. s. p metꝫ. Tertio dorsum opponēdo: diligēter eū vētre custodit ⁊ dorsum opponit. Uētre em est ipsa sensualitas quā draco appetit. Pierc. l. Uētrē suum replent temeritudine mes. Dorsum nostrū est ipse xp̄s inq̄tū pcta nostra ⁊ vulnera nostra suscepit ⁊ portauit. Debet igit hō a diabolo sensualitatē sua abscōdere xp̄i passionē opponere in qua fuit dorsum nr̄m. Esa. liij. Dñs posuit sup eū iniquitatem omnium nr̄m. Et sicut ū nr̄z. Thren. iij. Dabis ei scutū coꝛdis laborē tuū. Et murū ei nr̄m. Esai. lvj. Saluator ponet in eis murus ⁊ ante murale. Quarto em vicit mollit corporis oppressionē dō. Sepe em cōtingit q̄ ū draco candā stringēdo pedes elephātis ad terrā trahit ipse em elephas sup draconē cadēs mole corꝑis ipm̄ extinguit. Et iste est quartus mod⁹ vincēdi. s. p passionē diabol⁹ em martyrē ad terrā trahit p mortē corporis sz martyr dēmonē vincit p victoriā passionis. Mach. xlvj. Fortius impegit in fortē, ⁊ ambo pariter corruerunt. Cadit diabol⁹ ꝗs maiori pena constringit. Cadit martyr quā ū ad corpus sed eius animam in celo coronatur.

¶ Sermo. cxxxij. De eodem Sermo. ij.

Laboza sicut bon⁹ miles iesu xp̄i. ij. Thim. ij. Uerū ⁊ legitimū militē tria facit. s. sedulitas in operando: strenuitas in preliando: ⁊ fidelitas in obseq̄ndo. Qñ sez ⁊ sedule laborat ⁊ strenue pugnat ⁊ vñq̄ suo fideliter militat. Ista tria notant in verbis p̄missis q̄ ī bñ Georgio fuerūt. primū est se sublatis in ope cū ozīla bona. Ipse em sedule laborauit p̄dicādo. Idola destruēdo, ⁊ pplm̄ puertēdo. Sūe em tria q̄ sūt militē ad dñi laborādū. primū est cū fideratio laboris ī rege. Rex em vpo sp̄ fuit in labore ī fantia sua: q̄ fugit in egyptū. Jn tumultu sua, q̄ cōfusione p̄dicauit ⁊ in morte sua, q̄ pendo suspensus: Uñ ꝛo cū propheta. Paup fuz ego, ⁊ ī laboribꝰ a iuuētute mea ꝛc. Scōm est cōsideratio cōditionis in milite. Nomē em, militis nomen est laboris ⁊ exercitij. Job. vij. Militia est vita hois sup terrā. Uñ dictū fuit cuidā militi. ij. Thim. ij. Tu vo vigila, i oib⁹ labora. Tertiū ē p̄sideratio magnitudinis in mercede. s. Cor. ix. Unusq̄sq; ꝓpriā mercedē accipiet sm̄ laborez suū. Sap. v. Bonorū labor est gloriosus fructus. Scō notat strenuitas ī pugnādo cū ꝛz. Sicut bon⁹ miles. Strenuꝰ autē militē tria facit. s. robur virtutis: scientia artis: ⁊ copia armature conuenientis. Robur aūt virtutis in tribus cōsistit. Debet em habere robustū animū ad aggrediēdo ⁊ ō formidolosū de p̄lio ēe cuiusq̄: vt habemr. Deutero. xx. Jstū robustum animus habuit beatus Georgius, qui in medio hostiuꝫ exiliens exclamauit. Ois dij gētiū demonia: dñs aūt celos fecit. Secūdo debet habere manū robustā ad ferendum. Geñ. xlix. Manus tua in cervicibus inimicoꝝ tuoꝝ. Jstam robustā manū etiā habuit georgius qui cernuos draconis diabolū figurabat manu amputauit ꝓpria. Tertio debet habere robustū corpus ad sustinēdū: sicut habuit sanctus georgius qui multa tormenta sustinuit cōstāter. ꝑs. Sup dorsum meū fabricauerūt peccatores. Secūdū quod sit militē strenuꝰ est scientia. s. artis militaris. Jsta scīa acquiritur aut p alias nam eruditionem: sez sacrā scripturam. Ephes. vj. Accipite armaturā dei. Mat. p frequentem militārium considerationez sez christi ⁊ militū eius. Jacobi. v. Sufferentiā Job audistis ⁊ finem domini vidistis. per crebrā congressionē: sez cū diabolo Judicum. iij. Were iquit dominus gentes vt erudiret in eis israelem. Eccle. xxxvij. Qui nō est tērat⁹ quid scit ꝛo. Tertium q̄ facit strenuū militez est habere copia armature cōuenientē. Habuit em beatus georgi⁹ quatuor armaturas sez fidē tāq̄ scutū: q̄ fidē Christi constanter confessus est. Ephes. vj. Jn omnibus scutū sumētes fidei. Spem tāq̄ galeam. Tradidit enim corp⁹ suum ad mortēdū sperās q̄ ipsum reciperet glorificatum. Uerbū dei tanq̄ gladius per quā bonos

vulnerabat

vulnerabat ad amorē, ⁊ malū incidebat ipsorū euacuando idololatriā ⁊ errorē. ⁊ bona opera tāq̄ loricā: quia oīa terrena bona deseruit, ⁊ dei ⁊ proximi obsequio se mācipauit. Tertio notatur fidelitas in obsequendo, cū dicitur. Christi iesu. Ille enim est miles iesu christi: qui certat pro honore iesu christi ⁊ talis legitime certat. ij. Thimo. ij. Nō coronabitur nisi q̄ legitime certauerit. Legitime aūt certat, q̄ certātiū regulā obseruat que hz quatuor capitula. Primū est vt ad oībus nociuis: id est peccatis ⁊ terrenis abstineat. j. Corinthi. ix. Omnis enim qui in agone contendit ab omnib⁹ se abstinet. Secūdū est vt non segniter: sed fortiter. pugnet. Ibidē. Sic pugno nō quasi aerē verberās. Tertiū est vt vsq̄ ad mortē in certamine perseueret. Eccli. iiij. Usq̄ ad mortē certa ꝓ iustitia. Quartū est vt l' certam ne non suū: sz dñi honorē intendat. Istud seruauit Joab ad dauid dicens. ij. Regum. xviij. Congrega reliquā partem populi ⁊c. Et infra ne nomini meo ascribatur victoria. Ista quatuor capitula ꝑuauit georgi⁹: qr oīa terrena ꝯtēpsit: ⁊ fortiter dimicauit: ⁊ vsq̄ ad mortē l' p̄lio stetit: ⁊ dei honorē l' oīb⁹ obseruauit.

¶ Sermo. cxxxiij. De sancto Marco euangelista. sermo. j.

Obuiauit illi quasi mater honorificata. Eccli. xv. Sapientia diuina inq̄rētibus se obuiā vadit ⁊ se desiderātib⁹ seipsaz infundit. Hoc modo diuina sapia btō marco obuiauit: ⁊ l' oīb⁹ suis vijs sibi occurrit. Fecit em̄ sex vias, tres in vita ⁊ tres alias post vitā. Prima est qua iuit romam vbi secutus est petrum tanq̄ onis patrem et ⁊ pastorez suum: tanq̄ discipulus magistrū suū ⁊ tāq̄ fili⁹ p̄rem suū. Et ibi diuina sapia sibi obuiauit: ꝑz Hiero. i lingua greca euāgeliū ibi scripsit, put ab ore magistri sui petri audiui. Qr em̄ aliqñ testimoniū fert̄ d' visu, aliqñ de auditu: iō xp̄s ꝑm Aug. duos testes hr̄e voluit de visu. s. mattheū ⁊ ioānē: ⁊ duos de auditu. s. lucā ⁊ marcū. Scda via est: qr iuit aq̄legiā, ⁊ ibi sapia diuina sibi obuiauit: qr tria magna bñficia ibi fecit. Primū qr prim⁹ eis lumē ifudit diuinū, ex eo ꝙ prim⁹ eis fidē predicauit. Scdm̄ est, qr magnū eis reliquit thesaurū. s. volumē suū, qd̄ rome in lr̄a greca ibidē cōscriptū in lingua latina cōscripsit: qd̄ q̄dē vsq̄ hodie reseruatur. Tertiū est: qr specialē eis dimisit patronū. s. sctm̄ hermagorā quē ad fidē cōuertit, ⁊ eis in ep̄m ordinauit q̄ ibi specialis patron⁹ hr̄. Tertia via est q̄ iuit l' alexādriam ⁊ ibi sapia diuina sibi obuiauit. Ibidē em̄ fuit in patriarchā cōsecratus. Prim⁹ missam ibi celebrauit: ⁊ ibi monasticā religionē instituit. Nā sicut dr̄ Philo. Maximā mltitudinē l' alexādria adunabat in fide, ⁊ deuotiōe, ⁊ cōtinētie obseruatiōe. Uñ ait petr⁹ damianus. Tātā ei de⁹ gr̄az apud alexādriā p̄rogauit, vt oēs q̄ tūc ad fidei rudimēta cōfluerent, mox ꝑ cōtinētiā, ac toti⁹ sctē cōuersationis instātiā tāq̄ ad monastice cōuersationis fastigiū euolarēt. Ad ista aūt inducebat eos ꝑ tria: sicut ibidē dr̄. s. ꝑ ꝟba: per exēpla, ꝑ miracula. Mat. vlti. Illi aūt ꝓfecti p̄dicauerūt: ecce verba. Dño cooperante: ⁊ sermonē cōfirmāte: ecce exēpla sequētib⁹ signis: ecce miracla. Post mortem aūt ei⁹ tres alias vias fecit. Una via est qua ei⁹ spūs in celū ascēdit: ⁊ merito qr existēs in terra iam erat, in celo ascriptus: supnis ciuib⁹ associat⁹, ⁊ eterne paci cōiunct⁹. De duob⁹ primis dixit ei angel⁹: ecce nomē tuū in celo scriptū est: sociusq̄ fact⁹ es supnarū virtutū. de tertia dixit ei xp̄s. Pax tibi marce euangelista me⁹: noli timere, ego em̄ tecū suz. Scda via est q̄ cū corpore in italiā redijt, vñ petrus damian⁹. Btā ē alexādria triūphali hui⁹ sanguine purpurata, felix ⁊ tu italia corporis ei⁹ thesauro diues effecta. Ei⁹ aūt torp⁹ cū venetias trāsferret̄ fuit odore mirabili circūfusum: multis in via miraculis declaratū, nūc est in loco pulcherrimo collocatū. Erat em̄ alabastrū dei: ⁊ iō debuit odorē diffundere. ij. Corinth. ij. Odorē notitie sue manifestat ꝑ nos in oī loco. Et lucerna ppli: ⁊ ideo debuit se manifestare. Mat. v. Neq̄ accendūt lucernā ⁊ ponūt eā sunt modio. Erat gēma dei ⁊ iō debuit in loco pulchro ma

¶ Sermo. de sctis.

nere. Erat nāq; vna de gēmis illis: de q̄bus Exo. xxxix. Posuit in rōnali gēmaꝝ ordines q̄tuor. Quatuor ordines gēmaꝝ sunt ipsi quatuor euāgeliste. Tertia via est q̄ q̄tidie suffragijs ꝛ bñficijs venit in mūdū. Eiꝰ em̄ suffragijs obtinemꝰ corporalia ad sustētationē qd̄ ptz in miraculo facto i apulia vbi erat sterilitas magna. obtinemꝰ ēt spūalia ad iustificationē: qd̄ ptz in miraculo sarraceni naufragium patientis qui ad baptismū conuolauit. Obtinet nobis celestia ad glorificationē quod ptz in miraculo cuiusdā religiosi: ad cuiꝰ obitū sctūs marcus conuenit: ꝛ in celum eius animam deportauit.

¶ Sermo. cxxxiij. De eodē. Sermo. ij.



DE comedente scz leone exiuit cibus. de forti egressa est dulcedo. Judith. xiiij. Qr sanctus marcꝰ p speciē leonis figuratur: ideo predicta verba de leona dicta de ipso congrue exponuntur. In quibus verbis a q̄nq; describit ꝛ laudat. Primo a magna excellētia in hoc q̄ leoni assimilat. Leo em̄ grece, latine dr̄ rex oīm bestiarum. Sic ꝛ marcus fuit apud alexādriā patriarcha christianorū. Que quidē dignitas commēdabilis fuit a tribus. Primo ex ratione promouētis: qr a petro sancto reuelāte spū fuit promotus. Scd̄o rōne promoti: qr nō reputabat se esse dignum: iō sibi pollicē amputauit sed btūs petrꝰ secum dispēsauit. Tertio ex parte officij prosecuti: qr scz primus missam alexādrie celebrauit populū ꝛ sciētia ꝛ doctrina pauit. Scd̄o describit ab infusa sapiētia: cū dr̄. De comedente. Deꝰ quidē diuina sapiētia ipsum cibauit. Eccli. xv. Cibauit illum pane vite ꝛc. Ipse aūt sic cibatus p sapientie infusionē comedit per assiduā meditationē. Hiere. xv. Inuēti sunt sermones tui ꝛ comedi eos. In comestione aūt tria sunt: scz masticatio. incorporatio ꝛ deriuatio. Btūs ergo marcus sapiētia diuina cibatus ipsaz masticauit p meditationē. vñ ps. Os iusti meditabit sapientiā. Masticatā sibi incorporauit per imitationē ꝛ operationē. Jaco. j. Qui ꝓspexerit in lege pfecte libertatis ꝛc. Masticatā ꝛ incorpatā in mēbra fideliū deriuauit per euāgelij descriptionē. Prouer. v. Deriuent fontes tui foras ꝛc. Tertio describit a cōmunicata doctrina: cū dr̄. Exiuit cibus scz doctrie euāgelice q̄ reficitur totus mūdus. Istud autem euāgeliū habuit quatuor cōpositores: scz marcū ꝛ ipm ꝓpria manu scripsit. Spm̄ sctm̄ q̄ ipm inspirauit. ij. Pet. j. Spiritu sctō inspirati locuti sunt scti dei hoies. Petrū q̄ sibi verba omnia ministrauit q̄ sic scripsit put ab eiꝰ ore audiuit. Et mat. heū q̄ suū euangeliū sibi abbreuiādū dedit. Quarto describit a forti constātia: cum dicit, ꝛ de forti. Ideo paulus sciēs illuz esse magnanimem atq; fortē ipsum secū habere desiderabat dicēs. Marcū assume ꝛ adhuc tecū ꝛc. Mūdꝰ quidē erat cōtra deū munitus: tenebrosus: aridus: ꝛ durus. iō paulus volebat marcū secū habere vt tāq̄ duo pugiles mūdū cōtra deū munitū expugnarēt. Eccli. iiij. Melius est duos simul esse q̄ vnū ꝛc. Uolebat ipsum secū habere vt tāq̄ duo luminaria mūdū amplius illustrarēt. Gen. ij. Fecit deꝰ duo luminaria magna, luminare maius, id est paulū vt preesset diei qr perfectis sapiaz impēdebat ꝛ luminare minꝰ, id est marcū vt preesset nocti qr per suū euāgelium infidelitatis tenebras expellebat. Uolebat ipm secū hr̄e vt tāq̄ duo flumina paradisi mundū aridū amplius irrigarēt. vñ ps. Flumē dei repletū est aq̄s. Magnus fluuiꝰ ex ore pauli emanauit qñ in tertiū celū raptus doctrina sua mūdum fecūdauit. Magnꝰ fluuius ex ore sancti marci emanauit qñ euāgeliū suū cōscripsit. Uolebat etiā eū habere vt tāq̄ due oliue mūdū durū emolirēt. zach. iiij. Isti sunt duo filij olei qui assistūt dñatori ꝛc. Quito describit a multiplici cōsolatione nobis exhibita: cum dr̄. Egressa est dulcedo. Cōsolatꝰ est em̄ quosdā in vita: sicut ptz in naue periclitāte: ꝛ in milite de ponte cadēte: ꝛ quosdā in morte. sicut pz in illo qui de campanili sancti marci cecidit quosdā post mortē, sicut ptz in religioso ad cuius mortē venit: ꝛ eius aīam ad celi gloriam ꝛ gaudia portauit ꝛc.

¶ Sermo. cxxxv. De eodem. ser. iij.

Arcū assume
r adhuc tecū. Est enim mi
hi vtilis in ministeriū. ij.
Thimo. vltimo. In eo q̄
paulus vas electionis ad
ertium celū rapt⁹ b̄m marcū sibi vtile
n ministerio p̄dicatiōis asseruit: manifes-
re ostēdit & pfund⁹ fuerit in diuina sa-
piētia & gratiosus in doctrina & pfect⁹
n vita. Et aūt gr̄as r p̄rogatiuas b̄tūs
Hieronym⁹ in quadā glosa sup marcum
reuiter enumerat dicēs. Ware⁹ euāgeli
ta seminat post matthei. fremit vt leo vo
at vt aquila dicit vt homo: imolat vt sa
cerdos, irrigat vt flumē, floruerit vt ager
eruuet vt vinū. Prima igit̄ p̄rogatiua est
r post matthei seminantē: ex eo q̄ post
illū suū euāgel ū scripsit: r eius euāgeliū
abbreuiauit. Istud aūt semen sicut ipsedi
cit fructificauit. Primo quidē herbā dei-
de spicā deinde plenū fructū in spica, id
est sm glosam, timorem, penitentiam et
charitatē. Herba enī signat timorē qr si-
cut herba est principiū spice: sic timor est
principiū nouę vite. Prouer. ix. Principiū
sapiētie timor dñi. Spica q̄ aspera r ple
na grauis significat penitētiā amarā, q̄
est plena meritis bonis, plen⁹ fruct⁹ si-
gnificat charitatē. Rom. xiij. Plenitudo
legis est dilectio. Scā p̄rogatiua est qr
fremuit vt leo: fremit⁹ enī iconis terrorē
immittit alijs⁹ facit eis gressum figere,
r leōculos ad vitā restituit. Sic r doctri
na marci q̄ p leonē significat p̄sumptuo-
si terrent p cōminationē pene. Unde di-
cit. cap. xiij. Ue pregnātib⁹ r nutrientib⁹
in illis dieb⁹. Pregnātes sunt q̄ bona p̄-
posita cōcipiūt: ea p bona opera parce-
re negligūt nutrientes sunt q̄ se i pctis nu
triūt. r de dei iam ipunitatē sibi p̄mit
tūt. Leues stabiliunt p firmitatē cōstātie:
vñ tales reprehēdunt: cū b̄ta. iij. Non
sūt radices i se: sz tēporales sunt. Mor-
tui ad vitā resuscitātur. Jo. vj. Uerba q̄
ego lo quor vobis spūs r vita sunt. Ter-
tia p̄rogatiua est: qr volat vt aq̄la vola-
uit quidē in celū per pennā timoris. p̄s.
Quis dabit mihi pēnas sicut colūbe r.c.
In infernū per pennā timoris. p̄s. Descē-
dunt vsq; ad celos: r descēdūt ad abyss
os. Volauit p mūdū per pennā euāgel
ce p̄dicationis. Esa. lx. Qui sunt hi q̄ vt
nubes volāt r.c. Et ostēdit r p̄m volasse
sup pēnas hierarchie celestis. p̄s. Ascen
dit sup cherubim r volauit r.c. Quarta p̄
rogatiua est qr dicit vt hō. Sapiam quis
dē euāgelicā dedisset a xp̄o p inspiratio
nē. Eccli. xv. Implebit eū dñs spū sapiē
tie et intellect⁹. B petro per eruditionē
qr fuit ei⁹ auditor denotat⁹. B matheo p
sui euāgelij abbreuiationē: qr fuit ei⁹ ab
breuiator diserer⁹. Nō fuit ergo mirū si
tāta sapiētia fuit plen⁹ qr cū didicit ab
illo q̄ est fons sapie. Eccli. j. Fons sapiē-
tie verbū dei in excelso, ab illo q̄ est cuan-
ger sapiētie. Mat. xvj. Tibi dabo claues
regni celorū. Et ab illo q̄ fuit calam⁹ sa-
piētie. p̄s. Lingua mea calam⁹ scribe r.c.
Quinta p̄rogatiua est: qr imolat vt sa-
cerdos. Primo qr xp̄m esse imolatū ostē
dit p passionē: qr ipsam diligēter p̄secu-
tus est. Eph. v. Tradidit semetipz p̄ no
bis oblationē r hostiā deo. Scdo qr se-
ipm imolauit p mortificationē. Col. iij.
Mortificate mēbra vestra q̄ sunt sup ter
rā. Tertio qr vngulā diuisit p discretionē
r rumināuit p meditationē: r ī ō fuit aial
mūdū r immolatiōi aptū. Leuit. xj. Om
ne q̄ ḥz diuisam vngulā r rumināt i pe
cori⁹ comedetis. Sexta p̄rogatiua est
qr irrigat vt flumen. Dicit aūt hieroñ.
in glosa sup marcū. q̄ q̄tuor sunt qualita
tes: de q̄b⁹ scrā euāgelia cōtēr̄tur. scilz
precepta, mādāta, testimonia, r exēpla.
Hic quatuor fluminib⁹ euāgelisti marci
ecclesiā dei irrigauit scz p̄ceptis q̄b⁹ a ma
lis nos abstinere cōmonuit. cap. vij. Ui
dete r cauete a fermēto herodis. Mādā
tis q̄b⁹ ad dilectionē dei r p̄simi nos idu
xit. ca. xij. Diliges dñm deū tuū ex toto
corde tuo r.c. Testimoniis q̄b⁹ p̄hīa testi
moniū p filiū itroduxit. cap. j. Uox patris
est de celo: tu es filius me⁹ r.c. Exēplis: q̄b⁹
xp̄s exēplo pueri nos ad ḥbilitatē indu
xit. vt hr̄ cap. ix. Septima p̄rogatiua est
qr floruerit vt ager. In suo enī euāgelio
tāgit langro sunt diuerse herbe medicinales
q̄ dā valētes cōtra morbū auaricie.
cap. xij. Crūne seculi r deceptio diuitiarū
suffocāt v̄bū. Alie valētes cōtra morbū
luxurie. ca. ix. Hoc genus demoniorū nō ej

ritur nisi in oratione ⁊ ieiunio. Alie valē-
tes ꝯtra morbū superbie. ca. xiij. Uidete
vosmetipsos. sicut dr̄ Michee. ij. Hūilia
tio tua i medio tui. Octaua p̄rogatiua est
qꝛ feruet vt vinū. Uinū em̄ facit hominē
calidum: iocunduꝫ ⁊ animosum, ita inter
ceteros euangelistas marcus tractat ap-
tissime de christi resurrectione, passione,
⁊ ascensione. Feruet igit̄ vt vinū qꝛ ꝑ tra
ctatū passionis nos calefacit ad amorē.
j. Machab. vj. Elephātis ostēderūt san
guinem vue per tractatū resurrectionis
nos letificat ad deuotionē. p̄s. Ad vespe
rum demorabit̄ fletus ⁊ ad matutinū le-
titia per tractatū ascēsionis nos animat
ad celestis ianue introductionē vt dicat
quilibet. Cant. j. Trahe me post te.

¶ Sermo. cxxxvj. De sancto
Petro mar. Sermo. j.

Estigia eius
secut⁹ est pes meus. Job.
xxiij. Scd̄m batum Augu.
perfectio xp̄iane religiōis
est hūc imitari quem colit
Uestigia igit̄ xp̄i semper
imitari debem⁹: vt sicut ip̄e ꝓ nobis mor
tu⁹ ē: sic nos ꝓ ipso moriamur. j. Pet. ij.
Xp̄s pass⁹ est ꝓ nobis, nobis relinquens
exēplū vt sequamur vestigia ei⁹. Ista aūt
vestigia secut⁹ est beat⁹ Petr⁹ martyr nō
tm̄ in patiēdo: sed in passiōis mō. Et iste
mod⁹ q̄tū ad sex attēdit̄. Primo q̄tū ad
passiōis p̄figurationē. passio em̄ xp̄i p̄fi-
gurata est i morte abel. quē occidit cayn,
propter auaritiā: ꝓpter irā. ⁊ ꝓpter inui
diā. Sil'r ⁊ i morte xp̄i fuit auaritia ex ꝑ-
te iude. Ex ꝑte aūt iudeorū fuit ira. Luc.
iiij. repleti sunt oēs in synagoga ira. Et
fuit inuidia. Mat. xxvij. Sciebat em̄ q̄ ꝑ
inuidiā tradidissent eū. Simil'r in morte
petri ex ꝑte hr̄ticoꝝ fuit ira: qꝛ irascebā
tur tā valido expugnatori. fuit inuidia: nā
inuidebāt tā valido p̄dicatori ⁊ tā gra-
cioso. Ex ꝑte occidētium fuit auaritia: qꝛ
fuerūt mercede ꝯducti. Scd̄o attēdit̄ iste
mod⁹ q̄tū ad mortꝫ testificationē. De te
stificatiōe mortis xp̄i dr̄. j. Joh. iij. Tres
sunt q̄ testimoniū dāt i celo. s. pater, v̄bū,
⁊ spūssctūs. Et tres sūt q̄ testimoniū dāt
in terrā. s. spūs, aqua, ⁊ sanguis. Qd̄ em̄
christus fuit celestis, id est de⁹ testificat⁹
est pater, cuꝫ dixit. Mat. iij. Hic est filius
meus dilect⁹. Testificat⁹ spiritussanctus
q̄ in forma colūbe super eū apparuit. Te
stificat⁹ est ip̄e de seip̄o. Joh. x. Ego ⁊ pa
ter vnū sumus. Quia aūt fuerit terrestris
id est homo passibilis testes fuerūt spūs
quē in ipsa cruce per eū emisit, ⁊ aqua de
latere ei⁹ emanās ⁊ sanguis quē effudit.
Ibi testes similiter i beato Petro fuerūt.
Quod em̄ fuerit celestis, id est de celo ad
cōuincēdū hereticos miss⁹, testat̄ pater
qui sibi tantā dedit cōstantiā ad resisten-
dum: filius q̄ sibi tātam dedit sapiētiam
ad cōueniēdū, ⁊ spūssctūs qui sibi dedit
tantā gratiā ad cōuertēdū. Quod autez
fuerit terrenus. i. a terrenis hr̄ticis pass⁹
patet ꝑ spm̄ quē p̄ri recōmēdauit: quādo
scꝫ dixit. In manus tuas dn̄e cōmēdo spi
ritū meū. pater ꝑ aquā fidei ⁊ doctrine. fi
dei q̄ eius ore emanauit dicēs Credo in
deū ⁊c. Prouer. xviij. Aqua ꝓfunda v̄ba
ex ore viri: pater per sanguinē de latere:
⁊ de capite suo effudit. Tertio iste mod⁹
ostēdit̄: ⁊ hoc q̄tū ad sanguinis exclama
tionē. Sāguinis em̄ xp̄i clamat ad patrē
petēs ab eo mīam ⁊ remissionē. Heb. xij.
accessistis ad sāguinis aspersionē: meli⁹
loquētē q̄ abel. Clamat ad iustos petēs
ab eis deuotionē. Uñ ⁊ hoc p̄o. Intingua
tur pes tu⁹ i sanguine ⁊c. Clamat ad pec
catores petēs ab eis suā cōuersionē. p̄s.
Que vtilitas i sanguine meo? ⁊c. Clamat
ad totū mūdū petēs cōpassionē. Here. j.
O vos oēs q̄ transitis ꝑ viā: attēdite ⁊c.
Clamat etiā ad terrā petēs sui sāguinis
manifestationē. Job xvj. Terra ne ope-
rias sāguinē meū ⁊c. Manifestat⁹ est etiā
sanguis christi ꝑ tremorē ⁊ lapidū fra-
ctionē: ⁊ ꝑ monumētoꝝ asp̄sionē. Simili
ter sanguis beati petri clamat ad deum
petēs sui sanguinis remunerationē. Apo
cal. vj. Usq̄quo domine sanct⁹ ⁊ ver⁹ nō
vindicas sanguinem nostrū? ⁊c. Clamat
ad fideles petēs sui sāguinis imitationē
iuxta illud. j. Macha. vj. Elephātis ostē
derūt sanguinē vue ⁊ mori: ad acuenduꝫ
eos i preliū. Clamat ad hereticos: petēs
eorum conuersionē. Esaie. xxxiiij. Tabe-
scent montes a sanguine eoruꝫ. Clamat
ad totū mūdū: petēs sui sanguinis vene

rationē. Juxta illud Hebre.xj. Fide celebrauit pascha ⁊ sanguinis effusionē. Clamat ad locū sue passionis: petēs sui sanguinis reuelationē. Esaie.xxxvj. Reuelabit terra sanguinē. Terra enim suū sanguinē reuelauit: quādo sanguine suo aspersa multis santatē dedit. Quarto attenditur iste modus q̄tū ad volūtariam perpessionē: christus enim volūtarie passus est. Esa.liij. Oblatus est qr ipse voluit: ⁊ nō aperuit os suum. Nō enim aperuit os suū ad maledicēdū vel murmurandum. Aperuit autē os suū ad indulgēdum qñ dixit. Pater dimitte illis ⁊c. Ad suū spiritum recōmendandū: quādo dixit. Pater in man⁹ tuas ꝯmēdo spiritū meū. Ad veritatē ꝑficiēdū: quādo oīa legalia ꝯsummata esse profess⁹ est dicēs. Cōsummatū est similiter. ⁊ petrus nō aperuit os suum vt malediceret vel murmuraret. Aperuit tamen quia pro suis occisoribus exorauit quādo spiritū suum in manibus dei recommēdauit dicēs. In manus tuas dñe cōmēdo spiritū meū: qr veritatē fidei ꝓfessus fuit dicēs. Credo in deum patrem omnipotentē ⁊c. Quinto attēdit iste modus q̄tū ad liberalē distributionē. Christus em̄ in morte suum testamētum fecit: quo liberaliter bona distribuit. De q̄ sic dicit Ambro. Auctor hūani generis ī cruce existēs pietatꝫ officia diuidebat: ꝑsecutionē aplis pacem discipulis corpus iudeis. patri spiritū ꝟgini paranimphū, latroni paradisum, peccatorib⁹ infirmuꝫ, christianis penitentib⁹ crucem penitētie delegauit. Christus igit tanq̄ diues multa ⁊ magna legata dimisit. Petr⁹ aūt tm̄ tria legata minuta habuit: scꝫ res tēporales corpus ⁊ animā, ⁊ oīa xp̄o dedit. s. res tēporales ꝓ ipso omnia cōtemnēdo, corpus morti exponēdo: ⁊ animā sibi recōmendādo. Sexto attēdit iste mod⁹ q̄tū ad aīe cruciationē. Aīa em̄ xp̄i in suo corpore fuit cruciata valde. De ipsa em̄ aīa vbi sit ī corpore hoīs q̄tuor sunt opiniones ⁊ fuerūt. q̄dā dixerūt eā esse ī capite. q̄dā ī sāguine. q̄dā ī corpe: ⁊ q̄dā in toto corpore: ⁊ in qualibet ꝑte ei⁹. Ideo iudei aīam xp̄i cruciauerūt ī capite. s. qñ spinis ip̄m coronauerūt. In sanguine qñ eius venas aperuerūt. In corde qñ iuxta cor lanceā infixerūt. Et ī toto corpore qñ ipsum ad columnā flagellauerūt. In his quatuor locis anima beati Petri fuit similiter cruciata. s. in capite quādo est ibi duris vulnerib⁹ ꝑcuss⁹. in corde: qñ ī latere est trāsfossus. In sanguine qñ de latere ⁊ capite eius sanguis est effusus. Et in toto corpore quādo ieiunijs ⁊ vigilijs fuit in corpore maceratus.

¶ Sermo.cxxxvij. De eodem.

Sermo.ij.

SI q̄s vult venire post me abneget semet ipsum ⁊ tollat crucez suam ⁊ sequatur me. Luc.ix. Miles em̄ q̄ vult ire post regē ad preliū debet in om̄ibus sequi volūtatem regis: dꝫ portare vexillū regis: ⁊ dꝫ sequi in oībus opera regis. Beatus igit petrus miles egregius volēs ire post regem xp̄m ad bellādū cōtra carnē mūdū ⁊ diabolū volūtatē suam voluntati christi postposuit. Ideo abneget semetipsuꝫ. Secundo vexillū christi, id est mortificationē carnis portauit. Ideo dicit. Tollat crucem suam. j. Cor.iij. Sēper mortificationē in corpore vestro circumferētes ⁊c. Tertio ipsum in omnib⁹ operibus imitatus fuit. Ideo dicit. Et sequat me. Et sic patet ꝙ beat⁹ petrus magnā in vita habuit perfectionē: ⁊ multā corpori suo intulit mortificationē ⁊ christi habuit similitudinē ⁊ imitationē. Primo igit habuit magnam vite perfectionem. cum. dicitur Abneget semetipsum. Huius autem testimonium habuit a superiorib⁹: inferioribus: ⁊ medijs. A superioribus quidem, id est a sancta trinitate. prime Joannis. v. Tres sunt q̄ testimoniuꝫ dāt in celo. s. pater, ꝟbum, ⁊ spiritussanctus. Et tres sunt qui testimoniū dant in terra, spirit⁹, aqua, ⁊ sanguis. ipse enim fuit celestis celestia cōtēplando. Et fuit terrestris: terrestria hominibus predicādo. Sibi igit celesti testimonium dedit patris potētia in miraculis filij sapiētia in doctrinis spiritussancti bonitas in virtutibus ⁊ donis quibus euꝫ perfecte impleuit. Sibi terrestri testimoniū dedit spiritus sapiētie salutaris: quā gratiose diffudit aqua inno-

cētie baptismalis quā semp̄ seruauit. Et sā guis passiōis triūphalis quā pro christo sustinuit. Secūdo habuit testimoniuz sue sanctitatis ab oib⁹ elemētis. eius sanctitatē ignis cognouit quādo lampades accēdit. Cognouit aer quādo obscuritas in clariratem versa est. Cognouit aqua quando mare tranquilitatem accepit et quādo tactu suarum reliquiarum aqua cōsecrata multas infirmitates fugauit. Cognouit terra q̄ suo sāguine rubicata multis infirmis subuenit. Tertio testimonium habuit a medijs, id est ab hoib⁹ q̄ sunt medij. Inter creaturas supiores. i. angelos infimas. i. ipsa elemēta. Et hoc in multis bñficijs sanitatū: que eius meritis acceperūt. Secūdo corpori suo magnaz intulit mortificationē: cū dicit. Tollat crucem suā. Col. iij. Mortificate mēbra vestra. i. viciose passiones q̄ sunt in mēbris. q̄ quidez viciose passiones: ꝓut dicit Greg. Fuissem⁹ in exameron trib⁹ de causis nobis adueniūt scilicet ex mala educatione ex mala corporis habitudine ⁊ ex vicio ignorātie. Qualiter aūt curent ostēdit in sequētib⁹ dicens. Curant mali mores bona consuetudine. mala habitudo bona exercitatione: ignorātia studio discipline. Primo igitur adueniūt ex mala educatiōe. Prouerbiorū. xxij. Adolescens iuxta viam suā: etiam. cum senuerit non recedet ab ea. ex ista autem causa nō fuerūt in beato Petro: qr in sua adolescētia fuit sancte educatus eo ꝙ tūc ordinem predicatorū etiam fuit ingressus. Secundo adueniūt ex mala corporis habitudine. Sanātur autem bona exercitatione. Qui enim ex mala hābitudine corporis sentit se inclinari ad luxuriā debet exercitari circa ieiunia. Qui ad auaritiaz se sentit inclinari: ⁊ debet se circa eleemosinas exercitare. Et q̄ ad superbiā se debet ad orōnes exercitare. ex ista igit secūda causa viciose passiones in eo non fuerunt: quia exercitauit se circa ieiunia corpus suum macerādo. Circa liberalitatē: omnia tēporalia cōtennēdo ⁊ dimittēdo Circa orationes: diē ꝓximo: ⁊ noctē deo tribuendo. Tertio adueniūt ex ignorātia Esa. x. Ue nobis qui dicitis malum bonū et bonum malū. Ex ista autem causa non poterunt in ipso viciose passiōes prouenire qr diuinam sapientiam habuit tā vetus q̄ nouum testamentū elegāter sciuit. mat. xiij. Silis est homini patrifamilias qui profert de thesauro suo noua ⁊ vetera. Tertio habuit christi similitudinem ⁊ imitationē: cū dr. Et sequat me. Secut⁹ est autem ipsuz. Et hoc q̄tū ad tria prio enim q̄tū ad statū. xp̄s em̄ fuit v̄go martyr ⁊ predicator. Cant. v. Dilectus me⁹ candidus ⁊ rubicūdus electus ex milibus. ⁊ isto triplici statu fuit beatus Petr⁹ Ideo i eius morte triplex miraculum apparuit. s. miraculū luminis qr fuit p̄dicator lucidus. Lampades enim diuinitus fuerunt accēse. Miraculum sanguinis: qr fuit martyr preciosus: quia terra suo sanguine rubricata multis sanitatē dedit, et miraculū columne celestis: quia fuit virgo angelicus. Nā super locū sue passionis luminaria de celo descēdētia ⁊ ad celum ascendētia visa fuerūt. Secundo imitatus est eū. q̄tū ad habitū xp̄s em̄ habuit vestes albas. Apoca. iij. Ambulabūt mecum i vestibus albis. Rubeas. Esaye lxiij. Quare rubeum est vestimentū tuuz? Deauratas ⁊ varias. p̄s. Astitit regina. i. christi anima a dextris tuis ⁊c. similiter et Petrus habuit vestes albas p̄ v̄ginitatē quā seruauit. Rubeas p̄ sanguinem quē effudit varias per diuersas v̄tutes quas habuit. Et deauratas p̄ charitatē dei ⁊ proximi q̄ flagrauit. Tertio est imitatus eū q̄tum ab obitum. Sunt enim q̄ moriūtur i xp̄o id est i fide ⁊ passiōe christi. Apoc. xv. Beati mortui qui i domino moriūtur. Quidā cum xp̄o i cruce scilicet penitentie christi. Gal. v. qui autem sunt christi carnem suam cruxifixerunt ⁊c. quidam propter christum. i. proter defensionē fidei christi. Eccl. iiij. Pro iustitia agonizare pro anima tua ⁊c. Isto triplici modo mortuus est petrus. s. in christo. i. in fidei xp̄i confessione. Unde cū iter ficeret simbolum fidei ꝓtulit. Cum xp̄o. i. i cruce dure penitētie qr triginta annis se i ordine afflixit. Et propter christuz. id est propter christi fidei defensionē Philip. j. Uobis datum est pro Christo non solum vt in eum credatis sed etiaz vt pro illo patiamini.

Sermo.cxxxviij. De sancto Jacobo minore apostolo. Sermo.j.

Ec dicit dñs formans te ab vtero auxiliator tuus: noli timere serue meus Iacob rectissime quem elegi. Esa.xliij. Ista verba dicta de Iacob patriarcha: de Iacobo apostolo exponi possunt. In quib⁹ verbis ostenditur q̄ conmendabilis fuerit in sua natiuitate in vtero in sua vita in mundo et in passione in vtero. Nam in vtero fuit sanctificat⁹. ideo dr. Formās te ab vtero: sicut em dicit egesipp⁹ z hiesi. in lib. de viris illustribus z in hystoria ecclesiastica: ipse ex matris vtero sanctificat⁹ fuit. Ista aūt gratia tripliciter effectū sanctificationis in xpo operata est. primo est qz ipsum ab originali purgauit. Hiesi. j. Anno exitus de vulua sanctificauit te. Scōa est qz ipm a mortali ꝯseruauit. Licet em dicat q̄ i passione xpi oēs apostoli mortaliter peccauerint: tamē forte ab illa generalitate est iste excipiendus, tū qz in vtero fuit sanctificatus z sanctificat in vtero cōfirmātur i bonum qz scōm hieronimum de viris illustrib⁹ in parasceue se voto astrinxit q̄ nō comederet donec ipsum resurrexisse videret. Ad quid enim se voto astringeret nisi de resurrectione fidē indubiam haberet? Tertio effectus est qz in eius carne fomitem debilitauit z refrigerauit. Ecclesiast. xviij. Nōne ardorem refrigerabit ros. i. gratia spūssancti. z propter istud triplicē effectū dr Iacobus frater domini. Jacob⁹ iustus z virgo perpetuus. Nam inquātū fuit a peccato originali mundus pōt frater domini appellari: quia sicut dominus in vtero matris fuit sanctificatus. Inquātum fuit a mortali ꝓseruat⁹ dicit iustus. Sa h.r. Scimus iustū z cōseruans sine querela deo. Inquātū fomes debilitatis leo fuit virgo perpetua dr. Nā secundū hieronymū ipse in perpetua ✠gmitate extitit. In cuius signū semper syndōe mūdavte batur. Prouer. xxv. Auster rubiginē de ar gēto et egredietur vas purissimū. ablata est a beato Iacobo rubigo peti originalis per sanctificationē mortalis per cōuersationē fomitis ꝓ debilitationē. Et sic factus est totus purissimus z totus sanctus. Secundo cōmendabilis est ✠tum ad vitam in mundo. cū dr: rectissime quem elegi. Ipse enim fuit rectissimus ✠tum ad vite perfectionem. Et fuit electus in apostolicā dignitatem. Eius aūt sanctitas atq; ꝓfectio in tribus apparet. Primo qz fuit multe austeritatis z abstinētie q̄ad seipsum sicut dicit Egesippus z hieronym⁹ de viris illustribus. vinum et siceram nō bibit: carnes nunq̄ manducauit: nouacula sup caput eius nō ascendit: balneo vsus non fuit Judi. xiij. Ab infantia sua z matris ex vtero quicquid ex vinea nascitur non comedit ꝛc. Secundo fuit multe deuotiōis z gratie quo ad deū: qz totiēs in oratione genua flectebat vt calios in genubus sicut in calcaneis habere videretur. Unde dicit hieronymus de viris illustribus q̄ ex nimis genubus ⁊ cruz pro populo deprecebatur instantiuz vt camelloꝝ duriciam eius genua traxisse viderent. Tertio fuit multe dignitatis z reuerētie quo ad primum. Nam in multa reuerent a ipsum apostoli habuerūt. Quia sicut dicit hiero. Ipsum in episcopū hierosolymis elegerūt z sicut dicit Anaclet⁹ papa: z habetur in decreto Petrus. Jacob⁹ maior. z Johānes ipsum ordinauerūt z cōseruauerūt. Ipm in reuerentia habuerunt iudei quia sicut dicūt Egesippus et hieron⁹. solus inter apostolos: z propter nimiā suam sanctitatem ꝓmittebat intrare in sancta sanctorum non quidē ad immolandum sed ad orandum Ipsum nanq̄ in reuerentia habuerūt singuli z vniuersi: quia sicut dicit hiero. de viris illustribus tāte reuerētie z sanctitatis in populo extitit vt fimbriā vestimenti eius certatim tāgere cuperēt. Mar. vj. Rogabāt eum vt fimbriā vestimenti eius tangerēt. Et ideo apostoli et omnes alij eū in tanta reuerētia habuerunt q̄ frater domini dicebat. Et hoc triplici de causa. s. ꝓpter similitudinē: quia facie simillim⁹ fuit: z propter cognationem: qz z mater sua fuit sozor matris xpi z pater matris sz Cleophas fuit frater Joseph. q̄ fuit pater xpi putatiu⁹: z propter sanctificationē ✠ habuit in vtero: z sanctitatē quam habuit in mundo. Ter

tio ꝯmēdabilis est q̄tum ad passionē in tormēto: cū dr. Noli timere serue me⁹ iacob Min⁹ dicit ⁊ plus significat: quia nō tantum non t muit sed in sua passione cōmendabilis fuit q̄tum ad quattuor Primo quidē habuit acerbitatē in pena: qr fuit de pinna templi precipitatus. deinde lapidat⁹ deinde excerebratus. Et sicut dicit Hiero. vnus ex iudeis cuz partica fullonis cerebrum eius excussit. Secūdo habuit cinceritatez in causa quia propter iustitiā fidei defendēdam passus est. Nam cum iudei eū rogarent vt a fide iesu populū reuocaret. Ipse in altum ascendens dei filiū est ꝯfessus. Et ideo iudei īdignati ip̄m vt dictum est precipitauerunt ⁊ lapidauerunt dicētes. Lapidemus iacobū iustum. Tertio habuit seueritatem in vindicta. Quia sicut dicit Josephus propter iniustam mortem iacobi factum est excidium in hierusalem ⁊ dispersio iudeorū. Non tantum aūt ꝓpter hoc sed maxime propter mortem xp̄i. Luc. xix. Non relinquēt in te lapidē super lapidē q̄ non destruat. Quarto habet pietatē īvenia impetranda. Nam sicut dicit Hier. Cuz fuisset precipitatus super genua procūbens eleuatis manibus dixit. Rogo domine dimitte eis quia nesciunt quid faciunt. In hoc ei imitat⁹ est magistrū suū q̄ ait Luc. xxiij. Pr̄dimitte illis qr nesciūt q̄d faciūt.

¶ Sermo. cxxxix.

¶ De sancto Philippo apl'o sermo. j.

Domine oñde nobis patrē ⁊ sufficit nobis Joā. xiiij. Magne familiaritatis philipp⁹ cū xp̄o fuisse vr̄ q̄ visionē p̄ris petijt qd̄ quidā nullus apl'a vnq̄ petere ausus fuit. Circa hoc aūt tria ponunt. Primo namq̄ ponit eius pia petitio in hoc q̄ patrē nobis ostendi petijt. petierāt em̄ aliqui de apostolis secularē potētiam. Mar. x Da nobis vt vnus ad dexteram tuā ⁊ alius ad sinistram sedeamus in gloria tua. Quidam futurorum scientiam. Matth. xxiij. Dic nobis quando hec erunt ⁊c. Quidā inimicorum vindictam. Luc. ix. Vis dicimus vt ignis descendat de celo ⁊ sumat illos. Philippus autē non petijt secularē potentiā que breuis est. Eccl. x. Ois potētatus breuis vita. Nec futuroꝝ sciētiam qr curiosa est. Ro. xij. Non plus sapere q̄ oportet sapere ⁊c. Nec inimicoꝝ vindictā quia ꝓhibita est. Mat. v. Diligite inimicos vestros ⁊c. Sz petijt paternā visionē: quia eterna beatitudo est. Sciebat em̄ q̄ in paterna visione est summa iocunditas, p̄s. Adimplebis me letitia cum vultu tuo. Est plena satietas. p̄s. Satiabor cū apparuerit gl'ia tua. Est eterna facilitas. Jo. xvj. Hec est vita eterna vt cognoscāt te solū verꝝ deū ⁊c. Scd̄o ponit in philippo benigna meditatio. ostendit nāq̄ philipp⁹ nos christū inter ⁊ patrē esse mediatorem a quo sibi ostendit petijt patris visionem. Olim quidē de patre tria erāt abscondita ⁊ ignota scz eius sapientia. Job. xxviij. Sapientia vbi inuenitur ⁊ quis est locus intelligētie. Misericordia ei⁹ Job. xxx. Sto ⁊ non respicis me mutat⁹ es mihi in crudelem facies eius Deu. xxij. Abscondā faciem meaz ⁊c. Xp̄s autē mediatorem se fecit. vt paternam sapiētiam nobis reuelaret. Mat. x. Nemo nouit filiuz nisi pater, nemo patrē nouit nisi filius et cui voluerit filius reuelare vt paterne misericordie nos reconciliaret Ro. vj. Cum enim inimici essemus deo reconciliati sumus ei per mortem filij eius. Ut paternā visionem nobis ostēderet. Ideo dicit philipp⁹ Domine ostende nobis patrē ⁊ sufficit nobis. Non autem illam visionez petebat que est per creaturaꝝ speculationem: quia obscura est Rom. j. Inuisibilia enim ipsius a creatura mundi ⁊c. Nec illam q̄ per fidez videt: qr imperfecta est. j. Coꝝ. xiij. Ex parte enim cognoscimus ⁊ ex parte prophetamus Nec illam que videtur per contemplationē, qr permixta est. Cōtemplatio enim nostra non habet plenaz delectationē propter corporis corruptionem. Sap. ix. Corpus qd̄ corrumpitur aggrauat animam. Sed petit paternam visionem que erit in patria que nihil habebit obscuritatis qr clarissima est. j. Coꝝ. iij. Videmus nunc per speculū in enigmate: tunc autem facie ad faciem. Nihil imperfectionis: quia sufficientissima est ibidem. Cum venerit quod ꝑfectum est euacuabitur qd̄ ex parte est. Nihil admixtio

nis qꝛ tota suauissima est. Esaye.lj. Gaudium ⁊ letitiam obtinebunt ⁊ fugiet dolor ⁊ gemitus. tertio in patre notatur omnium bonorum sufficiens et plena perfectio cū dicitur. Et sufficit nobis Uere sufficit: qꝛ in paterna visiōe omnia bona habentur. Unde cum moyses faciez dei sibi peteret ostendi: dominus sibi respondit Ego ostendam tibi omne bonum vt habetur Exodi.xxxiij. Et quo colligit ꝙ ex paterna visione omne bonum habetur. Omne autem bonum tria importat scilz omnium bonorum cōgregationem ⁊ possessionem. Sap.vij. Uenerunt mihi omnia bona pariter cum illa. Omnium congregatorum fruitionem. Hiere.xxx. Reuertetur Jacob ⁊ quiescet ⁊ cunctis affluet bonis. Fruitorum continuationem. p̄s. Uideas bona hierusalem omnibus diebus vite tue. Ecclesiasti.xxxj. Stabilita sunt bona illius in domino ⁊c.

¶ Sermo.cxl. De eodem sermo.ij.

Philippe qui videt me videt ⁊ patrem meum. Ceteris apostolis tacētib⁹ ⁊ patrē sibi ostēdi petere nō audētibus: philippus sumpta fiducia petijt dicēs. Domine ostēde nobis patrē ⁊ sufficit nobis. Xp̄s aūt v̄bum propositū sibi respondit. De isto aūt philippo tria p̄conia reperiuntur que sunt maxima Primū est qꝛ fuit multe sanctitatis. Sunt em̄ tria signa ꝑfecte sanctitatis. s. diuine inspirationi perfecte obedire ⁊ velociter tēpestiue penitētiā inchoare: ⁊ dona recepta aliis cōmunicare. Sic ⁊ ip̄e philipp⁹ diuine inspirationi ⁊ vocationi velociter obediuit Nam cum christus dixit ei. Seq̄re me: protin⁹ est secut⁹. vt habetur Joā. j. Et istō nō ꝓcessit ex leuitate scz cordis: sz ex beneficio gratie superioris. Joā.iij. Spiritus vbi vult spirat. ex virtute doctrine exterioris. Eccl.viij. Sermo eius potestate plenus est: ⁊ ex bona dispositione hominis interioris Esaie.l. Dominus aperuit mihi aures: ego autem non contradico ⁊c. Secundo tempestiue penitentiaz inchoauit. Fuit enim vnus de primis apostolis qui ad christum sunt conuersi. Primo nāq; vocatus est andreas. Secundo petrus. Tertio philippus. De isto triplici funiculo dicitur Joā.j. Erat aūt philippus a bethsaida ciuitate andree ⁊ petri. bethsaida interpretatur dom⁹ venatorum de ista enim domo processerunt isti tres animarum venatores. Petrus autez interpretatur agnoscens Andreas ipse virilis interpretatur. Philippus vero os lāpadis, qꝛ venator dei debet habere diuiniam scientiam et magnanimam vitam ⁊ lucidam doctrinam. Tertio dona recepta natanaeli communicauit. vt habetur Joā.j.⁊c. Apo.xxij. Qui audit dicat veni ⁊c. Eccl.xx. Sapientia abscondita ⁊ thesaurus que vtilitas in vtriq;. Prouer.xj. Qui abscondit frumentum maledicetur in populis. Ex quibus verbis habetur ꝙ pralatus debet communicare subditis: ⁊ sapientiam per eruditionē: thesaurum bonoruz operum per exēpli exhibitionē ⁊ frumentuz rerum temporalium per subministrationē. Secūdo fuit multe reuerētie ⁊ dignitatis: q̄ in quattuor apparet. Ipse enim primo fuit ostiarius ep̄i. Nam sicut dr̄ Jo.xij. Gētiles quidā venerunt ad eū dicētes. Domine volum⁹ iesum videre. Ex quo bene ptz ꝙ i curia xp̄i erat portarius ꝯstitutus. j. Paral.xv. Filios inditū: qui interpretatur trāsiliens fecit esse portarios. Et significat beatū petrū ⁊ beatum philippum. Ille em̄ oēm intellectū angelicū ⁊ humanū trāsiliuit qñ dixit tu es xp̄s filius dei viui. Iste autē petijt illud scz qd̄ oēm itellectum trāscēdit cū dixit. Dn̄e ostēde nobis patrē ⁊c. Unū ergo scz philippū fecit portarium in sua curia terrestri. Aliū scz petrum fecit portariū i sua curia celesti. Scd̄o fuit mediator dei ⁊ populi. Ipse enim et andreas fuerunt mediatores inter xp̄m ⁊ gētiles vt eum viderēt ⁊ agnoscerēt. iiij. Regum vij. Jerunt portarij scilicet philippus ⁊ andreas: ⁊ annūciauerūt i palatio regis intrinsecus. Tertio fuit aduocatus cet⁹ apostolici, Audierūt em̄ apostoli a christo ꝙ ascēsurus erat i celū: ⁊ missur⁹ erat eis spiritum sanctum ⁊ de his nihil dicebant. Audierunt quoq; ꝙ ⁊ patrem viderant: ⁊ de hoc plurimum mirabantur. nullus tamē interrogare ausus est. Philip-

pus autem tanq̃ omnium aduocatus petiuit dicens. Domine ostende nobis patrem ꝛc. Si ergo ipse fuit aduocatus iudicibus seculi ꝫ principibus celi credẽdum est q̃ modo sit aduocatus pro peccatoribus mundi. Quarto fuit procurator totius collegij de turba enim pascẽda xps cum nullo contulit nisi cum philippo dicens? Unde ememus panes vt manducẽt hi vt habetur Joã. vj. Ex quo videtur q̃ in collegio christi dispensator erat. Luce xij. Quis putas est fidelis dispensator et prudens? Ipse enim fuit fidelis quia bona domini sui fideliter custodiuit. Fuit dispensator quia ea sibi non retinuit: sed populo distribuit. Fuit prudens quia bona domini sui augere scivit. Tertio fuit cum christo magne familiaritatis cuius triplex est signum. Primum quia fiducialiter gaudia postulauit. Signum magne familiaritatis fuit quando Joannes a christo petiuit sibi reuelari proditorem suum: signum maioris familiaritatis fuit quando scilicet petrus Jacobus et Joannes petierunt a christo sibi reuelari aduentum suum. Matth. xxiij. Dic nobis quando hec fient ꝛc. Signum autem maxime familiaritatis fuit quando philippus a christo petiit sibi reuelari patrem suum. Secundum signum est quãdo christus sibi secreta reuelauit dicens Philippe qui videt me videt ꝫ patrez. Sap. vij. In animas sanctas se transfert amicos dei ꝫ prophetas cõstituit. In animã sanctam philippi se transtulit: quando sibi gratiam infudit. Amicum eum constituit: scilicet quãdo ei secreta sua reuelauit ac prophetam constituit quando filiabus suis spiritum prophetie dedit. Tertium signum est quia in eadem cathedra id est cruce eum cedere fecit. hester. vj. Homo quez honorare cupit rex debet imponi super equum qui de sella regis est. Ceteri apostoli sederunt in equo christi qui per passionem triumphauerunt. Illi autem sederunt in equo christi ꝫ in eadem sella christi qui crucifixi fuerunt: sicut philippus qui secundum Isido. fuit crucifixus. iij. Regũ. xxiij. Dauid sedẽs in cathedra sapientissimus princeps inter tres. Tres nanq̃ sedẽtes in cathedra crucis fuerũt. petrus. Andreas ꝫ philippꝰ. Sed christus sapientissimus fuit quia per crucem diabolum superauit.

¶ Sermo. cxlj. De inuentione sancte crucis Sermo primus.

Ostendit ei lignum quod cum misisset in aquas in dulcedinem verse sunt Exodi quinto. Cũz pplus israel pre nimia amaritudine aquaz bibere non posset dominus moysi lignum ostendit quod aquas amaras dulcorauit. Istud ergo lignum significat crucem quam deus sancte helene ostendit: quod signum aquas tribulationum in constantino dulcorauit. Primo ergo ponitur crucis miraculosa ostensio cum dicitur ostendit ei lignum Secundo ponitur ostense crucis virtuosa operatio cum dicitur ostendit ei lignum Secundo ponitur ostense crucis virtuosa operatio cũ dicitur quod cũ misisset in aquas ꝛc. Fuit autem ostensa per multa signa. Quorum quedam fuerunt ante inuentionem ꝫ quedam in inuentione: quedam vero post ipsam inuentionem. Ante inuentionem tria signa fuerunt. Unum quia angelus in celo ipsam ostendit constantino. Aliud quia mirabilis claritas ipsam circumfulsit. Tertium quia literis victorie inscripta fuit: scilicet hoc signo vinces. Ex his significatur tripler virtus crucis. Prima est quia angelos reparauit: quod significatur per hoc quod angelus in celo eaz tam reuerenter ostendit. Colos. j. pacificans per sanguinem crucis eius sive que in terris sunt. i. homines sive que in celo sunt: id est angelos. Et in hoc fallit regula illa que dicit q̃ positis duobus extremis ponitur ꝫ medium. Ecce enim christus pacificauit celum angelorum cum terra hominum: ꝫ tamen non pacificauit aerem domum. Secũdo virtus est quod mundum tenebrosum illuminauit. Quod significatur per hoc q̃ cum splendore apparuit. Apocalipsis. x. Vidi alterum angelum amictum nube et iris in capite eius et facies eius erat vt sol. Iste angelus fuit Christus qui est amictus nube

id est humana carne qui fuit insignitus iride.i.cruce que est lignū reconciliationis. Genes.ix. Ponam arcum meū in nubibus ꝛc. Qui tanq̄ iris habuit colorem rubeum per sanguinis effusionem aque lateris emanationem viridem ex liuorū impressione. Fuit etiam instar solis lucidus: quia per crucem tenebras expulit ꝛ mundū illuminauit. Tertia virtus est, qꝛ diabolum vicit et infernum expoliauit: quod significatur per literas victorie. Esa.xiiij. Infernus subtus conturbatus est in occursum aduētus tui. Infernꝰ subtus est locus damnatorum: iste fuit conturbatus. Infernus vero superior est lymbus patrum: iste fuit letificatus. Infernus quasi mediꝰ est purgatoriū: ꝛ iste infernꝰ fuit confortatus. Secundo fuerūt quedā signa in inuentione per que ipsa crux fuit inuenta. s. deuota oratio, ꝛ odoris emanatio: per que significatur virtus crucis per tria obtinetur. Primo per instantiam orationum: vnde dicitur Exo. xv. Quod cum Moyses ad deum clamasset, deus sibi lignum ostendit. preuerbiorum. viij. Qui mane vigilauerit ad me inueniet me. Secundo per contemptum terrenorum vt. s. aspectus terrenorum qui erat sursum in ratiōe, moueatur ꝛ descendat in sensualitatem: ꝛ sic fiat quidam terremotus spiritualitatis, postea fiat tranquilitas mentis quādo celum id est celestia erunt in ratione sursum in sensualitate. Prouerbiorum. xxv. Celum sursum et terra deorsum. Tertio per fragrantia virtutum et desideriorum. Sponsus enim trahitur ab hodie puritatis. Canticorū. primo. Lectulus noster floridus. Humilitatis: ibidem cum esset rex in accubitu suo ꝛc. ꝛ sancte operatiōes. Canticorum ij. Uinee florentes dederunt odorem suū. Tertio fuerunt quedam signa post inuētionem. Manifestum enim est ipsam verā esse crucem per tria signa vt pote ꝑ infirmi sanationē per mortui resurrectionem et per tituli inspiratonē: per que significatur ꝙ homo per crucē est a morte peccati resuscitatus. Coloss. ij. Et vos cū mortui essetis ī delictis ꝛc. Ab infirmitate: qꝛ scꝫ debilis erat ad bonū est sanatus ꝛ fortificatus. ꝑs. Uirga tua ꝛ baculus tuus ipsa me cōsolata sunt: ꝛ ꝙ ī dei militē est ascriptus. Apocalipsis. iij. Scribam super illum nomen dei mei ꝛc. In horum significationem in passione christi fuerunt quidam resuscitati quia multa corpora sanctorum que dormierant surrexerunt: et quidam ab infirmitate sanati sunt: sicut longuinꝰ, quidam celesti militie ascripti sicut latro, a dextris positus. Secundo notatur crucis virtuosa opetatio cum dicitur. Cum misisset in aquas: in dulcedinem verse sunt. Aque amare significant amaritudinem tribulationum. ꝑs. Saluū fac me deus quoniā ītrauerunt. ꝛc. Multitudinem populorum. Apoc. xvij. Aque quas vidisti populi sunt ꝛ gentes. Estus fortium desideriorꝝ. Prouerb. xxv. Aqua frigida ale sitiēti. Aque ergo tribulationū erāt ex parte ꝯstātini. Aq̄ populorꝝ ex parte maxentij. Aque desideriorum ex parte helene imperatricis: sed per lignū crucis in constātino dulcorate sunt aque tribulationum per hostis superationem. ꝑs. Fac mecum signuꝫ in bonum. ꝛc. Aq̄ populorꝝ dulcorate sunt per pacificationem ꝛ cōuersationem hoc significatū est. Numeri. xx. In virga que de petra aquā produxit: quia christus virtute crucis de duritia aquam protulit gratiarum aque desideriorum dulcorate sunt in helena ꝑ ligni. crucis inuentionem. Prouerb. xiij. Lignū vite desiderium veniens. ꝛ ibidē. Desideriū si cōpleat̄ delectat aiam. ꝛc.

¶ Sermo. cxlij. De eodē. Sermo. ij.

Erit tāquam lignum quod plantatum est secus de cursus aquarꝝ ꝛc. ꝑs. Istud est lignū sancte crucis de quo tria dicūtur scilicet ꝙ sit plātatum ꝙ sit iuxta aquas complantatum ꝛ ꝙ sit fructiferū. Fuit autem plantatum in triplici loco. Primo in terrestri paradiso secundum aliquarum hystoriarum narrationē qd̄ satis cōueniens fuit. Primū em̄ lignū fuit homini causa mortis diuine offensiōis ꝛ sue eiectiōis. Conueniēs ergo fuit vt per lignū crucis transiret de morte ad vitā Apoc. ij. Uincenti dabo edere de ligno vite ꝛc. De offensa reciperet̄ in

gratiã. Hec em̃ est illa virga q̃ hester inuenire fecit gratiã assueri vt habet. Hester.iiij. De exilio tanq̃ p nauẽ reuocaretur ad patriã. Sap̃.xiiij. Trãseũtes mare per ratẽ liberati sunt. Scdo fuit plantatũ in libano. Libanꝰ nãq̃ est mõs altꝰ et interpretatur candidus ⁊ ibi nascitur odoriferum: thus p que significatur ꝙ lignum crucis hominẽ humiliatũ exaltauit. Proũ.iiij. Accipe illã et exaltabit te. Joh.x. Si exaltatꝰ fuero a terra: omnia trahã ad meipsum. Et hominẽ denigratum dealbauit Apo.vij. Lauerũt stolas ⁊ dealbauerũt eas in sanguine agni: hominem ex peccato fetido deo recõciliauit Gen̄.viij. Odoratꝰ est dominus odorez suauitatis ⁊c. tertio fuit positũ pro ponte in fluuio. In mari em̃ huiꝰ mũdi deꝰ homini tria adiutoria preparauit. s. nauem baptismalis innocẽtie. j. Pet. j. In diebꝰ noe cũ fabricaret arca ⁊c ⁊.j. Qd ⁊ vos nũc simil̃ forme saluos facit baptisma. Scdo preparauit tabulã penitẽtie: dicit em̃ Hieronymꝰ ꝙ pnia est secũda tabula post naufragiũ. ij. Paral. v. Nihil erat aliud in arca. s. ecclesie nisi due tabule. i. penitẽtia q̃ dz agi de cõmissis ⁊ de omissis. Sed qr sepe agit male ⁊ frangit nauis baptismalis innocẽtie, ⁊ multi etiam pdũt tabulã pnie: ideo preparauit põtẽ crucis sue. In quo ponte seu in qua cruce extendit corpus p tabula: qd quidẽ corpus figi voluit firmitate clauorũ ⁊ pilaz cõgerit lapidũ. i. diuersorũ suppliciorũ. Scdo dr de isto ligno ꝙ secꝰ aquas fuit plantatũ: ⁊ hoc vel secꝰ aquas sacramẽtales: qr fuit aquis saluatoris irrigatũ. Esa.xij. Haurietis aquas in gaudio de fontibꝰ saluatoris. Uel secꝰ aq̃s spũales: qr lachrymis cõpassiõis sepiꝰ est irrigãdũ: ⁊ dz irrigari. Eccl. xxij. Sup mortuũ s. x p̃m plora: deficit ei lux eiꝰ. Uel secus aquas materiales: qr in pbatica piscina fuit iuẽta. Dicit aũt pbatica a pbatõ qd est ouis qr ibi hostie lauabant: piscina aũt dicebat a pisce: cõueniẽter igit signũ crucis ibi fuit iuentũ ad significãdũ ꝙ immolãdã erat vera ouis i sacrificiũ. Esa.liij. Sicut ouis ad occisionẽ ducet. Ibi etiã erãt lauãde aie nostre a sordibꝰ cilicet viciorum. Apocal. j. Lauit nos a peccatis nostris i sanguine suo. Ibi assãdus erat xp̃s verꝰ piscis ignibus passionum p̃s. Igne me examinasti ⁊c. Tertio istud lignũ fuit frutiferũ. Nã i mõte caluarie plantatũ et fixum fuit. Et ibi multiplicẽ fructum fecit. De quo dicitur Esai. xxij. Figam illum paxillum in loco fidei: ⁊ suspendã super omnem gloriã domus patris eius vasorũ diuersa genera. Omne vas paruulũ a vasis creaturarũ vsq̃ ad omne vas musicorum. Fructus enim istiꝰ ligni sic plãtati ⁊ sic fuxi sunt isti: qr per ipsum lignum sunt angeli reparati: ⁊ ideo dicit suspẽdã sup omnem gloriaz domus patris eius, ⁊ p ipsum homines sunt saluati. Sed hominũ saluãdoꝝ quidã sunt p̃lati vino doctrine alios inebriãtes. Isti sũt vasa creaturaꝝ. Alij sunt subditi actiui humilitatẽ sectãtes: isti sunt vasa paruula. Alij sunt cõtẽplatiui dulcem sonũ deo reddẽtes: isti sunt vasa musicorum: ⁊ qr crux assimilat cedro ⁊ oliue: vt dr Eccle.xiiij. Quasi cedrꝰ exaltata sum in libano, ⁊ quasi oliua speciosa in campis: ideo fructꝰ eiꝰ ad instar cedri ⁊ oliue. Nã poma cedri in aliqua sui pte sunt dulcia, ⁊ in aliqua pte sunt acetosa, et in aliqua pte inter dulce ⁊ acetosuz media: quia in xp̃o tres fuerũt substãtie. s. diuinitas dulcissima: caro in passione amaritudine plena, ⁊ anima plena dolore iquãtuz natura sua diuina relinquebat, ⁊ plena dulcedine inquãtũ fruebat. Fuit etiã iste fructus instar oliue que primo est viridis: deinde subrubeus vltio niger. Sic xp̃s primo fuit viridis p virtutum fulgorem. Luce.xxiij. Si i viridi ligno hoc faciunt ⁊c. Postea fuit rubeꝰ per sanguinis effusionem. Cant. v. Dilectꝰ meꝰ cãdidꝰ ⁊ rubicundus. Ultimo fuit niger in morte. Ezec.xxx. In taphnis nigrescet dies. Taphnis interpretat cõsummatio. Xp̃s igitur quando dixit. Consummatum est: totus est niger effectus.

¶ Sermo.cxliij. De eodẽ sermo.iij.

Roduxit dominus deus de humo omne lignũ pulchrũ visu ⁊c. Gene.ij. Deꝰ lignũ sancte crucis de humo pduxit qñ

ipsum de pfundis visceribꝰ terre reuela
uit. In verbis pmissis. Prio ponit ligni
crucis cōmēdatio: cū dicit. Omne lignū
pulchrū visu ꝛc. Scdo ipsius ligni cru-
cis cōmēdate reuelatio: cū dicit: produ-
xit de humo. ¶ Circa primū notandū q
in paradiso terrestri erat triplex differē-
tia ligni: sicut ptz Gen. ij. Lignū commu
ne, vite, ꝛ sciētie: de primo aūt ligno tria
dicunt. s. q erat diuersum, erat pulchrū
visu: ꝛ q erat ad vescendū suaue. Erat
q̄dē diuersuz vt tolleret fastidiū pulchrū
vt alliceret visum, ꝛ suaue vt attraheret
gustum. Per istud ergo lignū sancte cru
cis significat. Prio qr fuit diuersum. i. ex
diuersis lignis factū: ibi ei fuit cedrꝰ: cy-
pressꝰ palma ꝛ oliua: p q̄ significat qua-
druplex efficacia sctē crucis. Pria est: qr
malas cogitatiōes fugat: qd significat i
cedro q̄ fugat serpētes. Scda est: qr ꝯstā
tiā pstat: qd significat i cypresso q̄ nullꝰ
vēti impulsu comā amittit. Tertia est: qr
de hoste triūphat: qd significat i palma.
Quarta est: qr amaritudinē pnie dulco-
rat: qd significat in oliua. In his ei qua
tuor casibꝰ signo crucꝫ nos munire ꝯsue
uimꝰ. Uñ cū aliq̄ mala cogitatio se inge-
rit nos munire debemꝰ signo crucꝫ: vl cū
aliqd piculū subito insurgit, vel cū aliqd
fātasma se obijcit, vl cū aliqs dolor nos
arripit. Scdo istd lignū crucꝫ ē pulchrū
visu. fuit ei ipa crux pulchra i passiōe: qr
xpi sanguine rubribricata: pulchra i mū
do: qr ab iperatoribꝰ honorata. Augu.
Crux a supplicijs latronū trāsit ad fron
tes iperatoꝝ: ꝛ pulchra i celo: qr literis
aureꝫ isignita: sicut ꝯstātino ostēsa fuit: ꝛ
pulchra erit i iudicio: qm̄ sm Chrys. sup
solꝫ radios illustrata. Tertio illd lignuz
est ad vescēdū suaue. Delectat ei memo
riā ad recordationē. ps. Memor fui dei
ꝛ delectatꝰ suz. Rōnē ad ꝯsiderationē. p.
Respice in faciē xpi tui volūtatē ad dle-
ctationē. Cant. ij. Fructꝰ eiꝰ dulcis gut-
turi meo. Secundo significat per lignuz
vite: erat enim quadruplex mors scilicet
nature, culpe, gehenne, ꝛ gratie. Crux
igitur dr lignū vite: qr dstruxit mortē na
ture p resurrectionē. i Cor. ix. Per homi
nē mors: ꝛ p hoiez resurrectio mortuoꝝ.
Mortē culpe: p pcti delectationē. Col.
ij. Et vos cū mortui essetis in delictis ꝛc.
Morte geēne p iferni spoliationē. Oze e
xiij. Ero mors tua o mors ꝛc. fecit autez
mortē gr̄e p iustificationē. Colossē. ij. Si
mortui estis cū xpo ab elemētꝫ huiꝰ mū-
di: q̄d adhuc tāq̄ viuētes mūdo deserui
tis? Tertio significat p lignū sciētie boni
ꝛ mali, crux enim fuit sciētia boni ꝛ mali
xpo ꝛ homini. Christo: qr ibi expertꝰ est
malū penalis angustie ꝛ bonū gloriose
victorie. Scdo qr p crucē didicit q̄d sit
inter bonū qd nobis cōtulit: ꝛ malū qd a
nobis abstulit. Fuit etiā homini scientia
boni ꝛ mali. Primo: quia p crucē homo
didicit q̄d sit bonū doni, ꝛ maluz delicti:
sicut apostolus Roma. v. Secūdo: quia
per crucē cognouit quid sit inter bonum
quod deserui, ꝛ malū quod incurrit. Se
cundo ponit ipsiꝰ crucis de terra manife
statio: cū dicit. Produxit de humo. Ipsa
nāq̄ crux nō erat in limo abscōdēda sed
fodienda ꝛ manifestāda. Prio qr in ipa
fuit pecunia nostre redēptiōis: portauit
em̄ sacculū ista pecunia plenū. Prouer.
vij. Sacculū pecunie secum tulit. Secū-
do ipsa fuit thesaurꝰ nostre ditatiōis. pri
me. Petri. i. Non corruptibilibꝰ auro vl
argēto redēpti estis. Tertio: qr in ipsa
emanauit fons nr̄e regeneratiōis. Esai.
xij. Haurietis aquas in gaudio de fonti-
saluatoris. Debuit igit ipsa sancta crux
fodi et manifestari, quia in ipsa fuit pecu
nia qua sumꝰ redempti: ꝛ thesaurꝰ quo
sumus ditati. De his enim duobus dici
citur Prouerbio. ij. Si quesieris eā qua
si pecuniā: ꝛ sicut thesaurum effoderis il
lam ꝛc. Tertio: quia de ea processit aqua
regenerationis qua sumꝰ abluti. iiij. Re-
gum. iij. Facite alueum torrentis huius
fossas: ꝛ fossas. i. vulnera: ꝛ vulnera et
alueus iste replebitur aquis.

¶ Ser. cxliiij. De eodē die ser. iiij.

Effodientes thesaurū gaudēt vehem ē
ter cū inuenerint sepulchrū
Job. iij. Sancta helena et
ceteri christiani qui cū ipsa
erāt fecerūt fodi crucē super omnem the
saurū pciosiorē ꝛ vehemēter sūt gauisi
qñ ipsam inuenire potuerunt. In verbis

igit̄ p̄missis tria de sancta cruce ostēdūt. Primo q̄ p̄ciosa sit: cuz dr. Effodientes thesaurū. Scdo q̄ gaudiosa sit: ibi cum dr Gaudēt vehemēter. Tertio quātum sit gloriosa: cū dr. Cum inuenerint sepulchrū: crux xp̄i dr sepulchrū: qr i ea mortuus reqeuit: ⁊ sic sepulchrū eius fuit gl̄iosum. Esa. xj. Erit sepulchrū eius gl̄iosuz. est igit̄ crux p̄ciosa: qr thesaurus dei. Est gaudiosa: qr est redēptio gn̄is humani. Est gl̄iosa: qr sepulchrū xp̄i, ⁊ iō debuit occultari. Prio: qr est preciosa rōne sui: cuius p̄ciositas ex tribus apparet: est em̄ tincta sanguine dei est margarita dei, ē thesaurus dei. Ista aūt tria nō sūt occultāda. Nec sanguis dei. Job. xvj. Terra ne operias sanguinē meū ⁊c. Nec margarita dei q̄ fuit deligēter inq̄renda. Mat. xiij. Sil̄e est regnū celoꝝ negociatori q̄renti bonas margaritas. Nec thesaurus dei. Eccl̄. v. Sapiētia abscōdita ⁊ thesaurus inuisus q̄ vtilitas i vtrisq̄: qr igit̄ sctā crux fuit tincta sanguine dei ⁊ margarita dei: ⁊ thesaurus dei non debuit occultari. De duobus p̄mis dr Mat. vij, Nolite sanctū. i. crucis lignū sanguine tinctū dare canibus. i. iudeis ꝑsequentibus: nec mittatis margaritas ante porcos. i. ante ipsos iudeos sz añ xp̄ianos. De tertio dr Eccle. vj. Qui inuenerit illā inuenit thesaurum. Quia igit̄ sancta crux fuit tincta sanguine dei: dimissa est nobis in monumētum. Exod. xiiij. Erit tibi quasi signū in manu tua quasi monumentū añ oculos tuos. Et qr ē margarita dei dimissa est nobis in ornamētū. Esa. xxviij. In die illa erit dn̄s corona gl̄ie: ⁊ sertū exultationis residuo ppl̄i sui. Qr em̄ est thesaurus dei: est nobis dimissa i sustētamētū. Prouer. xxj. Thesaurus desiderabil̄ ⁊ oleū i habitaculo iusti. Crux em̄ q̄ fuit habitaculū ⁊ mānsio iusti. i. xp̄i est thesaurus nr̄e sustētationis, ⁊ ē oleū diuine miseratiōis. Scdo nō dz occultari: qr ē gaudiosa respectu nr̄i. Sic gaudebat apostolus q̄ dicebat Gal. vj. Mihi absit gloriari nisi in cruce dn̄i nostri iesu xp̄i in quo est salus vita et resurrectio ⁊c. Est aūt crux xp̄i nobis gaudiosa triplici rōne: ⁊ in tribus d causis ꝓpter q̄s nō debuit ēt abscōdi sz reuelari. Primo qr est cādelabrū nostre illuminationis. Cādelabrū em̄ crucis est lignū: ⁊ lucerna in candelabro lucens est Christus i cruce pēdēs. Sicut aūt lucerna nō dz abscōdi nec cādelabrū. Mat. v. Neq̄ accēdūt lucernā et ponūt eā sub modio sed super candelabrū ⁊c. sic nec crux xp̄i debuit abscōdi: sz in loco honorabili collocari. Secūdo qr est vexillū nostre triūphalis debellationis. Uexillū em̄ non est abscondendū: sed cōtra hostes eleuādū Esa. xiij. Sup montē caliginosuz: id est diabolū: leuate signū: tela autē istius vexilli. i. crucis fuit caro xp̄i q̄ fuit picta rubeo colore sanguinis: et colore nigro liuoris, et colore albo aque de latere emanātis. Tertio qr fuit scala nostre ascēsionis. Scala autē nō est abscōdenda, sz erigēda. Ista est nanq̄ scala, de qua dicit̄. Gen̄. xxviij. Uidit Jacob scalā stantē super terram, ⁊ cacumē eius tangēs celū, et dominū innixuz. Tertio nō erat occultanda: qr est gloriosa respectu Christi. Fuit autē gloriosa triplici de causa propter q̄s nō debuit occultari, fuit em̄ virtus Christi, sapiētia Christi: ⁊ cathedra Christi. Ista em̄ non sunt occultāda. De primo dicit̄. j. Pet̄. ij. Uirtutes eius annuncietis ⁊c. De secūdo Eccl̄i. xvj. Sapientia abscōdita ⁊c. De tertio. Esa. xvj. Uidi dn̄m sedentē sup soliū excelsum ⁊ eleuatū ⁊c. Quia igit̄ est virtus Christi dimissa est nobis infulcimētū ꝯ qd diabolū expellimus, et nos ab ipso defendimus. Nā qn̄q̄ ip̄m expellimus per nomen crucis. Chry. Demones sanctū nomē crucis audientes, in fugā resiliūt. Aliquando per signum crucis. Aug. Signū crucis a nobis expellit exterminatorez si cor nostrū recipiet ipsum saluatorē: aliqn̄ per fidē crucis. Aug. Hostē visibilem vincis feriendo: et hostem inuisibilem vincis credendo. Quia est sapiētia christi dimissa est nobis in sacramentū. j. Cor. ij. Loquimur dei sapientiā i ministerio abscōditā. Ibidem. Predicamus christū crucifixum, iudeis quidē scandalū: agentibus autem stultitiā ⁊c. Quia est cathedra xp̄i dimissa est nobis in documentū. Aug. Crux q̄ fuit lignū xp̄i moriētis: ⁊ cathedra fuit magistri docētis. Docuit aūt nos de ip̄a cathedra tres lectiōes. Pria est vt sequa

mur xp̃m. Mat. xvj. Si quis vult venire post me abneget semetipsum & tollat crucem suā & sequat me. Secūda lectio est, vt innocēter transeamus istum mundum Gen. xxxij. In baculo tuo trāsiui iordanē istū: & nūc cū duab⁹ turmis regredior &c. Tertia lectio est vt iuxta ipsū⁹ crucis deuotionē sperem⁹ premiū: hoc signatū est. Apo. xj. vbi dicit q̄ dat⁹ est angelo calamus similis virge ad mētiēdū tēplū & altare. p tēplū em̄ significant corpa sanctorum, & per altare anime ipsorum que virge calamo mensurant, qz secundum deuotionem crucis mensurantur premia eterne retributionis

¶ Sermo. cxiv. De sancto Johanne ante portā latinam. Sermo. primus.

Parasti in conspectu meo mēsam aduersus eos que tribulant me. Impinguasti oleo caput meū et calix me⁹ inebrians q̄ preclar⁹ est. ps. Quāuis sanct⁹ Johānes euāgelista vitā nō finierit p martyriū ferri habuit tñ tria alia martyria q̄ notant in verbis premissis. primū est qz fuit exilio relegat⁹ qđ notat cū dr. parasti in cōspectu meo mēsam aduersus eos q̄ tribulāt me. In hac em̄ die fuit q̄druplicit̄ tribulat⁹. Fuit em̄ grauiter flagellat⁹. Fuit ex decisiōe tonsurat⁹. Fuit feruētis olei dolio missus. Et, fuit exilio relegat⁹. Cōtra ista q̄tuor icōmoda xp̃s mensam sibi p̄parauit: in qua sibi quatuor fercula deliciosa parauit: qz igitur erat grauiter flagellat⁹: xp̃s sibi parauit omniū penaꝝ euacuationē. Apo. vij. Absterget de⁹ omnē lachrymā ab oculis sanctorū &c. Quia ex decisiōe tōsuratus parauit sibi coronē celestis decoratiōnē Apo. ij. Esto fidelis vsq; ad mortē & dabo tibi coronā vite. Quia fuit in oleo feruenti assatus parauit sibi in finuio paradisi refrigerationē ibidē. Agn⁹ q̄ in medio throni est reget illos: & ducet eos ad vite fontes aquarū. Quia fuit exilio relegat⁹ parauit sibi celestis ciuitatis perpetuā habitationē De qua ipse Apoc. xxj. Ostēdit mihi ciuitatē sanctā hierusalem descendentē de celo &c. Sanctū martyrīū: quia fuit in feruentis olei dolio missus: qđ notat cū dr. Impinguasti in oleo caput meū. Et dicit impinguasti: qz potē⁹ extitit impinguatus q̄ adustus. Fuit autem vnctus triplici oleo: scz materiali sicut hodierna die qñ in oleo fuit missus. Fecit aūt̄ dominianus ip̃m poni potē⁹ in oleo feruenti q̄ in aqua bulienti quia aqua bulliens penetrat exteriora et interiora. Oleum vero feruēs penetrat exteriora interiora: & ossa. Iuxta illud. ps. Intrauit sicut aqua interiora eius et sicut oleum in ossibus eius. Secundo fuit vnctus oleo sacramentali qñ: scz fuit assumptus in patriarcham consecrat⁹. ps. Sicut vnguentū in capite quod descendit in barbam &c. Unguentū em̄ spiritussancti fuit in christi capite in plenitudinē: deinde descēdit in barbā. i. in apostolos q̄ fuerūt ceteris magis viriles, deinde descēdit in ceteros doctores & p̄latos: q̄ debēt esse vestimentū ecclesie ipsam verbo et exemplo ornādo. Deinde descēdit in oīa vestimēta id est in subditos. Tertio fuit vnct⁹ oleo spirituali. De quo dicit. s. Johānis. ij. Unctio ei⁹ docet vos de omnib⁹. Tam plene fuit inunct⁹ vt posset dici de eo illud. ps. Unxit te de⁹ deus tuus oleo letitie pre cōsortib⁹ tuis. Nec mirum: qz stetit ppe: & iuxta apothecā illi⁹ vnguentarij: de quo dr. Eccli. xxxviij. Unguentarius facit pigmētaria. s. suauitat̄. Istud aut̄ oleū letitie habuit q̄druplici rōne. Gaudere em̄ ipse potuit de secretorū celestiū reuelatiōe. Apo. j. Significauit de⁹ que oportet fieri cito mittens p angelū suū seruo suo Johanni &c. Hiere. xv. Facē verbū tuū in gaudiū et in letitiā cordis mei. Secūdo de iusta vindicta tyranni. i. Domiciani ps. Letabit⁹ iustus cū viderit vindictam et lauabit manꝰ suas in sanguine peccatoris. Tertio de honorabili renouatiōe. Hiere. xxxj. Conuertā luctū eorū in gaudiū &c. ¶ Quarto de sue dilecte. s. Drusiane resuscitatiōe facta pro q̄ omnes gauisi fuerūt & deū laudauerūt ps. Tunc repletum est gaudio os nr̄m: & lingua nostra exultatiōe. Tertiū martyrium est quia fuit veneno potatus qđ notat cū dicitur. Calix me⁹ inebrians q̄ preclarus est. Bibit Christus duplicē cal

cem.s.sanguinē ⁊ myrratum.vnum,scilicet sanguinē communicauit iacobo qui sanguinem suum fudit:alium Joanni,q̄ amarum venenum bibit:⁊ sic impletū est illud Matthei.xx.Calicem quidem meū biberis. Et dicitur iste calix inebrians: et preclar⁹:quia ipsum venenū cum desiderio ⁊ auiditate multa bibit. Preclar⁹ aūt dicit:quia tria p̄clara miracula inde cōtigerunt vnū,quia sancto Joanni nullā lesionem intulit. Marci vltimo. Si mortiferum quid biberint,non eis nocebit. Secundū qr duos hoies ex illo veneno mortuos suscitauit. Tertiuz, qr ex hoc multus populus gētilis cōuersus fuit: ⁊ sic pz quo de⁹ ex malis sepe multa bona elicit ⁊c. Et ideo ipsa mala penalia nō sunt semp mala:quia inde eliciunt multa bona. Patet etiā q̄ sint bona triplici de cā. Primo qr sunt a summo bono a quo non pōt procedere nisi bonum. Esa.xlv. Ego dn̄s pacem faciēs ⁊ creās malū. Fuerūt in summo bono.i.in xp̄o. Esa.j. A plāta pedis vsq̄ ad verticē non est in eo sanitas. Et ducunt ad summū bonū Ozee. x. In funiculis ade traham eos.

¶ Ser.cxlv. De eodem, Sermo.ij.

Conuersus petrus vidit illū discipulum quem diligebat Jesus sequentē qui ⁊ recubuit in cena supra pectus eius ⁊ dixit. Domine quis est q̄ tradet te? Joannis vltimo. Quāuis beatus Joānes multa bona habuerit priuilegia.in verbis tamen premissis tria de ipsis priuilegijs exprimunt. Primū est:qr fuit amic⁹ xp̄i Cū dicitur. Quem diligebat Jesus. Dicitur autem ipsum dilexisse plus quā ceteros, quia maiora signa dilectionis sibi ostendit. Et q̄uis multa fuerint dilectionis signa ad ip̄m,p̄cipuū tn̄ fuit,quia matrez suā sibi recommēdauit. Ex quo quatuor magnas p̄rogatiuas p̄meruit. Una est, qr factus fuit gabrielis archangeli soci⁹ Petr⁹ damian⁹. Joānes archāgelo gabrieli ad custodiā matris dei soci⁹ est datus, vt et ille integrā virginem inuisibiliter custodiret ⁊ iste forinsecus fragilitati feminee obedientie sue ministerium exhiberet. Secūda est qr fact⁹ est dei thesaurarius:inquātū scz thesaurū dei sollicite custodiuit. Eccli.iij. Sicut qui thesaurizat:ita ⁊ qui honorificat matrem suaz. Tertia est:quia fact⁹ est xp̄o magis vicinus Petr⁹ damian⁹:Quanto Joānes familiarior cū matre verbi conuersat:tāto vicinior verbo inuenit. Quarta est q̄ factus est quodāmodo christi frater adoptiu⁹. Petr⁹ Damianus. Quoniā ab ipsa veritate Joānes Marie dictus est filius: quadā speciali gratia frater est saluatoris Scdm priuilegiū est:qr cubicularius ⁊ camerari⁹ est iesu xp̄i,cū dicit. Qui recubuit supra pect⁹ dn̄i. Deut.xxxiij. Amātissim⁹ domini habitabit ꝯfidenter in eo quasi in thalamo tota die morabit. Pectus aūt xp̄i est fons dei:cellariū paradisi:est mensa angeli :est thalam⁹ beatorū est gazophilaciū omniū thesaurorū : qr sicut dicitur Colossences.ij. In ipso sunt omnes thesauri sapiētie ⁊ sciētie dei absconditi. Inquantum igitur Joannes supra pect⁹ Christi recubuit:ista quinq̄ habere meruit. Primo nāq̄ posuit os suuz ad fontem dei a quo hausit aquā sapie salutaris. Eccli.xv. Aqua sapientie salutaris potauit illum . Secundo intrauit cellariū paradisi in quo bibit vinū diuini amoris. Canticoꝝ.ij. Introduxit me rex in cellā vinearia ordinauit in me charitatē. Inuantū aūt bibit q̄ quodammodo ebri⁹ fact⁹ fuit. Sicut em̄ ebri⁹ non sentit verbera. Juxta illud Proū.xxxiij. Uerberauerūt me sz non dolui:sic ⁊ iste nō videbatur sentire supplicia . Un̄ dicit Dionysi⁹ in epistola quā sibi scripsit. Nō em̄ ita versus sum in insaniā q̄ putez vos aliquid pati ad corpoꝝ passiones sed solū ip̄as sentire credo. Tertio sedit ad mēsam angeli in qua comedit panē vite celestis. Eccli.xv. Cibauit illū pane vite et intellect⁹: ⁊ licet panis mutet in comedētem: Joānes tamen comedēdo panē vite tot⁹ mutat⁹ est in vitā. De hoc itaq̄ dicit Dionysi⁹ vbi supra. Aliquos videm⁹ cū deo de deo factos,qm̄ veritatis existentes amatores ab effectu quidem recedunt materialiū ⁊ ex presenti incipiūt. Futurā vt decet angelos in medio hominū conuersari. Quarto introiuit in thalamum

mum beatorū in quo indut⁹ est stola glorie. Eccle.xv. Stola glie induit eū. Que stola fuit candida ꝑ virginitatē: ⁊ purpurea ꝑ charitatē. Quinto ingress⁹ est in gazophilatium thesaurorū: a quo traxit thesaurū sapiētie. Petr⁹ damianus Joānes eminentem diuine gratie sciētiā ex illo celesti gazophilacio: in quo sunt omnes thesauri sapiētie ⁊ sciētie dei abscōditi traxit. Tertiū priuilegium est: qr fuit secretari⁹ christi: quod notatur in hoc qđ dixit. s. Domine quis est quis tradet te? Quādo em̄ omnes dolebāt timebāt ⁊ dubitabāt: sol⁹ Joānes ad xp̄m accessit: ⁊ eū iterrogauit. Eccli.vj. Amic⁹ i domesticis fiducialiter aget. Xp̄s etiā sua secreta ⁊ profunda sibi reuelauit: qñ suaz cū patre eternitatē ⁊ coequalitatem sibi ostendit. Ista autē tam profunda mysteria didicit in quadruplici schola. Prima est schola angelica. Apocal.j. Significauit deus que oportet fieri cito loquēs per angelū suū, seruo suo Joanni ⁊c. Secunda est schola virginea, qr em̄ fuit custos virgini deputat⁹: ad ip̄a est plurima edoctus. Eccl.xv. Obuiauit illi quasi mater honorificata. Tertia est schola sancte trinitatis ad quā volauit qñ verbū in principio esse vidit. Ezech.xvij. Aquila grādis magnarū alarum venit ad libanuz. id est ad altitudinē trinitatis: ⁊ tulit medullā cedri: id est mysterium verbi incarnati. Quarta ē schola dñici pretoris. Uñ cantatur. Fluenta euangelij, de ipso sacro dominici pretoris fonte potauit.

¶ Sermo.cxlvij. In diebus rogationum. Sermo.primus.



ORate pro inuicē vt saluemini. Multū em̄ valet deprecatio iusti assidua Helias em̄ homo erat ⁊c. Jacobi.v. Uolens ecclesia fideles inducere ad orandum. Isto: empore verba sancti Jacobi assumit in quibus tria facit. Primo nāq; ad orādū ꝑ inuicem nos inducit: cū dt Orate ꝑ inuicem vt saluemini. Libenter em̄ pro alijs q̄libet orare debet. Qr sicut dicit Chrisostomus sup Mattheū. Pro se orare nature est: pro alio aūt gratie est pro se orare necessitas cogit, pro alio aūt orare charitas fraternitatis hortat. Dulcior aūt est añ deū oratio non quam necessitas rei transmittit: sed quā charitas fraternitatis cōmēdat. Oportet nanq; vt ille pro quo orat quatuor in se habeat sicut dt Diony. in lib. de celesti hierarchia.xiij.cap. Primū est feruens desideriū rei habēde: qr opz ꝙ illud feruenter desideret ⁊ affectet ⁊c. Scđm est status gratie: qr opz ꝙ sit in statu gratie et penitētie. Tertiū est recognitio infirmitatis ꝓprie. Opz em̄ ꝙ recognoscat ꝙ illud per se obtinere non valeat. Quartū est petitio rei digne: qr oportet ꝙ ea petat que deū dare deceat: ⁊ ipsi accipere expediat. Secūdo vtilitatē oratiōis ostēdit, cum dicit. Multū nanq; valet deprecatio iusti ⁊c. Ubi tria ponit scz ꝙ oratio multum valet, cum dicit. Multum em̄ valet ⁊c. Secundo cuius oratio valet: qr iusti. Tertio qualis oratio valeat: qr assidua, qđ aūt oratio multum valet, dicit Greg. Magna em̄ virtus oratiōis: qr fusa in terra in celo operat. Ad hoc aūt ꝙ in celo ascendat ⁊ ibi operetur opz ꝙ habeat quatuor alas. Prima est profunda humiliatio. Eccli.xxxv. Oratio humiliātis se nubes penetrat ⁊c. Secunda est deuota lachrymatio: ibidem. Lachryme a maxilla ascendūt vsq; ad celū ⁊c. Tertia est desiderij feruēs deuotio ⁊ intētio. Apo.viij. Ascēdit fum⁹ incēsoꝝ de oratiōib⁹ sanctoꝝ de manu angeli corā deo. Quarta est bonorū operum exercitatio. Tho.xiij. Qñ orabas cū lachrymis ⁊ sepeliebas mortuos, ego obtuli orationē tuā corā deo. Secūdo valet oratio, qñ est iusti. Est aūt iustus, qui dat deo obediētiam. Proximo misericordiā, ⁊ sibi sanctimoniam. Exaudiat igitur deus orationem illius qui dat deo obedientiā. Aug. Citius auditur oratio vna obedientis: q̄ decē milia contemptoris. Et exaudit de⁹ or̄onē illius qui dat ꝓximo suo misericordiam. Eccl.xxix. Conclude eleemosynā in sinu pauperis, ⁊ hec ꝑ te orabit ⁊ liberabit ab oī malo. Exaudi or̄onem illius q̄ hz sanctimoniā: qr sicut dicit p̄s. Iniq̄tatē si aspexi in corde meo non exaudiet de⁹ ⁊c. Tertio or̄o exauditur qñ est assido. Jac. de Uorag.

¶ Sermo.de sctis.

dna. Assidue quidē orationis nuntiuz ꝓ spero cursu ad deum mittere debemus: qz z nos hostib⁹ assidue circū dati sum⁹. De isto nanq; tria dicuntur in. ꝑs. s. q di rigaꝛ, q̄ appropꝓnquat: z q̄ intret. Dirigatur aūt per rectā intentionē: sic sagitta dirigitur ad signū ꝑo. Dirigatur oro mea sicut incensum in conspectu tuo. Appropinquat vero per ieiunia. Huic em̄ nimis impinguata volare nō pōt. Un i ꝑs. Appropinquet deprecatio mea in cōspectu tuo Intrat aūt p elemosynā: eleemosyna em̄ est oftiaria: z ip̄o oro auari ostiū claudit. Oratio em̄ munifici apperit ꝑo. In cōspectu tuo oratio mea. Tertio salubre exēplū ꝓponit cū ōt. Helyas homo erat ꝛc. Cū em̄ terra esset sterilis. Helyas orauit z celū pluuiā z terra fructificauit. Oratio aūt terrā sic nostre sic fructificare facit z illos tres panes ꝓducit. De ꝟbus dicitur Luc. xi. Amice, cōmoda mihi tres panes ꝛc. Amic⁹ de via venit qñ animus de labore actiue vite ad ociū cōtēplatiue recurrit. Et per importunitatem orationis impetrat tres panes. i. trīū vtrīū. scz rōnis: ꝓcupiscibilis, z trascibilis. Nā si tētatur quis spū erroris, quo ad rōnalē, spū. voluptatis, q̄ ad cōcupiscibilem. spū turbatiōis quo ad irascitabilē petat tres panes. i. refectionē rōnalis ꝓ diuinā sapiaz: z ꝓcupiscibilis ꝓ tēperātiā: z trascibilis ꝓ tranq̄llitatē z patiētiā.

¶ Sermo. cxlviij. Codē tēpore, ser. ij.

Erite z accipietis. Luce. xi. Quāuis omni tēpore sit orādū: ꝑcipue tamē his diebus q̄ bus ecclesia solēnes instituit letanias. De quib⁹ letandū est tria videda sunt. Prio quare fiūt. Nā fiūt ad remouēdū malū culpe z malum pene: z ꝓpter adipiscēdū bonū gratie. Cōtra malū culpe institute sunt letanie maiores q̄ fiunt in festo sancti Marci. Et dicunt maiores qz institute sunt a maiore cēpo, scz a beato Gregor. In maiori loco, scilicet Rome que est caput mūdi, z p maiori morbo. In romanis enim tūc quatuor vitia abūdabāt, scilicet auaritia, gula, luxuria z superbia: z ideo de⁹ eis quatuor pestilētias misit. Nā cōtra auaritiam eis misit aquaruz abundātiā. omnē terram substantiam destruentem Job. xij. Si emiserit aquas destruēt, et subuertent terrā. Contra luxuriam misit eis fetorē horribilē, aerē inficientem. z homines subito suffocantem, sicut olim sodomitas: pena fetendi puniūt vt habetur Geñ. xix. Contra gulā misit in eos inflaturā in ingaine subito extinguentē. Eccles. xxxvij. ꝓpter em̄ crapulā multi obierunt. Contra superbiam misit in eos sagittas acutas ab aere vementes. Job. vj. Sagitte dñi i me sunt quarū indignatio ebibit spiritū meum. ¶ Alie letanie que dicunt minores, que fiunt trib⁹ dieb⁹ ante ascensione zinstitute sunt cōtra quatuor mala pene. Tunc enim audiebantur nocturni sonitus, quib⁹ z homines terrebantur. Job. xv. Sonitus terroris semper in aurib⁹ meis. Tūc fiebāt terremot⁹ quibus domus destruebant. Luc. xxi. Terremotus magn⁹ erūt ꝑ loca. Tunc ignis descēdebat de celo, quo edificia consumebant. Job. i. Ignis dei descēdit de celo ꝛc. Tunc discurrebāt impia demonib⁹ agitati, quibus homines deuorabātur. Sapiētie. xv. Superueniet illis seua bestiarum ira. Ex his manifeste ꝓz quō omnia elementa dei iniurias vindicant. Nam aqua terre nasc̄tia subuertit. Terra suo motu terrorē incutit. Aer ex fetore corrumpit. Ignis de celo ēsurit Istud autē in inferno melius declarat. Tunc em̄ terra damnatos incarcerabit aqua frigorib⁹ purgauit, ignis ardorib⁹ ꝓcremabit, z aer lumē denegabit. ¶ Tertio institute sunt tam iste, quā ille ꝓpter bona q̄ adipiscenda, scilicet temporali, spirituale seu celeste. Isti sunt tres panes quos ab amico Christo petere debem⁹, i bonū temporale ad sustentationez, spirituale ad ꝓgustationē, celeste ad plenam fruitionē. Ista sunt illa tria que nobis pater celestis dat, scilicet panis, pisces z ouum: sicut inferius cōtinetur. Per panem nanq; intelligitur bonum tpale nobis necessariū. per lapidem intelligitur cor auari incompassibile: z durū. Dedit ergo dat panē: id est tēporalia, ad sustētationem, diabolus lapidem, id est cor

durũ ad incompassionẽ. Per piscem intelliguntur bona spiritualia: que alam in aquis tribulationũ nutriũt. Per serpentem vero intelliguntur vitia ⁊ peccata Deus igitur dat piscem, id est gratiã in tribulationib⁹ animã cõseruantẽ: sz diabolus dat serpẽtem. i. maculã culpe mortalis animam veneno interficiẽtem. Per ouum vero intelligitur bonum celeste. Ouum em̃ habet exterius corticem, int⁹ dulcedinem. Cortex em̃ est ipsum celũ, ꝙ tanq̃ saccus gloriã eius occultat. Dulcedo autem consistit in duplici substantia: scilicet albumini ⁊ vitelli: quia in Christo est humana natura tãq̃ albumen qđ in carnem conuertitur. Et natura diuina tãquã vitellum ex quo dulcedo glorie generatur: ⁊ ꝑ scorpionẽ intelligitur pena eterna. Demones enim modo blandiuntur ꝑ delectationẽ peccati: sed tunc pungẽt ꝑ acerbitatem supplicij. Deus igit̃ dat ouũ: id est gloriã dulciter reficientez sed diabolus dat scorpionez: id est penã eternaliter cruciantẽ. Secundo videndũ est quare letanie isto tempore magis fiũt. Sciendũ autem ꝙ fiunt maxime propter duas causas. Prima vt teneri fruct⁹ terre conseruentur quos demones isto tpe per tempestates destruere moliunt̃, contra quos in letanijs cãpanas pulsam⁹, tanq̃ tubas dei ⁊ cruces deferimus tãq̃ illa vox dei: orationes ⁊ letanias proferimus tãq̃ iacula dei, quibus demones iaculantur. Cum istis ergo tribus armis a domo in vita hac hũana demones expellimus, scilicet cũ tubis, vexillis ⁊ iaculis. Secũda causa est: vt orationes nostre xp̃o ascendente, facilius audiantur. Tunc em̃ petitiões nostras debem⁹ porrigere quando aduocatus noster vadit ad curiã qui scit petitiões nostras formare. j. Joannis. ij. Aduocatum habemus apud patrem Jesum christum iustũ. Quãdo frater noster pergit ad consistoriũ. q̃ scit ⁊ potest nos iuuare. Bernadus. Puto ꝙ spernere me non potest Christus, os de ossib⁹ meis, ⁊ caro de carne mea, qñ regis filius regnum suũ suscepit: qui nos põt saluare. Solẽt em̃ regũ filij dare munera dum regna suscipiũt: vñ cãtatur, Et regnũ in manu ei⁹: scilicet ad largiendũ. ¶ Tertio videndũ est quare nõ tantũ in letanijs, sed etiam quando tempestates fiunt cãpane pulsant̃. Ipse q̃dẽ campane sunt tube dei, q̃b⁹ demones deterrent̃. Amos. ij. Si clanget tuba in ciuitate ⁊ popul⁹ nõ expauescet. Sũt cymbala dei de quib⁹ deus laudat̃ ps. Laudate dñm in cymbalis bñsonãtib⁹. Sũt precones de q̃b⁹ ppl's cõuocatur. Nũe. x. Fac tibi duas tubas quib⁹ conuocare possis multitudinẽ, Cãpane aũt successerunt in loco tubarũ pulsant̃ etiã cãpane vt demones effugẽtur, vt deus laudet̃, ⁊ popolus ad orandum incitetur.

¶ Sermo. cxlix. In die ascensionis domini. Sermo. j.

Qui descendit ipe est q̃ ascẽdit sup oẽs celos Ephe. vj. qr hũilitas est via ad gl'iã. Jõ apl's primo ostẽdit xp̃i humilẽ descensum: cũ dicit. Qui descẽdit. Secũdo eius gloriosum ascẽsum: cũ subdit. Ipse est qui ascendit super omnes celos. Istũ aũt ascensum ⁊ descensum describit Ambro in lib. de Isaac dicẽs. Saltu quodã Christus venit in hũc mũdũ. Apud pr̃ez erat, in virgine venit, ex virgine in presepe transiliuit: descendit in mũdum, ascendit in crucem, descendit in tumulum, surrexit ex tumulo: ascendit ad celum ⁊ sedet ad dexteraz dei patris. Ecce scala q̃ hz septem gradus per quam xp̃s humiliter descendit, ⁊ gl'iose ascendit. Prim⁹ gradus est ꝙ de sinu pr̃is venit in virginis vterũ: ⁊ iste fuit gradus magne hũilitatis de quo dicit̃ etiã Philippen. ij. Semetipsum exinaniuit ⁊c. vbi ponit apl's quadruplicem Christi humilitatẽ. Una ẽ qua conformauit ⁊ similẽ se fecit seruis, quãdo voluit legi subijci, ⁊ circuncidi, iõ dr: formam serui accipiens. Secunda humilitas est qua contraxit parentelã cũ seruo: iõ subditur. In similitudinẽ hominum fact⁹. Tertia humilitas est qua induit habitũ serui: iõ em̃ dr. Et habitu inuẽtus vt hõ. Quarta est qua voluit mori ꝑ seruo: iõ subditur. Fact⁹ obediẽs vsq̃ ad mortẽ. Secũd⁹ gradus scale est quo de vtero venit in presepiũ: ⁊ iste est grad⁹

300

magne asperitatis, qz lectū habuitdurū ꝛ asperū vbi tria fuerūt que aspiritatem fecerūt. s. teneritas pueri, vilitas pāni, ꝛ duritia ꝓsepij. Luce. ij. Inuenietis infantē ecce puer: ꝫ delicat⁹ panis fuit lectus positum in ꝓsepio, ecce ꝫ durus fuit lectus. Tertius gradus est q̄ de ꝓsepio venit i mundū: ꝛ iste fuit grad⁹ magne paupertatis. Ipse cū fuit pauper in vita, in morte ꝛ post mortē. Matth. viij. Vulpes foueas habent, ꝛ volucres celi nidos, Filius autem hominis nō habet vbi caput suum reclinet. Ac si dicat. Nec habeo foueam, sicut vulpes: id est sepulturaz post mortē acquiescendum. Nec habeo nidū sicut volucres: id est domum in vita, ad habitandū. Nec habeo i morte. id est in cruce tabulam siue cernical ad caput reclinandum. ¶ Quartus grad⁹ est quo de ipso mūdo ascēdit in patipulū: ꝛ iste fuit grad⁹ magne charitatis. Joh. xv. Maiorem ac dilectionē nemo habet ꝛc. Ibi cū totus fuit igne amoris plenus quod manifestatur per sanguineū colorem et per vestiū denudationē: ꝛ p sitis intentionez: per corporis ruborem et per sanguinis impetuosam emanationē. Quintus gradus est quo descendit in tumulum: ꝛ iste fuit grad⁹ magne pietatis: magna nāq; fuit pietas visitare illos sctōs patres qui erant desolati: ꝛ ꝓpter damnū quia dei visione erant priuati et ꝓpter vmbrosum locū: quia erant in tenebris involuti: ꝛ ꝓpter consortiū: quia demonibus erant vicini. Sed christus eos fuit consolatus: qz suam faciem eis restituit et ad locum lucidum eos deduxit: ꝛ socios angelorum eos fecit propter ista omnia dicit Esa. lx. Popul⁹ qui ambulabat in tenebris vidit lucez magnā. Sextus gradus est quo de tumulo in mundū redit ꝛ ista fuit grad⁹ magne felicitatis. Leo papa post passionem suam ruptis vinculis mortis infirmitas in virtutē: mortalitas in eternitatem contumelia: ꝛ ansiuit in gloriam. Septimus gradus est: quo de ipso mūdo ascēdit in celū: ꝛ iste fuit gradus magne manifestatis. Ascendit enim cum iubilatione angelica. ꝑs. Ascēdit De⁹ in iubilatiōe: ꝛ dñs in voce tube. Ascēdit inuitatus voce paterna. ꝑs. Dixit dominus domino meo sede a dextris meis. Cant. ij. Reuertere dilecte mi reuertere. Ascēdit virtute ꝓpria. Esa. lxiij. Gradiēs in multitudine ꝛ virtutis fue. Ascēdit cū nube lucida. ō hoc Actuū primo. Nubes suscepit eū ab oculis eoꝝ. Ascēdit cum societate decora, scilicet cum angelis ꝛ animab⁹. Genesis xxij. Cum duab⁹ turmis regrediar. ideo cātat ecclesia. Omnis pulchritudo domini exaltata est sup sydera. Et dixit. Olis pulchritudo: quia exaltata est pulchritudo deitatis: quia hodie ostēdit suā potestiam pulchritudo sui corporis: qz induit immortalitatē: pulchritudo aūtiā induit impassibilitatē pulchritudo angelica: qz hodie recuperauit sui numeri integritatem: ꝛ pulchritudo hūana: qz hodie anime sanctoꝝ receperūt eternā felicitatez. In illa cū ꝓfessione fuit quicquid pulchrum erat in celo, scilicet angeli ꝺcquid pulchrū i inferno, scilicet patres de lymbo educti quicq̄d pulcherrimū in mundo. s. apostoli ꝛ ceteri discipuli: quicq̄d pulchrum super celū ꝛ mundum. scilicet christus ꝛ beata virgo.

¶ Sermo. cl. De eod̄. Sermo. ij.



Gallite deo q̄ ascendit super celum celi ad orientē. Ecce dabit voci sue vocem virtutis. ꝑs. Propheta oēs ad gaudendum inuitat qñ christus ad celos ꝛ in celum ascendit ꝛ celestem ianuā aperuit. In premissis verbis quatuor sunt vrdenda. Primo nāq; qualiter xp̄s ascēdit: qz cū iubilatiōe angelica qđ notat cū ōr ꝑsallite deo q̄ ascēdit. Angeli enim cū multa iubilatione ipsum in celū deduxerūt. Fit autē iubilatio ꝛ sonus music⁹ scōm Aug. trib⁹ modis. Aliquādo voce: sicut in cantu: aliqñ flatu sicut i turba: aliqñ pulsu sicut i cithara. Ut ergo oñdat q̄ angeli in christi ascēsione habuerūt oia gña musicoꝝ: ideo aliquā do ōr ꝫ tibi fuit son⁹ q̄ fit cū voce. ꝑs. Jubilate deo in voce exultatiōis. Aliqñ dicitur q̄ fuit tibi sonus qui fit cū flatu. ꝑs. Ascendit deus in iubilatione: ꝛ dñs in voce tube. Aliqñ ōr q̄ fuit tibi sonus qui fit cū pulsu. vñ ꝑsal. Laudate eū i psalterio

ꝛ cithara. Similiter ꝛ nos ꝓ sua ascẽsiõe ipsum laudare debem⁹ voce ꝑ gratiarũ actiones Eccli.xliij. Benedicẽtes dñm exaltate eum q̃tũ potestis ꝛc. Flat⁹ per cordis deuotionẽ. Ephe.v. Cãtantes et psallẽtes in cordibus vestris domino. Et pulsu ꝑ bonã operationẽ. Math.v. Uideant opera vestra bona ꝛ glorificẽt patrẽ qui in celis est. Secundo vidẽdũ est quo ascendit quia supra celorũ alta cũ dicit Super celũ celi. Christus nãq; descẽderat infra oẽs celos: scz infra celos materiales qꝛ in terra cõuersat⁹. Baruth.iij. Post hec in terris vis⁹ est: ꝛ cũ hominib⁹ cõuersatus est. Infra celos rõnales: quia infra homines fact⁹. ps. Ego aũt sũ vermis ꝛ nõ homo. Infra celos intellectuales: qꝛ infra angelos minoratus. ps. Minuisti eum paulomin⁹ ab angelis ꝛc. Infra celũ super substãtiale: quia seruili forma indutus. Phil.ij. cũ in forma dei esset non rapinam arbitratus est esse se equalem deo, sz semetipsum exinaniuit ꝛc. Sz qui sic infra oẽs celos descẽdit hodie super omnes ascẽdit, scilicet sup celos materiales: qꝛ in celo emperio collocatus. ps. A summo celo egressio eius ꝛ occurs⁹ eius vsq; ad summum eius. Super celos rationales quia caput ecclesie cõstitutus Ephe.j. Ipsum dedit caput super omnez ecclesiam que est corpus ipsius super celos intellectuales: quia angelorũ dominus ordinatus. Ibidez. Constituit eũ ad dexterã suã in celestib⁹: super oẽm principatum ꝛ potestatẽ vsq; ad celum super substantiale: qꝛ vsq; ad dexteram patris exaltatus. vñ dicitur in symbolo athanasij. Ascẽdit in celũ sedet ad dexterã dei: dextera autẽ dei tripliciter accipitur. Dicitur em̃ dextera dei equalitas dei vel potiora bona dei: vel virtus ꝛ potestas dei. Xp̃s est ꝛ de⁹ noster. frater noster ꝛ iudex noster. Inquantũ igit̃ est deus nr̃ sedet a dextris dei, id est i equalitate dei. ps. Dixit dñs dño meo: sede a dextris meis. Inquantũ vero est frater noster, id est verus homo sedet a dextris dei, id est i potioribus bonis dei: et potiori modo. Act.vij. Ecce video celos apertos ꝛc. Inquantũ est iudex. nr̃: sedet a dextris dei. i in potẽtia dei. Nam dedit sibi potestatez omne iudicium faciendi. Mat.vltimo. Data est mihi oĩs potestas in celo ꝛ in terra. Tertio vidẽdum est vnde ipse ascẽdit: qꝛ ab orientali plaga: cum dicitur Ab orientẽ. Ratio autẽ quare potius ad orientem q̃ ad occidẽtem ascendere voluit est qꝛ plaga oriẽtalis erat odiosa ex eo, scz ꝙ ibi ortũ habuit prima p̃uaricatio. Erat maledicta: qꝛ ibi ortum habuit prima maledictio dei. Erat immũda: qꝛ ibi ortũ habuit prima sanguinis effusio. Sed de⁹ cõtra tria mala ibi facit tria beneficia. Primum est quia ab oriẽte magos vocauit: vt quia erat odiosa ꝓpter p̃mã preuaricationẽ fieret gratiosa: ꝓpter primã gentium vocationẽ. Secundum est: quia ab oriente ad iudicium est venturus: vt quia ibi audita fuit prima dei maledictio: ibi audiat̃ eterna dei benedictio: qua dicet̃. Uenite benedicti pr̃is mei ꝛc. Tertiuz est quia ab oriẽte ascẽdit: vt qꝛ erat immunda per sanctã ascensionez fieret munda. Erat quidẽ immũda terra per effusionẽ sanguinis innocẽtis: sed ipsam mũdauit per aspsionẽ sui sanguinis. Erat immũda aqua per ablutionẽ hostiarũ immolatarum idolis: sed eam mũdauit ꝑ cõtactum sue carnis mũdissime. Erat immũdus aer ex fumo incensorũ: sed eum christus mũdauit ꝑ suũ gloriosum ascensuz. Quarto videndũ est propter quid ascendit: quia pro celesti ianua reseranda: qđ notatur cũ dicit̃. Ecce dabit voci sue vocem ꝟtutis. Illam scz vocez de qua dicit̃ in p̃o. Tollite portas principes vestas et ꝛ eleuamini porte eternales ꝛc. In magnis nãq; palatijs ꝯsueuerũt esse tres ordines hostioꝝ. Iõ deus palatio celi tres posuit portas prout significatũ est. Gen. ij. Scz angelicã custodiã q̃ signabat inimicitiã inter angelũ ꝛ hominẽ. Rũpheã bis acutã q̃ representat diuinã iustitiã: q̃ satisfactionẽ req̃rebat ꝛ hominẽ i corpore ꝛ aĩa incidebat. ꝛ ignis vehemẽtiã q̃ significabat obligationẽ ad penã eternã. Sed in baptismo christi remota est vna clausura. s. ignis vehemẽtis. Aqua enim baptismatis extiguit oẽm vim ignis ĩfernalis. Ideo celũ tũc aptũ. In passiõe vero ablata est scđa clausura. s. rũphea acuta, id est diuina iustitia: qꝛ tunc suff ciens

precium soluit diuine iustitie, ⁊ diuine iustitie satisfecit: ideo poterat dicere Aperite mihi portas iustitie. In ascensione vero ablata est tertia clausura. s. angelica custodia quia angelos hominibus reconsiliauit: ⁊ vtrosq; in celū deduxit. Et ideo tam homines quā angeli qui eum sequebantur clamabant dicentes. Tollite portas principes vestras ⁊ eleuamini porte eternales ⁊ introibit ⁊c.

¶ Sermo. clj. Eodem. die. Sermo. iij.

Videntib⁹ illis eleuat⁹ est ⁊ nubes suscepit eum ab oculis eorum. Act. j. In verbis premissis ostenditur ꝙ xp̄s tripliciter ascēdit patēter: sublimit̄ ⁊ reuerēter. Patēter cū dr. Uidētib⁹ illis. In xp̄o nāq; fuerūt q̄dā mysteria q̄ fuerūt occulta sicut resurrectio: qr null⁹ eā sciuit nisi xp̄s. et qualiter claustra inferni cōfregit: ⁊ qualiter de monumēto clauso exiuit nulli manifestum fuit. Quedam vero fuerūt ex parte occulta: et ex parte manifesta sicut natiuitas: ꝙ autē fuit in presepio reclinatus hoc fuit manifestuz. Sed ꝙ fuit de spiritu sancto cōceptus ⁊ clauso vtero natus: hoc fuit occultū. Quedaz fuerūt manifesta sicut passio ⁊ ascensio. Eius nanq; resurrectio fuit magne sublimitatis: ⁊ iō voluit eaz esse occultam. Eius natiuitas fuit magne humilitatis inquātū fuit pannis inuolutus ⁊ in presepio reclinatus: et quantū ad hoc voluit ipsam esse manifestam: ⁊ fuit magne dignitatis inquantum fuit de spiritu sancto cōceptus. ⁊ quantū ad hoc voluit ipsaz esse occultā. Passio aūt christi cedebat ad magnā infirmitatem ⁊ vtilitatē: ⁊ ideo voluit eam esse manifestā. Ascensio autē cedebat ad patris honorem ⁊ discipulorū cōsolationem: et ideo voluit eā esse manifestaz. Ex quo patet ꝙ christ⁹ abscōdebat sua sublimia ⁊ manifestabat sua infima: et ea q̄ erāt ad honorem dei ⁊ edificationez ꝓximi. Sed nos ecōtrario faciamus quia nos nr̄a infima abscōdim⁹ ⁊ nostra subblimia propalamus. de dei honore ⁊ populi edificatione sepe parum curam⁹. Per hoc ergo ꝙ christus videntibus discipulis ascēdit dat̄ intelligi ꝙ ante oculos cordis nostri eius ascēsionē semper habere debem⁹. Qui em̄ ipsam sepe meditat̄ diuinā gratiā promeret̄: hoc significatū ē. iiij. Reg. ij. Ubi cum helyseus videret helyaz ascēdentē recepit duplicē spm̄ ⁊ pallium. Illi enim qui xp̄m ascendentem per fidē ⁊ deuotionē cōspiciūt sepe recipiunt spirituz duplicem, id est ad duo: scz ad remissionem peccatorū ⁊ ad munera virtutū. Recipiūt etiā palliū, id est sanctitatis exemplū ꝓximo adhibēdū. Christ⁹ aūt nō idiguit spū duplici sz simplici: qr nō habuit ipsum ad remissionē pctōꝝ: qr nullū peccatū cōmisit. Habuit tn̄ spm̄ ad munera v̄tutū ⁊ oim gr̄aꝝ. Ascēdens etiā i celum non indigebat pallio. i. exēplo: quia exēpla non sunt necessaria nisi in presenti vita. Scdo xp̄s ascēdit sublimiter cū dicit̄ eleuatus est. Nos etiā debemus ad ip̄m eleuari ⁊ ad ip̄m ascēdere scalā: q̄ quatuor grad⁹ debet hr̄e. Prim⁹ grad⁹ dz esse scz terrena despicere. Et ꝑ hūc gradū eleuatus est Ezechiel q̄ ait. Eze. viij. Eleuauit me spūs int̄ celū ⁊ terrā. Nō ei dixit. Dimisit me i terra: qr ibi sunt auari terrena appetētes. Nec dixit. Posuit me in celo, qr ibi sunt boni celestis possidētes: sz dixit. Eleuauit me iter celū ⁊ terrā: qr ibi sunt ꝑfecti viri terrena despiciētes. Sūt em̄ sup terrā ꝑ terrenorū cōtemptū ⁊ appropinquāt ad celū ꝑ celestiū appetitū. Secūdus gradus est operibus mie vacare. Per istū gradū rapt⁹ est abacuth vt habet̄ Dan. xiiij. Qui rapt⁹ est ab āgelo vsq; in babylonē portās danieli prādiuz qd̄ ⁊ messorib⁹ preparauerat: ꝑ qd̄ datur intelligi ꝙ homo iterdū debet pauperes remotos inq̄re: ⁊ d̄ necessarijs dare: ⁊ bonos iniustis p̄ponere. Terti⁹ gradus est deum ⁊ ꝓximū perfecte diligere: per hūc gradū ascēdit helyas qui i curru igneo rapt⁹ est. Currus igne⁹ est ipsa charitas: quatuor rote sunt quatuor modi diligendi scz ex toto corde: ex tota mente: ex tota anima ⁊ ex omnib⁹ virib⁹: vel quatuor rote sunt quatuor diligēda scilicet deus, amicus, inimicus, ⁊ nosipsi. Quart⁹ gradus est diuine cōtemplatiōi insistere: per

Hunc gradum ascēdit paulus: ⁊ est ⁊ fuit vsq; in tertiū celū raptus. Ascēdere autē in deum per creaturarū visibiliū manducationē est ascēdere vsq; ad primuz celū. Ascēdere per intellectualiū considerationem est ascendere vsq; ad secundum. Ascendere autem per intellectum ad dei formam immediata intuitione: est ascendere vsq; ad tertium celum. Tertio ascēdit honorabiliter cū dicit. Et nubes suscepit eum. Uoluit autem cum nube celesti ascēdere ad innuēdū ꝙ sicut impleuerat terrestria mundū redimēdo ⁊ infernalis patres educēdo: sic volebat iplere celestia ruinā angelicā reparādo: vt impleretur illud qđ dicitur. Ephe. iiij. Qui descēdit ipse est qui ascēdit super oēs celos vt adimpleret oīa. Ut vero meliꝰ videamꝰ quomodo oīa adimpleuit. Notādū ꝙ in mūdo quintuplex erat defectꝰ q̄ notatur. Gen. j. Primus erat habitationis gr̄e. cū dicit In principio creauit deus celū ⁊ terram, acsi dicat: terrā dedit homini: celuz vero reseruauit sibi. Secūdꝰ erat ignorātie qꝛ homo viā patrie nesciebat. cuz đr. Teneb: e erāt. Tertius autē erat defectꝰ gratie cuz đr inanis: qꝛ sicut đr Eccl. xxx. Homo acharis, id est sine gr̄a q̄si facula vana. Quartus erat defectus mīe. cū đr, Et vacua. Erāt enim vacua scz dei mīa: ⁊ plena dei iustitia. Quintus erat defectꝰ ꝑseuerantie: qꝛ homines fragiles erāt ad perseuerantiā boni ⁊ tollerantiam mali. cum dicit Abyssi, id est sine base virtutis Christus igitur prīo ascēdit vt celestē ianuā aperiret ⁊ sic adimpleuit defectū habitationis gratie. Heb. ix. Per ꝓpriū sanguinē introiuit semel in sancta sanctorū. ⁊c. Scđo ascendit vt viam in celū ostenderet ⁊ sic adimpleuit defectum scientie. Michee. ij. Ascēdit pandēs iterāte eos. Tertio ascēdit vt spiritū sanctum mitteret: ⁊ adimpleuit defectū gratie. Johannis. xvj. Si em̄ nō abiero paraclitꝰ nō veniet ad vos ⁊c. Quarto ascēdit vt ꝓ nobis intercederet ⁊ patrē ad mīaz inclinaret. Et sic adimpleuit defectū misericordie. Heb. xj. Introiuit in ipsum celū vt appareat vuluti dei ꝓ nobis. Quinto ascēdit vt per missionem spūssancti vt corda discipulorū debilia roboraret. Et sic adimpleuit defectū perseuerantie. ꝑs. Uerbo dn̄i celi firmati sunt ⁊ spiritu oris eius omnis virtus eorum.

¶ Sermo. clij. De eodē. Sermo. iiij.

Ecce duo viri astiterūt ī vestibꝰ albis ⁊c. Isti duo viri fuerūt duo angeli in forma virili positi q̄ aplos instruxerunt. Ceteri autem psallentes cum xp̄o ascēderūt. De ipsis nāq; angelis circa dominicā ascēsionē q̄tuor legunt. s. eoꝝ reuelatio, admiratio. eductio, ⁊ iubilatio. Primū nāq; est reuelatio. nō ꝑm Dionysiuz. Lex diuine boni satis est vt illuminatiōes suas influat supioribꝰ supiores medijs. ⁊ medij inferioribꝰ ac īferiores nobis. Ista lex hodie est ꝑuata. Nā ipe dn̄s noster iesꝰ xp̄s suā ascēsionē superioribꝰ angelis reuelauit qn̄ ipsis interrogātibꝰ. Quis ē iste rex gl̄ie. Rn̄dit Ego q̄ loquor iustitiā ⁊ ꝓpugnator sum ad saluandū. vt đr Esa. lxiij. Deinde ipsi superiores medijs reuelauerūt. ꝑs. Dies diei eructat ꝟbū. Dies diei ꝟbū eructauit qn̄ reuellauit ascēsiōis mysteriū supior hierarchia medie. deinde medij īferioribꝰ reuelauerūt qn̄ ipsis inferioribꝰ interrogantibꝰ Quis est iste rex gl̄ie. Respōderūt. Dn̄s virtutū ipse est rex glorie. Deinde ipsi inferiores nobis reuelauerūt: quādo in forma viri apparētes dixerūt. Hic iesus qui assumptꝰ est a vobis in celū ⁊c. Scđo est eoꝝ admiratio. Admirabant em̄ vidētes ꝙ terra ascēdebat supra celū. Cū enim olim dictū sit. Prouer. xxv. Celū sursuz ⁊ terra deorsuz iā in xp̄i ascēsiōe ecōtrario dici poterat terra sursum ⁊ celū deorsuz. Admirabātur ꝙ homo ascēdebat supra angelum. Un̄ ꝑs. Ascēdit sup cherubin ⁊ volauit. ꝙ homo ascēdebat vsq; ad deū. Dan̄. vij. Uenit vsq; ad virū q̄ sedebat in throno Insup poterant admirari de tali corpis q̄litate. de tāta decora societate: ⁊ de tāta potestate. Esa. lxiij. Quis est iste q̄ venit đ edō tinctꝫ vestibꝰ đ bosra. ecce q̄ admirabilꝫ corporis q̄litas. Iste nāq; formosꝰ ī stola sua: ecce q̄ formosa societas aīe em̄ sanctoꝝ sunt decora vestꝫ xp̄i gradiēs in multitudine ꝟtutis sue. ecce quā-

q̄ potestas. Tertiū est eoꝝ deductio. Deducebāt enim ipsum in celum tanq̄ regē in signum reuerētie ad soliū maiestatis. Esa. ix. Super solium dauid ⁊ sup regnū. eiꝰ sedebit. Tanq̄ summū sacerdotē ⁊ pōtificem in signum obedientie in tēplū paterne pietatis. Heb. iiij. Habētes pōtificē magnū q̄ penetrauit celos iesum ⁊c. Tāq̄ eternum iudicem in signū potentie ad sedem iudiciarie potestatis. Matt. xxv. Cū venerit filiꝰ hominis in maiestate sua: tūc sedebit sup sedē maiestatis sue ⁊c. Tāq̄ victoriosum pugilē in signum victorie ad brauium triumphalis victorie. Apocal. iij. Ego vici ⁊ sedi cū pr̄e meo in throno eiꝰ. Tāq̄ sponsum in signū letitie ad thalamuz nuptialis festiuitatis. Deut. xxiij. Amātissimus dn̄i habitabit ꝯfidēter in eo quasi i thalamo tota die morabit. Quartū est eorum iubilatio. Angeloꝝ em̄ q̄ cuz christo ascendebāt quidā precedebāt vt viam p̄pararēt ⁊ demones de aere expellerent: quidam vera cōcomitabant vt sibi assisterent. quidam sequebant vt obsequium sibi exhiberēt. Omnes autem ⁊ q̄ precedebant ⁊ qui concomitabant ⁊ qui psallebant ⁊ christū cum laudibus deducebant quoꝝ q̄dā vocibus iubilabāt: quidam tubis clāgebant. p̄s. Ascēdit deꝰ in iubilatiōe: dn̄s in voce tube: quidā citharizabant. p̄s. Laudate eum in psalterio ⁊ cithara: quidez toto corpore plaudebāt. p̄s. Omnes gētes plaudite manibꝰ. Omnes enim sine intermissione ꝯtinuatis vocibus psallebant dicentes. psalllite deo nostro psallite regi nostro psallite.

¶ Sermo. cliij. De eodem. Sermo. v.

Ominus quidē iesus postq̄ locutus est eis assumptus est in celū: et sedet a dextris dei. Marci vltimo. Btūs marcꝰ describēs xp̄i gloriosum ascēsum quatuor oñdit scz q̄ xp̄s in sua ascēsione habuit multā potestatē cum dicit. Dn̄s quidē iesus: ⁊ q̄ habuit cum ap̄lis multā familiaritatem cum dicit. Postq̄ locutus est eis: ⁊ q̄ habuit in sua ascensione magnam sublimitatem cum dicit Assumptus est in celū. Quod habuit multā maiestatem cū dicit Sedet a dextris dei. Potestas quidē eiꝰ ostendit: qn̄ dn̄s appellat. Oñderat q̄dē se dn̄z maris qn̄ sup mare ambulauit ⁊ eorū q̄ sunt in mari: qn̄ magnā multitudinē nem piscium capi fecit. Oñderat se dn̄m terre. qn̄ in sua passione terra cotremuit. Et eoꝝ q̄ sunt in terra qn̄ mortuos suscitauit Oñderat se dn̄m inferni. qn̄ vectes ferreos confregit ⁊ eoꝝ q̄ in inferno: qn̄ demonē alligauit ⁊ sanctos patres ide eduxit. Hodie aūt ostēdit se dn̄m aeris quando propria virtute per aerē ascēdit ⁊ eoꝝ q̄ sunt in aere: qn̄ ip̄m nubes lucida baiulauit. Uñ glosa sup illud Actuū. ij. Et nubes suscepit eū. dicit. Creatura videlicet obsequit creatori. Astra enim indicāt nascentē patienti compatiuntur. ascendentem nubes suscepit. Ostendit etiā se dn̄m celi quando celum sibi aperuit ⁊ eoꝝ que sunt in celo qn̄ oīs angeloꝝ multitudo sibi obuiauit ⁊ ipsum i celo deduxit. Scdo christus in sua ascensione ostendit apostolis magnā familiaritatem. Et hoc maxime in tribꝰ. Primo in hoc q̄ cum eis comedit tanq̄ dulcis amicus. Sotent enim amici ab inuicem discessuri inuicē epulari. Unde dr̄ Et conuescēs precepit eis ⁊c. Scdo in hoc q̄ eis benedixit tanq̄ eorum ep̄s vt habetur. Luce. vltimo. ⁊. j. Petri. ij. Cōuersi estis ad pastorē ⁊ episcopū aīarū vestraꝝ. Tertio in hoc q̄ eos instruxit ⁊ increpauit tanq̄ magister verus. Unde dicitur q̄ exprobrauit incredulitatē eoꝝ ⁊ duriciam cordis. Tunc eos em̄ maxime increpauit quando ab eis erat discessurꝰ ⁊ videbant potius consolationibus indigere: per quod datur intelligi q̄ nullꝰ debet indignari si corripiat: sz debet patiēter ferre ⁊ se emendare. Sunt tamen quidam quidum reprehendunt habēt se ad instar cere, quidam ad instar lapidis, ⁊ q̄dam ad instar spine. Cera enim si tangit statim cedit: sic plerique aliquo verbo correptionis tanguntur statim cedunt. i. statim se corrigunt ⁊ acquiescunt. Lapis em̄ si tangitur non cedit, nō tamē ledi: sic plerique si corriguntur non acquiescunt. tamē rep̄hendēti iniuriosa verba non inferūt Spina autem si tangitur nō cedit ⁊: insuper pungit, sic plerique si rep̄hendant nec se corrigunt, ⁊ insuper in reprehendentē

verba cōtumeliosa p̄ferunt. Tertio christus in sua ascēsione habuit magnā sublimitatem. cum dicitur. Assumptꝰ est in celū. Non em̄ fuit trāslatus sicut enoch. nec subnectus sicut ipse helias nec raptꝰ sicut paulus sz fuit assumptꝰ idest a seipso sumptꝰ. Per hāc autem quadruplicez differentiam ascendētium ostendit: quadruplex gradus ascendentium in deum. Primus est quo quis transfert de culpa in gratiā. Iste significatur per translationem enoch in paradisum. Gratia em̄ dei dicitur paradisus. Ecclesiasti. xliiij. Gratia dei sicut paradisus benedictiōis. Significatur etiam per trāsitū filioꝝ israel de egypto in desertū. Secundus gradꝰ est quo quis subuehit de gratia incipiētie in gratiam proficientē. Et iste significat per subuectionē helie in curru igneo quia gratia dei est currus igneus: qꝛ bona opa ⁊ huiusmodi similia currere nos faciunt: in amorem dei ⁊ proximi nos incendit. Significat etiam per secūdū trāsitum filiorum israel quo de māsione immansionem transierūt. Tertius gradus est quo quis in deum rapitur ꝑ cōtemplationē, ⁊ iste significatur per raptū pauli qui vsq; ad tertium celum raptus est. Et etiam iste significatur per transitū filiorū israel quo de māsionibꝰ in terram ꝓmissionis peruenerūt. Quartus gradus est quo quis transit de contemplatione vie ad contemplationem patrie iste significatur ꝑ assumptionē xp̄i i celū. Significatur etiam per quartum transitum filiorum israel quo de terra promissiōis per multa certamina in hierusalem, id est in visionem pacis postmodum peruenerunt. Quarto christus in sua ascensiōe ostendit suam maiestatem: cum dicit. Et sedet ad dexteram dei. Ex eo autē ꝙ ad dexteram dei sedet fiduciam habemus ascendēdi ad deū. Primo quia ibi est caput nostrum glorificatū. Et ideo sibi mēbra coniunget. deforme enim esset caput sine membris. Et qui recipit caput in hospitio suo ⁊ ipse membris hospitum non negabit. Joā. iij. Nemo ascendit in celū nisi qui descendit de celo: caput scz cum membris. Secundo quia habemus ibi fidelem sociū qui manum nobis porrigit ⁊ nos ad se trahit Deut. xxiij. Ascēsor celi auxiliator tuus. p̄s. Tenuisti manū dexterā. Cañ. j. Trahe post te ⁊c. Tertio qꝛ ibi habemus sapientē aduocatum q̄ pro nobis allegationes proponit. j. Joan. ij. Si quis peccauerit aduocatū habemus apud patrem Jesum christum Sic enim in ipso mūdo fuit cū peccatoribus apud patrem pro eis aduocādo in iudicio: autem erit cōtra peccatores ip̄os puniēdo. Quarto qꝛ ibi habemus precursorē preuiem qui viam nobis ostendit. Mich. ij. quia ibi habemus fratrum nostroꝝ collegium qui suis orationibꝰ ⁊ meritis nos perducent. p̄s. Leuaui oculos meos in mōtes vnde veniet auxilium mihi. Unde dicunt illi qui sunt in hierusalē idest in dei visione illis qui sunt egypto idest in hoc mundo illud quod habetur. ij. Macha. j Hic sumus orantes pro vobis.

¶ Sermo. cliiij. De eodem sermo. vj.

Signa autem eos qui crediderint hec sequentur ⁊c. Non vult dicere dominus ꝙ quicūq; credit omnia ista signa facit sed qd̄ ista signa inter fideles ⁊ credentes fiant Nam alius eijcit demonia aliꝰ fugat serpentes alias loquit linguis nouis: alius venenum bibit ⁊ sibi nō nocet alius sanat egrotos. Ista autem quinq; signa intelliguntur literaliter aut spūaliter Si litteraliter intelliguntur tūc in ecclesia primitiua frequenter fiebant: mō autem raro. Ecclesia autem habuit triplicem statum scilicet primitiuum modernum ⁊ vltimū. In statu primitiuo frequēter fiebant modo autem raro ⁊ in vltimo statu .i. antichristi fiēt rarissime. In primitiuo nāq; statu frequēter fiebant: quia ⁊ secundum Chrys. Uetera miracula habent admirationem ⁊ vtilitatē ⁊ necessitatem. Tunc igitur miracula fieri oportebat secundum Chriso. Et propter admirationē: quia homines erant sensibꝰ assueti: ⁊ ideo erant aliquibꝰ mirabilibꝰ subleuādi. Et propter vtilitatem quia ⁊ tunc multi erant infideles ⁊ erroribꝰ inuoluti. Moderno autem tempore raro fiunt cū hoc nō suadet necessitas ex eo ꝙ

sunt fideles. Aliquando tamen fiūt quia hoc suadet vtilitas: quia aliquando inueniuntur aliqui infirmi ⁊ indigentes Quare autem modo non fiant ita indifferēter sicut in primitiua ecclesia. triplex est ratio Una est propter dei firmamentum: quia modo ecclesia est in fide firmata ⁊ stabilita. Istam rationez assignat. Bern. ponēs exēpla de planta cui tandiu aquaz infundimus quousq; in terra cōualuisse videamus. Secundo propter vtile mundi exēplum. Istam rationem assignat. Aug. de ciui. dei dicēs. Quisquis adhuc prodigia vt credat inquirit. magnum est ipse prodigium qui mundo credēte non credit. Tertio propter fidei maius meritum qr secundum. Grego. Fides non habet meritum vbi humana ratio p̄bet experimētum In fine autem rarissime fient triplici de causa secundum Isid. Siue vt psequētium manus audacior efficiatur: siue vt sanctorum patientia comprobetur. siue vt qui casari sunt eorū leuitas ostēdatur. Secundo hec miracula possunt intelligi spiritualiter ⁊ tūc ista miracula quotidie fiunt. Primo namq; sunt multi qui demonia eijciēt auarus enim habet demonem qui vocatur māmon Sed luxuriosus demonem habet qui vocatur asmodeꝰ. Superbus vero habet demonem qui vocat lucifer. Uarijs tentationibꝰ agitatus habet demonē qui vocatur beelzebub: qui est deus muscarum. Si ergo aliquis sanctus vir per suam predicationē vel orationem conuertit aliquem auarū vel vsurariū expellit mammonā. Si cōuertit luxuriosum expellit asmodeū. Si vero conuertit superbū expellit luciferū. Si autē conuertit tentationes varias patientem expellit beelzebub. Secundo linguis loquunt nouis. deꝰ namq; tres prouincias fecit scilicet celestem, terrestrem ⁊ infernalem. Linguagiū prouincie celestis est deum laudare. Terrestris vero est de diuitijs tractare. Infernalis vero mentiri ⁊ blasphemare. Quando enim aliquis cōsueuerat loq̄ linguagium prouincie terrestris tota die de terrenis tractando vel quando quis ꝯsueuerat loqui linguagiū prouincie infernalis mētiēdo ⁊ detrahēdo ⁊ ꝯuersus incipit loqui linguagiū prouincie celestis deum laudando ⁊ ꝓxianū edificando iste loquit linguis nouis. Tertio serpētes tollūt, serpēs aliqñ tollitur per amputationem caude, ⁊ tūc adhuc viuit. Aliquādo per amputationē corpis ⁊ tūc similr viuit, Aliqñ per ꝯtrictionem capitis ⁊ tūc omnino extinctus est. Quidam igitur tollūt serpentē quātū ad amputationē caude: qui dimittūt peccatū q̄tū ad actū exteriorē ⁊ non q̄tū ad actuz interiorem scz cogitatū ⁊ cōsensum: ⁊ isti imperfecte tollunt serpētem quantū ad amputationē corporis q̄ dimittūt pctm̄ q̄tū ad actū: ⁊ quātū ad cōscēsum: sed nō quantum ad cogitatū ⁊ isti semiplene tollūt. Quidā vero tollūt ip̄m serpentē quātū ad cōtrictionē capitis q̄ dimittūt peccatū q̄tū ad actū quantū ad consensum. ⁊ quantum ad cogitatū Et isti perfectissime tollunt. Quarto aūt si moriferū quid biberint non eis nocet. Mortiferū autem non eis nocet qñ gustatur: sed non bibit, qñ bibit sz statim reijciat aut qñ tiriache remediū adhibetur. Quādo igitur diabolus aliquā moriferā suggestionem alicui offert his tribus casibus nocere nō pōt. Primo quādo quis illā gustat sed non bibit hoc est sentit sed non ꝯsentit: qr statim diabolo resistit ⁊ cōtradicit. Jaco. iiij. Resistite diabolo ⁊ fugiet a vobis. Secundo quādo quis bibit per cōsensum ⁊ opationem scz statim reijcit per cōfessionem. Prouer. xxx. Uerba congregantis filij vomentis. Ille enim qui peccata congregat per operationem: statim debet ea euomere per cōfessionē. Tertio quando recurrit ad tiriacam. i. ad sanguinem iesu christi. Aug. effusus est sanguis medici ⁊ facta est medicina frenetici. Quinto super egros manus imponent ⁊ bene habebūt Sunt quidā sani, quidā infirmi. Quidaz mortui quidam fetidi. Sani sunt iusti. infirmi sunt de nouo ꝯuersi mortui sunt peccatores fetidi sunt diu in peccatis permanentes. Sancti igitur viri aliquando ponunt manus suorum meritoriuz id est suorum suffragiorum super sanos: non vt sanentur sed vt in sanitate conseruentur: et maiorem gratiaz mereant Act. viij. Tūc imponebant super illos manus ⁊ accipiebāt spiritū sanctum. Imponūt super de-

biles et infirmos vt ad bene opandū fortificentur. Jaco. v. Infirmat quis in vobis inducat presbyteros ecclesie. ꝛc. Imponunt sup mortuos vt a peccato reuiscentur qđ significatum est Math. ix. vbi dominus tenuit manū puelle mortue dicens. Tibi dico surge imponunt super fetidos vt misericorditer reparentur. sicut patet in lazaro quatriduano et fetido quam deus misericorditer suscitauit.

¶ Sermo. clv. De trāslatione beati dominici. Sermo primus.

Ante translationē testimonium habuit Enoch placuisse deo Heb. xi. Hodie festū translatiōis ofﬁci celebram⁹. Cōmendatur aūt in verbis p̄missis a tribus: ꝛ primo a sua sacra dedicatiōe cū dr. Enoch qđ interpretat dedicatio. Dedicauit em̄ omnium domino sua ꝛ se. Sua quidem omnia Christo domino dedicauit: propter christum omnia relinquendo ꝛ pauperib⁹ largiēdo. Dedicauit ꝛ se domino ihesu xp̄o vt pote totā vitā suā in dei obsequiū mancipādo: scz suā puericiam: suā iuuentutē: totā suā reliquā etatē. Nā et in puericia sua sepe tectum dimisit: ꝛ sup terrā iacuit ꝛ accubuit. Prouer. xx. Et studijs suis intelligit puer. In iuuentute lasciuias iuuenū declinauit ꝛ libros vēdēs precium pauperib⁹ ero ganit. Eccl. xxij. Que in iuuētute cōgregasti quo inuenies in senectute? Totā etiam reliquam suam etatē in ordine laudabiliter cōsummauit Sap. iij. Cōsummat⁹ in breui expleuit tē pora multa ꝛc. Scēo commendat a diuina approbatiōe: cū dicit. Placuit se deo. Placuit aūt deo p tria scz per ordinē quē instituit per alias quas cōuertit: ꝛ p sensualitatē quā rōni seruire coegit. De his tribus dicitur. Ecclesiasti. vigesimo quinto. In tribus beneplacitum est spiritui meo: que sunt cōcordia fratrum hoc quā tū ad ordinem quem instituit: vbi vnam animam ꝛ vnū cor⁹ esse voluit. Amor proximorū hoc quātū ad animas, quasi conuerit quas ad dei ꝛ proximi dilectionem ꝛ amorem adduxit. Et vir ꝛ mulier sibi bene cōsentiētes hoc quantū ad sensualitatē quem rōni seruire coegi. Tertio cōmendatur a miraculosa translatione cum dicitur. Ante translationē testimonium habuit, habuit quidem testimoniū ante translationem ꝛ post translationem et in ipsa translatiōe. Ante translatiōem quidem scilicet dū viueret in mundo habuit triplex testimonium de quo dicitur. Joā. v. Tres sunt q̄ testimonium dant in terra scilicet spūs, aqua, ꝛ sanguis. Sic quidē beato dominico adhuc viuēte i tribus testimoniū dedit spiritussanctus replendo ipsum charismate omniū gratiarum. Eccl. xv. Adimpleuit eū spū sapientie et intellect⁹. Testimoniū sibi dedit aqua in abūdantia lachrymarū. Unde dicitur in legenda sua. Specialem gratiam sibi dederat de⁹ flere pro peccatoribus miseris afflictis. Testimoniū sibi dederat sanguis. i. feruens martyriū desiderium. vnde dicitur de eo. Sitiebat seruus xp̄i martyriū sicut sitit seru⁹ ad aque fluuium. Secundo habuit testimonium post translationem sicut modo habet in celo quia tres sunt q̄ testimoniū dāt in celo. s. p̄r verbū ꝛ spiritussanctus. Patēr nanq̄ introduxit eū i thesaurū sue potētie. p̄o. Introibo in potentias domini. ꝛc. Prou. xxj. Thesaur⁹ desideriabilis ꝛ oleum in tabernaculo iusti. In beato enim ofﬁco q̄ fuit tabernaculū xp̄i est thesaurus ad dictandum ꝛ est oleū ad miserendū habēti illum thesaurum nō deest facultas. M̄ñti miserationis oleū nō deest voluntas: ꝛ tō habet potestatem vt ditari possit. Et habet voluntatē vt ditari velit. Filius statuit eum intra speculum suesapientie de quo speculo, dr. Sap. vij. Cādor enim est lucis eterne ꝛ speculū sine macula. btūs igitur dñicus ꝛ bibit in fonte diuino et videt in speculo, claro p̄o. Apud te fons vite et in lumine tuo videm⁹. Spiritussanct⁹ introduxit eum in fontē gratie ꝛ misericordie de quo dicitur Apo. xxij. Ostendit mihi fluuiū aq̄ viue splendidū tanq̄ cryſtallū. Ipse enim modo habet gratiam dei habundantem: ideo dicitur fluuius. Inde ficiem tem: ideo dicitur aque viue. Refulgentem ideo dicitur splēdidum tanq̄ cristallum. Tertio habuit testimonium in translatione per odorem mirabilē qui de eius

tumulo emanauit. Nõ em̃ ille odor erat naturalis: sz mirabilis quia fuit res ardua: res insolita ⁊ res insperata ⁊ res cõtra solitum nature effecta. Fuit em̃ res ardua: ⁊ hoc ratione virtutis. Tante em̃ virtutis fuit q̃ infirmos curabat. Eccles. xiiij. quasi myrra electa dedi suauitatem odoris. Sicut em̃ myrrha expellit serpẽtes sic odor ille fugat demones ⁊ oẽs infirmitates. Scdo fuit res insolita ⁊ hoc rõne qualitatis. Nulli enim odori materiali similis videbat. Quia nimirum celestis pigmẽtarius nõ de materia terrenorũ aromatũ: sed de plenitudine celestiũ charismatũ ipsum cõfecerat. Ecclesia. xxxviij. Unguentarius faciet vnguenta suauitatis ⁊c. Tertio fuit res inspirata. Et hoc ratione quantitatis vincebat em̃ oẽs alios odores. Cant. iiij. Odor vnguentorũ tuorum super omnia aromata. Quarto fuit res contra solitũ cursum nature effecta: ⁊ hoc ratione originis est nanq̃ contra cursum nature vt de ossib⁹ fetidis vnde consueuit emanare fetor: tãtus exeat odor. Ecclesi. xlix. Ossa ipsius visitata sunt a deo scz per tam miri odoris infusionẽ vnde sequit, ⁊ post mortez prophetauerunt non quidem verbis: sz miraculis: nõ lingua sed suauis odoris fragrantia nõ voce sed spiritu ⁊ virtute.

¶ Sermo. clvj. De translatione beati dominici. eiusdem. sermo. ij.

ritatem euangelicam. Matt. vltimo Ba-
ptizātes eos in nomine patris ⁊ filij ⁊ spi
ritussācti. Secūdo adiuuatur ipsa fides
nostra qua credimus deum esse trinum ⁊
vnum ex creaturarū vestigijs. Et istd̄ ve-
stigium inuenitur in creaturis superiori-
bus: sicut in sole: in quo scd̄m btm̄. Augu
stinum tria cōsiderantur scz qd̄ est qd̄ lu-
cet: ⁊ qd̄ calet. i. substātia solis radius et
calor. Radius de sole nascit̄: qr fili⁹ de pa
tre generat̄. Calor aūt ab vtroq̄ prouenit
quia spiritussanctus ab vtroq̄ procedit.
Substātia ꝟo solis a nulla creatura causa
tur pr̄ a nullo deriuat̄. In creaturis infe
rioribꝰ sicut patet in aqua vna est aqua
in fonte, in riuo, ⁊ stagno. Sz riu⁹ est a fō-
te: stagnū ab vtroq̄ fōs a nullo. In cratu
ris medijs sicut in hoīe in quo est vna aīa
in tribus potētijs. de q̄b⁹ dicit Aug. Nō
sufficit solus intellect⁹, nisi sit volūtas in
amore dei: nec duo sufficiunt nisi memo-
ria addat̄: qua semꝑ n aīa intelligēs ma
nea de⁹. Tertio adiuuat̄ oñsis miraculis
q̄ꝝ vnū ponit. Eusebi⁹: ꝙ circa natiuita-
tē christi tres soles in oriēte apparuerūt
q̄ paulatim in vnū solē redacti sunt. Aliud
ponit eutropius ꝙ dū quidā arrian⁹ quē
dā baptizaret. Et formā trinitatis ꝑuer-
teret mox aqua disparuit. Tertiū ponit

gibet⁹ q epi'co po nanſtrãſſi miſſam celebrãti tres gutte clariſſime ſup altare celit⁹ ſunt emiſſe q̃ ſibi appropinquãtes vnã gẽmã pulcherrimã effecerũt, quam cũ in quadã cruce vbi erant multe gẽme poſuiſſet: ille tãtã et⁹ excellentiã nõ ferẽtes de cruce ꝓtinus ceciderũt. Tertio dicit aplꝰ q ipſa btã trinitas ⁊ vnitas eſt a nobis glorificãda. cum ait. Ipſi gloria i ſecula ſeculoꝝ amẽ. Vebem⁹ ipſam glorificare propter debitũ: qz propter ipſaz homo eſt formatus. Eſa. xliij. Populum iſtum formaui mihi: ⁊ laudẽ meam narrabit. Propter meritum. j. Reg. ij. Quicũq honorificauerit me glorificabo eũ. Propter exemplum: qz ipſam glorificat creatura inſenſibilis. ꝓ. Celi enarrant gloriam dei. Irrationalis creatura. Eſa. xlij. Glorificabit me beſtia agri ⁊ draco nus. creatura intellectualis. Job. xxxviij. Ubi eras quando me glorificabãt aſtra matutina? Et ideo debet iſtam glorificare creatura rationalis vt verificetur illud quod dicit Auguſti. Non ceſſat nec tacet laudes tuas vniuerſa creatura tua.

¶ Sermo.clxvj. De feſta trinitate. ſer.ij.

BEnedicat nos deus deus noſter: benedicat nos deus ⁊c. Prophetа ſpiritu ſancto inſpiratus myſteriũ trinitatis nobis aperiens tria dicit. Primo quid de eo ſit credendũ. Secundo quid ad eo ſit petendum. Tertio qualiter ſit ei ſeruiendũ. De eo autem eſt credendũ q ſit trinus: quia ponitur ibi ter deus ⁊ qõ ſit vnus: ideo in ſingulari ponit benedicat. Et licz iſtud ſit ſupra nos tamen in creaturis aliqualiter elucelcit. Et primo in creaturis vniuerſalib⁹ in qb⁹ inuenim⁹ magnitudinẽ per quã intelligitur patris potentia: ſpeciem ⁊ pulchritudinem per quam intelligitur filij ſapiẽtia de his duobus dicitur. Sapien. xiij. A magnitudine enim ſpeciei ⁊ creature cognoſcibiliter poterit eoꝝ creator videri: vtilitatem per quã intelligitur ſpiritus ſancti bonitas ⁊ clementia. Gene. j. Vidit enim deꝰ cuncta que fecerat ⁊ erãt valde bona. Secundo elucelcit in creaturis in particulari ſicut in igne: i quo quidem eſt ſpecies ignis, ſplendor, ⁊ calor. Splẽdor ab igne naſcitur: calor ab igne ⁊ ſplendor generatur. Unde dicit Augu⁹ ſti. Splẽdor ignis eſt de igne: ⁊ ſi cocus ſunt. Da mihi cinẽm ignem ſine ſplendore: et credam patrem eſſe ſine filio. Secũdo in creatura ſpirituali ſicut in anima. vnde dicit Augu. de trinita. Mens amor et noticia eius tria quedam ſunt. Mens enim nouit ſe amat ſe ⁊ cognoſcit: noticiã ſuã gignit: ⁊ eſt parens ſue noticie: tertius eſt amor qui de ipſa ſcz mẽte ⁊ noticia procedit cũ mẽs ſe cognoſcẽs diligit ſe. Tertio in ſecularibus diſciplinis. Unde dicit Fauſtus in lib. de fide catho. Tres enim perſonas liberalia ſtudia ſenſerũt. Nunq̃ enim in arte grãmatica niſi prima ſecunda ⁊ tertia perſonam inuenim⁹. Etiam innouitur vna dictio que eſt vnica in voce, et triplex i ſignificatiõe: vt hec dictio amor que põt eſſe alicuius nomẽ proprium: et eſt nomen cõmune ⁊ verbum. Quarto in numeris. Unde dicit Philoſophus per hũc numerũ ſcz ternariũ ad hibuim⁹ noſ ipſos magnificare deum vnũ eminentem proprietatibus eoꝝ que ſunt creaturã. autem intelligẽdũ eſt q ipſi poſuerũt numerum ternarium in perſonis: qz hoc nõ cognouit. Sed vult dicere q antiqui vtebant numero ternario in ſacrificijs ⁊ oblationib⁹ ꝓpter quãdã numeri perfectionẽ. Scõo ꝓpheta ponit qd ſit ab eo petẽdũ, ſcz bñdictio cũ dicit. Benedicat nos deꝰ ⁊c. Innocatio nãq̃ trinitatis triplicẽ nobis benedictionẽ acquirit. Prima eſt in terrenorum deſpectione ⁊ celeſtiũ contẽplatiõe. Eſa. xl. Quis appendit tribus digitis molẽ terre? quaſi dicat nullus, niſi deus trin⁹ in ſua potentia, ſapiẽtia, ⁊ mia quaſi tribus digitis molẽ terre. i. ponderoſitatem corporis appẽdit ſurſum eleuando ad contẽnendũ terrena ⁊ ad contemplandũ celeſtia. Sic igitur appenſus ⁊ eleuat⁹ erat beatus Auguſtinus de quo dicitur q cum libros de trinitate ſcriberet ⁊ quedã vidua i tribulatione poſita ad eũ vadẽs ipſum ſalutaſſet ⁊ ipſe nihil illi mulieri rñderet ipſa triſtis abſceſſit. Sequẽti vero die cũ ei⁹ miſſam audiret fact'a eſt in extaſi mentis ⁊ rapta in celum: ib. dẽ vidit auguſtinũ facie in-

vox ad eā dicens. Cū ad augustinū iusti tunc de trinitatis gloria attētissime disputabat. Et iō q ibi fueris nō audiuit. scda cōsistit in tētationū: ꝛ oīm demonū effugatione. hoc signatū ē Exo. v. Deꝰ hebreorū vocauit nos vt eamꝰ viā triū dierū in solitudine, id est ꝑ fidē trinitatis ꝛ in hac vita in qua ꝑegrini sumꝰ seruiamꝰ ne forte accidat nobis pestis. i. tētatio que est a carne aut gladiꝰ qui est tētatio ab hoste. Istud etiā notat̄ in quodā fideli notario apud cōstātinopolim de quo legit̄ q cū magꝰ eū duxisset ad quēdā locū vbi ꝯgregata fuit multitudo demonū vnꝰ sedes in throno interrogauit. Si seruꝰ suꝰ erat. Et iste se signās dixit ego sum seruus sancte trinitatis. Et statim oēs disparuerūt. Tertio cōsistit in aduersitatū ꝓpulsiōe. Nam sicut refert Joānes damascenꝰ. Cū apud cōstātinopolim grauis pestis esset de medio ppl̄. q̄dā puer in celū raptus canticū sctē trinitatis, scz Sctē deꝰ sctē fortis sancte ꝛ misericors saluator miserere nobis ab āgelis ē edoctꝰ qd cū rediēs decātasset mox oīs turbatio cessauit. Tertio propheta ponit qualr sctē trinitati est seruiēdū: qr cū timore, cū dr. Et metuāt eū oēs fines terre. Circa qd sciēdū est q q̄dam sunt sub terra sicut demones ꝛ dānati in aq̄s penarū positi. Joā. xxvj. Ecce gigantes gemūt sub aquis. Isti sanctā trinitatē ꝛ si timore metuūt: tñ odiūt ꝛ blasphemāt ps. Superbia eoꝝ qui te oderūt, ascēdit semꝑ. Alij sunt suꝑ terrā sicut sunt angeli ꝛ beati. ps. Credo videre bona domini in terra viuentiū. Et isti sanctam trinitatem amore sancto metuūt ꝛ reuerētur ac laudant quotidie dicētes. Esa. vj. Sctūs sanctꝰ sanctꝰ dominꝰ deꝰ exercituū. Unde legit̄ q cum quidā vir sanctus cum alijs psallentibus esset in eccl̄ia: vidit beatam virginē illuc aduenientē, ꝛ ad Gloria pr̄i ꝓfunde inclinatē: q̄ cū eā de hoc interrogasset respōdit q quādocūq ille versiculus trinitatis ab ecclesia dicit̄: tota curia celestis sancte trinitati inclinat ꝛ ipsam reuerēt̄. Alij sunt in medio terre sicut auari ꝛ terrenorum cupiditatibꝰ dediti. Et isti non sunt digni gloriam sancte trinitatis narrare ne dicat̄ eis illud: peccatori aūt dixit deꝰ: q̄re tu enarras iustitias meas ꝛc. Unde sicut refert Bonifacius in libro suo quē scripsit ad comitissam Matildā. Cū quidā archiepꝰ simoniacus per testes cōuinci nō posset: preceptum est ei vt ꝟsum trinitatis diceret. Et cū ille sanctā trinitatē: ꝛ maxime spiritū sanctū nolare non posset, sic deprehēsus ꝛ cōfusus est. Alij sunt in finibus terre sicut viri ꝑfecti in quibus terrena sumunt̄. Et isti btāꝫ trinitatē metuūt timore filiali. Eccl̄i. j. Plenitudo sapiētie timor dñi: ꝛ isti semꝑ trinitatē debēt laudare ac dicere Gl̄ia patri ꝛ filio ꝛ spiritui sctō Istū em̄ versum sctē trinitatis Nicena synodꝰ edidit. Sed Hieronymus in fine psalmoꝝ dicendū ordinauit.

¶ Sermo. clxvij. Eodē dei. Sermo. iij.

Tres sunt q̄ testimoniū dāt i celo, scz pr̄ ꝟbū ꝛ spūssanctꝰ: ꝛ hi tres vnū sunt, pr me Jo. v. Sctūs Joānes euāgelista recūbēs supra pectꝰ dñi: ꝛ fluēta sapiētie ide hauriēs mysteriū sctē trinitatis nobis sub breuibꝰ ꝟbis tradidit dicēs. Tres sūt i q̄bꝰ ꝟbis tria ostendit. Primo q i diuinis est trinitas ꝑsonaꝝ ꝛ vnitas essentie. cū dr. Tres sūt q̄ testimoniū dāt i celis ꝛc. Istā aūt trinitatē ꝛ vnitatē ꝑsonaꝝ ostendit. Dionysiꝰ i libro de diuinis noībꝰ ꝑ quatuor exēpla ostēdēs q filiꝰ ꝛ spūssctūs ꝓcedūt a pr̄e sicut duo riui ab vno fonte, sicut due pullulatiōes ab vna radice, sicut duo radij ab vno sole. Aīt em̄ sic. Pr̄ est fontana deitas Filiꝰ aūt et spūssctūs riui deitatꝫ si ita opꝫ dicere pullulatiōes diuine nature ꝛ sicut flores ꝛ sa ꝑsubstātialia lumina. Quō aūt sint neq dicere neq cogitare est possibile. Procedūt igit̄ ꝑmo sicut duo riui ab vno fonte. Pr̄ em̄ est instar fontis, filius instar riui a fonte ꝓcedētis. Spūssctūs instar stagni a fonte ꝛ riuo ꝓcedētis ꝛ emanātis. Scdo ꝓcedūt sicut due pullulatiōes ab vna radice. A radice q̄dē ꝓcedit trūcus ꝛ a radice ꝛ trūco educit ramꝰ: Sic a pr̄e ꝓcedit filiꝰ: a pr̄e ꝛ filio procedit spūssanctꝰ. Tertio ꝓcedūt sicut duo flores ab vna arbore. De arbore q̄dē ꝓcedit flos: ꝛ ex arbore ꝛ flore nascit̄ fructꝰ. Sic a pr̄e procedit filiꝰ ꝛ ab vtroq pūssctūs. Quarto pro

cedūt sicut duo radij ab vno sole. A sole q̄dem pcedit splēdor. A sole et splēdore producit calor. Aug. Uidem⁹ solem per celū currentē, lucentē, ⁊ calentē. Ista igit tria considerant in sole scz cursus splendor, ⁊ calor. sic in deitate inuenimus patrem currentem idest potēter omnia operantē. Joā. v. Pater me⁹ vsq; modo operatur, filiū splendentem idest splendorē sue sapiētie effundentē. Joā. j. Erat lux vera ⁊c. Et spiritū sanctum calentē. i. corda inflammātē. Luce. xij. Ignē veni mittere in terra ⁊c. Secundo ostēdit. Joannes q̄ in diuinis sunt quedā appropriata cum dicit. qui testimonium dant in celo. Secundū autem glosam. Christus habuit triplex testimoniū q̄ fit celestis. Primū est a patre cū dixit. hic est fili⁹ meus dilect⁹. Secundū autem a seipso quādo fuit trāsfigurat⁹. Tertiū a spiritu sancto quādo in specie colūbe super eum apparuit. Et q̄uis iste operatiōes fuerunt cōmunes: tamē secundū beatū. Aug. illius vocis allatio attribuit patri, trāsfiguratio filio, ⁊ columbe formatio spiritui sancto. Ponunt autē scti ⁊ alia appropriata diuinis psonis quorū. Aug. in li. de trinitate tria ponit dicens. In patre vnitas in filio equalitas, in spiritu sancto vnitatis equalitatisq; cōnexio. In alio quoq; loco appropriat pri potentiā filio sapiētiam: et spiritui sancto bonitatē. Hilari⁹ vero in li. de trinitate alia tria pōit dicēs. Eternitas est in patre, species in imagine: vs⁹ in munere. Ex his ergo patet q̄ patri attribuitur potentia, vnitas et eternitas. Filio sapiētia: equalitas species siue pulchritudo. Spiritui sancto bōitas: nexus: ⁊ vsus: horū autem rationem breuiter videam⁹, pater nanq; est fontale principiū et ei attribuit potentia qui in se includit rationē principiū. Et etiam principiū nō est de principio: ideo sibi attribuit vnitas: q̄ sicut principium sine principio in numeris inuenit. Et etiam principiū omnis processionis. s. generationis ⁊ spirationis: ⁊ ideo sibi attribuit eternitas que est principiū omnis durationis scilz eui et temporis. Fili⁹ autem pcedit a patre per modum intellectus quo sapiētia perficitur: et ideo sibi attribuit sapientia. recipit etiam inq̄tū filius a patre genitus eandem naturā quam habet generās iō sibi attribuit equalitas. Et etiam verbū patris in quo tāq̄ in speculo oīa resplendent atq; relucent et ideo sibi attribuit species siue pulchritudo. Spiritussanct⁹ procedit a patre et filio, vt amor cui⁹ obiectum est bonū et ideo sibi attribuit bonitas. Et etiā amor: patris et filij q̄ vniūtur ⁊ est donū quod nos vnit: et ideo sibi attribuitur nex⁹. Pater in amore diuino fruitur seipso ⁊ diligit filiū amore fruitionis. ergo spūi sancto appropriat vsus vnde Beatus Aug. Usum exponit fruitionē. Tertio ponit quedā propria cū dicit. Pater, verbū, ⁊ spiritussanctus q̄uis em̄ per hoc ab inuicem distinguant: non tamen diuidunt. Sed sicut habent vnam essentiam ita habent vnā virtutē vnā voluntatē ⁊ vnā operationem quod enim q̄tum ad ista quatuor non diuidant. dicitur. Joā. v. Nō potest fili⁹ quicq̄ a se facere. Ecce quia habet eandē cum patre virtutem. Sicut enim fili⁹ nō est a seipso sed a patre, sic ⁊ seipso nō habet virtutē operandi sed a patre: habet etiā a patre eandem essentiā. Unde subdit. Nisi qd̄ viderit patrem facientē, q̄ a enim illa generatio qua fili⁹ a patre procedit: non est carnalis sed spiritualis: ⁊ sensus vis⁹ inter ceteros sensus est magis spiritualis ideo per sensū visus exprimitur. Uidere enim patrem faciētē nihil aliud est q̄ ab ipso accipere essentiā et operatiuam virtutem: habet etiam eandem operationē Unde subditur. Quecū q̄ em̄ pater fecerit habet etiam eandem cū patre volūtatem. ideo subditur. hoc ⁊ fili⁹ similiter faciet idest simili voluntate cum patre.

¶ Sermo. clxviij. De eodem die Sermo quartus.

Potestas dei ē: et tibi dñe misericordia, qr tu reddes vnicuiq; iuxta opera sua. psalm̄. Secundum sanctos doctores patri attribuitur potentia, filio sapientia, spiritui sancto bonitas, siue misericordia. Duo prima, scilicet potentia et misericordia patent in auctoritate premissa. Ter-

tium autē scilicet sapiētia notatur: cum dicitur quia tu reddes vnicuiq; secūduz opera sua Omne em̄ iudiciuz datum est filio sicut dicit. Joh. v. Judex autē indiget sapiētia ad examinādum ⁊ diffiniendum. Et iō in hoc qd̄ d̄r Quia tu reddes vnicuiq; secundū opera sua: filij sapientia intelligitur. Primo igit̄ potētia attribuitur patri q̄uis enim filius ⁊ spūssanctus omnipotētes patri tn̄ omnipotētia attribuitur ne in cordib⁹ simpliciū ex eo q̄ pater dicit̄ impotens reputet̄. Quamuis autē deus sit omnipotēs sunt tamen sex que ipsum superant ⁊ vincūt. Primū est sua pietas viscerosa. Hie. xxxj. Si filiꝰ honorabilis mihi effraim si puer delicatꝰ: qr ex quo locutꝰ sum de eo adhuc ego recordabor eius. Idcirco ꝯturbata sunt viscera mea super eū miserēs miserebor eiꝰ. Osee. xj. Cōuersuz est cor meū in me pariter ꝯturbata ē plenitudo mea non faciam furorē meū. Scd̄m est oratio nostra lachrymosa. Gene. xxxij. Si contra deū fortis fuisti q̄to magis cōtra homines preualebis? Fuit autē cōtra deuz fortis ꝑ lachrymas quas effudit sicut dicitur. Ozee. xij. Inualuit ad angelū ⁊ cōfortatꝰ est, fleuit, et rogauit eū: hoc etiā notat̄. iiij. Regū. xx. de ezechia rege cuiꝰ lachryme deū vicerūt. Tertiū est charitas affectuosa. Ipsa em̄ deuz de celo ad terram traxit. Augu. O charitas q̄tas ⁊ q̄ magnas vires habes deū de celo ad terrā deposuisti. Ipsa enim eum in patibulo ascēdere fecit ⁊ coegit. Luc. xij. Baptisma habeo, baptizari: ⁊ quō coactor donec ꝑficiat̄ Quartum est cōstātia virtuosa. Qui em̄ sibi ⁊ voluntati sue vim faciunt deū vincūt. Mat. xj. Regnū celorū vim patit̄ ⁊ violenti rapiūt illud. Quintum est humilitas gratiosa: quod signatum est. iij. Regū. xxj. Ubi scz dn̄s dixit helie. Nonne vides achab humiliatū coram me: qr igitur humiliatꝰ est mei causa nō inducā malum in diebus eius hoc etiam manifeste patet in niniuitis. Sextū est veritas ꝟtuosa. ij. Timoth. ij. Negare seipsum nō pōt. Glo. qd̄ faceret: si dcā sua nō impleret. Ex hoc em̄ verbo īprōperabat helimus magus paulo quēadmodū refert ipe Dyonisius i libro de diuinis nominib⁹. Dicebat em̄ si omnipotens est quomodo d̄r aliquid nō a nostro theologo. Et rn̄det ipse dionysius. Et enim sui ipsius negocio casus est a veritate: veritas aūt est existēs a veritate aut casus ab existēte aūt cadere nō pōt deꝰ. Secūdo sapientia attribuit̄ filio: ⁊ quāuis pater ⁊ etiā spiritussanctꝰ eandē habeant sapientiā: tn̄ ne ex eo q̄ dicit̄ filius ab imperitis minꝰ sapiēs crederetur iō sibi attribuitur sapiētia, q̄uis autem sit lumine sapiens, tn̄ scienter se a nobis decipere ꝑmittit. Et hoc in venditione emptione, cōmutatione ⁊ diuisione. In vēditione em̄: quia vendendo nobis regnum celorū dimittit se decipi infra dimidium iusti precij: vēdidit em̄ ipsum apl̄is pro rhetibus ⁊ parua nauicula. Mat. iiij. zacheo ꝑ dimidia rerū suaꝝ substātia Lu. xix. Uidue ꝑ duobꝰ minutis. Et q̄busdā pro calice aq̄ frigide: vt habet̄. Math. x. Quibusdā etiā ꝑ sola bōa volūtate hiero. Que offerunt̄ nō sui pōdere: sz offerētiū volūtate pensant̄. Aug. Regnū celorū tm̄ valet q̄tū habes: nihil viliꝰ cū emitur: nihil charius cum possidet̄. Secūdo dimittit se decipi in emptione: qr vilia nr̄a charo precio emit. Nā corpus nr̄m emit precio sui sanguinis. j. Cor. vj. Empti estis p̄cio magno. Animā nr̄am emit positione aīe sue. j. Johā. iij. Ille pro nobis animā suā posuit ⁊c. Res emit ad cētuplum: vt habet̄. Mat. xix. Penitentiam suam emit pro regno celorū. Matth. iiij. Penitentiā agite appropinquabit enim regnum celorū. Tertio permittit se decipi in cōmutatione quia auruz sue gratie commutat in lutū nostre culpe. Quarto ꝑmittit se decipi in diuisione: homo enīz quandoq; corpus suū cum deo ⁊ diabolo diuidit: ⁊ dat diabolo iuuētutē: ⁊ dat deo senectutez. Et tn̄ deus accipit ab homine quicquid habere: potest. Gene. iiij. Nonne si recte offeras: ⁊ non recte diuidas, peccasti. Tales ei recte offerūt: qn̄ deo senectutem suam tribuūt. Sed nō recte diuidunt: qr deo dant etatem viliorē et dāt diabolo meliorē. Tertio bonitas ⁊ mīa attribuit̄ spiritui sancto. Et q̄uis pater ⁊ filiꝰ habeant eandem misericordiā tn̄ qr spūs dicit quādā impetuosita

tem, ne hoc de spiritusancto ab iperitis crederetur ei bonitas ⁊ mia attribuit: ⁊ ipsa eius mia est tāta ꝙ vbiq; inuenitur. Nā in celo est mia saluans. ps. Domine in celo mia tua. In mūdo mia lōganimiter expectās. Esa.xxx. Expectat vos dn̄s vt misereat vestri. In purgatorio est misericordia liberalis. Eccl.lj. Liberasti me a pressura flāme que circūdedit me. Et ibidem. Liberasti me secundū multitudinez misericordie nominis tui. In inferno est misericordia mitigans: quia ibi peccatores puniunt citra cōdignū. ps. Nūqd in eternum obliuiscitur misereri deꝰ: aut cōtinebit in ira sua mias suas? Tāta autem est eius mia ⁊ bonitas ꝙ nō videtur posse ea que repugnāt sue bonitati vt saluandum damnare. Un̄ dixit angelꝰ qui ꝑsonā dei gerebat loth viro iusto vt habetur Gene.xix. Nō potero facere q̄dq̄ donec egrediaris illuc. Non videt posse ea q̄ repugnāt sue misericordie sicut peccatorem penitētē ad misericordiaz non reuocare seu recipere. Unde dicit. Augu. Tardius si quidē videtur deo peccatori veniā tradere q̄ ipsi peccatori. Sic eniz festinat absoluere reū a reatu conscientie sue quasi plus ipsum cruciet compassio miseri: q̄ ipsum miserum compassio sui. Non etiā videtur ea posse que repugnant sue gratie: sicut gratiā ab inuito auferre. Unde dicit Anselmus. Cū deus velit ꝙ anima habeat rectitudinē voluntatis: si ab ipsa inuita eā aufert: iam vellet eam nolle quod vult eam velle.

¶ Sermo.clxix. De sancto. Barnaba. Sermo primus.

Oseph qui cognominatꝰ est Barnabas ab apostolis, qd̄ interp̄tatū est filiꝰ cōsolatiōis leuites cyprius genere cū haberet agrū vendidit illū: ⁊ attulit preciū ⁊ posuit ante pedes apostolorum. Act. iiij. Quilibet vere penitens ⁊ conuersus quinq; debet habere. Debet nanq; proficere in gratiā sperare de venia: satisfacere de offensa: dolere de culpa: ⁊ despicere terrena. Ista beatꝰ barnabas a christo conuersus perfecte habuit q̄ in ꝟbis premissis notantur. Primo nanq; profecit in gratia quod notatur cum dicitur. Joseph, quod interpretatur augmētū. Ipse enim augmētum faciebat: quia de virtute in virtutem semꝑ ibat. ps. Ibunt de virtute in virtutem. j. Petri.iij. Crescite in gratia ⁊ cognitione domini nostri iesu christi ⁊ saluatoris Debet autē q̄libet iustus proficere quantū ad augmēta virtutum ⁊ extirpationē vitiorū. Unde dicit Gene.j. Crescite id est de virtute in virtutem proficite: ⁊ multiplicamini id est virtutes multas acquirite: ⁊ replete terram id est ꝑ bona opera fructificate ⁊ subijcite eam id est sensualitatē rationi supponite: ⁊ dominamini piscibꝰ maris. i. motibꝰ luxurie. De qua dicitur. Prouer.v. Fauus distillās labia meretricis: nouissima autē illius amara quasi absinthium. Et volatilibus celi. i. motibus superbie: ⁊ vniuersis animantibꝰ que mouent sup terrā. i. motibus auaritie. Scdo sperauit de venia quod notatur cū dr̄ Barnabas. i. filius consolationis. Magna em̄ est cōsolatio peccatori quādo de venia saluatoris. ps. Memor esto ꝟbi tui seruo tuo: in quo mihi spē dedisti: ex tali enim spe anima cōsolatur. Unde dicit. Hec me cōsolata est i humilitate mea. A morte culpe viuificat homo iō dicit. Eloquiū tuuz viuificauit me superbi aūt ⁊ obstinati peiores efficiunt: ideo dicit. Superbi iniq; agebant vsq; quaq;. Nam q̄to deū misericordiorē sentiunt tanto securius in peccatis consistunt. Tertio satisfecit de offēsa: quod notatur cū dicitur: leuites. Nā si aliquando mancipauit se mūdo. postea tamen totaliter dedicauit se deo. Dicit aūt d leuitis. Deut. penul. Ponēt thimiama in feruore tuo ⁊ holocausta sup altare tuū. Bn̄dic dn̄e fortitudini eiꝰ: ⁊ opa manuū eius suscipe. Per q̄ dat intelligi ꝙ sctūs Barnabas inq̄tū fuit leuites satisfecit deo ꝑ deuotam ⁊ odoriferam orationem. Ideo dr̄ ponent thymiama. Per carnis mortificationē: ideo dr̄. Holocaustū sup altare tuū. Per fortē aduersoruz ꝑpessionē iō dr̄. Benedic dn̄e fortitudini eius. Per largaz eleemosynarū largitionē: ideo dr̄. Et opera manuum eius suscipi. Ipse em̄ agrū vēdidit, ⁊ p̄ciū ad pe-

des apostolorum posuit. Quarto voluit de culpa quod notat cum dicit Cypri⁹ quod interpretatur merens Job.xxx. Merens incedebam: sine furore consurgens in turba clamabam. Uerus enim penitens debet habere dolorem magnum: ideo dicit. Merens Dolorem continuum. ideo dicit incedebam. Nunquam enim iste dolor debet finiri: sed semper augeri. Dolorem spontaneum: ideo dicit: sum furore consurgens. Aug. hic semper dolebat: et de dolore gaudebat. Dolorem vniuersalem: ideo dicit. In tur[illegible] clamabam. Et talis dolor debet esse perf[illegible] debet namque clamare isto dolore cor[illegible] non contra vnum peccatum sed contra turbam omnium peccatorum. Quinto terrena contempsit: quod notat cum dicitur. Cum haberet agrum etc. Istum contemptum et nos habere debemus. Gen.x. Egredere de terra tua et de cognatione etc. Debent namque religiosi habere et preponere contemptum terrene substantie. Et ideo dicit. Egredere de terra tua. Debent habere contemptum cognationis et patrie: ideo dicitur: et de cognatione tua. Et debent habere religiosi contemptum domus paterne et ideo subdit: et de domo patris tui. Et debent habere contemptum dilectionis proprie: ideo subditur. Et faciam te crescere in gentem magnam. Priuatus namque amor non extendit ad alios: sed clauditur intra seipsum. Debet autem habere amorem spiritualem et diuinum: ideo subditur: et veni. s. passibus amoris in terram: scilicet viuentium quam monstrauero tibi hic: scilicet per contemplationem: sed tandem tibi dabo eam per veram possessionem.

¶ Sermo.clxx. Geruasij et Protha.martyr. Sermo.j.

Preciosa in conspectu domini mors sanctorum eius: sicut dicit beatus Augu. Status hominis tripliciter consideratur scilicet in vita in morte et post mortem. Isti autem sancti habuerunt vitam sanctam mortem preciosam: et post mortem translationem gloriosam. Eorum autem sanctitas notatur: cum dicit. Sanctorum. Sancte namque ipsi vixerunt quo ad deum per deuotam orationem: vnde dixit paulus de eis quod nihil terrenum desiderabant. Sancte enim vixerunt quo ad proximos et quo ad superiores: vnde dixit Paulus monita mea secuti sunt. Quo ad equales. s. nazarium et celsum: cum quibus vnanimiter habitauerunt. Quo ad inferiores quia pauperes sustentauerunt. Quo ad persecutores quia eorum suplicia non timuerunt: quo ad seipsos quia carnem suam per decem annos mortificauerunt et sensus suos ab exterioribus habuerunt: ideo et se recluserunt seruantes illud prophete. Si mei scilicet sensus non fuerint dominati, ex hoc enim animus preseruatur a maculis futuris, ideo dicit. Tunc immaculatus ero. A preteritis. Ideo subdit. Et emundabor a delicto maximo. Orationes namque sunt deo placite et meditationes sunt deo grate: ideo subdit. Et erunt vt complaceant eloquia oris mei et meditatio cordis mei in conspectu tuo semper. Secundo habuerunt mortem preciosam: quod patet quia eorum mors passioni xpi multum similis fuisse vt. Passio christi namque fuit longa et diuturna: fuit multiplex et diuersa: fuit vilis et ignominiosa: fuit constans et firma. Sic et isti sancti habuerunt in sua passione dolorem acerbitatem. Unde dicit de Geruasio quod plumbatis cesus fuit quod erat genus supplicum valde dolorosum: habuerunt pene diuturnitatem. Unde dicit de eodem: quod tandiu plumbatis cesus fuit quoadusque spiritum exalauit. Habuerunt penarum diuersitatem. Unde dicit de prothasio quod primo fuit in eculeo suspensus. Et postmodum capite truncatus. Habuerunt in sua passione ignominiam et vilitatem: quia Geruasius ad instar malefactorum fuit verberatus. Prothasius vero ad instar latronum in patibulo suspensus. Habuerunt constantiam et firmitatem. Unde cum tyrannus Prothasium miserum vocaret: respondit. Quis est miser ego qui te non timeo aut tu qui me timere probaris? Tertio habuerunt translationem gloriosam vnde postquam dixit. Preciosa in conspectu domini etc. Subiungit. O domine quia ego seruus tuus sum. etc. Acsi dicant. O domine nos sumus serui tui et filij vitalis martyris tui et valerie ancille tue: non patiaris corpora nostra tam viliter lub terra iacere. Eorum ergo translatio fuit gloriosa quia eorum corpora fuerunt miraculose reuelata: quia ipsi duo bis et tertio cum Paulo sancto Ambrosio apparuerunt sua corpora reuelantes. Fuerunt integra et incorrupta: quia licet per trecentos annos in terra iacuissent integra

et recētia fūt repta: acsi illa die fuisset renulata. Fuerūt odore mirabili circūfulta: qz man⁹ide odor olb⁹emanauit. Fuerūt miraculorū gr̄a illustrata: qz ibi de⁹ ad eorū honorē m racula multa ostēdit.

¶ Sermo. clxxj. De sancto Johanne baptista. sermo. j.



Vit hō missus a deo cui nomē erat Johānes. Hic venit in testimoniū vt testimoniū p hiberet de lumine. Joh. j. Magnū est eē nūciū est dei: sed mai⁹ est habere gratiā dei z maximū est esse testē dei. Jstud tripliciter primi legiū beat⁹ Johānes habuit: vt ex promissis verbis apparet. Primo nanqz fuit nunci⁹ dei. cū dicitur: fuit homo missus a deo Circa qō notādū q fuit missus quo ad eor modū. Primo nō fuit missus sicut mittitur radius a sole. Sol em est ipse xp̄s. Malach. iiij. Vobis timētib⁹ nomē meū orietur iustitie. Et ille sol hz tot radios quot hz sanctos. Eccliā. xlvij. tripliciter sol exurens montes radios ignēos exufflans. Mōtes nāqz sunt angeli quos ille sol tripliciter exurit: qz virtutē purgatiuā illuminatiuam: z perfectiuam eis dedit. Exufflat radios ignēos fulgidos id est sanctos ignitos charitate: z fulgidos veritate. Unde vnus etiā de maioribus radiis hui⁹ solis fuit ipse Johannes baptista, z ideo lucifero comparatur. Job. xxxviij. Nūquid pduces lucifer̄ in tempore suo? Hic prophete fuerūt stelle nūciātes xp̄i aduentū: sed hi de longinquo Jste fuit lucifer nūcians xp̄i aduentū de propinquo. Scōs fuit missus a deo sicut scintilla ab igne ignis em est deus. Hebre. xij. Deus nr̄ ignis cōsumēs est: q tot scintillas habuit quot: sctōs emisit: de q bus dicitur Ezec. j. Scintille quasi aspectus eris candentis: huius autē eris ma xima scintilla fuit Johannes baptista: q totus igne celi z charitatis ardebat. Jō assimilat gladio acuto. Esaye. xlix. posuit os meū vt̄s quasi gladiū acutum. Gladius acut⁹ z secat inūtum gladius. et penetrat inquantū acutus z vulnerat inūtū vtrūqz. Sic sermo Johānis z secabat vitia cū diceb at. Luc. iij. Neminē cōcutiatis z c. Et penetrabat intima: cū dicebat ibidē genimina viperarū q̄s ostendet vob⁹ fugere a vētura ira? et vulnerabat corda cū diceb at ibidem: iam enim securis ad radicē arbor⁹ posita est. Tertio fuit missus a deo sicut odor a flore. Flos em est xp̄s. Cāt. ij. Ego flos cāpi q tantos odores emisit quot sctōs p duxit z hui⁹ floris maxim⁹ odor fuit Johānes q toto odore fragrauit vt xp̄s de eo dicere posset illud quod legit Gen. xxvij. Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni cui benedixit dn̄s: eius em odor nō fuit hoc ti sed agri: qz non fuit clausus sed apertus qz oēs vicini cognatiet qui in mōtanis habitabāt isto odore sunt refecti hodie etiā nō solū xp̄iani, sz etiam sarracheni et⁹ odore reficiunt. Et fuit odor agri pleni, qz in ipso fuit illiū virginee puritatis: z viola celestis contemplationis z rosa rubētis passiōis. Et dicit q fuit a deo benedictus. Jlle ager est benedict⁹ qui multū fructū affert: iuxta illud Ysay. vj. Terra em̄ sepe sup se venientē bibēs imbrē z c. Accipit benedictionem a domino Sic beatus Johānes fructū centesimuz protulit: qz ego predicator z etiam martyr fuit. Quarto fuit missus a deo sicut legatus a principe. Princeps em est Christus q tot hz legatos quot sctōs. Et huius siquidē principis legat⁹ magn⁹ fuit Johānes qui fuit legat⁹ a latere: qz non fuit missus a deo immediate. Felix nanqz legatus quē nō misit cupiditas: sed charitas: qz nō fuit missus a deo q charitas est. Quem deus non misit p sua: sed pro aliorū vtilitate: qz venit testimoniū perhibere de lumine per quem p curata est homini pax atqz tranquillitas: qz venit vt omnes crederent p illum qui non predicabat seipsum sed deū: quia non venit vt lux sed vt testimoniū perhiberet de lumine. Secundo beatus Johānes habuit gratiā dei: quod notatur cum dicit. Cui nomē erat Johānes: quod interpretat, in quo est gratia. Tria em̄ vasa de⁹ creauit, q̄ mox gr̄a sua implenit scz: xp̄m ac Mariā z Johānē. Y s est sol: Maria luna: z Johānes est lucifer. Post solē nāqz luna z clariorq; post xp̄m ipsa p̄go n:a

ria est glorioſior. Et poſt ſolē & lunā lucifer eſt lucidior qz poſt xp̄m & mariā ioānes eſt dignior. Tertio ioānes fuit teſtis dei qđ notat cū ōt. Hic venit vt teſtimonium phiberet de lumine. Sicut em̄ ōt Iſido. Teſtis tripl̄r q̄ſideratſcz natura vt ſit vir: cōd. tiōe vt ſit liber. Vita ſcz vt ſit iuſt⁹. Sic nāq; beat⁹ ioannes fuit vir, id eſt virilis & fortis: qz nō fuit arūdo vt hȳ Matt. x. Fuit liber qz nō fuit mollib⁹ ve ſtit⁹ & indut⁹ ſicut ſunt illi q̄ ſtāt & ſeruiūt in curīs regū qz regē libere arguebat. Fuit iuſt⁹ & ſctūs: qz nō tm̄ fuit ꝓpheta: ſz pluſq; ꝓpheta. Ite ait ꝓpheta teſtimoniū phibuit de xp̄o ſcz ch̄tū ad viſum de ei⁹ maieſtate. Jo. j. Et ego vidi & teſtimoniū phibui: qz hic eſt filī⁹ dei ch̄tū vero ad auditū de ei⁹ cū p̄e equalitate: q̄ſi audiuit: hic eſt filī⁹ me⁹ dilect⁹ ꝛc. ch̄tū vero ad tactū de eius humilitate q̄ ipſuz: baptizauit. ch̄tū ad olfactū de eius odoris ſuauitate q̄ in carcere exiſtēs odorem virtutū ei⁹ pſenſit ch̄tuz ad guſtū de eius infinita dulcedine. Eſca em̄ ei⁹ erat mel ſilueſtre chriſt⁹ nāq; fuit mel inquātū de⁹: & ſilueſtre inquātū in deſertum humanū mundi venit. Myſticeigitur premiſſa intelligendo & exponendo: Beatus ioānes mel ſilueſtre comedebat qz chriſti in carnati dulcedinem degustabat.

¶ Sermo. clxxij. De eodē. Sermo ij.

Erit enim magnus coꝝ dño ouinū & ſiceram nō bibet ꝛc. J. ſc. j. Angelus gabriel natiuitatē p̄curſoris annūciās q̄nq; p̄conia de ipſo dixit. Primo nāq; ch̄tū ad ipm deuz fuit valde gr̄atioſus cū ōt. erit em̄ magnus coꝝ dño. Noluit em̄ eſſe magn⁹ coram ſeipſo: ſz & ſe valde hūiliauit q̄ vocē ſe eſſe ōt: nec voluit eſſe magn⁹ coꝝ ipſo mūdo q̄ olia terrena ꝓtēpſit: nec voluit eē magn⁹ coꝝ hoīe aliq̄. qz tu deus ipſe p xp̄m ſuſcipere volēt⁹: ſeipſum nō eſſe aſſeruit. Fuit aūt magnus coꝝ dño ch̄tū ad quadruplicē dimenſionē. Fuit enim alt⁹ per celeſtiū contēplationē. vnde celos apertos vidit & vocē patris audiuit ſpiritū ſanctum in forma ꝯlūbe ꝓſperit. Fuit profundus p humilitatē ex qua ch̄tum baptizare refugiebat ſanctū & ineffabilē dei virtutē tangere nō audebat et totus ireb.ebat. Fuit longus ad patientiam & longanimitatē: qz ſe non ingeſſit ſed longo tēpore in deſerto ſuam diſpoſitionē expectauit. Fuit laꝛ⁹ per charitatem per quā extēdebat ſe ad dexteram quo ad amicos: ſcz diſcipulos q̄s inſtruebat: & ad ſiniſtrā. i. ad inimicos: ſicut ad herodem quem arguebat. Scō ch̄tū ad corpus ſuū fuit valde auſter⁹. Attendit nanq; ei⁹ auſteritas ch̄tū ad cibū et potū: qz locuſtas & mel ſilue ſue cōedebat & vinum & ſiceꝝ non bibebat. Quātū vero ad indumentum. qz de pilis camelorum erat indutus ac veſtitus ſcōm antez Chryſoſt. Veſtes quatuor de cauſis p̄t deferri. Aut ꝓpter oſtētationē & turpis curioſitas eſt. aut ꝓpter molliciem & delectationē & ſic carnalis voluptas eſt aut ꝓpter tegumentuz carnis & fugationē frigoris & humana neceſſitas eſt. aut ꝓpter mortificationē carnis & virtuoſum & meritoriū eſt. Sed reuera beatus ioānes nō deferebat veſtes ꝓpter oſtētationē cū in deſerto maneret: qz ꝑz Greg. Nemo p̄ciosas veſtes querit vbi a nemine videre ſe credit. Nec etiā veſtes ferebat ꝓpter carnis molliciē. Unde ait dño de eo Mat. xj. Qui exiſtis i deſertū videre hominem mollib⁹ veſtitū: ecce q̄ mollib⁹ veſtimentis i domib⁹ regū ſunt. Nec ſim pliciter ꝓ tegumētū: qz tales veſtes nec dñ corpus tegebāt nec etiā beneficiſus arcebāt: ſed ferebat huiuſmodi veſtes ꝓpter carnis mortificationē. Habebat etiā miſerū & deſertū habitaculū: qz nō morabat in palatio: ſed in deſerto & in loco ſolitario. Et hoc qtuor de cauſis: ſicut ōt Theph. ſ. vt ſanctā educationē haberet vt pctōres liberē⁹ argueret: hō em̄ non ita libere arguit illos cū qb⁹ comedit: cōuerſat & vi uit vt malitias horū euitaret: qz ex cohabitatione malox interdū ꝓtrahit macula pctōx. Et vt de xp̄o teſtimoniū fidelē⁹ pferet. Si em̄ cū xp̄o morat⁹ fuiſſet: tunc diceret q̄ amicitia teſtimoniū phiberet Tertio quātū ad animē fuit valde ꝓtuo ſuo: cū dicit. Et ſpū ſancto replebitur ꝛc. Spūſctūs nāq; habet quoſdā effect⁹ generales. ſ. culpā remittere, gratificare, & ipſam

ipsam virtutib⁹ exornare. Et istos hūit in Joāne: qr culpā originalē in Joanne penit⁹ purgauit: qñ scz in vtero sanctificauit. Ūñ de vulua sanctificauit te. i. a peccato mū dauit te. Et ipsum glorificauit & dei amicū fecit: vt de eo legit Jo. iij. Amicus aūt spōsi &c. Jp̄m etiā virtutib⁹ exornauit. vñ dixit Maxim⁹. Joānes virtutū schola & vite magisteriū sanctitatis forma norma iustitie &c. Aliū vero sunt effectus speciales spiritussancti. Et illos effectus nō dat oib⁹ hominib⁹. sz solū aliq̄bus specialib⁹ sicut ipse apostolis: vt pote diuinas reuelatiōes imittere in plenitudine se diffundere, & in gra stabilire. Istos etiā effect⁹ habuit beat⁹ Joānes. Habuit em̄ diuinas reuelationes: qr pater se sibi reuelauit per vocem, & fili⁹ dei per assumptā carnē, spūssanctus per coūbe speciem. Spiritū sanctū in plenitudine accepit. Luc. j. Spiritu sancto replebit &c. Fuit etiā beat⁹ Joānes in gra habilit⁹: amic⁹ aūt sponsi fuit. Aliū nāq̄ effect⁹ q̄s hz spūssanct⁹: sunt effect⁹ singulares q̄ etiā similiter in beato Joanne fuerūt quos in vtero accepit: scz sanctificatio gaudiosa: xp̄i saluatio, & spūs p̄phetie repletio. Quarto quantū ad p̄mū suū fuit valde fructuosus, q̄s notat cū dicit: & multos filios israel quertet &c. Cōuertit aūt eos clamādo & p̄dicando. Matt. iij. Ego vox clamātis in deserto &c. Dixit aūt Chrisost. & Remig⁹ q̄ tribus de causis clamam⁹: aut quando loq̄mur longe positis: aut surdis: aut quando loquimur irati. Joānes autem clamabat p̄cōrib⁹: qui sunt a deo elōgati p̄s. Longe a p̄cōrib⁹ sal⁹ q̄ ad dei mādata dicēda & faciēda sunt surdi. Esaie. xlviij. Educ antez foris surdū, & aures ei sunt. Et quia erat iratus: ira scz per zelū. p̄s. Zelauit super iniquos &c. Quinto quantū ad christi aduentum fuit valde deuot⁹, quod notat cum dicitur. Jpse precedet ante illum in spiritu & virtute helie: imo & in maiori spiritu q̄s helias. Jn helia q̄dem fuit spiritus⁹ simplex: in heliseo duplex: in Joāne triplex. Helias quidē fuit plen⁹ p̄phetia in vita: heliseus in vita & in morte: qr mortuus⁹ mortuū suscitauit. vnde eo. Eccli. xlviij. Mortuū p̄phetauit

¶ Sermo. de sctis.

corp⁹ ei⁹. Joānes aūt̄ fuit plen⁹ spiritu sancto, & spiritu p̄phetie, & ante vitam hominib⁹ cognitam: qr xp̄m in vtero cognouit & in vita: qr hominib⁹ digito, demonstrauit. Et post vita: quia ipsum filium beo existentibus nunciauit.

¶ Sermo. clxxiij. De eodē die ser. ij.

EXitenim magnus coram dño. Luc. j. Magnitudo beati Joānis quātum ad se cōsiderat. Fuit enim magn⁹ & vtero: egressus ex vtero exitiēs in mūdo: egressus de mundo exitiēs in limbo: regnās in celo. Primo beat⁹ Joānes fuit magnus in sue matris vtero: qr fuit miraculose concept⁹: qr a tota trinitate ei⁹ cōceptio fuit causata. Nā pater dedit nouā potentiā generādi: nā cū parentes eius essent impotētes ad gerādū, plem oportuit q̄ nouā generādi & cōcipiendi potētia prueheret. Chrys. super illud, Luce. j. Sic fecit mihi dñs &c. vtpoteī sterilitatē soluit, et domū super naturā p̄cessit, ex petra infrugifera spicas maturas p̄duxit: dedec⁹ abstulit dū gen. tricē me feci. Fili⁹ dedit nouā sapiā cognoscēdi: qr puer exitiēs in vtero ipsum cognouit. Ambro. Uocē pri⁹ elizabeth audiuit: sed Joānes prior gratiā sensit: illa nature ordine audiuit iste exultatione mysteriū: illa marie iste dñi sensit aduētū. Spūssctūs dedit nouā gr̄am sanctificādi: qr in vtero fuit sanctificat⁹ & spūssctō repleti⁹. Ambr. sup illud Spū sctō replebit ad huc & vtero sue matris. Bli⁹ est spūs ei⁹ vite: alī⁹ gre. Jlle nascēdo sumit exordiū: moriēdo defectū: iste nō et atib⁹ coercet nō obitu extinguit nō aluo mūsex cludit. Scdo fuit magnus egressu⁹ de vtero: qr gaudio sen⁹ tus, nā gaudiuo est puer cū ol. Exultauit i gaudio ifans i vtero meo: gauisi sunt parētes. vñ ol. Et tibi gaudiū erit & exultatio: gauisi sunt & vicini & cognati vnde dicit. Et audierūt vicini & cognati ei⁹ &c. gauisi sunt omnes vnde dixit angel⁹. Et in natiuitate eius multi gaudebunt. Magnum nāq̄ dicitur gaudium quatuor modis, aliquando intensiue: & hoc modo gauisi sunt parentes, aliquando ostendo. Jac. de Uorag.

sine, & hoc modo puer gaudsus est ꝙ motu corporis gaudiū suum manifestauit, aliquādo cōmunicatiue: & hoc modo gaudsi sunt vicini: qz parētes beati Ioannis tātū gaudiū nō ferētes vicinis & cognatis illud cōmunicauerūt, aliquādo exte sinc: & hoc modo gaudsi sunt omnes: qz ad oēs illud gaudiū extendebat. vñ dicit, & fuit omnia mōtana diuulgabant hoīa super ba hec. Tertio fuit magn⁹ exitus i mūdo: qz fuit oīb⁹ virtutib⁹ exornat⁹. Si q̄dem cōtēplatiōis sublimitas ipsum ornauit a superiori: qz celos aptos vidit: voce patris audiuit: spīm sanctū in specie colūbe aspexit: filiū i humana carne cognouit: & sic tota trinitas se sibi reuelauit. Humilitas ipsum ornauit ab inferiori p quā fenō esse dignū soluere corrigiā calciamēti christi asseruit puritas ipsuz ornauit ab interiori, p quā angel⁹ meruit appellari: qz ꝟ̄ Mich. In carne nō ꝟ̄ caro nē viuere nō est humanū sed potiꝰ angelicū. Sanctitas ipsum ornauit ab exteriori: qz de pilis camelorū circūdatus erat. Et inel siluestre & locustas cōedebat. Et hominū p̄sortiū fugiebat: patiētia ipsum ornauit a similitudine: qz ipsum persequebatur: & herodes ipsum incarcerādo: & herodias sibi insidiādo: & puella caput eius petēdo & ministri herodis ipsuz decollādo, & tñ ipse beat⁹ Joānes baptista sol bus patiētiā p̄seruauit. Tēperātia ipm ornauit a dextris: qz in domo summi sacerdotis vnic⁹ nat⁹ ab oīb⁹ p̄speritatibus mūdi abstinuit: a iudeis xp̄s extimatus p̄cursoꝛē suū se esse aperuit. Quarto fuit magn⁹ egressus de mūdo: qz p veritate passus fuit: scz p vitate, doctrine, iustitie, & vite. Pro veritate q̄dē doctrine: qz sicut ōt Josephꝰ ad eius predicationē multitudo ppli cōueniebat pp qō herodes timēs dispēdiū ppli ipm carcerimā cipauit, passus est etiā p veritate iustitie quā defendebat. Arguebat nāq; herodē eo q̄ vroꝛē fratris sui acceperat qō erat cōtra legis p̄ceptū. vt fratre viuēte vroꝛ traduceretur, & sic dū defendit iustitiā p̄didit vitā. Est em passus p veritate vite quā tenebat. Mos em malignātiuꝝ est sanctorum hominū peruertere vitaz. beatus autem Joānes baptista non comedebat panē: nec etiā bibebat vinū. & p̄terea ipsi dicebāt eū habere demoniū. & sic scandalum accipiebāt: vñ edificationem habere debuerant. Sicut em nox etna fugit lucem & serpens vince florētis odorem: sic mali bonoꝝ hoīm deiectantur sanctitatē. Quinto fuit magn⁹ exiens in limbo: qz illic preciosus nūcius fuit destinat⁹. Sicut em patres desolati erāt & ppter tātā temporis diuturnitatē, & propter demonum vicinitatem, & propter diuine visionis priuationē: & propter locū infimū & horribilē: sed Joānes ad eos descēdēs eos letificauit: & asserēs q̄ de loco illo diuturnus erāt educēdi: & de vicinitate demonū erāt cito i angelorum socios assumēdi: & de priuatiōe diuine visionis erāt diuina visione fruēdi. Et de loco ifimo & despecto cito erāt ad alta celoꝝ sublimandi. Unde etiā legitur in euāgelio Nicodemi q̄ ipsis denūciauit: q̄ xp̄s nat⁹ fuit: q̄ ipsum baptizauerat: q̄ digito ostenderat: & q̄ cito ad eos vilitādos descēsur⁹ erat. Sexto est modo magn⁹ regnās in celo: qz hz trecenta premia. Habet nāq; centesimū fructū inquantū fuit virgo incorrupta: sal. ū centesimū inquātū predicator gratiosꝰ. alīū centesimū inquantū fuit martyr inuictus. Uere aūt beat⁹ Joānes est magn⁹ in celo: qz fulget iter cunctos patriarchas: gaudet inter choros p̄hetarū: quia fuit p̄pheta & plusq̄ propheta. Residet inter choros aplorū: qz fuit apls. i. a deo missus. Spaciat nāq; iter rosas martyrū, qz fuit martyr: ubi gloriosus. Decorat inter violas p̄fessoꝝ p̄fessꝰ est & nōnegauit. Redolet inter lilia virginū: qz virginitatem perpetuaz conseruauit.

¶ Sermo. cxxiiij. Eodem die ser. iij.

After natos mulierū nō surrexit maior Joanne baptista. Mat. xj. Laudatio a seipso est vere cunda: qz laus proprio ore descit. Ab homine malo ignominiosa: quia secundum Senecam idem est laudari a turpibus, & ob turpia. Ab homine sancto licet nō sit certa tamen fide digna. Ab aduersario vero est fir-

ma: qz valdū est testimoniū ab aduersario platū. Ab angelo est vera atq; certa: qz angel⁹ nō pōt mētiri. A deo est vera pbata. ij. Cor. xij. Nō em̄ q̄ scipm cōmē dat ille pbat⁹ est: sz ille quē de⁹ cōmēdat. Beat⁹ igit ioānes baptista noluit cōmē dare scipm qz hoc fuit verecundū. Uñ cū interrogaret si esset xp̄s. rndit se nō esse xp̄m, sz precursorē suum: nec etiā voluit cōmēdari a iudeis malis: qz hoc fuisset ignominiosum. Uñ cū ipsi iudei eū tanq̄ xp̄m vellēt recipere nolunt assentire. „Et sūt commēdat⁹ a notis. Matt. xxj. Om nes sicut pphētā illū habebāt. Ab aduersario. s. ab herode q̄ eū metuebat⁹, et virū sanctū, bonum et iustū esse sciebat: vt dicit Matt. vj. Ab angelo q̄ ait. Erit ma gnus coram domino. A deo qui dixit. Inter natos mulierū non surrexit maior ioāne baptista. Dicit nāq; q̄ nullus ma ior eo surrexit pter quasdā spūales p̄ rogatiuas quas hūit. Prima est, qz fuit; ex vtero sanctificatus, ex qua sanctificatio ne tria dona accepit. s. peccatorū muns dationē. Piere. j. Antēq̄ exires de vētre matris sanctificaui te. i. a petō mundaui te per sancti spiritus repletionē. Luce. j. Spiritusancto replebitur ad huc ex vte ro matris sue: diuinorū cognitionem: vt ibidē. Exultauit infans in gaudio in vte ro meo. Secūda est: qz fuit beate virgi nis marie spiritalis fili⁹. Cū em̄ tripler sit cognatio. s. naturalis: q̄ est per carnis ppagationem. spiritalis que est per ba ptismi regenerationē, et legalis que est p adoptionem. b. vir. m. ꝑtū ad triplicem cognationē treo hūit filios, vnū naturaliē. s. Jesum quē de suis visceribꝰ ghanit. Aliū legaliē. s. Joānē euāgelistā: quē ex reseripto et mādato principis i filiū ado ptauit qñ xp̄s ei dixit. Mulier ecce filius tuꝰ. Tertiū spūaliē. i. Joānē baptistā quē per spiritū sanctū in matris vtero ba ptizauit. Cū em̄ Elizabeth salutauit mor ifans in vtero exultauit: et spiritū sanctū recepit: et ab originali peccato mūdatus fuit. Et sic virtute ꝑbi v. rginei baptismū recepit spūs sancti. Tertia est quia fuit angelus appellatꝰ. Cum enim secundū Dionysium angelus habeat triplicē vir tutem sz purgatiuam illuminatiuam et perfectiuā, habuit virtutem purgatiuā qz sicut dicitur Joannis. v. Ipse erat lu cerna ardens. Habuit virtutē illuminati uā: qz erat lucerna lucens. habuit perfe ctiuam virtutē: qz sicut dicit Luc. j. Ipse venit dño parare plebē perfectā. Quarta est qz fuit ꝑphēta et plusq̄ prophēta. Prophete nāq; q̄dā acceperūt spiritum sanctū ad cognoscēdū preterita, aliqñ ad sciēdū futura, aliqñ ad intelligēdum occulta presentia. Joānes vero habuit spm̄ prophetie de futuro qñ dixit. Jo. j. Ipse est qui post me vēturꝰ est, habuit de ꝑterito cū subdit. Qui ante me factꝰ est. De ꝑsenti occulto cū subiungit. Nō sum dignus corrigia calceamēti eius soluere. Quinta ꝑrogatiua est: qz fuit xp̄i baptista electus: vbi totā meruit agnoscere trini tatē. Uñ Aug. in libro de fide ad petrū. Quamuis patris et filij et spūs sci vna sit natura firmissime tamē tenetetres esse per sonas diuinas: sz patrē quidicit. Hic est filiꝰ meus dilectꝰ, et filiū solū esse super quē vox illa patris insonuit: et spm̄ sctm̄ esse qui in specie colūbe super christum baptizatū descendit. Sexta est qz fuit ꝑ curſor christi deuotꝰ. Quare christus vo luit vt ioānes ante eum precederet et prae iret. Super hoc Chrys. ponit tres caus sas. Prima est ꝑpter excellentiā et dignitatē vt dū scas inde q̄ sicut pater ita et ipse ꝑphetas habeat. Secūda est ꝑpter iudeorū inex cusabilitatē. Uñ ait: deinde indeorū inexcusabilitatē. Uñ ait: deinde indeorū causam derelinquat, qñ et ipse dominus ostendit dicēs. Uenit ioannes non mādu cans neq; bibens etc. Uenit filiꝰ hominis manducans et bibens etc. Tertia propter māiorem firmitatem. Necesse erat mḋt ab alio prius dici que de ipso erāt. Nam alias iudei dixissent. Tu de teipso testi monū phibes etc. Septima prerogatiua est: qz fuit tribus meritis quibus anteola cōferk, et figuris. Quod sz fuit ꝑdicator: martyr et virgo. Et ideo habuit coronā stellatā q̄ ne debetur predicato ribus. De hoc dañ. xij. Qui ad iustitiā eru dit multos quasi stellę i perpetuas eter nitates. Habuit coronā gēmatā que de bet martyrib⁹. ꝑ. Posuisti in capite ei coronā de lapide precioso. Et coronā au reā que debet virginibus. Ecclesiast. xlv.

Corona aurea sup mitrā eius. Sicut ēm aurū est fulgidū et incorruptū ac pretiosum: sic et ꝑginitas. Sapiē. iiij. O ꝙ pulchra est casta generatio cū claritate: ecce ꝙ fulgida. Immortalis enim est memoria illi⁹. Ecce ꝙ icorrupta: qm̄ apud deū nota est: ⁊ apud homies. ecce ꝙ ꝑciosa. Octaua ꝓgatiua est qz dies natiuitatis eius habet festiu⁹. Triū ēm natiuitates solēniter celebram⁹. s. xp̄i ⁊ virginis gloriose marie: ⁊ Johannis baptiste. Tū qz ꝯ̄s tres fuerunt i utero sctificati. Tū qz ꝯ̄s fuerūt miraculose nati. Nā xp̄s ē de virgine nat⁹. Et ꝑgo maria fuit de sterili matre genita ⁊ ꝑcata Johannes vero fuit de cene utroq; parente generat⁹. Tū qz ort⁹ istorū triū gaudio magno fuerūt dedicati. De gaudio nāq; natiuitatis xp̄i dr. Luce. ij. Annūcio vobis gaudiū magnū q; erit oi pplo. De gaudio vero natiuitatis beate ⁊ gloriose marie ꝑginis dr Pesser. viij. Judeis nona lux oritur visa est gaudiū honor ⁊ tripudiū. Sz de gaudio natiuitatis dñi Johānis dr Luc. j. Et multi in natiuitate eius gaudebunt ⁊c.

¶ Sermo. clxxv. De eodē. Sermo. vj.

DIrauī lucer
naz xp̄o meo. Inimicos
eius iduā cōfusione ⁊c.
ps. Nullus cōueniētius
lucerna dici potest quā
Johannes baptista. De
quo dr Johannis. v. Ipse erat lucerna ardens ⁊ lucens. Voles ēm de⁹ pater mittere in hunc mundū verū solem premisit lucernam ardentē, ideo dixit. Parauit lucernā xp̄o meo. In his ꝟbis ꝙtuor sunt videda. Primo quare Johānes dr lucerna quod quidē fit triplici causa. Prio ꝓpter lucis mutationē. Lucerna enim nō lucet a seipsa, sz aliūde lucē suā accipit, et mutuat: sic et Johānes nō lucebat a seipso sed a xp̄o. Un̄ dr Joh. j. Nō erat ille lux. Et tamē dr Esa. xij. Dedite in lucē in gentibus. Johānes quidē erat lux: ⁊ nō erat lux. Est ēm quoddā quod tantū lucem influit, sed non recipit, sicut corp⁹ luminosum. Quoddā quod recipit lumē ⁊ nō influit, sicut corpus opacum. Quoddā vero quod lucē recipit ⁊ influit: sicut corpus diaphanum. Lux igit̄ que tantum lucem influit sed non recipit est xp̄s. Corp⁹ vero quod tantum recipit sed nō influit, erant iudei ⁊ sunt ceteri auditores. Lux vero q̄ recipit ⁊ influit erat beat⁹ Johānes q̄ lucē a xp̄o recipiebat ⁊ populo infundebat. Un̄ Aug. super illud Erat lux vera quare additur est vera: qz ⁊ homo illuminatus non dicit lux vera: sed vera lux est illa q̄ illuminat. Et tamen nisi per noctem lucerna accendatur: ⁊ per die sol erat lumina illa sine causa parēt. Secūdo dicit lucerna ꝓpter lucis abundantiam. Sicut ēm aduenīēte sole lumen lucerne minuitur ⁊ obumbrat: sic aduenīēte xp̄o fama Johānis baptiste fuit obumbrata ⁊ quodāmodo diminuta. Unde dicebat Johānis. iij. Illū oportet crescere, me aūt minui. Et istud secundū Augustinum ostēdit in eorum ortu ⁊ obitu. Nam Christus natus fuit quādo dies incipiūt crescere: Johānes q̄n dies incipiūt minui ⁊ decrescere. Christ⁹ i morte fuit exaltatus, et Johānes fuit capite minorat⁹. Tertio dicit lucerna ꝓpter consumptionem. Sicut ēm lucerna se ꝓsumit in seruitium aliorū, sic beat⁹ Johānes baptista in nostra vita tāte et exemplū cōsumpsit substantiam suā omnia tēporalia respuendo: ⁊ corpus suū ipm durissime conterendo: vitā suā ꝓ instītia eā exponēdo ⁊ mortificādo: ac ꝟba sua cotā iudeis ⁊ inter eos quotidie predicādo: ⁊ famam suaz ipam annihilādo: qz cū xp̄o crederet istā famā extinxit ⁊ annihilauit. Scōo est videduz quomodo hec lucerna fuit parata ꝓ eo qō dr. Parauī lucernā. Tūc ante lucerna est bene parata: qn̄ scz est lucens ⁊ clara. Ista aūt lucerna bene parata fuit quādo multis radijs ēmicuit. Prim⁹ radius est puritatis ⁊ mūdicie ob quā angel⁹ dicit ⁊ nihil cō parat. Unde dicit. Nescienti labē nihil pudoris. Chrys. Cōuersatio Johannis olim vitā culpabilē faciebat apparere, quē admodū si videas vetē albazdicus ꝙ satis cādida est illa. Si aūt apposuerīs ēi hirta nihē: recipit tibi sordida apparere. Et ii sordida nō. Sic reuera ꝙ̄s tū ad ꝓparationē beati Joh. ois hōvidebat eū imūd⁹. Scōs radi⁹ ē vite religio se assumende, ꝓ hoc q; mundū fugiēs in

Calicem quidē meum bibetis. Mat.xx. De⁹ hz tres calices in presenti et tres in futuro. In presenti q̄de tres calices hz. Quoꝝ prim⁹ est balsamo plen⁹, id est spū sctō. Et iste est calix innocētie: i quo bibit xp̄s ꝟgo btā ⁊ oēs apl'i in die pēthecostes. Inter quos p̄cipui fuerūt isti duo scz Jacob⁹ ⁊ Joānes. Bibūt etiā oēs pueri baptizati q̄ maptis malē innocētiā assequunt̄ de quo i psal. dr Ego aūt in innocentia mea ingressus sum. Scds calix est plen⁹ absinthio ⁊ iste est calix pnie. Qui ei amisit balsamū gr̄e ⁊ inocētie: accedat ad calicē amare pnie. Licet aūt sit absinthiū amarū. dz tn̄ dulcorari ꝓpter celeste p̄miū. Mat.iiij. Agite pniam: ecce absinthiū appropinquabit em̄ regnū celorū, ecce ibi premiū. In isto calice nō bibit xp̄s nec btā virgo. Biberūt tn̄ oēs apl'i in isto tp̄e passiōis xp̄i. Bibūt ēt oēs electi: iuxta illud Rom̄.iiij. Oēs peccauerūt et egēt gl'ia dei. Terti⁹ calix plen⁹ sanguine rubicūdo. In isto bibit xp̄s. Joh.xviij. Calicē quē dedit mihi pater nō vis vt bibā illum? Biberunt oēs martyres. Apoc.vij. Lauerunt stolas suas ⁊ dealbauerūt eas in sanguine. Qui igit̄ amisit balsamū inocētie ⁊ abiecit absinthiū pnie accedat ad tertiū calicē, scz ad meritū passiōis dn̄ice. Ipse em̄ sanguis ⁊ mors christi: nos a pcis lauat ꝓ nobis aduocat ⁊ pro nobis orat. De istis trib⁹ legit̄. Heb.ix. Emūdabit ꝯsciētias nr̄as ⁊ hoc quo ad primū: ⁊ iō noui testamēti mediator est: quo ad scdm. Ut morte intercedente: quo ad tertiū. Scdo deus habuit tres calices post hanc vitā quoꝝ prim⁹ est plenus vino mero: scds est plenus vino mixto: terti⁹ est plen⁹ fece. De quo triplici calice dr in p̄s. Calix in manu dn̄i vini meri plen⁹ mixto. Quedā em̄ aīe sunt q̄ statim dn̄ a corporibus euolant celeste regnū attingūt: et isti bibūt de calice vini meri qr recipiūt puraz

etiã & celestẽ glã nec aliquã penã purgatorij sentiunt: de isto potu dr Cant. v. Bibite & inebriamini charissimi. Ebrietas nãq nõ causat ex vno haustũ sed ex frequẽti. Nõ em aic sctõrũ habẽt vnum haustũ scz fruitionẽ in cõtẽplatione diuinitatis. Sed in die nouissimo resumpto corpore habebũt alĩũ. Et tõ bibẽt & rebibent & ebrietatẽ tũc incurrẽt. Angeli nãq sunt amiciq deo intimo amore sunt coniuncti. Sancti vero sũt deo charitate sunt cõiuncti p amorẽ. Et charitates: qz sunt sibi nature cõformitate ꝓpinqui. Et charissimi: qz pcio charissimo redẽpti. Angeli vero q sunt amici bibũt quia ex cõtemplatiõe diuinitatis suas delectatiões habuerũt. Noies vero & bibũt in cõtemplatione deitatis: & bibũt in cõtẽplatione humanitatis. Sctõ sunt quedã aic q nõ statim euolãt: sed aliqua cremabilia secum portant. Zsti bibũt in calice vini mixti habẽt quidẽ gloriã: sed cũ admixtione pene purgatorij de hac Esaie. j. Vinũ tuum mixtũ est aqua. Zn purgatorio q̃dẽ multiplex est mixtio, scz pena cũ grãa securitas cum timore. Securi q̃dẽ sunt de gla habẽda scz semp sunt in timorene nimiũ differak. Consolatio cũ desolatione. Habẽt em cõsolationẽ de tali securitate: et de angelor visione sed tñ desolationem habẽt de pene acerbitate: & demonũ apparitione. Tertio sunt q̃dã aic q in inferno detinenk. Et isti bibũt in calice pleno fece. Zn Iferno q̃dẽ sunt feces oim eleme torũ & olm rerũ. Si quidẽ facto iudicio extremo renouabit terra: & nouã formã assumet. Renouabit aer & perpetuã claritatẽ induet. Apoc. xxj. Vidi celũ nouũ et terrã nouã. Renouabit aqua qz chrystallinã formã accipiet. Vñ Apoc. vlc. Ostendit mihi fluuiũ aque vite splendidũ tanq̃ chrystallinũ: oẽs autẽ feces istor elementorũ in latrinã infernalẽ pficientur. Zpse etiã ignis renouabit: qz lux & calore diuidet tota lux transibit in regionem beatorũ: & totus calor in regionẽ damnatorum. Zbi etiã sunt feces oim rerũ. Naz in presenti vita nõ sunt bona pura sz mixta. Fex em vite est mors & fex sanitatis est infirmitas. Fex gaudij est dolor & tristitia. Fex lactis est tenebre. Deus igitur tunc totũ vinũ lauat de fece. Vinũ purum scz vitam, sanitatem gaudium et lucem ponet in cellario celesti. Feces autem scz mortem: infirmitatem, dolorem: et tenebras ponet in cloaca Infernali. Et istas feces damnati semp bibent. Esaie. lj. vsq ad fundum calicis saporis bibisti & exposasti vsq ad feces.

¶ Sermo. cxciij. De sancto Petro ad vincula. Sermo primus.

Orupisti dominc vincula mea &c. Quadruplex beneficiũ & opus mirabile quod deus fecit de quo multiplicater sibi regratiak hodie eccla representat. Primũ est opus mire gre qđ fecit in gratiosa petri de carcere liberatiõe: qđ notak cũ dicit. Dirupisti vincula &c. Quc q̃dẽ liberatio fiebat p duo scz p suffragia orationũ Act. xij. Oratio autẽ fiebat ab ecclesia sine intermissione ad deũ pro eo. Quc quidem orationes meruerũt exaudiri qz hebant a dignis et a multis: qz dicit ab ecclesia: & quia fiebãt pro digno scz p beato petro: & quia fiebant cũ instantia: indeo dicit sine intermissione: & quia fiebãt pro re vtili & honesta scz liberatiõe beati petri. Secundo fiebat angelico ministerio: angelus enim lucem sibi tribuit & ipsum velociter surgere fecit: & cathenas de eis manibus soluit: per q̃ datur intelligi q illic q̃ est in carcere diaboli hz intelligentiã obtenebratã: scz angel ipsam illuminat p fidẽ: habet affectiuã ad terrã inclinatã: sed ipsaz angel elenat ad amorẽ. Hz oratiuã alligatã: scz angel ipsam soluit ad meritoriã operationẽ. Sctm est opus mire mie p qđ aliã pncipio beati petri oratiõe sanauit & alcr ãdrũ papã a vinculis liberauit qđ notak cum dr. Tibi sacrificabo hostiam laudis. Et quanta dei mia q̃ ẽt sctõrũ suppliciis redditur venerabilis & gliosa. Sanauit q̃dem beatus petrus p fidẽ suã. Act. ix. Enea sanet te dñs nr Ihc̃s xp̃s: p verbũ mẽa fuas. Act. xix. Afferebant semicinctia &c. Per vmbrã suã. Act. v. Per baculũ suũ sicut resuscitauit martinianuz. Per supplicia sua sicut istã puellã sanat quotidie p me

ossa sua. Tertiū est opus mire sa-
t quod notatur cum dicit Et nomē
uocabo. Sapientia cuius dei hodie
fuit qz de malis bona elicere scuit.
olus q̄dē p quatuor modos decli-
natur est. primo p vani cultꝰ super
m. Romani enim ad honorē augu
peratoris festiuz solēniter faciebāt:
ifto malo deus scuit elicere bonū
um superstitionis cōuertit in festū de
nis: e quod fiebat principi dānato
nodū est factū apl̄o principi pe-
cūdo per simulatā religionē. Dia-
s enim in specie moꝛsi iudeis appa
supra magnum montē iuxta mare
is plurimos necauit. Sed de isto
deus bñ extraxit: quia ceteri hoc
ites ad fidē cōuersi sunt. Tertio p
illis monstri apparitionem: qz dia-
s in specie draconis apparuit: sed
deus in bonū conuertit: quia sanctus
atꝰ in os eius expuit: z ille mox cre
Quarto p oppressionē: quia diabo-
uedā inuasit z coram omnibus ve-
: sed istud deus in bonuz conuertit:
mox vt catena beati petri collo eiꝰ
sita fuit diabolꝰ absc̄essit. Quarto
dit corpus mire potentie quando
s petro cōcessit quod notat cū dicis
lota mea reddam in conspectu po-
ius ꝛc. Dedit enim dñs beato pe-
olestate in celo vt ianuam celi clau-
aperiat: ideo dixit. Tibi dabo cla-
n mundo vt scz in eo liget z soluat:
ixit. Quodcūq; ligaueris sup ter-
t ligatū z in celis: z quodcunq; sol-
sup terrā erit solutum et in celis ꝛc.
ferno vt scz diabolꝰ ecclesie nō pre-
t. Et ideo dixit. Porte inferni nō p-
nnt aduersus eam. In purgatorio
lie suffragia ibi valeāt: nō dixit. Et
cūq; soluerz sup terrā: qz scōz quos
purgatoriū in terra esse opinatur.
Sermo.cxcv. De eodē Sermo.ij.

Car⁹ es simon

bariona: qz caro et sanguis
nō reuelauit tibi ꝛc. In quoli-
bet p̄lato req̄runtur quatuor
n beato petro fuerunt, scilicet vita,
ntia, constantia: z auctoritas rite col
lata. Perfectio autem vite notatur: cum
dicit Beatus es. Licet enim plena beati-
tudo sit in patria: est tamen aliqua beati-
tudo in via. Nam ſm Aug. in libro de
vita bt̄ā. Ad plenā beatitudinem tria re
quiruntur, scz completa voluntas: volū
tatis sanctitas: desideriozum satietas.
Et in his omnibus plena securitas. Ha-
bent quidem sancti in p̄senti quodam
modo voluntatem completaz. Sicut enī
ipsi faciunt voluntatē dei. p̄s. In lege do
mini voluntas eius: sic z deus facit volū
tatem ipsoꝝ. p̄s. Voluntatem timentiuz
se faciet. Habēt sanctitatem voluntatis.
Dicit enī Aug. q̄ bt̄us est q̄ habet q̄cq̄d
vult z nihil mali vult. In scīis viris volū
tas corūz est in bonis z de bonis. p̄s. In
mandatis eius volet nimis. Habēt quo-
dammodo desideriozum satietatē quia
habendo deum habent desideriū com
pletum: vnde dixit philippus. Joh. xiij.
Dñe ostende nobis patrē z sufficit nobis.
Aug. Nimis est auarꝰ cui nō sufficit deꝰ:
habent securitatem quā habebat apl̄s.
Rom. viij. Certus sum enīz q̄ neq; mors
neq; vita ꝛc. Scēo necessariū est prelato
diuina sapientia: quod notatur cum dici-
tur Caro z sanguis nō reuelauit tibi ꝛc.
Est nanq; quedam sapientia carnis: que
dam sanguinitas: quedam patris celes-
tis. Sapientia carnis est appetitus sen-
sualitatis. Non est autem credēdū eius
magisterio: qz falsus ꝓpheta est. Thren.
ij. Prophete tui viderūt tibi falsa et
fiulra. Nec est standū iudicio eius: qz fal
sus iudex est. Joh. viij. Vos secundū car
nem iudicatis ꝛc. Nec seruāda dicta eiꝰ
quia insipiēs medius est. Romano. viij.
Si secūdum carnē vixeritis morieminī.
Nec habendus comitatus eiꝰ qz p̄cepo
dux est. Jbidē. Nihil damnatiōis est his
qui nō secūdum carnē ambulāt. Nec sūt
querende diuitie eius qz vilis negocia-
tor est: prime Corinthioꝝ. xv. Caro z san
guis regnū deī nō possidebūt. Sapiēcia
sanguinis affectus ꝓpinquitatis. Et ista
similiter nō est sequenda matrime in tri-
bus. s. i bono ꝓlis et p̄pozalitū distri: but iōevbi
seruāda ē regula q̄ hꝫ. Lu. vj. Vō tuper
date eleemosynā. Nō edificate prime ꝓ
lata palatia. In beneficiozū ecclīasticoꝝ

collatione vbi seruanda est regula q̄ habet. Eccli. xij. Benefac iusto. s. pauperi clerico ⁊ bono, ⁊ ne dederis impio. s. malo propinquo. In sacramentorū dispēsatione vbi seruanda est regula q̄ hr̄ Mat. x. Gratis accepistis: gratis date. Tertia est sapia pr̄is celestis quam habuit Petrus, ⁊ ista sapia beatificat. vñ premittit. Beat⁹ es symon bario. ⁊c. Uere em̄ beatificat, qr ista fides trāscēdit omnē sensuz. Hebre. x. Fides est substantia sperandarū rerum argumētū non apparētiū. Trāscēdit intellectuz humanū. ij. Cor. x. In captiuitatē redigētes oēm intellectū in obsequiū xp̄i. Trāscēdit intellectū angelicum: de hoc Dion. Jesus scdm nos diuina cōpositio ⁊ ineffabilis est omni verbo ⁊ incognita omni mēti ⁊ ipsi prio dignissimorū angelorū. Transcendit nature cursum qr est operatrix miraculoꝝ. Marci. ix. Si pōt credere: oia possibilia sunt credenti. Trāscēdit oēm mundi principatū Heb. xj. Sancti per fidē vicerūt regna ⁊c. Tertio necessaria est prelato cōstātia, hec aūt cōstātia maxime cōsistit in delinquētiū correctione ⁊ reprehensiōe, ⁊ ista cōstātia s̄m Greg. dz habere discretionē maturitatē ⁊ fortitudinem. vñ dr̄ super illud. Eze. j. Plāta pedis vituli. s. mature incedens fortis ⁊ diuisa: qr vnusq̄sq̄ prelatus ⁊ venerationē hz in maturitate ⁊ fortitudinem in opere ⁊ diuisionē vngule in discretione Prelat⁹ quidem dz esse discret⁹ i discreta culparū examinatione maturus in examinatorum matura pōderatiōe ⁊ fortis in potenti punitione. Quarto necessaria est p̄lato auctoritas rite collata quod notat̄ dū dicit̄, tibi dabo claues regni celorū. Circa tria qd̄ sunt tria videnda. Primo a quo sunt iste. s. claues qr xp̄o. Xp̄s nāq̄ hz tria genera clauiū. s. claues ifernalis iusticie. Et istas claues nl̄i dedit, sz ea sibi retinuit. Apo. j. habeo claues mortis ⁊ iferni, hz claues celestis curie. Et istas nō dedit oibus sz solū sacerdotibus ⁊ prelatis que s̄m Hiere. sunt scia ⁊ potētia discernēdi, qua scientia seu potētia precedente sacerdos dz dignos recipere: ⁊ indignos a regno excludere, hz claues fidei catholice, ⁊ istas cōmunicat omnibus. Ambr. Clauem petri fidem dixerim per quam aperuit. penetrauit inferna maria calcauit. Arbitror illaz clauē duodecim artificum operatione constatā. Duodecim em̄ apostolorū symbolo fides sancta concepta est Scdo vidēdū est cui dat̄ qr petro, soli em̄ sacerdotes hn̄t istas claues, vere enim boni sacerdotes iurisdictionē habēt vere ⁊ digne ⁊ cōplete. Tertio videndū est ad q̄d dant̄ iste claues. s. ad ligandū ⁊ soluēdū. Est aūt vinculū culpe pene eterne ⁊ pnle, Sacerdos igit̄ pōt ligare ⁊ soluere vinculū pnle. Soluit autē de⁹ ⁊ ligat vincula pene eterne ⁊ culpe.

¶ Sermo. cxcvj. De inuentione sancti Stephani. Sermo. j.

Statuisti verba tua que locutus es in manibus puerorū tuorū ⁊ pphetarū vt transferentur ossa regum nostrorum ⁊ ossa patrum nostrorum de loco suo ⁊c. Baruch. ij. Inuētio siue trāslatio corporis beati stephani prothomartyris commendabilis est quadrupliciter. Primo ex pte illius a quo facta est, scilicet christi cum dicit̄. Statuisti verba tua. Ipse enim verba que locutus est de trāslatione beati stephani loquendo statuit. i. firma ⁊ recta fecit. Quod patet: quia ipsa reuelatio nō fuit vana sed triplici apparitione firmata. Sicut enim in ore duorū vel triū testium stat omne verbum. Et sicut in tribus diebus experitur omne factum sic ⁊ in tribus reuelationibus reuelatur omne verbum. Non enim erat huiusmodi relatio seu inuentio fantastica sed cōgruis similitudinib⁹ demōstrata. Ostēdit em̄ gamaliel luciano tres calatos aureos: ⁊ vnū plenū rosis rubētib⁹ qui significabat reliquias beati stephani qui fuit aure⁹ per charitatem ⁊ incorruptionem carnis: ⁊ roseus per sanguinis effusionem. Alij duo erāt pleni rosis albis ⁊ significabāt reliquias gamalielis ⁊ nicodemi qui fuerunt aurei per charitatem. ⁊ alibi per intentionis puritatē. Alium etiam ostendit argenteum ⁊ croco plenum ⁊ significabat reliquias filij nicodemi qui fuerat tanq̄ mūdū argētū

per

per virginitatē. Croce⁹ aūt color dic̄t esse medius inter albū ⁊ rubeū: qꝛ ipse cū cādore virginitatis habuit albedinē pure intētionis ⁊ rubedinē charitatis. Scdo cōmēdabiliē est ex parte illorū ꝑ quos facta est cū dr. Que locut⁹ es i manib⁹ puerorū tuorū ⁊ prophetarū. i. nicodemi ⁊ gamalielis ⁊ luciani q̄ fuerūt pueri ꝓpter puritatē, simplicitatem ⁊ humilitatē, Ista enim tria disponūt holez ad suscipiendū diuinas reuelationes. s. puritas. Prouer. xxij. Qui diligit cordis mūdiciā ⁊c. Simplicitas. Proū. iiij. Cū simplicib⁹ sermocinatio ei⁹ ⁊ humilitas p̄s. Intellectum dat paruulis, fuerūt etiā ꝓphete quod patet in gamaliele qui manifestauit multa preterita, sicut suam confessionē: ⁊ stephani passionem presentia occulta sicut ossa in terre visceribus occulta ⁊ futura sicut vbertatem venturaz. tertio cōmēdabilis est ex parte illorū q̄ fuerunt ⁊ reges, ⁊ patres, sic inuocantur in auctoritate premissa. Fuerūt enim reges nō tyrāni. Tyrannū em̄ tria faciūt si ambitio dn̄andi: cupiditas lucrādi ⁊ crudelitas seuiēdi. Ipsi aūt non fuerūt tyrāni sed reges qꝛ non fuerūt ambitiosi nec cupidi nec crudeles: sed misericordes ⁊ pij fuerūt etiā p̄res, qꝛ nos genuerunt ꝑ euangelicā eruditionē. j. Corin. iiij. Naz in xp̄o iesu per euangelium ego vos genui. Per exempli exhibitionē. Ephe. v. Imitatores dei estote sicut filij charissimi, ꝑ deuotā orationem sicut stephanus beatū paulū genuit: qꝛ ipsum sua or̄one cōuertit. Quarto est cōmēdabilis ꝓpter causam ex qua fiebat. s. in loco hūili iacebant: ⁊ ideo ad locū digniorē trāsferendi erāt, quod notat̄ cū dr. Trāsferentur de loco suo. Notādū aūt ꝙ triplex trāslatio facta est de corpore beati stephani; Prima fuit de loco despecto ad montez syon: sicut hodie: vbi ostendit̄ q̄ti sit meriti apud deū. Quia suis meritis impetrauit bona tp̄alia: qꝛ cū prius magna sterilitas esset ipsa die pluuia magna descendit ⁊ terra fecūdauit ⁊ abūdātiā magnā fecit. Impetrauit etiā bona corporalia: qꝛ suis meritis precedētib⁹ septuagita tres holes a diuersis lāguorib⁹ fuerūt liberati. Impetrauit bona spiritualia, scz dei indulgentiā ⁊ gratiā. Vn̄ dicit gamaliel luciano. Aperi nobis vt ꝑ nos aperiat deus hostiū clementie sue in hoc mūdo. Secunda trāslatio fuit de mōte syon in constantinopolim vbi illi qui transferebant obuios habuerunt demones angelos ⁊ stephanū. Demones q̄dā deflebāt sua incendia dicentes. Ue nobis qꝛ prothomartyr stephan⁹ trāsit diro nos v̄beransigne. Angeli affuerunt cū celesti melodia. Angeli em̄ sup eius corp⁹ celestes decantare laudes auditi sunt. Stephan⁹ pulsans pericula. s. maris tempestatem. Apparuit em̄ eis dicēs. Ego sum nolite timere. Et sic tranquilitatē magnā fecit. Tertia trāslatio fuit de cōstātinopoli romam. Quā quidē quatuor cōmēdabilez fecerunt. Primū est beneficiū collatum: qꝛ filia theodosij fuit a demone liberata Poterat nāq; dicere theodosi⁹ stephano Filia mea a demone vexatur, ⁊ poterat stephan⁹ respōdere. Ego veniā scilicet romā ⁊ curabo eā. Secundum est stupēdum prodigium. Nam cum ad quādam eccl̄iam portaret̄ vectores subsistunt nec vltra progredi possunt. Aliud aūt prodigiū fuit, qꝛ cum corpus laurētij loco stephani greci accipere vellēt amētes sunt effecti: ⁊ postea mortui sunt Tertiuz gratie cōsortium qꝛ corpus laurētij in lat⁹ se conuertit: ⁊ mediū sepulchrū vacuum stephano dereliquit. Eccl̄ iiij. Melius est duos simul esse q̄ vnum. Quartum est celeste oraculū. Clauso enim sepulchro audite sunt voces angelorū dicētiū. O felix roma q̄ corpus laurētij hyspani ⁊ stephani hierosolimitani gl̄iosa ⁊ veneranda pignora vno claudis mausoleo.

¶ Sermo. cxcvij. De eodē sermo. ij.



Cum esset stephanus plen⁹ spiritusancto intendēs in celum ⁊c. Act. vij. Olim in terra fuit vanitas vacuitas ⁊ tenebrositas. Gene. j. Terrā aūt erat inanis, ecce q̄ta vanitas, ⁊ vacua, ecce q̄ta vacuitas ⁊ tenebre erāt sup faciēabissi. Ecce q̄ta tenebrositas sz̄dr Eccl̄i. xvj. Post hec de⁹ aspexit i terrā: ⁊ impleuit eā bonis suis. Et iste respectus

maxime apparuit in beato stephano qui nō hūit vacuitatē: sed spūssancti plenitudinē. Nec etiā dilexit terrenas vanitates sz celestes amenitates adamauit: nec habuit aliquā tenebrositatē sz diuinā charitatē. Ab his ergo p̄missis verbis cōmendatur. Et primo a gratie plenitudine cū dicit, cū esset plen⁹ spiritusancto ꝛc. fuit aūt maxime plen⁹ gr̄a ꝛ fortitudine, vñ premittit stephan⁹ plen⁹ gr̄a ꝛc. Ista aūt gr̄a fuit charitas que est caput oīm gr̄arū que in eo tāta fuit ꝙ pro illis q̄ i p̄m lapidabāt deū exhorabat. Fulgētius commendat deo inimicos qñ alius obliuisci poterat etiā suos charissimos. Bern. Uicit in eo sensum corporee passionis affectus interne cōpassionis: vt illoꝝ scelera magis plāgeret q̄ ꝓpria vulnera. Fuit etiā plen⁹ fortitudine: qꝛ fortiter pugnauit ꝛ vicit: ꝛ hoc fecit auxilio xp̄i. q̄ cum ipso semꝑ erat. p̄s. Cū ipso sunt in tribulatiōe eripiā eū ꝛ glorificabo ꝛc. Qd̄ patet ex multis. Primo ex imperterrito sermone: cū d̄r. Dura ceruice ꝛ incircuncisi cordib⁹ ꝛ aurib⁹. Mar. xiij. Nō em̄ vos estis loquētes sed spūssanct⁹. Scd̄o ex importabili passione Job. vj. Que nāq̄ est fortitudo mea vt sustineā, nec fortitudo lapidū fortitudo mea, nec caro mea enea est. Uirtute aūt dei stephan⁹ fuit fortior lapide: qꝛ ꝑcuss⁹ fract⁹ nō fuit ꝛ fuit fortior ere: qꝛ ꝑcussus non murmurauit. Tertio ex miraculosa operatione, tanta em̄ prodigia ꝛ signa facere nō potuisset nisi deus cū ipso fuisset. Joā. iij. Nemo em̄ potest hec signa facere que tu facis nisi fuerit de⁹ cum eo. Quarto ex taz difficili inimicorū suorum dilectiōe, in hoc ꝙ pro persecutoribus suis ꝛ ipsum affligētibus deū exorauit. Est nanq̄ manifestum ꝙ deus cū eo fuit qui sibi tantam patientiā dedit ꝙ etiā seip̄m superauit. Prouer. xvj. Melior est patiens viro forti ꝛc. Quinto ex tanta diuine sapiētie illustratione: qꝛ non poterant resistere sapientie ꝛ spiritui qui loquebatur. Secūdo cōmēdatura celesti cōuersatione quod tangit ibi cū dicit. Intendēs in celū. Stephan⁹ em̄ libenter corde cōuersabatur in celo nō in mundo: sciens ꝙ mūd⁹ trāsit: ꝛ q̄tū ad diuitias delicias ꝛ honores. j. Jo. ij. Oē qd̄ est in mundo cōcupiscētia carnis est, ꝛ cōcupiscētia oculorū aut supbia vite. Mūdus trāsit ꝛ cōcupiscentia eius Qui igit adheret istis translatoriis ipse postmodū triplicē transitum faciet. Primo nāq̄ transit de culpa in culpā. Sap. ij. Uino precioso ꝛ vnguento nos impleamus nullū pratū sit quod nō pertrāseat luxuria nostra. Greg. Pctm̄ quod ꝑ penitentiā non diluitur: mox suo, pondere ad aliud trahit. Scd̄o de culpa i penā, ꝛ hoc dupliciter. Uel in penā presentem de qua dicit Ro. j. Tradidit illos deus in passiones ignominie ecce culpa ꝛ mercedē quā oportuit erroris sui i semetipsis recipiētes ecce pena. Et sicut nō ꝓbauerūt deū hr̄e in notitia ecce culpa. Tradidit illos de⁹ i reprobū sensum ecce pena, vel q̄tū ad penā futurā. Job. xxj. Tenēt timpanum ꝛ citharā ecce culpa ꝛ in pūcto ad infernū descendūt, ecce pena eterna. Tertio de pena in penā. Job. xxiiij. Trāseāt ab aquis niuium in calorē nimiū. Tertio cōmendat a diuina reuelatione: qd̄ notatur cū d̄r. Ecce video celos apertos ꝛc. Uidēdo aūt celos apertos vidit locū facilem ad ingrediēdū, securum ꝛ amenū ad inhabitandū. Olim erat celū clausum, ꝛ iō tūc impossibilis erat introitus. Sed mō celū est apertū, ꝛ ideo omnes intrare possunt vñ p̄s. Aperite mihi portas iusticie ingressus i eas cōfitebor dn̄o ꝛc. Est locus secur⁹. Mūdus aūt non est secur⁹ ꝓpter peruersitatē hoīm nec aer ꝓpter inhabitationē demonū: nec paradisus terrestris ꝓpter ignē ꝛ gladiū. Sz ibi. s. in celo, nec peruersitas hoīz pōt attingere, nec malicia demonū ibi pōt peruenire, nec ignis seu gladi⁹ ibi deseruire. Luc. xvj. Inter nos ꝛ vos chaos magnū firmatum est ꝛ hi q̄ volūt hinc transire ad vos nō possunt neq̄ inde huc trāsmeare. Est etiā locus amen⁹. Tria autez sunt s̄m Aug. que domū faciūt amenam, scz quando dom⁹ parib⁹ est disposita membris: ampla ꝛ lucida. Sic i celo sunt multa loca. i. diuersa merita q̄ tñ sunt paria: qꝛ s̄z Aug. i dispari claritate erit pargaudiū. Est etiā valde amplū Baruch. iij. O israel q̄ magna est domus dei et ingēs locus possessionis eius. Est etiam lucidam.

¶ poca.xxj. Claritas dei illuminabit il-
lum ⁊ lucerna eius est agnus.

¶ Sermo.cxcviij. De sctō Dñico. Ser.j.

Quasi stella matutina in medio nebule ⁊ quasi luna plena i diebus suis lucet ⁊ quasi sol refulgens sic ille refulsit in templo dei. Eccli.lj. celum spūale sunt viri sancti, in quibus deus per gratiā reqescit, peccatores aūt sunt terra quos deus pedibus suis cōculcat dū eos inflexibili iustitia comprimit. Esa.lxvj. Celum mihi sedes est, terra āt scabellū pedū meorū: beat⁹ dominicus fuit celum, ⁊ ideo i ipo fuerunt planete dei scilicet stella matutina: sol: ⁊ luna. In verbis ergo premissis assimilatur stelle matutine radianti lune plene lucenti: ⁊ soli refurgēti. Stella matutina est lucifer q̄ quidem est calidus: humidus: iocundus: ⁊ solis nuncius. Sic beatus dominic⁹ fuit calid⁹ per feruentem zelū, vnde dicit̄ de eo. Uerba eius ardebant vt facule: qr in spiritu venerat ⁊ virtute helie. Eccli.xlviij. verba eius quasi facule ardebāt. Dicunt̄ autem verba sanctorū ignita triplici de causa ſm Amb. super p̄s. Beati immaculati. Tum qr mundāt. Tū qr inflāmāt. Tū qr illuminant. Sic verba beati dñici habuerūt virtutē mundādi: inflāmādi: ⁊ illuminādi: ideo viso de ipso apparuit in spē catuli: facule: ⁊ stelle. Nam instar catuli habuit linguā medicinalē per quam mundabat saniē culpe ⁊ peccatorū. Instar facule inflammabat torporez negligentie. Instar stelle illuminabat tenebras ignorantie, scdo fuit humidus per lachrymarū effusionē, vnde de eo dr̄ q̄ de suis oculis quasi quendā fontē effecerat lachrymarum, de isto fonte procedebant aque amare dulces calide ⁊ frigide aque a mare sicut lachryme cōpunctionis que fundunt̄ p peccatis propriis. Judith. viij. Indulgentiā ei⁹ fusis lachrymis postulemus. Et q̄uis beatus dñicus peccata talia nō haberet. Adeo tñ per elemētā penitētie se macerabat acsi talia haberet. Aq̄ v̄o dulces sunt lachryme deuotiōis q̄ fundunt̄ pro celestib⁹ desideriis Istas habuit beat⁹ dñicus q̄ in orōne sepe flere consueuit, vnde de eo dr̄. Crebros adiungēs sedulis fletus orationibus. Aque calide sunt lachryme cōpassionis q̄ fundunt̄ pro miseriis alienis. Et dicunt̄ calide: qr nō fundunt̄ nisi a corde fraterna charitate inflāmato. Juxta illud.ij. Cor.xj. Quis scādalizat̄ ⁊ ego nō vror. Istas lachrymas hūit beatus dñic⁹ de quo dicit̄ q̄ de⁹ sibi specialē gratiā contulerat flere pro pctōribus miseris ⁊ afflictis. Aq̄ frigide sunt lachryme lamentationis q̄ fundunt̄ pro incolatu presentis miserie. Uñ p̄s. Heu mihi qr incolat⁹ meus prolongat⁹ est ⁊c. Sancti em̄ viri multas patiunt̄ tribulationes sed refrigerium magnū habent p lachrymarum effusiones p̄s. Trāsiuimus p ignē ⁊ aquā ⁊ deduxisti nos in refrigeriū. Hier.vj. Inuenietis refrigeriū aiabus vestris. Tertio fuit iocūd⁹ ⁊ hoc in mente per cōsciētie serenitatē. Proū.xv. Secura mēs quasi iuge cōuiuiū. In facie p vultus alacritatē, vt ibidē. Cor gaudēs exhilarat faciē in sermone per exortatiōis alacritatē, ⁊ sinceritatē. In conuersatione per amicabilitatē. Proū.xviij. Uir amicabilis ad societatē magis amicus erit, q̄ fater. Et propter istā quadruplicē iocunditatem pōt dici de eo quod dr̄ de dño. Esay.lij. Non clamabit.s. per impatientiam: quia habuit exhortatiōis alacritatē. Calamū conquassatū non conteret: quia habuit cōuersationis cōitatē, nō erit tristis quia habuit cōsciētie serenitatē: neq̄ turbulētus: qr habuit vultus alacritatē. Quarto solis iusticie q̄ christi est preco siue nuncius. Sicut em̄ beatus Joannes baptista p̄nūciauit aduentū christi: sic ⁊ iste vicinum creditur preuenisse iudiciū. Luc. xiiij. Misit seruum suum.i. ordinem p̄dicatorū: vt exponit Greg. Hora cene idest in fine seculi. Missus est ergo in extremo tēpore quia sicut dr̄.j. Cor.x. Nos sum⁹ in quos fines seculoꝝ deuenerūt. Miss⁹ est ab extremis terre.i. de finib⁹ hyspanie Esa.xlix. Ab extremis terre idest a lōginquis ego vocaui te ⁊c. Missus est vsq̄ ad extremū terre p̄s. In omnem terram exiuit sonus eorū et in fines orbis terre verba eoꝝ. Esa.xlix. Dedi te in lucez gē-

tium: vt sis salus mea vsq; ad extremum terre missus est pro extremo fine. i. prosequendo ipsum deum. qui sicut dicit beat⁹ Aug. est finis desideriorũ nostrorũ qui sine fine videbitur sine fastidio amabitur sine fatigatione laudabitur. Scdo assimilatur lune plene. Quãdo aũt luna est plena tũc hz quadruplicẽ plenitudinẽ scilicet plenitudiẽ lucis in corpore, virtutis in operatiõe forme specie, ⁊ imaginis impresse. Sic beatus Dominic⁹ habuit plenitudinem lucis in corpore. id est diuine sapientie in mente. Est autem triplex sapientia sicut dicit. Augu. in libro de quãtitate anime scilicet nociua que est sapiẽtia mundana. superflua q̃ est philosophica, et necessaria q̃ est diuina. Habere igit̃ sapientiam nociuam est esse lunã vacuã. Habere sapienti ã philosophicã: est esse lunam semiplenã. Habere vero sapiẽtiã diuinã est esse lunã plenam. Beat⁹ Dominicus non fuit luna vacua: quia sapiẽtiaz mundanã abhorruit: nec fuit luna semiplena: quia sapientiam philosophicam contẽpsit: sed fuit luna plena quia sapiẽtiaz diuinã dilexit Secundo dicitur luna plena: qr habuit plenitudinem virtutis in operatione. In homine sũt intellectus affectus, ⁊ effectu. Illi ergo sunt luna vacua qui habent intelletum vacuũ dei cogitatione: affectũ dei amore et effectum bonã operationẽ. Illi vero sunt luna semiplena q̃ habẽt fidẽ: sz nõ habẽt amorem nec operationẽ. Beatus vero Dñic⁹ fuit luna plena: quia habuit intellectum illuminatũ per fidẽ. effectum inflãmatuz per amorem: ⁊ effectum informatum per bonam operationẽ. Tertio dicitur luna plena: quia habuit plẽitudinẽ forme sperice. id est perseuerantie Sunt enim qui nec bene incipiunt. nec bene proficiũt nec bene finiũt. Et isti sunt luna vacua Sunt qui bene incipiunt: sed male proficiunt. isti sunt luna semiplena. Sunt ⁊ q̃ bene incipiunt, proficiunt et finiunt: isti sunt luna plena. Sed beatus Dominicus bene incepit, quia adhuc sub nutricis cura constitutus: in terra iacebat bene profecit qr in sua iuuentute vendidit libros et preciũ pauperibus erogauit: et bene continuauit et finiuit: quia totam, vitam suam in seruitio dei expendit Quarto beatus dominicus dicitur luna plena: quia habuit imaginis plenitudinẽ. Anima nãq; facta est ad imaginem dei quantum ad memoriam intelligentiam: ⁊ voluntatem. Quãdo igitur deus non est in memoria per intentionẽ nec in intelligentia per fidẽ nec in volũtate per amorẽ tũc luna est vacua. Quando vero quis habet deũ in intellectu per fidẽ, sz non habet eũ i amore per volũtatẽ: tunc imago lune est semiplena Beatus dominicus habuit eam plenã, qr deũ recte cognouit: vere dilexit: ⁊ in memoria semper retinuit. Tertio btũs dñicus assimilatur soli. Nã dicit Augustin⁹ q̃ in sole tria cõsiderãtur. i. quod est, qd lucet ⁊ quod calet. In beato autem dominico instar solis fuit essentia pura: id est vita sancta, doctrina lucida, ⁊ charitas inflãmata. Amittit aũt sol. i. p̃lati q̃ deberent esse sol: lucem suã q̃tũ ad nos quadruplici de causa. Prio ꝓpter nubis tectionem. i. superbie obumbrationẽ Ezechiel. xxxij. Solẽ nube tegã. id est tegi ꝑmittã. Sz beatus dñicus isto modo non amisit lucẽ, quia sine nube superbie fuit. Uñ libẽtius morabat̃ carcassone vbi despiciebat̃ q̃ tholose: vbi ab omnib⁹ honorabat̃. Secũdo propter obiectionẽ lune. i. leuitatis ⁊ incõstãtie. Unde de hoc Eccl. xxvij. Stultus sicut luna mutatur. Beat⁹ aũt dñicus habuit magnã mentis firmitatẽ. Unde dicit̃ in eius legenda, tã seruabat mentis constantiam, vt v. x aut nunq̃ semel nunciatum sermonem cum deliberatione acquiesceret imutare. Tertio propter fumi vel vaporis obũbrationez. i. carnalis cõcupiscentie exalationẽ. Apoca. ix. Ascẽdit fum⁹ putei sicut fornacis magne: ⁊ obscuratus est sol ⁊ aer de fumo putei. Istaz autem exalationẽ beatus dominic⁹ non habuit: qr virginitatẽ integram custodiuit. Quarto ꝓpter terre interpositionem. i. terrenoꝝ cupiditatem Hiere. vj. A minori vsq; ad maiorẽ omnes auaritie student. Sed beatus dñicus isto modo obscurari nõ potuit: qr volũtariã paupertatẽ elegit. Gall. vj. Mihi mũd⁹ crucifixus est ⁊ ego mundo. Mundus q̃ppe sibi crucifixus est: qr ipsum mundum ⁊ oia mũdana ⁊ terrenas cupiditates vis

ūpendit ⁊ desperit ⁊ ipse mūdo crucifi
xus est qz de mūdo nō fuit reputatus nec
mundus de ipso curabat.

¶Sermo.cxcix. De eodē. Sermo.ij.



Spirit⁹ meus
qui est in te, ⁊ verba mea q̄
posui in ore tuo non deficient de ore tuo ⁊ de ore se
minis tui dicit dominus: a
modo ⁊ vsq; in sempiternuz. Esa.lix. Ut
rum predicatorem tria emendat scilicet
vita sancta doctrina assidua, ⁊ sapiens
proles ⁊ fecūda. Ista tria beatū dñicū cō
mendabile reddūt scz vita sancta cū ūr
Spūs me⁹ qui est i te. Ipse enim habuit
spm̄ sem̄: et ideo non tm̄ verbo sed etiā
exemplo ⁊ virtutib⁹ predicauit. Utebat
enim doctrinis, exēplis, ⁊ etiā miraculis.
Quidā enim erant in scū ⁊ ignariū ⁊ q̄tum
ad istos vtebatur bonis ⁊ vtilib⁹ doctri
nis vt eos istrueret. Quidā erāt insipidi
⁊ indeuoti ⁊ quantū ad istos vtebat gra
tijs ⁊ exemplis vt indeuotos attrahent.
quidam vero erāt duri ⁊ obstinati ⁊ quā
tum ad istos vtebat miraculis vt eos cō
uerteret de his tribus ūr Marci vltimo.
Illi aūt profecti predicauerūt vbiq; et
ce doctrina fructuosa dño cooperante et
sermonē confirmante: ecce vita gracioſa
sequētibus signis: ecce miracula virtuo
sa. De histrib⁹ etiā ūr. Joh. v. Tres sunt
qui testimoniū dāt in celo, id est in beato
dñico spirituali ⁊ celesti, scz pater qui sibi
dedit miraculoz potentiā filius q̄ sibi de
dit p̄dicāti sapiētiā: ⁊ spūsctus q̄ sibi de
dit virtutem ⁊ gratiā. Scōm est doctrina
assidua. cum ūr. Et verba mea q̄ posui in
ore tuo qō est cōtra p̄dicatores desidio
sos qui verba dei nō habent in ore p̄ doc
trinā sed abscōdūt in corde p desidiā ⁊
per inertiā. Et th̄ sunt quatuor que abscō
di nō debēt, scz sapiētia ⁊ thesaurus. Ec
clesia. xli. Sapiētia abscōdita ⁊ thesau
rus inuisus q̄ vtilitas in vtrisq; Talentū,
vt habet Mar. xxv. Et frumētū. Prouer.
xj. q̄ abscōdit frumētū maledicet in po
pulis. Nō debēt verba dei abscōdi: quia
sunt sapiētia dei qua me diāte instruunt.
ps. Testimoniū dñi fidele sapiētiā p̄stās
parvulis. Sūt thesaur⁹ dei quo egeni di
tant. ps. Bonū mihi lex oriſ tui sup̄ mīa
auri ⁊ argēti. Sunt talēta quibus seruī
peccati redimūtur: ⁊ ad ista talēta aureo
christinos admonet cōparāda. vt habet
Apoc. iij. Suadeo tibi emere a me aurū
ignitū p̄batū ⁊c. Sūt frumētū dei quo fi
deles reficiunt. Mat. iiij. Non in solo pa
ne viuit homo ⁊c. Tertiū ē ples sapiēs ⁊
fecūda. cū ūr. Et ō ore seminis tui ⁊c. Se
men em̄ beati dñici fuit ordo predicatoz
qui in christo penāgelijū g̃neranit. Nō
enim ipse ordo fuit a casu inuentus vel ex
humana prudētia institutus: sed fuit pos
tius ja deo destinat⁹. Luc. xiiij. Misit ser
uum suū dicere inuitatis vt venirēt. Ec
ce. Hora cene finis ē sch̄. In hoc fine mit
titur seruus, id est ordo p̄dicatoz ad in
uitatos p legem ⁊ prophetas: vt repulso
fastidio ad gustādū cenā se prepararēt.
Scō fuit a prophetis p̄figuratus ⁊ mas
time. Zacha. vj. Ubi dicit q̄ quarta qua
driga erant equi varij et fortes. Isti equi
sunt predicatores christum per vniuer
sum mūdū portātes. Et dicunt varij: nō
tm̄, pter habitū, sjetiā pter varietatē
virtutū ⁊ dicunt fortes: q̄ fortiter scīpe pu
gnare: se defendere: ⁊ sunt i q̄driga quar
ta. In prima em̄ q̄driga sunt eq̄ rufi. i. ordo
martyrū. In scōa sunt eq̄ n̄gri. i. ordo
cōfessorū q̄ se per inacerationē denigras
uerūt. In tertia sunt eq̄ albi. i. ordo v̄gi
num. In quarta sunt eq̄ varij. i. ordo doc
torū ⁊ p̄dicatoz. Tertio: ste ordo fuit a
matre, dei im petratus ⁊ habitu insignit⁹.
Nā cū quidā sanct⁹ vir ante istius ordi
nis institutionē instaret oratiōi. vidit bea
tam virginē mariā p humano genere ex
orātē. Cui ait xp̄s. Quid possum amplī⁹
facere? Misi p̄rchas ⁊ ypheras ⁊ pa
rū se emēdauerūt: veni ⁊ ego ad eos. De
inde misi apl̄os: ⁊ me ⁊ eos occiderunt.
Misi etiā martyres ⁊ cfessores ac docto
res: ⁊ nec illis acquieuerūt. Sed q̄nō est
fas vt aliq̄d tibi denegē: dabo eis predi
catores meos. Fuit etiā ipe ordo p̄dica
torū a v̄gine gloriosa in habitu insignis
tus. Nā cū p̄i⁹ fratres habitū aliū defer
rēt beata v̄go habitū quē nūc habēt eis
ostēdit. Quarto fuit ab apostolis dei scīē
tia⁹ cōstātia decorat⁹. Nā Petr⁹ ⁊ Pau
lus sibi apparuerūt: cui Petr⁹ baculum.

Paul⁹ vero librū tradidit dicētes. Uade p̄dica: qm̄ ad hoc ministeriū a deo es electꝰ. Per librū aūt significat domū sciētie Et p baculū intelligit fortitudo ꝯstātie q̄ duo in predicatoribꝰ maxima req̄runtur. Quinto a vicario dei fuit cōfirmatꝰ. Cum em̄ summus pōtifex beato dñico ordinis predicatorū cōfirmationē petenti se difficilem exhiberet. sequēti nocte vidit in visiōe ꝙ ecclesia lateranen̄. ruinā minaret. ⁊ ecce beatꝰ dñicꝰ occurrit: ⁊ humerꝫ suppositis ip̄aꝫ ecclesiā sustētauit ⁊c. Sexto fuit a beato dñico institutꝰ. Unde super illud Eccli. x. Utilem rectorem in tempore suscitauit. Dicit glosa interlinearis. i. ordinem predicatorum ⁊c.

¶ Sermo. cc. De eodem ser. iij.



Lex veritatis fuit in ore eius: et iniquitas nō est inuenta in labijs eius: in pace ⁊ eq̄tate ambulauit mecuꝫ: ⁊ multos conuertit ab iniquitate. Malach. ij. Ex his verbis ostenditur ꝙ beatꝰ dñicꝰ habuit triplicē perfectionē. Primo nāq; fuit p̄fectꝰ quātum ad se: cū dicitur. Lex veritatis fuit in ore eius, ⁊ iniq̄tas nō est inuēta in labijs eiꝰ. Que perfectio fuit in veritatis sciētia: cū dicit. Lex veritatis fuit in ore eiꝰ ⁊ in sanctitate vite: cū dicit. Et iniq̄tas nō est inuēta in labijs eiꝰ. ¶ Circa primū notandū ꝙ q̄druplex ē lex. Pr̄ia est lex. cupiditatꝫ que est aduocatorū. Esa. v. Ue q̄ iustificatis impiū ꝑ muneribus: ⁊ iustitiā iusti aufertis ab eo. Scd̄a est lex vanitatis q̄ est philosophorū. Sap̄. xiij. Uani sunt oēs homines: in q̄bꝰ nō est sciētia dei. Tertia est lex iniq̄tatis q̄ est malorꝫ. Sap. ij. Sit aūt fortitudo nr̄a lex iniustitie ⁊c. Quarta nāq; lex veritatis que lex est sanctorū. Sap̄. x. Dedit ei illi sciētiā sanctorꝫ. Beatus autē dñicus nō habuit legē cupiditatis: quia omnia terrena cōtempsit. nec legem vanitatis: qꝛ philosophica dogmata vilipēdit. neq; legē iniquitatis: quia innocentiam custodiuit. sed ipse habuit legem veritatis: quia in illa studuit et eam amplexatus fuit. Prouerbiorū. iiij. Arripe illaꝫ ⁊ exaltabit te: ⁊ glorificaberis ab ea cum eam fueris amplexatus. Secunda p̄fectio beati dominici fuit in sanctitate vite: cū dicit. Et iniquitas nō est inuenta in labijs eius. Minꝰ dicit ⁊ plus significat. Nō solum nō fuit in ipso iniq̄tas: sꝫ potius fuit in ipso magna sanctitas. Perfecte aūt sanctitatis sex sunt signa. Primū est vberior fletus. Aug. Tanto quisq; est sanctior ⁊ sancti desiderij plenior quāto fit in eiꝰ oratione fletꝰ vberior. Istud signū habuit beatꝰ dñicꝰ de q̄ dicitur. Specialē sibi gratiā dñs ꝯtulerat flere ꝑ peccatoribus miseris ⁊ afflictis. Secundum est mundi despectꝰ. Unde sāctꝰ in greco dicitur agyos. i. sine terra: qꝛ ille vere est sanctꝰ qui est sine terra auaritie: ⁊ beatꝰ dñicus mūdū despexit: ⁊ quātum ad diuitias: qꝛ oīa terrena ꝯtēpsit. ⁊ quātum ad delicias: qꝛ v̄ginitatē seruauit. ⁊ quantū ad honores: qꝛ episcopatū fugit. Tertiū est mētis excessus. ij. Cor. v. Siue mente excedimꝰ ⁊c. p̄s. Ego dixi i excessu meo oīs homo mēdax. Et de beato dñico dicitur ꝙ intantū rapiebat mētis excessu: ⁊ maxime quādo missa dicebat: ac si christum ibi visibiliter videret. Quartum est moriendi desideriū. Philip. j. Desideriū habēs dissolui ⁊ cum xp̄o esse. Et de beato dñico dicitur. Sitiebat seruus dei martyriū sicut sitit seruus ad aque fluuium. Quintum est appetitus celestium. Philippen. iiij. Nostra conuersatio in celis est. Chrysosto. Nihil dꝫ habere terrenū que vult esse celestis: ⁊ de beato dñico dicit. Nocte celi perlustrās lumina ⁊c. Sextū est facilis impetratio gratiarū. p̄s. Inuocauit me ⁊ ego audiam eum. Esa. lxv. Adhuc illis loquētibus ego audiā. Istud signū habuit beatus dominicus qui legit dixisse. Nunq̄d a deo aliq̄d petijt: qd̄ nō assequerer iuxta votū. Scd̄o fuit perfectꝰ quantū ad deū: qd̄ notat cū dr̄. In pace ⁊ eq̄tate ambulauit mecū. Ipse em̄ cū deo in eq̄tate ambulauit: qꝛ se totalit deo mācipauit. Multi autē sunt q̄ cū deo inequaliter ambulāt: qꝛ peiorē partē dant deo: ⁊ meliorē mūdo: ⁊ diabolo scꝫ de corpore suo: diabolo iuuētutem, ⁊ deo senectutez. Ozee. vij. Comederūt alieni. i. demones robur eius. i. iuuētutē ⁊c. De suo corde, qꝛ dāt deo intellectū per fidē, et mū-

do dant affectū p amorē. Tītū. j. Cōfitēt
tur se nosse deū: factis autē negant. de rē
pote suo: qz diabolo dederūt tēp⁹ pteri
tum z pñs. Sed deo dare volūt futurū: z
dicūt jego agā penitētiā: cum tamē dicat
Eccli. ix. Ola i futurū seruanē icerta. De
opere suo deo dāt corticem exteriorem p
apparentiā: sibi autē retinent medulam
interiorē per vanam gloriam z intentio
nem obliquā. Mat. xxj. Ola opera sua fa
cūt vt videanē ab hominib⁹. Et de sub
stātia sua: qz deo dāt vilia z sibi retinent
pciosa, sicut fecit Cain q̄ spicas corrosas
deo obtulit, z plenas sibi retinuit: sz bīus
dñic⁹ cū deo in equitate ambulauit: quia
totum suū corpus z totum cor suum: et
opus suuz z totam substantiā suā deo ob
tulit. Tertio fuit perfect⁹ quantū ad pri
mū cū dicit. Et multos auertit ab mīcia
te. Auertit q̄dem eos dupliciter. s. verbo
doctrine z exēplo vite. Nā assidue predi
cabat z multos cōuertebat. ij. Timo. iiij.
Predica verbū: insta opportune impor
tune. z ideo mīstratus est in specie catuli
accēsam facula bajulātis. Ipse eīm obiur
gabat, incēdebat, z demulcebat. Obiur
gabat malos. s. latratu increpatiōis. de
mulcebat bonos lingua lenitātis exhorta
tionis, z inflāmabat omnes ad regnum
amoris. Ibidē. Argue sez bonos exhort
tando obsecra omnes sez ad viā bonam
deducēdo. Increpa malos sez obiurgādo.
Ideo in arca Moysi erāt māna, virga z
tabule: quia in beato dominico q̄ fuit ar
ca delitū māna dulcis exhortationis q̄
ad bonos: virga correctiōis quo ad ma
los: z lex amoris q̄ ad omnes: qz illa ex
hortatio z correctio pcedebāt defuncte
amoris. Secūdo malos aduertit exēplo
vite sue. Distinguit autē Aug. in libro de
ciuitate dei tripler gen⁹ vite: sez ocio suz,
actuosum z extroqz composituz. Primū
genus vite in ocio cōtemplationis. Secū
dum in labore actionis. Tertiū in excel
lentia perfectionis. Istud tripler genus
vite habuit beatus dominicus. De duo
bus primis dicitur. Nocte celi illustrans
lumina die terr̄ vat̄ bis semina. Habuit
etiā tertiam qb cōstitit in excellētia perfe
ctiōis. Est autē perfectio triplex. vna est
excellēs que cōsistit in p̄ceptoz obserua
tione. Et istā pfectionem habuit dum erat
hic esse laicus. Secūda est excellentior
que cōsistit in cōsiliorū additione: z istaz
habuit dum fatu⁹ esset regularis canoni
cus. Tertia est excellētissima: z ista p̄sistit
in supererogatiōe: z istā habuit quādo fa
ctus est vir apostolicus. Tūc enim multa
cōsiliū supererogauit: vt pote cōsilio pau
pertatis nihil habere ꝓpriū: nō tantum
in speciali sed etiam in cōmuni. Et cōsilio
obedientie seruare obedē. etiam: nō solum
vsq; ad cōtumelias verboz vel oblatio
nem rerū: vel iniurias verboz etiā vsq;
ad mortē. Consilio castitatis addidit: qz
nō fuit cōtemptus seruare castitatem cō
tinentie: sed etiam seruare castitatem vir
ginalis mundicie.

¶ Sermo. ccj. De eodē. Sermo. iiij.



Misit seruum
suū hora cene ꝛc. Lu. xiiij.
Per cenaz finis seculi: per
seruum ordo predicatorū
significat: huius ordinis
beatus dominicus fuit in
stitutor. Ad bonitatem autē seruitoris re
quirunt. Primū est fidelitas. Mat. xxiiij.
Quis putas ē fidelis seru⁹ z prudēs. Istā
fidelitatē beat⁹ dñic⁹ deo suam: tria fe
cit ab ipso accepit. s. corp⁹, animā, z res tē
porales q̄ deo fideliter reddidit: nam de
carne reddidit deo puritatē: de mēte de
notā oratiōnē: de rebus liberalē: ad pau
peres distributionē. Fuit etiā fidelis ser
uus qz in his q̄ faciebat non suū sz dñi sui
honorē intēdebat: qđ est ꝛ illos q̄ in his
que faciūt glorīā mundi ārūt. Ipsa autē
humana gloria aliquando opus bonum
precedit: z tūc illud opus est penit⁹ inter
mittendum: qz ex corrupta radice nō po
test bon⁹ fructus ꝓdire. Iste quōmodo cō
mitatur: z tūc opus, et si cōtinuā dū z pficien
dum. Iste quādo vero subsequit quando
quis de aliquo bono quod fecit intra se
vane gloriatur: z tūc ad confessionem est
recurrendū. Istud autem vitiū vane glo
rie secūdum eundē Chrȳsost. difficulter
vincitur triplici de causa. Primo quia de
bono nascitur: sicut enim ex vestimēto ti
nea nascitur que vestimentū corrodit: et
ex oleribus nascitur vermis q̄ olera cor

rumpit: sic ex bonis operib⁹ interdū vana gloria nascitur: que ipsa bona opera ledit. Scdo qr nō hz contrariū per quod vincatur: sicut fornicatio habet pro ꝯtrario castitatem: superbia pro cōtrario habet humilitatem. Tertio qr quanto plus compescitur tanto plus augetur. Et rō secundū Chrysostomum: qr omne malum ex malo nascitur. Sola autem pena glīa, de bono procedit: ideo non extinguit̄ per bonum: sed magis augetur. Scdo ad bonitatem serui spectat mūdicia. ps. Ambulans in via immaculata hic mihi ministrabat. Istam mundiciam beatus dominic⁹ habuit: quia virginitatē integram custodiuit. Que quidē virginitas beati dominici virginitate beate marie inq̄tum fuit possibile similis multum fuit. Ipsa em̄ habuit virginitatem integrā, quia fuit virgo ꝛ mente ꝛ carne, sic ꝛ beatus dominicus integritatem carnis habuit ꝛ etiā mentis puritatez seruauit. Una enim sine alia nō sufficit. Unde angelus qui Joanni apparuit zona aurea cinctus, in pectore aduenit: vt habetur Apocaly. primo, qr talis debet esse angelicus ꝑ integritatē carnis ꝛ debet esse cinctus per mundiciam cogitatiōis: ꝛ debet esse cinct⁹ in pectore zona aurea, qr hoc dz facere ex charitate cordis. Secūdo beata virgo habuit virginitatem dedicatā Christo, qr ipsam primo deo vouit ꝛ dedicauit. Sic beat⁹ dominicus virginitatem suā deo vouit ꝛ vendidit. Prouerbiorum vltimo. Syndonē fecit ꝛ vendidit, ꝛ cingulum tradidit chananeo. Per syndonem que multis tonsiōib⁹ ad candorē deducitur, significat̄ virginitas, que multis maceratiōibus habetur. Ista virginitas debet deo vendi: id est deuoueri. In qua venditiōe homo cum deo multū lucratur: quia q̄ dat Deo corporis ꝛ anime puritatez recipit ab eodē corporis ꝛ anime felicitatem. Justi autem qui mundo eam vendūt multū perdūt: quia dant aurum virginitatis ꝛ recipiūt plumbum scz corruptionis ꝛ castitatis cingulū quo sinus fluxibiliū cogatationū restringitur chananeo traditur, qñ christo qui est zelator spōte sue ipsa virginitas deuouetur. Tertio virgo beata habuit virginitatē trāsfusiuaz: qr licet pulcherrima fuerit a nullo tamen potuit cōcupisci qr puritas sua in alios trāsfundebat̄: ꝛ omnes mot⁹ illicitos extinguebat. Istud etiā fuit in beato dominico, qr cum quidam scholaris carnis lubricum pateret̄ ꝛ manum eius osculatur: ipse scholaris tantū ex illa manu virginea ꝓdire sensit odorē ꝙ eius cor penetrauit ꝛ omnem concupiscentie estum extinxit: ideo eius odor assimilari pōt odori ꝛ cedri myrrhe. Sicut ei odor cedri fugat serpētes ꝛ odor myrre fugat vermes: sicut odor sue puritatis lmūdis expellebat cogitatiōes. Tertio ad bonitatem serui requiritur vigilātia. Luce. xij. Beati serui illi quos cū venerit dominus inuenerit vigilātes. Sz beatus dominicus valde in orationib⁹ vigilauit cuius orationes sex circunstātias habuerūt primo nāq̄ fuerūt feruētes. Unde legit̄ ꝙ frequenter cum vestibus balneatis in ecclesia pernoctabat. Mane aūt facto huiusmodi sue vestes magis sicce reperiebant̄ q̄ vestes sociorum suorum: q̄uis vestes suorum sociorum iuxta ignē tota nocte dimittebātur. Tantus em̄ ardor amoris eius pectus inflammauerat: ꝙ ei⁹ corp⁹ feruere faciebat: ꝛ sic corp⁹ succēsum vestimēta madida exsiccabat. Scdo fuerunt efficaces. Unde dixit cuidam suo familiari. Nunq̄ a deo q̄cq̄ petiit quin illō consequerer iuxta votū. Ipse enim a deo exaudiri meruit ꝛ ꝓpter intensum clamorē cordis. ps. Clamauit ad me ꝛ ego exodiam eū: ꝛ propter impletionē diuine voluntatis. ps. Uoluntatem timentium se faciet: ꝛ propter magnitudinem crudelitatis. Mat. xxj. Quecūq̄ petieritis in oratiōe credentes accipietis. Tertio fuerūt leues: ꝛ ideo in celum ꝛ ascēdebāt. Illa enim oratio est grauis que vel habet pondus peccati. Esa. j. Multiplicaueritis orationem non exaudiā ꝛc. Uel pond⁹ terrenitatis. Hebr. xij. Deponentes omne pōdus ꝛc vel pondus carnalitatis. In veteri autez lege de altari holocaustorū erat via ad altare incensi: quia de mortificatione carnis trāsitur ad suauitatem orationis. Istud autē pondus orationes beati dominici p̄ris nostri non habuerunt: qr ꝛ sine peccato extitit ꝛ terrena contēpsit ꝛ carnem suaz macerauit. Quarto fuerunt

continuē qz in oone continuē pernocta-
bat. Luc. xvij. Oportet semper orare et
nunq̄ deficere: Uere ipsenō deficiebat
quā do orare incepit in sua puericia: quā
do super nudam terrā acumbebat: z p-
secutus est inetate reliqua z cōsumma-
uit i morte sua: qz tūc christo filios suos
recommendauit z pollicitus est seruatu-
rū post mortē suā. Quinto fuerūt deuote:
qz tanta dulcedine plenus erat q̄ sepe ia
seipso deficiebat. ps. Memor fui dei et
delectatus sum z c. Sexto fuerunt sincere:
quia non petebat aliquod terrenū cōmo-
dū: sz salutem animaꝝ. Unde de eo di-
cit q̄ sepe deū rogauit q̄ talē gratiā sibi
infundere dignarēt qua se totum posset
impendere vtilitatibus proximorum.

¶ Sermo. cclj. De eodem. Ser. v.

OPus facē uā
gelistē, ministerium tuū
ipleſ: fobuꝝ esto. ij. Thi-
mo. iiij. Et his ꝑbis ostē
dit q̄ laudabiliter bea-
tus dñs se habuit ad
primū, ad deū z ad seipsum. Quo
ad primū dē laudabiliter se habuit: qz
verbo z exēplo predicauit quod notat
cum dr. Opus fac euangeliste. Ad verū
autem euangelistam quatuor requirunt
sz doctrina, scientia, vita z conscientia.
Et ista quatuor tangit dominus Luc. xxj.
Ego enim dabo vobis scilicet apostolis
qui fuerunt magne perfectionis: ecce vi-
ta, os: ecce doctrina z sapientiam: ecce
scientia cui non poterunt resistere et con
tradicere, omnes aduersarij vestri: ecce
constantia. Scientia eñ sine doctrina nul
lius est vtilitatis. Doctrina vero sine scie
tia est magne fatuitatis. Scientia. z doctri
na sine vita, est magne vanitatis: z habe-
re ista tria siue constantia est magne despi
cabilitatis: qz timidi z pusillanimes ab
omnibus contemnuntur. Beatus igitur
dominicus habuit scientiam cum doctrina
alias sua, scientia nullius fuisset vtilitatis
Eccli. xx. Sapiētia absc̄dita z thesaurꝰ
inuisus, que vtilitas in vtrisq̄. Tria nāq̄
sunt que nō debent absconditi. s. iusticia dei
veritas dei: z misericordia ps. Justitiam
tuam non abscondi in corde meo: veritā-
tem tuam z salutare tuū dixi. Non absco
di misericordiam tuam z c. Prelatus igi-
tur debet manifestare iusticiam dei z c.
per quam subditi sollicitentur in operan
dis. Veritatem dei per quam instruant in
credendis. Et miaz dei per quā animent
in diligendis. Secūdo beatus dominicꝰ
habuit doctrinā cū scientia: alias doctri-
na fuisset magne fatuitatis: vñ Greg. Ne
cesse est quod stulte sapiāt stulte predicent.
s. Thim s. Non intelligēs neq̄ q̄ loquā
tur neq̄ que affirmant Tales sunt sicut
filij viperarum, q̄ ante tempus rumpunt
maternū vterū vt exire possint ad ortum.
Sic z multi ante tempus interrūpūt stu-
dium vt exire possint ad ꝓdicandū. Ter
tio habuit scientiam z doctrinam cū vita
alias totū fuisset vanitas. Magna eñ va
nitas est instar candele, alios illuminare
z seipsum consumere. Talis habet vocē
Jacob. i. doctrinā: sz manꝰ Esau. i. opera
tionē malam. Tales sunt similes illi egy
ptio de quo legit Numeri. xxiiij. qui nat
erat ex patre egyptio z mīre indea q̄ deū
israel blasphemauit. Ta es eñ nascunt
ex patre egyptio. i. diabolo ꝓpter malā
vitā sz vident esse filij inde. i. eccle ꝓpter
doctrinā. Quarto habuit cōstantiam cō-
tra hereticos z infideles: alias cetera hec
dētia fuissent magne despicabilitatis: ꝑm
anēt Thzyſ. Tria sunt genera hoim q̄ in
suis operationibus timere non debēt. Uñ
a t. Miles si bellū timere nunq̄ victoria
fruerer. Agricola ꝑo si labores fugeret,
nunq̄ fructꝰ terre colligeret. Negociator
si terre z maris pericula formidaret lucri
commercia non cōgregaret: sic seruꝰ dñi
ci pericula tentationis abhorret z ociosi
residant nunq̄ probationis cozonā inue-
nient. Beatus ergo dominicus nō timuit
sz valde ꝑfās fuit ex eo q̄ fuit miles xp̄i.
ij. Thi ij. Labora sicut bonꝰ miles, iesu
xp̄i z sicut agricola dei. Ibidē. Laborātē
agricolam oportet primo de fructibus p
cipere. Et negociator regni. Luc. xix. Ne
gociamini dū venio. Secūdo btūs domi
nicꝰ laudabiliter se habuit quo ad deū,
cuius ministerium adimpleuit: qđ notat
cum dicitur. Ministerium tuum imple.
Ministrant quidem deo suaz intelligētiā
per fidē nō quātūcūq̄ fidem: sed firmam

t certam t dilectioni cōiunctam.ij.Thi mo.iij.Bonum certamen certaui,cursuz ꝓsummaui,fidē seruaui:eccc ꝯ firma. In reliquo reposita est mihi corona iustitie: ecce ꝯ certa:nō solum mihi sz t his qui diligunt aduentum eius,ecce ꝯ cōiuncta dilectioni.Secundo beatus dominic⁹ mi nistrauit deo suā affectuam p amorē. Nolui eiꝰ terrena querere sed spiritualia t celestia desiderare:qz terrena in vita hō habet la morē. Eccl.viij. Est hō qui dieb⁹ ac noctibus somnuz non capit oculis ꝛc.In morte habēt dolorem. Eiusdē.v. Divitie congregate in malum domini sui perierunt in afflictione pessima.post mortē pariēt vacuitatem t famē. Job.xxvij. Divites eiꝰ cū dormierit nihil secū auferet ꝛc.Bona nāt spiritualia in vita hēt delectabilitatē. ꝑs. Cantabiles mihi erant iustificationes tue.In morte securitatem.puerbiorū xertio. Si dormieris nō timebis ꝛc. Post mortem satietatem.ꝑs.Satiabor cū apparuerit gloria tua. Tertio ministrauit deo suam operatiuā p sollicitā operationē. Ipse enim bonis operibus vacauit.Et in pueritia sua,qz sub nutrice sua constituē lectum dimittebat t super nudam terraz accumbebat.In iuuētute quia libros vendidit t pretiuz pauperib⁹ erogauit.Et in tota reliqua sua etate:qz totam vitā suā expendit in dei seruitium t conseruationē animarū.Quarto ministrauit se totū deo. Nā cum a deo acceperit corp⁹ t alia et res:ipse corp⁹ dedit primo ad vendēdū sicut patet in legenda.Animā ad compatiendum vnde dicitur de eo.Specialē sibi gratiam dominus dederat flere p peccatoribus miseris t afflictis:t res ad subueniēdum quia omnia sua pauperib⁹ erogauit. Tertio laudabiliter se habuit quo ad seipz cū dicitur.Sobrius esto.Circa quod est notādū ꝙ est quadruplex homo.i homo brutalis:qui.s.sequitur appetitū sensualitatis.ꝑs.Cōparat⁹ est hō iumentis insipientibus t similis factus est illis:t istenō est sobrius sed ebrius ebrietate carnalis luxurie puer.vij.Veni t inebriemur uberibus.Scōs hō est ipse homo rōnalis,q.d. viuēs sm rōnis iperiū.j.Cor.vij.Qui aūt hēt vxores tanq̄ nō hētes sint ꝛc.Iste est sobrius sobrietate temperātie.Uñ ꝺr de vino loc cū dicitis mundane.Eccl.xxxj. Si bibas illud tēperate,eris sobri⁹. Tertiꝰ est homo angelicus qui.s.mūdū t omnē actū carnalem penit⁹ deserit t angelico more vivit de talib⁹ ꝺr. Luc.xx. Equales eiꝰ sunt angelis. Iste est sobri⁹ sobrietate abstinētie:et abstinētia mundo t delectatiōibus mundi.j.Thes.v. Nos qui dei sumus,sobrij sum⁹.Quartus est hō diuinus.s.qui totus per amorē trāsit in deū. Talis erat apl's q̄ dicebat ad Gal.ij. Vivo ego iam nō ego ꝛc. Et iste est sobri⁹ sobrietate vie inde vēt⁹ ad satietatē pfre. Cāticoz.v. sicēt. Bibite amici:ecce sobrietas vie.Et inebriamini charissimi:ecce sanctetas patrie. Bēs igit dominic⁹ nō fuit hō brutalis:qz sensualitatē suā rōni subigebat. Nec fuit ꝑtentes esse solum modo homo rōnalis:qz oibus mūdanis t terrenis abstenēbat:sed fuit hō angelic⁹,qz ab omni carnali delectatione abstinuit:t fuit homo diuinus,quia tot⁹ per amorē in deum transiuit,de sobrietate vie perueniēs ad sobrietatem patrie:vnde,de eo dicit. Liber carnis vinculos celos introiuit,vbi pleno poculo gustauit t sitiuit.

¶ Sermo.cclij.

¶ De eodem,Sermo sextus.

Vos estis sal terre. Mat.v. In festum presens euāgeliū ad honorē beati dñici decantat:ipse ibidē assimilat salicō dienti,luci refulgēti, cunitate eminēti,t lucerne in cādelabro radianti. Ipe nāq; habuit diuinā sapientiam, t iō assimilatur sali condienti.cū dicitur. Vos estis sal terre. Dicitur aūt sal terre rōne originis:rōne nominis t ratione virtutis. Ratiōe originis,qz sicut dicit Chrys.super.Matth. Natura salis generatur per aquā p calorem solis ac per flatuz vēti.t ex eo ꝙ fuit in aliā speciem commutatus. Sic etiam beatus dñicus in virū spiritualem est gratus per aquā.i.lachrymarū effusionē:vñ ꝺr de eo.Crebros adiungēs sedulis fletꝰ oronib⁹.ꝑs. Lauabis me.s.p lachrymarū effusionem t super nivem dealbabor

quia inde acquirā mentis innouationē. Per calorē solis.i.per feruentē amorem Unde interrogatus in quo libro magis studuerat rñdit i libro charitatis.ps. In flammatū est cor meum.s.per feruentem charitatē, ⁊ renes mei commutati sunt, scz per mentis puritatē. Per ventū.s. spiritussci afflationē qui cor eius sic afflabat ꝙ mentis excessum aliqñ in eo faciebat: ita ꝙ loquēs cū deo in orōnibus patiebat amoris ebrietatem loquens cum proximo in exhortationibus cū temperabat se per sobrietatē.ij.Cor.v. Siue mēte excedim⁹ deo siue sobrij sum⁹ vobis. Scdo dr sal rōne nois. Sal em̄ sm Isid. dicit a salo.i.a mari salso, vel a sole: qr sicut oibus est cōis ⁊ necessari⁹, ita.⁊ sal. Uel dr a saliēdo: qr salit ab igne. Beat⁹ autē dominicus per suam sapientiam et doctrinaz modo inducebat homines ad peccati amarā contritionem, ⁊ tunc poterat dici sal a sallo: modo ad lucidā dei cognitionē, et tunc poterat dici sal a sole ⁊ modo ad mūdi cōtemptū ⁊ despectionē ⁊ tūc poterat dici sal a saliēdo, qr homines ab appetitu mūdi resire faciebat. iuxta illud Na.iij. Omnis q̄ viderit te resiliet a te. Tertio dr sal rōne virtutis. Nā sm Chrys. Sal in carne fetorē aufert, sordes expurgat, ⁊ vermes nō sinit generari: sic btūs dñicus per suā sapiētiā ⁊ doctrinā auferebat fetorē male fame, expurgabat sordes cōcupiscentie, ⁊ non sinebat in ꝯsciētia generari vermē remordentis culpe. Quando aūt sal istā virtutē nō habet, ad nihilū valet vltra nisi vt mittat foras ⁊ conculcetur ab hominibus. Tales enim conculcabuntur a sanctis in iudicio per condemnationē. Mala.vlt. Cōculcabitis impios ⁊c. A deo per sui furoris effusionē. Esa.xliij. Calcaui eos in furore meo ⁊c. Ab angelis ꝑ separationē. Apoc.xiiij. Calcat⁹ est locus extra ciuitatem. A demonib⁹ calcātur ꝑ eternā cruciationē. Job.xviij. Calcet sup eū quasi rex interitus. Secūdo habuit lucidā doctrinam, ⁊ ideo assimilat luci refulgenti cum dicitur. Uos estis lux mūdi. Dicitur autē mundi triplici de causa. Primo propter lucis puritatem. Cum em̄ triplex sit species ignis, s. carbo, flāma, ⁊ lux: nō dixit xp̄s. Uos estis carbo mūdi vel flāma mūdi, sz lux mūdi. Carbo em̄ est lux i materia terrestri. Tales sūt q̄ꝝ.s. doctrina admixta est terrene cupiditati. Flāma ē ignis in materia aeris. Tales sunt quoꝝ doctrina admixta est humane ambitiōi. Lux vero ignis est i sua essentia purissima Tales sunt quoꝝ doctria est pure ꝓpter deū ⁊ cōmodū aiaꝝ. Talis fuit doctrina beati dñici ⁊ talem voluit este doctrinam sequentium filioꝝ. Unde in testamēto qd beatus dñicus in morte fecit: tria eis legauit.s.paupertatē, humilitatē, ⁊ charitatē. In hoc em̄ ꝙ paupertatē legauit noluit ꝙ ꝓpter cupiditatē terrenā predicarēt. In hoc ꝙ humilitatē eis legauit noluit ꝙ ꝓpter laudem humanā p̄dicarēt. Et in hoc ꝙ eis charitatem legauit voluit ꝙ predicarēt solū ꝓpter salutē animaꝝ.j.Thes.ij. Neq; em̄ aliqñ fuim⁹ in occasiōe auaritie de⁹ testis est: ecce qr nō fuit carbo mūdi: neq; querētes ab hoib⁹ gloriā, ecce qr nō fuit flāma mūdi: sed facti sum⁹ paruuli in medio vestri ⁊c. Ecce qr fuit lux mūdi. Scdo dicit lux ꝓpter lucis effectum siue operationē. Lux em̄ excitat dormientes delectat aspicientes ⁊ dirigit operantes. Sic beatus dñic⁹ tria in hominib⁹ faciebat propter q̄ mōstratus est in specie catuli latrātis facule ardentis: ⁊ stelle micantis. Fuit em̄ dei catulus inquātum pctōres latratu sue p̄dicatiōis a somno peccati excitabat: ⁊ fuit facula dei inq̄tū bonos ad celestia inflāmabat. Fuit stella dei: inq̄tū omnes i viā iustitie deducebat ⁊ dirigebat. Tertio dr esse lux ꝓpter maioris lucis ꝑticipationē. Lux em̄ primo cōtinet in luminarib⁹: deinde hr̄ in nubibus, postea i montib⁹, postea in terris inferiorib⁹. Radi⁹ diuine glorie ⁊ sapiētie. Primo fuit i apostiolis tanq̄ in luminarib⁹: deinde fuit i primis doctoribus sicut in nubibus, deinde in modernis doctorib⁹ sicut i mōtib⁹ deinde ēt i subditis ⁊ ceteris electis sicut in terris inferioribus. Beatus aūt dñicus inquātū fuit deuot⁹ laicus: fuit terra dei. ⁊ ideo fuit irradiatus Inq̄tum vero fuit regularis canonicus sic erat mōs dei, et iō magis fuit illustrat⁹. Inq̄tum fuit hō celestis ⁊ angelicus ꝑ virginitatē: erat nu-

bes dei: et ideo adhuc amplius fuit illuminat⁹. Inq̃tũ ꝟo fuit vir aplic⁹ erat luminare dei: ⁊ iõ fuit maxime illustratus. Pro uerb. iiij. Semita iusti. i. bti dñici q̃si lux splendens: qñ. s. fuit deuot⁹ laic⁹, procedit qñ fuit regularis canonic⁹: ⁊ crescit qñ fuit effect⁹ angelic⁹. Tertio habuit vitã eminẽtẽ: ⁊ iõ assimilat̃ ciuitati eminẽti: cum subditur. Non potest ciuitas supra montem abscondi ⁊c. Sicut igitur ciuitas supra montem posita est sana ⁊ munda ⁊ est secura sic et religio in eminentia perfectionis est sana propter votuz paupertatis voluntarie. Eccl. xxxj. Sanitas anime et corporis sobrius potus, ⁊ etiã sobrius cibus. Econtra dicitur Ecclesi. xxxvij. Propter crapulã multi obierunt ⁊c. ps. Prodijt quasi ex adipe iniquitas eorum. Est munda propter votum castitatis ⁊ continentie. ij. Cor. vij. Emundemus nos ab omni inquinamento carnis ⁊ spũs. Est secura ꝓpter votũ obediẽtie. Periculosum est em̃ qñ quis a ꝓpria voluntate ducit̃. Eccl. xviij. Si p̃stes anime tue cõcupiscẽtias ei⁹ faciet in gaudium inimicis tuis ⁊c. Quarto habuit lucidaz famã: iõ assimilat̃ lucerne sup cãdelabrũ radiãti cũ dr. Neq; accẽdunt lucernã ⁊c. Prelat⁹ etem̃ sicut alijs p̃eminet in ordine sic p̃eminere dz in fama ⁊ opiniõe: vñ dr. j. Regũ. x. ꝙ Saul ab humero supra oẽm ꝑplm eminebat. In humero põdus laboris intelligi põt. Sup humerũ autez est caput: in quo maxime visus ⁊ odoratus viget. Prelat⁹ ergo dz alijs preeminere ⁊ in labore actionis: ⁊ in visu cognitionis: ⁊ in odore opinionis. Sz tñ multi pñt dicere illd. Esa. iij. Nolite me ꝯstituere principẽ ꝑpli. Nõ sum medic⁹: ⁊ in domo mea nõ est panis neq; vestimẽtũ. Nõ em̃ pñt curare aliena vulnera exẽplo vite: nec hñt panẽ sacre doctrine, nec ornamẽtũ bone opinionis ⁊ fame. Sz de btõ dñico p̃t dici illd Mat. v. Qui aũt fecerit ecce vita sctã. Et docuerit, ecce doctrina clara. Hic magn⁹ vocabit̃ in regno, ecce eminẽs fama. Fuit nãq; magn⁹ in regno celorũ: id est in ecclesia militãte: sz modo est maior in ecclesia triumphante.

¶ Sermo. cciiij. De sancto laurentio martyre. Sermo primus.

Robauit me q̃si aurũ qd per ignẽ transit. Job. xxxiij. Beat⁹ laurẽtius fuit et aurum propter perfectionẽ vite, ⁊ fuit ꝓbatus per examinationem pene. Dr̃ aurum inq̃tum fuit prelatus ⁊ inq̃tum fuit martyr inuictus: ⁊ inq̃tuz fuit p̃dicator gl̃iosus. Dr̃ autẽ aurũ inq̃tum fuit prelatus. Est nanq; aurũ temperatũ, solidũ ⁊ pur. Sic etiã prelat⁹ dz esse tẽperatus in iustitia, solid⁹ in vita, ⁊ pur⁹ in cõscia. Aurũ aũt hz ex tẽperantia ꝙ sit calidũ ⁊ humidũ sic prelat⁹ hr̃e dz istd tẽperamẽtũ vt sit calidus per amorẽ: ⁊ humid⁹ ꝑ cõpassionem. Istud aũt tẽperamentũ btũs Gre. quadruplr̃ ponit. Primo qñ vinum seueritatis temperat̃ oleo pietatis: sicut patet in samaritano. Scdo qñ ꝟga correctionis temperat̃ mãna dulcedinis, sicut patet in archa in qua erat ꝟga ⁊ manna. ¶ Tertio quãdo ꝟga feriẽtis discipline tẽperat̃ baculo sustentantis mie. ps. Uirga tua ⁊ baculus tuus ⁊c. Quarto qñ rigor paterne rectitudinis, temperate miscetur lenitate materne cõpassionis. Secundo aurũ est solidum, ex qua soliditate hz ꝙ nõ tingit sicut alia metalla. Prelatus ergo dz habere vitam tam solidaz ꝙ subditos nõ tingat. i. ꝑ malũ exẽpluz non inficiat. Malũ ei exẽplũ prelatoruz cito inficit vitã subditoꝝ. Sicut beatus Greg. ostendit exemplo capitis ducis oculi, ⁊ pastoris. Languẽte inquit capite, mẽbra incassum vigent. Frustra exercit⁹ velociter sequitur duz a duce errat̃. Oclm q̃ p̃uidendis gressib⁹ p̃eminet cura pulueris nõ obscuret. Pastor nãq; cũ ꝑ labrupta gradit̃, necesse ẽ vt ad p̃cipitiũ grex sequatur. Tertio aurũ est purũ, qr prelatus debet esse purus et mundus in ꝯsciẽtia: vñ beatus Greg. in pastoral. dt. Nulla presulẽ immũdicia polluat: qr hoc ei⁹ suscepit officiũ: vt in alienis cordib⁹ pollutionis maculas tergat: qr necesse est vt mundas studeat habere man⁹, q̃ aliorũ sordes mũdare curat: ne tacta deteri⁹ inquinet. Si em̃ sordida insequẽs lutuz tenet qd tangit potius inquinat. Btũs ꝟo laurentius martyr inq̃tum fuit p̃lat⁹. i.

archidiaconus dr̄ aurū, qr ipse fuit temperatus hn̄do calorē feruoris in rep̄hēdēdo: ⁊ humiditatē cōpassionis paupeperib⁹ ꝯpatiēdo. Fuit etiā solid⁹ solide exēplū sanctitatis p̄bendo. Et pur⁹ mūdiciā mentis ⁊ corporis sectādo. Scdo btūs laurenti⁹ fuit martyr inuict⁹. Et q̄ꝫtum ad hoc silr̄ cōparat̄ auro. Aurū nanq̄ sub malleo nō resistit vt ferrū: nā frangit̄ vt vas terreū: nec resonat vt es sonorū: sed in subtilissimas laminas dilatat̄: sic etiam laurenti⁹ sub malle tribulationis diuine correctioni nō resistebat ꝑ mētis aut intentionis duriciā. Ut illi fecerūt de quib⁹ dr̄ Job. xvj. Cor ei⁹ indurabit̄ quasi lapis. Nec fuit fractus ꝑ aliquam mētis diffidētiā: vt illi q̄ significant̄ per statuā Daniel. cui⁹ pedes fictiles lapis ꝑcussit ⁊ cōminuta fuit. Nec murmurauit ꝑ impatientiā: sicut dr̄ Eccl. x. Uir sapiēs ⁊ disciplinatus nō murmurabit correct⁹: sed fit dilatatus et subtiliatus per obedientiam ⁊ iō cōsecut⁹ victoriā. Prouer. xxj. Uir obediēs loquetur victorias. Tertio btūs laurenti⁹ fuit p̄dicator gratiosus: ⁊ q̄ꝫtum ad hoc bn̄ significat̄ per aurū. Qn̄ autē lamina aurea subducta dn̄t malleādo cū argēto incorporari necesse est vt a tribus p̄caueat̄. s. a puluere, a vēto ⁊ ab humore: sic si aurū charitatis dz adiungi cū argento sonore p̄dicationis opz ꝙ illō cōseruet̄ a puluere terrene cupiditatis ⁊ a vento humani fauoris ⁊ ab humore amorꝫ ꝓprij. Ista tria beat⁹ laurētius vitauit. s. puluerē terrene cupiditatis: qr thesauros auare sibi nō retinuit. Uentū hūane ambitiōis: qr archidiaconus eccl̄ie romane erat: ⁊ tā pauperū pedes lauabat: ⁊ humorem noxiū proprij amoris: qr vitā suā contēpsit ⁊ ꝑ ꝓximo morti se tradidit. De his tribus dicit̄. i. The. j. Neq̄ ei aliqn̄ fuim⁹ in occasione auaritie, ecce qr nō habuit puluerē terrene cupiditatis: neq̄ q̄rētes ab hoib⁹ gloriam, ecce qr vitauit vētū hūane laudis. Uolebam⁹ vobꝫ tradere aīas nr̄as: ecce, quia non habuit humorē ꝓprij amoris. Secūdo btūs laurēti⁹ fuit aurū in igne probatū et examinatū. In auri autē examinatione tria concurrunt, scilicet ignis sulphur et puluis antiq̄ lateris. Sic beatus Laurenti⁹ examinat⁹ fuit per ignem materialē eius corpus exurentē. Per inuidiā diaboli ferientem et exurentem: et ipsum crudeliter persequentē. Per auaritiā decij, thesauros ecclesie sitientem. Later nanq̄ sicc⁹ est auar⁹: ab omni humore cōpassionis vacuus. Sed nec ignꝫ ipsum exussit, nec eius mentē ledere potuit, nec inuidia diaboli ipsuꝫ superauit, nec tyranni auaritia ecclesie thesauros auferre potuit. Aurum autē examinatuꝫ in igne retinet suam integritatem: maiorem acquirit puritatē, ⁊ ampliorē induit claritatem. Sic beatus laurenti⁹ in igne positus retinuit integritatē fidei. Est autē fides integra quādo est omnibus suis articulis munita quādo lingua cuꝫ corde et cor cum lingua cōcordat quādo est charitati coniūcta quādo est operib⁹ informata. Talē fidē integrā habuit beatus laurentius. Ipse enim oēs articulos perfecte credidit. Unde quādo Luciliuꝫ baptizauit de omnibus articulis fidei ipsum interrogauit. Ipse Christū in corde credidit, ⁊ ore cōfessus fuit. Un̄ dixit. Accusatus nō negaui nomē sanctū tuū, ⁊ interrogatus te Christe cōfessus sum. Ipse etiam fidem cuꝫ charitate habuit, pro qua charitate, se morti tradidit. Fides etiā eius bonis fuit operib⁹ ornata. Unde de eo dr̄. Laurenti⁹ bonum opus operatus est, qui per signū crucis cecos illuminauit. Secundo maiorē acquisiuit puritatem. In anima autez triplex impuritas inuenit̄. s. doloris, timoris ⁊ erroris. p̄s. Cor meū conturbatū est: ecce dolor. Dereliquit me virt⁹ mea: ecce timor. Et lumen oculoꝝ meorū: ⁊ ipsum nō est mecum: ecce error. Sed ista triplex impuritas in morte sanctorū auferr̄. p̄s. Quare tristis es anima mea: et quare conturbas me: spera in dn̄o qm̄ adhuc cōfitebor illi. Qn̄ scz a voluntate dolor: ⁊ a memoria timor, ⁊ a rōne oīs error recesserit ⁊ successerit illa quā speramus mira claritas, plena suauitas, ⁊ eterna securitas. Tertio acq̄siuit ampliorē claritatē. Qui em̄ prius fuit ignotus: postea toti mundo factus est clarus. Amb. Beatū laurētiū grano sinapis possumus cōparare: q̄ diuersis attritus passionibus: per totuꝫ

orbem gratis sua meruit fragare martyrij, qz a natura cõstitut⁹ in corpore erat humilis: ignot⁹ z vilis. Postq̃ vo est veratus: lacerat⁹: z exutus: vniuersi p totum mundum ecclesiȝ odorem sue nobilitatis infudit.

¶ Sermo. ccv. De eodem. Sermo. ij.

VApor ignis exuret carnes eⁿ⁹. Eccles. xxxviij. Notandũ est q̃ est quadruplex ignis: scz interior siue spũalis: exterior siue materialis: superior siue celestis: et inferior siue infernalis. Primus ignis in flãmat corda. Secũdus exurit corpora. Tertius consumit carnem: z illuminat rationem. Quartus vult carnem z affligit mentem. Primo igne beatus laurentius fuit inflammatus per amorẽ. Secũdo fuit examinat⁹ p crematione. Tertio fuit plenus: sed a quarto totaliter alien⁹ Est igit primus ignis interior z spũalis q̃ est deuotio z feruor diuini amoris: quo bẽs laurẽtius fuit totaliter inflãmat⁹, vñ poterat dicere cũ ppheta. Inflãmatũ est cor meũ z renes mei cõmutati sunt. Ex quibus verbis habet q̃ iste ignis diuini amoris extinguit quadruplicẽ amorẽ inordinatũ: scz accedit diuinũ amorẽ. Extinguit em amorẽ carnalẽ. Jdco dicit. Renes mei cõmutati sunt. Greg. Gustato spiritu desipit omne terr⁹. ps. Ure renes meos z cor meũ. Extinguit terrenũ amorẽ: vñ subdit. Et ego in nihilũ redactus sum. Qui ei mũdũ despiciunt: in nihil a mũdanis hominibus reputant. j. Cor. iij. Tanq̃ purgamenta hui⁹ mũdi facti sumus ꝛc. Iste igit ignis spiritualis amorẽ terrenũ extinguit: qz sicut ót. Chry. Uere nõ hz super terrã quod amet q̃ donũ celeste ei⁹ vertere gustauerit. Extinguit amorẽ domesticũ. i. parentũ: vnde subdit. Et nescini. Deus. xxxij. Qui dixerũt pr̃i suo z matri sue. Nescio vos: z suis fratrib⁹: et ignoro illos, z nescierunt filios suos. Pr̃i custodierũt eloquiũ tuum. Extinguit amorẽ proprii z priuati, vñ subdit. Ut iumentũ factus sum apud te. Qui em se ipsos despiciũt ꝓpter xp̃m sunt iumẽta xp̃i sicut z amatores sui sunt iumẽta diaboli. Generat autẽ amores diuinũ: vnde subditur. Ego sem per tecũ. Amor nanq̃ diuin⁹ alias deo cõiungit j. Cor. vj. Qui adheret deo vn⁹ spũs est cũ eo. Iste igit ignis spũalis extinxit in beato laurentio amorẽ carnalẽ qz credit q̃ virginatẽ seruauit. Amorẽ terrenum: qz thesauros ecclesie sibi nõ retinuit: sz pauperib⁹ dispẽsauit. Amorẽ domesticũ: qz patriã z parentes suos q̃rãt in hyspania deseruit z ob amorẽ principis apl̃oꝝ rome peregrinari voluit. Amorem priuatũ qz pro xp̃o vitã suã despexit z morti se tradidit. Habuit ãt amorẽ diuinũ: qz sup omnia xp̃m dilexit. Secũdus est ignis exterior z materialis quo beat⁹ laurẽti⁹ fuit exustus z examinat⁹. ps. Igne me examinasti z nõ est inuẽta iniquitas. Istũ ãt ignẽ exteriorẽ quo cruciabat extinxit ꝓpter tria refrigeria que habuit. Primũ est desiderium celestis glorie. Ambrosius. Nesc cũ beat⁹ laurenti⁹ ignium tormẽta viscerib⁹ sentire poterat: q̃ sensibus paradisi refrigeriũ possidebat. Secũdũ est meditatio diuine legis. Jdẽ. Dũ xp̃i precepta cogitat frigidũ est sibi omne quod patitur. Tertiũ est puritas conscientie. Jdẽ. Ardet p fecto totis visceribꝰ fortissimus martyr z vir: sz regnũ dei ptractans refrigerio cõscientie victor exultat. Terti⁹ vero ignis est ignis superior z celestis, scz spũsianus eius quo bẽs laurẽtius fuit plenus. De quo ór. Thre. j. De excelso misit ignẽ in ossib⁹ meis z eruditmẽ. Si cũ isto igne mittit i ossa: manifestũ est q̃ mittit in carnẽ: pellem, z medullam. Per pellẽ intelligit exteriorẽ cõuersationẽ, per carnem sensualitas: p os ratio: per medullã intẽtio. Iste igitur ignis incẽdit pellẽ qz exurit conuersationez vetustam et facit nouam Esaie. j. Excoquã ad purũ scoriã tuam. Epheꝝ. iij. Deponite vos scõm pristinaz vestrã conuersationẽ veterẽ hominẽ. Jncendit carnem, id est sensualitatẽ: vt iam homo scõm sensualitatẽ z voluptatẽ carnis nõ viuat. j. Cor. j. Jn carne em ambulantes non scõm carnem militamus. Jnscẽdit & ossa, id est rationẽ vt nunq̃ ipsa rõ ad sensualitatẽ declinet: alias magna cõfusio in animo gñaret. Proverb. xxxv. Per tria moueꝝ: & ea z ẽrtũ nõ pos-

rest sustinere. Et ista tria sunt, seruus stultus: mulier odiosa: ⁊ ancilla. Sēsualitas est serua: ideo nō debet regnare. Et stultatiō nō dz cibo saturari, sz fame affligi. Et odiosa: ideo nō debet cū ratione matrimonio copulari. Et ancilla: ideo nō debet dña, id est ratione maior fieri. Incendit etiā iste ignis medullā, id est intentionē: vt q̄cq̄d faciat amore celestiū faciat. Sed dicit Ozee.ix. Effraim pcussus est: radix eius exsiccata est: fructuz nequaq̄ faciet. Radix exsiccata intētio corrupta est. Jō nō facit fructuz, id est aliqd opus meritorium. Quartꝰ est ignis inferior infernalis qui alas ⁊ corpora non comburit vt ostēdit Aug. in libro de ciuitate dei multiplici exemplo Primo exēplo vermiū dicēs. Non nullū genus vermiuz in aq̄s calidis reperit quarū feruorē nemo impugne cōtractet. Illi autem non soluz sine vlla sui lesiōe ibi sunt: sed etiā extra viuere nō possunt. Scdo exēplo mōtiuz: qr montes cicilie ab antiq̄s ignibꝰ estuāt et tamē integri perseuerāt. Tertio exemplo carbonis: lignū em̄ sub terra positū de facili putrescit sz virtute ignis in carbonē redactū putrescere nō pōt: ita vt in terra humida carbones infossi incorruptibiliter maneant. Quarto exēplo pauonis qui habet carnes quasi incorruptibiles si fuerint assate sicut ipse dt se hoc esse expertū. Quinto exēplo salamādre que in igne viuere phibetur: sexto exemplo aīe vnde ait. Ipse animꝰ cuius p̄sentia corpus viuit et regitur et dolorē pati pōt: ⁊ mori non potest. Hoc ergo erit tūc in corporibus damnatorum: quod nunc esse scimus in animis hominum.

¶ Sermo.ccvj. De eodē. Sermo.iij.

Certamen forte dedit ei vt vlceret. Sap. x. Btūs laurentius christi pugil egregius quadrupliciter gessit certamen. Primo nanq̄ certauit contra suam sensualitatem. Nam sensualitas penas refugiebat et ratio appetebat: sed ratio vicit: ⁊ penas sustinuit patienter: gratanter gaudenter et desideranter. Sustinere patienter est necessitatis: gratanter est deuotionis: gaudenter est perfectionis: desiderāter est prorsus diuine virtutis. Beatus laurentius penas sustinuit patienter: qr non murmurauit: nec persecutores odiuit: sed pro ipsis orauit. Hebreoꝝ.x. Patientia vobis necessaria est: vnde dicitur de martyribus. Non murmur resonat, nō querimonia ⁊c. Secūdo sustinuit gratanter, quia in ipsis penis gratias deo reddebat dicens. Assatus sum gratias ago. Caro assata sapidior est q̄ lixa: qr magis placet deo gratiarum actio in aduersis q̄ in prosperis. Tertio beatꝰ laurentius sustinuit gaudenter. vnde dixit. Gaudeo plane, quia hostia christi effici merui. Exemplo apostoloꝝ: de quibꝰ dicitur Act. v. Ibāt apostoli gaudentes a conspectu consilij, Quarto sustinuit desiderāter qr adhuc maiora pati ⁊ apponi desiderabat: vñ dixit decio. Inselix has epulas semper optaui. Sācti nanq̄ viri desiderant pro christo pati ⁊ affligi sciētes q̄ persecutores sunt tanq̄ apes qui licet pungant per penā: tamē mellificāt preparando dulcedinē eternā. ps. Circūdederūt me sicut apes. Sunt tanq̄ fabri: quia licet feriant tamen coronā eternam fabricant. ps. Supra dorsum meū fabricauerunt peccatores prolongauerūt iniquitatem suam. Sunt tanq̄ conflatores quia licet argentum ponant ad flam mā: tamen purgant ab omni scoria. Malac. iij. Sedebit conflans et emundans argentum ⁊c. Secundo certaui contra carnifices. Carnifex enim contra ipsum inferebat penas: sed beatus laurētius contra cornificem offerebat patientiam ⁊ cōstantiam. Ambro. Beatus laurentiꝰ martyr mansit in christo vsq̄ ad tentationez: vsq̄ ad tyrannicā interrogationem: vsq̄ ad acerrimā cōminationē ⁊ vsq̄ ad mortem. In qua longa nece qr bene māducauerat: ⁊ bene biberat tanq̄ illa esca saginatus: ⁊ illo calice ebrius tormenta non sensit: non cessit: ⁊ in regnū successit. Istā autē tantam constantiā habebat per charitatē inuincibilē qua munitus erat. Cantico.viij. Fortis est vt mors dilectio. Sicut em̄ mors separat ab homine animā sensuz ⁊ motū. Sic in beato laurētioꝰ charitas separauit animā suā ab amore mū

di sensum carnis, ab amore sui, et motū oīs peccati. Et sic mortuus erat mūdo ꝑ separationē anime ab ipso: sibi vero ꝑ separatiōnē sensus ꝓprij: et diabolo ꝑ separationē motus omnis peccati. Et sic christus in ipso erat loco anime viuificando ipsum per amorem. Loco sensus infundēdo sibi sensum ꝑ fidem. Et loco mor⁹ ducēdo eū ad bonā operationē vt dicere possit cū apostolo ad Gal. Uiuo ego iam nō ego: viuit vero in me xp̄s. Tertio certauit cōtra diabolū. Nam diabolus fortiter cōtra eū seuiebat et ipse viriliter resistebat: qr armis spūalib⁹ munit⁹ fuit. De quib⁹ dicit Ephe. vj. Induite loricā iustitie in omnibus sumentes scutū fidei et galeā salutis assumite. Diabolus nāq; habet tela multa et venenata et ignita, vñ dicit ibidem. Ut possitis oīa tela: ecce q̄ multa nequissima: ecce q̄ venena ignea extinguere: ecce q̄ ignita, qr igit sūt multa debem⁹ induere loricā iustitie, id est charitatē: q̄ dicit lorica, qr ex oī ꝑte munit et iustitie: qr vnicuiq; ius suū reddit, qr sunt ignita debem⁹ assumere scutū fidei in q̄ oīa tela diaboli extinguūt. Diabolus totū mūdū impleuit igne cupiditatis, voluptatis, et ambitionis. Sz fides istū triplicē ignē extinguit sicut manifeste habet Heb. xj. Fide moyses grādis effectus negauit seipsum esse filium filie pharaonis etc. Quia sunt venneata debem⁹ assumere galeā salutis, id est spez: sicut em̄ venenū statim cor petit: sic diabolus venenū sue malitie statim in mētē mittitur vt spem extinguere valeat: et sicut accipiter cor auis quā ceperit statim impetit: sic diabolus ab aīa quā cepit cōtinuo spē tollit qua ablata ipsam l desperationē ducit. Et iō ipsa mens galea spei est muniēda. quarto certauit contra incēdiū. Nam ignis materialis foris vrebat carnē. Ignis vero spūalis intus inflāmabat mentē. Sed ignis interior superauit ignem cruciatiōis exterioris. Habuit autem triplicē ignē interius qui exteriorez ignē totaliter extinxit. Primus fuit charitas ignita. Augustin⁹. Superari charitas christi in laurentio flāma non potuit et seuior fuit ignis qui foris vrit q̄ ignis q̄ intus accendit. Secūdus fuit fides succensa. Ambro. Inquātum in laurentio fidei feruor ferbuit intātum supplicij flāma frigescit. Tertius fuit veritas lucida. Ambrosius. Fortissimū martyrē laurentium flamma superare nō potuit: quia lōge ardentius veritatis radio meus eius accēsa feruebat.

¶ Sermo. ccvij. De eodē, sermo. iij.

Probasti cor meū et visitasti nocte: igne me examinasti et nō est inuēta in me iniquitas etc p̄s. Ex his v̄bis hr̄ q̄ btūs laurēti⁹ fuit a deo ꝓbat⁹ visitat⁹, examinat⁹, et sine pctō inēt⁹. Circa primū notādū est q̄ sapiens ꝓbat in argumēto: patiēs l opprobrio: fortis in prelio: et fidelis in ministerio. Et qr btūs laurēti⁹ erat sapiēs, patiēs, fortis, et fidelis. Ideo de⁹ ipsum his quatuor modis voluit ꝓbare: vt nobis innotesceret si talis esset. Quod em̄ btūs laurēti⁹ eēt sapiens probatū est per argumentū: qr ipse tyrāno abijciēti dabat sapiens et benignū respōsum. Vñ cū thesauros q̄reret tyrān⁹: laurēti⁹ pauperes colligēs dixit. Ecce isti sunt thesauri q̄ nūq̄ minuūtur: sed semꝑ augent. Scdo q̄ eēt patiēs probatū est per opprobriū et tormentuz: qr multa opprobria audiui: et tormenta sustinuit: sed tñ in oīb⁹ patiēs et repert⁹ fuit. Luc. xxj. In patiētia vestra possidebitis aīas vestras. Non dixit linguas vestras aut man⁹ vestras. Patiēs quidem debet et possidere liguā suā: ne ꝑ cōtumelijs cōtumelias reddat. Manū suā ne ꝑ iniuriā iniuriā inferat. Aīam suā ne l corde odiū teneat. Quicūq; āt possidet aīaz possidet et manū et linguā et non ecōuerso. Et iō dñs radicē impatiētie remouere volēs dicit. In patiētia vestra etc. Tertio q̄ fuit fortis ꝓbatū est l prelio et in suo martyrio. Dicit aūt Seneca q̄ tria sunt oī morbo grauiora, scz met⁹ mortis dolor corpis et intermissio volūtatis. His tribus modis btūs laurēti⁹ fuit ꝓbat⁹ fuisse fortis, scz l metu mortis: qr tyrān⁹ oēgen⁹ tormētorū l ipm expēdere minat⁹ est. In odore corporis: qr fustes, scorpiones, ardentes laminas et omne tormētorum

rum genus ipse ꝓpessus est. Subtractio ne rei delectabilis: qꝛ solatio pr̄is spūalis scꝫ bti sixti priuat̄. Sed btūs laurentius iā fortis extitit ꝙ nec minas timuit nec supplicijs: cessit: ⁊ pr̄is priuationem patiēter portauit. Quarto probatus est fuisse fidelis ꝑ fidelē distributionē thesauroꝝ. ps. Dispsit dedit pauperib⁹ ⁊c. Ipse em̄ dedit pauperib⁹ ⁊c. Ipse ei dedit nō vendidit qꝛ nō q̄siuit mun⁹ a corde id est mundanā delectationē, nec ab ore id est hūanū fauorē nec a manu, id est tēporalē retributionē: nec ab obsequio id est obsequij exhibitionē. Iterū dedit etiā in vita nō post mortē. Eleemosyna nāq; est instar cādele lumen prebentis. Thob. iiij. Eleemosyna ab oi pctō liberat ⁊ nō patiet̄ aiam ire i tenebras: ad instar pupille animū dirigētis. Eccl̄i. xxix. Eleemosyna viri q̄si sacculus cum illo: ⁊ gr̄am cū pupillis cōseruabit. Instar seminis centesimū fructū reddētis. Luc. viij. Et ortū fecit fructū cētuplum. Qui igit̄ vult tātas eleemosynas post mortē facere silis est illiq̄ vult hr̄e lumē post tergū oculos post caput suū: ⁊ seminare post dorsum. Scdo ostendit̄ ꝙ fuit a deo visitatus cū dicit̄ Et visitasti nocte. Ip̄m em̄ xp̄s in nocte visitauit: qꝛ sibi in sua passione multas consolationes ⁊ maxime tres dedit de quibus ps. Nox illuminatio mea in delicijs meis: qꝛ tenebre nō obscurabunt̄ a te ⁊c. Prima consolatio causat̄ ex diuini amoris dulcedine: cum dr. Nox illumiatio mea i delicijs meis. Nox in delicias conuertit̄ qñ tribulatio amoris dulcedine superat̄. Uñ dicebat. Tormēta tua epule mihi sūt. Scda cābat̄ ex securitate gr̄e. vñ subdit̄. Qꝛ tenebre nō obscurabunt̄ a te ⁊c. Tūc em̄ tenebre obscurabunt̄: qñ q̄s in tribulatione positus per pcti caligine nō obnubilat̄. Uñ securus dicebat. Mea nox obscurū nō hꝫ: sꝫ oia in luce clarescūt. Tertia causabat̄ ex certitudine gr̄e ⁊ glorie ideo subdit̄. Sicut tenebre eius ita ⁊ lumē eius. Tūc lumen est sicut tenebre qñ q̄ recipit multitudinē gaudioꝝ scdꝫ multitudinē passionū. Istā certitudinē se hr̄e ostēdēs dicebat. Gr̄as ago tibi dñe iesu xp̄e: qꝛ ianuas tuas igredi merui. Tertio ostēdit̄ ꝙ fuit examiat⁹ cū dr. Igne me examinasti, Sūt āt q̄dā q̄ examinant̄ tactu vt argentū ad lapidē, q̄dā ex sonitu: vt vasa si sunt plena aut vacua, q̄dā vento vt grana ⁊ palea, q̄dā ꝑ ignē vt aurū. Sic beatus laurēti⁹ fuit examinatus tactu dure passionis. Et iō argentū electū est inuentus. Job. ij. Mitte manū tuā ⁊ tāge os ei⁹ ⁊ carnē. Sꝫ de multis dr. Hier. vj. Argētum reprobū vocaui eos. Fuit examinatus sonitu patiētis rñsionis nō em̄ murmurauit sꝫ poti⁹ dedit sonitū laudis. Uñ dr de eo. Inuētū est sacrificiū laudis sonitu cōfessionis vñ ⁊ ipse ait. Te xp̄e ꝯfessus sum. Emisit etiā sonitū deuotiōis. cū dixit Assatū est iaꝫ versa ⁊ māduca. Fuit examinat⁹ vēto honoris ⁊ vituperationis. Nō em̄ potuit eleuari nec a vēto honoris cū esset archidiacon⁹ nec a vento laudis cū pauꝑes cū sepe laudarēt nec etiā potuit deijci a vēto vituperationis, cū tñ infideles eum sepe blasphemarēt. Fuit examiat⁹ igne tribulatios. Eccl̄ia. xxvij. Uasa figuli ꝓbat fornax ⁊ hoies iustos tētatio tribulatiōis. Hūit nāq; btūs laurēti⁹ ignez adustionis in carne, ignē amoris i corde, ignē sermonis i ore feruoris i opere. Quarto ostēdit̄ ꝙ fuit inuent⁹ sine pctō, cū dr. Et nō est inuenta in me iniq̄tas. Scti nāq; viri in igne tribulationis sanctitate acq̄rūt Mali vero acq̄runt iniq̄tate, sicut ostēdit btūs. Aug. in libro de ciuitate dei multiplici exēplo, palee ⁊ auri, stipule ⁊ frumēti, amurce ⁊ olei luti ⁊ vnguēti dicēs. Sicut sub vno igne aurū rutilat ⁊ palea fumat ⁊ sub eadem tribula stipule cōminuunt̄ ⁊ frumēta purgantur neq; cum oleo amurca funditur, q̄ tñ eodē preli pondere exprimunt̄, ita vna eadēq; vis irruēs bonos ꝓbat ⁊ purificat liquat̄ ⁊ malos dānat ⁊ vastat ⁊ extermiat. Nā ꝑ motu ex agitatū: ⁊ exalat horribilr̄ cenū suauit̄ fragrat vnguētū.

¶ Sermo. ccviij. De sancto hippolyto, ⁊ socijs eius. Sermo primus.

Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium. ps. Ad honorem scti hippolyti ⁊ sociorū ei⁹. Iste versiculꝰ do. Jaco. De Uorag.

in missa decantat. In euāgelio etiam hodierno in exemplū sanctorū passeres introducunt. In p̄missis verbis tria facere vident scti. Prio nāq; de sua exceptione gr̄as agūt cum dicit Anima nr̄a sicut passer erepta est de laqueo venātiū. Assimilant aūt scti viri passeribus scd̄m Rabanū tribus de causis. Primo qr passer est quātitate paruꝰ: vnde a paruitate est dictꝰ. Sic scti viri paruos se reputāt per humilitatē. Mat. xj. Reuelasti ea paruulis. Dicit autem Gregoriꝰ q̄ pupilla q̄to est minor tāto est lucidior. Animalia ēt habentia paruū cor in quātitate: sunt cōmuniter magis animosa, sicut pt3 in leone. Granu etiā sinapis qd̄ est minimum inter omnia semina olerū adeo crescit q̄ ramos facit in quibus aues nidificant ⁊ quiescunt: per qd̄ datur itelligi q̄ quāto quis est minor apud seipsum: tāto est lucidior apud deū: ⁊ quāto animosior ꝯtra diabolū tāto magis crescit p opera v̄tutum: ita vt etiā viri cōtēplatiui in eiꝰ virtutibus cōquiescāt. Scd̄o passer est velocitate celerrimus: sic scti viri in suis opibus debēt esse veloces ⁊ feruētes. Eccli. xxxj. In omnibꝰ opibꝰ tuis esto velox. Sicut dicit btūs Amb. Qui nō potest volare vt aq̄la: saltem volitet vt passer quia q̄ nō pōt vt cōtēplatiuus volare i celū p cōtēplationē: saltē volitet vt actiuus per actionē. Et q̄ nō pōt esse magnꝰ seruādo cōsilia: saltē sit paruꝰ seruando p̄cepta. Et q̄ nō pōt apprehendere perfectionem nitat ad illā per ꝯtinuaz exercitationem. Tertio passer est in nidificando cautus. Nō em̄ nidificat nec ouificatur: nec pullificat in vijs: ne aut nidus eius a vento rapiat: aut oua a serpētibꝰ comedantur aut pulli a p̄datore capiant: sed potius nidificat in foraminibꝰ domorum. psal. Et enim passer inuenit sibi domū. Nidꝰ aūt spūalis est animꝰ in quo deꝰ req̄escit In hoc nido deus generat oua ⁊ bona p̄posita ⁊ de ouis pullos educit quādo bona p̄posita in opꝰ prodire facit. Sed si aliq̄s ponit nidū, id est aim in terra p effectionē: timēdū est ne diabolꝰ qui est ventꝰ vehemēs p suggestionem: qui est serpens p deceptionē qui est predator p meritorum expoliationem, ⁊ animam p vanam gloriā rapiat: ⁊ bona p̄posita comedebat bona opera extinguat. Sz sancti viri nidificant in foraminibus petre i. in vulneribus xp̄i. Cañ. ij. Ueni colū bamea in foraminibus petre quo ad foramina ⁊ manuū ⁊ pedū in cauerna macerie quo ad foramē lateris. Secūdo modum ereptiōis exponūt cū dicit. Laq̄us cōtritꝰ est ⁊ nos liberati sumus. Tres laquei sunt diaboli, quos sancti euadunt. Primus est laqueꝰ gule. p̄s. Fiat mensa eorū corā ipsis in laqueū Aug. in lib. cōfesso. Ad quietē satietatis cū ex idigētie molestia tendo in ipso transitu insidiatur mihi laqueꝰ cōcupiscentie. Secūdus est laqueus luxurie Eccli. vij. Inueni amariorem morte mulierē que laqueus venatorū est. Tertius est laqueꝰ auaricie. De quo dt Amb. in li. de bono mortis. Auis que descēdit ex alio frequēter laqueis capit a visco fallit a quibuscūq; insidijs irretit. Sic ergo aīa nostra caueat ad ista mundana descendere: qr laqueus est in auro, viscus in argēto, nexus in predio. Nā dū aurū querimus strāgulamur: dū argētū petimus in visco eius heremꝰ dū p̄dia inuadimꝰ alligamur. Istos tres laqueos isti sancti euaserūt. Et per corpis macerationē, ⁊ per puritatis cōseruationē ⁊ p terrenorū despectionē, tertio istam ereptionē nō sibi sz deo attribuūt: cū dicunt. Adiutoriū nostrū in noīe dn̄i. Fuerunt enim adiuti ⁊ in corporibus ⁊ i aīabus. Corpora quidē martyrū adiuuant. Unde dicit Cyprius Claudunt oculi in p̄secutionibꝰ, sz patēt in celū. Minatur antixp̄s sed tenet xp̄s. Mors infertur: sed immortalitas sequit. Exciso mūdus eripitur: sz restituto paradisus exhibet. Uita tēporalis extinguitur sz eterna reparatur. Ecce mirabilis ꝯmutatio quā sancti martyres recipiunt: q̄ omnia in martyrio sancti stephani apparuerūt. Nā clausura oculorū aperit sibi regnum celorum ideo vidit celos apertos. Si antixp̄s minat: xp̄s tuetur. Ideo beatꝰ stephanꝰ vidit iesum stantē. i. iuuare paratū. Si corpus morit immortalitate vestitur. Unde vultus btī stephani apparuit i specie angeli tāq̄ immortalitatis gloria vestiendꝰ Si aufert mūdus datur paradisus, ideo

respiciebat in celū tanq̄ sibi tribuēdum. Si vita tēporalis tollit dat vita eterna Ideo vidit gloriam dei. Anime etiā istorum martyrū non solū fuerunt adiute: sz etiā multis priuilegijs sunt dotate. Ipse em̄ sanctus ypolitus habet cū laurentio societatem. Unde dixit ei laurentius martyr. Ambulemus ambo pariter qr mihi ꝛ tibi gloria preparat. Unde etiam beatus ypolytus se iuxta corp⁹ laurentij sepeliri fecit, ad innuendum ꝙ sicut eorum corpora sunt iuncta in terris sic ꝛ eorum ale sunt iuncte in celis. Secūdo habet cū virgine magnā familiaritatē. Virgo em̄ beata cū ypolito cuidam infirmo apparuit: ꝛ illū senare precepit Quid est ꝙ virgo beata ypolitū assumebat ad suam societatem: nisi qr cum illo specialez habet familiaritatē? Tertio magnam habet super demones potestatem: qr exhibente diuina iusticia beatus ypolitus voluit: vt diabol⁹ deciū vexaret. Quarto contra tyrānos magnam securitatem. Unde decius clamabat O ypolite cathenis asperis vinctū me ducis. Quinto habet super peccatores penitētes magnā pietatē, sicut ptz in illo cuius tibiā infirmā incidit: ꝛ aliam sanam restituit.

¶ Sermo.ccix. De eodem Sermo.ij.

Custodit animas sanctorum suorum ꝛ de manu peccatoris liberauit eos ps. Dn̄s custodit alas ypoliti ꝛ sociorū eius ꝛ de manu peccatoris.i.decij lp̄atoris liberauit eos. Custodiuit aūt dn̄s alaz ypoliti in vita, ꝛ i morte ꝛ post mortē. In vita q̄dē qr fecit eum magne puritatis: qd̄ ptz qr animas beatorū videre meruit: qr nō nisi a mundo corde videri possunt. Unde postq̄ fuit baptizatus dixit. Vidi animas innocentiuz letas gaudere. Scd̄o multe pietatis: ex eo ꝙ corp⁹ bti laurētij sepeliuit. Sepelire em̄ mortuos inter opa pietatis numeratur, ita vt ad deū etiā ascēdat. Thob. xij. Quando orabas ꝛ sepeliebas mortuos ego obtuli orationē tuam dn̄o. Tertio dn̄s fecit cū multe cōpassiōis, qr qn̄ laurētij cruciabatur ipse flebat ꝛ mugitus dabat. Quarto multe deuotionis qr pre nimia deuotione fidei etiā ante tēp⁹ christianū se esse voluit profiteri. Un̄ dixit ei laurētij⁹. In interiori homine abscōde christum: ꝛ dū clamauero audi ꝛ veni Scd̄o custodiuit eum in morte quando quatuor iaculis tyrān⁹ eum voluit superare. Primo ruborem ꝛ verecundiam inferendo quando ipsum denudari ꝛ spoliari fecit. Sed istud telū beat⁹ ypolitus contriuit, quia meliori veste scilicet veste virtutū se indutū esse agnouit Unde cuz tyrannus ei diceret. Quomodo sic incipiens fact⁹ es: ꝙ de nuditate tua nō erubescis? Ille respōdit. Non me expoliasti: sed magis vestisti. Sciebat enim se esse vestē virtutū indutū: que quidem habent tegere peccata. Prouerb. x. Uniuersa delicta operit charitas. Habent tegere cōtra diaboli tentamēta. Ephe. vj. Induite vos armaturā dei: vt possitis resistere aduersus insidias diaboli: ꝛ etiā habent ornare ꝓpter honestatē. Rom̄. xiij. Induamur arma lucis sic vt i die honeste ambulem⁹. Habent etiā calefacere ꝑ charitatē. Job. xxxvij. Nonne vestimēta tua calida sunt cū perflata fuerit terra austro? Scd̄o per prospera ip̄z alliciēdo qr veste militari eū inducit: vt sic ad pristinā milit.ā alliceretur. Sed ipse istud telum confregit: quia dixit se meliori regi nō tyrāno militare. Xp̄s enim non fuit tyrānus: sz rex benignus. Tyrannū nanq̄ faciūt dominādi cupiditas effrenata crudelitas ꝛ priuata vtilitas Xp̄s aūt non habuit dominādi cupiditatem, qr fugit ne fieret rex. vt habetur Joā. vj. Nec habuit crudelitatē, sed māsuetudinem vt habetur zach. ix. Ecce rex tuus venit tibi māsuetus. Non quesiuit propriā vtilitatem sed nostrā. Ad Rom̄. xv. Xp̄s sibi non placuit. Tertio timorē sibi incutiendo: qr omnes de familia sua ante ei⁹ oculos occidi fecit. vt sic timor ypolito incuteretur: sed ipse non timuit sed eos cofortauit dicēs. Fratres nolite timere qr ego ꝛ vos vnū dominū habem⁹. Quarto per lōga ꝛ aspera supplicia ipsum affligendo. Fecit em̄ ad pedes equorū indomitorum ligari ꝛ per carduos ꝛ tribulos trahi vt sic dolore vexatus vinceret. Sz

340

istud telū ypolitus cōfregit. quia ibi habuit patientiā per quā non murmurauit. Habuit constātiā per quā telo nō cessit: nec de supplicio curauit. Habuit victoriā per quaz sibi coronā acquisiuit. Unde cātatur de martyrib⁹. Hi pro te furias atq; ferocia calcarunt hominum senaq; verbera cessit his lacerans fortiter vngula nec carpsit penetralia ecce quanta constantia Non murmur resonat nec querimonia: ecce q̄ta patiētia. Que vox que poterit lingua retexere, ecce q̄ta gloriosa corona. Tertio custodiuit animā eius post mortem anima enim habet triplicē statū Unus est inquātum ipsa anima est vnita corpori. Secūd⁹ est prout est exuta a corpore. Tertius prout consideratur resumpto corpore. Et in quolibet istorū statutū dominus animas sanctorū custodit Naz prout sunt coniuncte corpori in manu dei sapie. iij. Iustorū aīe in manu dei sunt ⁊ nō tanget illos tormentum mortis. In q̄tuz sunt exute a corpore sunt i sinu dei. Olim quidē erant in sinu abrahe: modo sunt i sinu dei. Esai. xl. In brachio suo cōgregabit agnos et in sinu suo leuabit. In q̄tuz cōsiderātur resumpto corpore erūt in thalamo dei Deut. xxxiij. Amātissim⁹ dñi habitabit confidenter in eo: quasi in thalamo tota die morabitur.

¶ Sermo. ccx. Eodē die. Sermo. iij.

Olite timere eos qui occidūt corpus: ⁊ post hoc nō habēt ampli⁹ quid faciant. Luce. vij. In verbis istis tria notantur. Primo in persecutoribus magna crudelitas cum dicitur Qui occidunt corpus Crudelitas autem magni hominis secūdum Chry. peior est crudelitate serpentis bestie ⁊ diaboli q̄tuz ad primum sic dicit. Si cōparaueris hominem serpenti peiorem inuenies: quia serpens ⁊ si maliciam habet hominis tamen habet timorem. Homo autē malus et maliciam habet serpētis: ⁊ timorē non habet sicut serpens. Est etiā peior omni bestia: quod ostēdit triplici ratiōe. de prima sic dicit. Nā ipa bestia q̄uis sit crudelis tamen qr est irrationalis declinat ab homine crudelitas eius: homo autē malus cū sit crudelis rationalis: non faciliter euadetur credulitas eius. De secūda sic dōt. Bestia si irritata fuerit seuit: si nō irritata in silētio transit. Homo autē non irritatus insanit ⁊ magis insanit super illos a quibus nō fuerit irritatus De tertia sic dicit. Una queq; bestia vnū ꝓpriuz maluz habet. Homo vero omnia vitia in se habet. Est etiā peior diabolo qd ostendit triplici rōne. De prima sic dicit. Diabolus si viderit hominē iustū nō est aus⁹ ad eū accedere. Homo aūt mal⁹ hominē sanctū nō solū nō timet: sed etiā cōtēnit. Secūda ratio est quia diabol⁹ nō armat hominē: sed homo armat diabolū. Sicut enim homo sine armis nihil pōt facere cōtra hostē: sic diabol⁹ nō valet cōtra sine hoīe. Pōt etiam tertia rō assignari: qr diabolus nō pōt nocere hoī nisi ꝑmissus homo autē mal⁹ nō solū nocet homini ꝑmiss⁹: sz etiā a deo ꝓhibit⁹. Scdo in sanctis notat magna securitas: qr q̄uis persecutores corpus occidere possint tn̄ in in animas nullā hn̄t ptātē. Un̄ postq̄ dn̄s dixit Nolite timere eos q̄ occidūt corp⁹ statiz subiūxit. Et post hoc nō habēt amplius q̄d faciāt qr scz i animas nihil possunt. vt patet in Job: qr postq̄ diabolus accepit potestatē in corpus statim dominus subdidit. Uerūtamē animā illi⁹ serua, Deus nāq; maiorē curā habet de anima q̄ de corpore. Et hoc triplici de causa: sicut ostēdit Chry. sup Mat. De pria sic dicit. Maior cura ē deo de salute anime q̄ corporis. Prima qr dignior est anima. q̄ caro Aīa em̄ sine carne viuere potest. Caro aūt sine anima viuere nō potest. De scda sic. In omni peccato prius anima peccat ⁊ postea caro Nā nisi anima pri⁹ victa fuerit. caro peccare nō potuerit. Caro siquidē prius malū cōcupiscere potest peccare autem nō potest nisi anima illi cōsenserit. Nā caro in potestate anime est: nō autē ipsa anima est in potestate carnis. De tertia sic dicit. Necessariū est, vt anima que prius ceciderat ante resurgat. deinde aīa liberata a potestate diaboli carnē suam seruare potest a peccato. Caro autē sanata ab infirmitate animam liberare nō pō: sed magis eā euer-

tit qr icolumitas sepe impugnat iusticie disciplinā Quāuis autem persecutores corpora sanctorū occidāt non tamē per eant: sed etiaz in presenti multiplici gloria illustrātur Nā scdm Chy. in sermone de machabeis eorū corpora efficiunt radij dei de qbus demones excecant. Sūt etiā vexilla dei a qbꝰ ipsi demōes fugiūt ꝛ deterrent. Sunt corona fulgida dei vnde ecclesia adornat. tertio in deo notat magna potestas qd notatur cū dr. Timete aūt eum qui postq̄ occiderit corpꝰ habet potestatē mittere i gehennā. id est in penā eternā scilicet corpꝰ ꝛ animā. Sed hoc non videtur diuine iustitie conuenire vt homo pro culpa transitoria puniat pena eterna Sed istud fit propter infinitatē offensi mutationem fori ꝛ eternitatez mali propositi. due prime rōnes sunt Chry. iij. est Greg. prima em̄ rō est qr iniuriosꝰ tanto maiori dignꝰ est pena: quanto maior est ille cui infert iniuria. Qui em̄ offendit militē dignus est magna pena qui offendit comitē dignus est maiori. qui vero offendit regē dignꝰ est maxima pena. Deus autē est magnus in infinitū ꝛ ideo qui ipsum offendit dignus est pena infinita. Secūda ratio est propter diuersitatē fori. Nā pro vno eodem furto quis alicubi cauteriatur. alicubi mutilatur. alicubi vita priuatur. Est autem duplex forū. scilicet forum ecclesie ꝛ forū dei. In foro ecclesie omnes culpe puniunt pena trāsitoria: ex eo q omnes cause agunt sub throno misericordie ꝛ feria facit tribunali iustitie in foro autē dei culpe puniuntur pena eterna: quia tūc iusticia causas agei ꝛ misericordia ferias faciet. Vñ de hoc dicit Chry. q nō recipit tūc natura iudicis misericordiā: sicut nec tempus misericordie iudiciuz. Tertio hoc accidit propter eternitatem mali propositi. vñ dicit Grego. in moralibus. iniq ideo cū fine peccauerunt: ꝛ cū fine vixerūt. voluissent qdem sine fine viuere vt potuissent sine fine iniquitatibus pmanere. ad districti ergo iudicis iustitiā pertinet. vt. s. nunq̄ careant supplicio quorū mens in hac vita nunq̄ voluit carere peccato. istam rationē similiter tangit beda dicēs q mali habuerūt voluntatē sine fine peccādi si habuissent naturam sine fine viuendi ex quibꝰ patet q mali merito damnant sine fine ꝛ eis indicitur eterna pena ꝛc.

¶ Sermo. ccxj. De assumptiōe virginis gloriose. Sermo. j.

Surge domine in requiem tuam tu ꝛ archa sanctificationis tue ꝛc. ps. q christi corpus gloriose resurrexit omnibus fidelibus est certum q autem corpus beate marie vrginis glorificatū surrexit: ꝛ si nō sit certū: est tñ pie credendum. q autem corpora sanctorum que cū christo surrexerūt sint glorificata inter multos doctores vertit in dubiū. Propheta igit dimittens illud qd est dubium ponit qd certuz est dicēs. Surge domine in requiē tuam. Et illud qd pie est credendū dicit. Tu et archa sanctificationis tue, Archa ista est beata vrgo filij dei cōtentiua. Et est sctificationis: quia i matris vtero fuit sanctificata. Ista autē archa surrexit in requiem id est in corporis et anime plenā felicitatem. Hodie quidē surrexit de tumulo qr immortalitatis gloria fuit induta. Surrexit de mūdo quia hodie in celū est gloriose assumpta. Secūdo secūdū quid sit assumpta. est aūt vrgo maria assumpta quadrupliciter cū. s. honorabili societate cū ineffabili iocunditate: ꝛ cum terribili potestate. Primo quidē virgo maria assumpta est cū honorabili societate quod significatū est. ij. regū. vj. vbi dr q dauid ꝛ ois Israel deducebāt archā dñi cū gaudio ꝛ erāt cū dauid chori septē. p dauid significat xps p septē choros itelligit vniuersitas hominū ꝛ angeloꝝ sctōꝝ: qr per septenariū numerū vniuersitas accipit vel p septē choros intelligunt tres chori q fuerūt tāte nouū testamētū. s. angeli patriarche ꝛ pphete. Et q̄tuor q fuerunt in nouo. s. martyres cōfessores: ꝛ virgines ꝛ etiā ipsi apli qui eius exequijs interfuerūt de ista honorabili societate cantat ecclesia. Sicut dies verni circundabāt eaz flores rosarū ꝛ lilia cōualliū. Per flores rosaruz intelligunt oēs martyres sanguine rubricati. Per lilia cōualliū intelligūtur omnes angeli cōfessores ꝛ virgines.

Quicunq; honorificauerit me glorificabo eū.j. Regū. ij. Magna siquidē dei liberalitas qui pro modico honore quaz scti sibi exhibent in terris ipse deus eos glorificare dignatur in celis. Talis beatus Bartholomeus qui deū honorificauit ⁊ iō deus ipsum glorificauit ⁊ glorificare dignat. In premissis ergo v̄bis duo cōiter tangi ⁊ notari p̄nt. Primo meritū bti Bartholomei cū d̄r. Quicūq; honorificauerit me Secūdo tangit premiū ei⁹. Ibidē cū subiungit glorificabo eū. Circa p̄mū est notādū q̄ sctūs Bartholome⁹ deū honorificauit.s.corde:ore:opere: et corpore. In corde aūt sunt itelligētia voluntas ⁊ memoria. Illi ergo corde deuz honorificāt q̄ ei⁹ bn̄ficia recognoscūt et eū ⁊ ei⁹ bn̄ficia diligūt ⁊ nunq̄ obliuioni tradunt. Talis fuit btūs Barth. q̄ humane redēptionis bn̄ficiū cognoscebat, et sue memorie illud sepius imprimebat: ⁊ illud fortiter retinebat: ⁊ ip̄m regi cū tāta dilectiōe exponebat ostēdēs q̄ p ip̄m nr̄a redēptio facta est valde cōgruēter, qr prim⁹ hō fact⁹ est de v̄ginea terra: secūdus v̄o hō fact⁹ est de v̄gine maria. Est facta valde potēter: qr dyabolū inuasorē ⁊ abusorē alieni iuris potēter eiecit. Est ēt facta valde iuste siquidē vt diabol⁹ q̄ hoīem comedētē vicerat: a ieiunāte vinceret. Est ēt facta nr̄a redēptio valde sapiēter: qr xp̄s diabolo tāq̄ illusit dū escā carnis ostēdēs hō diuinitatis eū cepit. Secūdo sanct⁹ Bartholome⁹ Christū honorauit ore, dum xp̄i gloriaz per orbē vniuersum fideliter p̄dicauit. Mundus siquidē erat mendic⁹ ignobilitate abiectus et refutat⁹ ⁊ mesticia plenus. Beatus autē Bartholome⁹ erat thesaur⁹ dei: margarita dei: ⁊ luminare dei: ⁊ iō mundū ditauit ac nobilitauit ⁊ illuminauit. Ista tria tangit beat⁹ Teodor⁹ in sermone quē fecit de ipso: vbi ait qualiter ei⁹ corp⁹ ad lipariā insulā est trāslatū dicēs. Uenit ad pauperculā thesaur⁹ ditissim⁹. Uenit ad ignobilē p̄ciosissima margarita: venit ad mestā splendissimū luminare. Tertio deū honorificauit ope: quia demonum culturā destruxit ⁊ cultū dei amplianit: sicut autē dicit beat⁹ August. in lib. de ciui. dei: tria gn̄a deorū tradita sunt. Unū a poetis, alterū a philosophis: tertiū a principib⁹ ciuitatum: q̄ autē isti dij nullo modo sunt colendi: ibidē ostēdit dicēs. Proponūt greci, si dij tales colēdi sunt p̄fecto tales homines sūt honorādi. Assumūt romani: sz reuera nullo mō honorādi sunt homines tales. Cōcludūt xp̄iani nullo mō ergo tales dij colēdi sūt: oīa nāq; ista gn̄a deoꝝ bartholome⁹ destruxit: sicut patet in legēda. Quarto Bartholome⁹ honorificauit deū in corpore seu cū suo corpore: qr cēties i die et cēties in nocte genua flectebat. Unde sup hoc beat⁹ Augusti. Omne quodcūq; inchoaueris facere: p̄mo inuoca deū et gratias age illi ⁊ cum consummaueris illud sil'r fac vnde Hier. Nec cibi ante sumant nisi oratiōe premissa nec recedat a mēsa nisi gr̄e referant: nec pri⁹ corpus quiescat nisi pascat anima. Secundo ponit ei⁹ p̄miū quod tangitur cuz d̄r glorificabo eum. Deus nanq; cuz glorificauit in vita ⁊ in morte tandē glorificauit post mortē. In vita siquidē beatus bartholomeus deū glorificauit ⁊ laudauit: ⁊ ipse deus eūdē in ei⁹ vita gl'ificauit multipl'r. Primo nanq; fecit eum magne dignitatis de cui⁹ dignitate sic d̄t Theodorus. Petrus apostolus docet nationes. Bartholome⁹ consequēter patrias inuestigat. Petr⁹ operat⁹ est p̄digia magna. Bartholome⁹ fecit p̄digia multa, petrus demū capite crucifigitur: sed beatus bartholomeus viu⁹ excoriat. Ad q̄d valet Petr⁹ mysteria capescēda: ad tot sufficit bartholome⁹ penetrāda. Secundo fuit multe sanctitatis, que quidē sanctitas in tribus et ex trib⁹ apparet: ⁊ cōsistit scz terrenorum despectione vnde dicitur de eo q̄ ipse sic ait. Ego nihil terrenum nihilq; carnale desidero. Probat ēt ipsius sanctitas in feruenti or̄one: vn̄ dixit ei d̄mō. Apostole dei bartholomee incendunt me orationes tue ⁊ in cōstāti mē

te. Unde de eo dicitur. Semper eodē vultu et animo letus ⁊ hylaris perseuerat. Tertio fuit potētie multe ipse nāq; diabolus habet potētiā astutiam atq; maliciam. Sed ipse ipsius diaboli potentiaz ligauit vñ dixit demon Deus vr̄ cathenis igneis est cōstrictus: ⁊ illa hora qua apostol⁹ dei bartholomeus tēplū intrauit eius astutiam detegebat. Fingebat ei diabolus se sanare infirmos quos tñ nō sanabat subueniēdo sed a lesione cessando. Ei⁹ maliciā impediebat: sicut patet in filia regis a qua diabolū exire coegit. Quarto fuit magne vtilitatz. De hoc sic dicit Theodorus. vide bartholomeum lingue aratro rationabilia rura sulcantē: fidei verbum in profundo scilicet. cordis recondentē: paradisum et vineas domini plātantē: siluas euellere: spinas impietatis secare, sepes circumponere ⁊ infra: sed respuunt egroti medentem orbi manuducētem: naufragi gubernatorem mortui viuificatorē. Secundo principaliter deus ipsuz glorificauit in morte: ipsi⁹ mortē sue assimilādo: Christ⁹ nanq; fuit expoliat⁹, flagellat⁹, crucifix⁹, ⁊ sic mortuus, sic ipe fuit flagelat⁹: crucifixus sua pelle expoliat⁹: ⁊ sic idē per capitis obtrūcationē mortuus. Cant. v. Inuenerūt me custodes qui circuierūt ciuitatem: percusserunt me. s. flagellādo vulnerauerūt crucifigendo et decollando: tulerunt pallium meum. s. me excoriādo. Tertio de⁹ eum glorificauit post mortē: ⁊ hoc respectu sui et respectu nostri: respectu quidē sui quo ad animaz ⁊ quo ad corpus. De gloria aie sic dt ipse Theodo. Gaude Bartholomee qui mare gressibus sanctificasti qui terrā purpureā tuo cruore fecisti: qui ad celum commeasti vbi in medio diuine aciei refulgens in splendore immar cessibilis glorie splendēs in exultatiōe iocūditatz mirabilis gaudēs glorificauit etiā deus ipsius corp⁹: qz sicut dicit ipse Theodor⁹ de armenia vsq; ad partes sicilie quatuor archis sanctoruz in mari piectis precedētibus archā beati bartholomei cum reuerentia deduxerunt. Secūdo glorificauit de⁹ eū respectu nr̄i. Et hoc q̄druplicitet. Primo quia factus est aduocat⁹ pctōꝝ sicut ipse cuidā suo deuoto apparuit dicēs ꝑ multuz tp̄s de⁹ nostris precib⁹ ⁊ meritis populo huic pepercit. Scdo, qz ipse est liberator deuotorū sicut ptz in magistro quem ab insidijs diaboli liberauit. Tertio qz est cōdēnator reproborū: put ptz in Frederico imperatore qui eiusdē corp⁹ de loco in quo est remouere voluit. Quarto ipse est reprobator munerū iniustorū, sicut ptz in muliere q̄ oleum iniuste acquisitum in lampadem beati Bartholomei infūdere voluit: sz tñ illd facere nequit.

¶ Sermo.ccxxv.

Eodem die sermo.ij.

Extendens celum sicut pellem qui tegis aquis superiora ei⁹. p̄s. Inq̄tum beatus bartholomeus fuit apostolus competit sibi quod dicitur celū. Apostoli nāq; celum vocantur secundum istud p̄s. Celi enarrant gloriam ⁊c Inq̄tum autē ipse fuit excoriatus cōpetit sibi illud qd dicitur. Extendens celum sicut pellem. Inq̄tum vero ipse interpretatur filius suspendens aquas competit sibi illud quod dicitur. Qui tegis aquis superiora eius: quod ergo dicitur celum: respicit dignitatē apostolice dignitatis: ꝙ vero celū dicit extensum respicit gen⁹ passionis: ꝙ autem dicitur quis tegis aquis superiora eius respicit interpretatione nominis. In verbis ergo premissis sanctus bartholomeus a tribus commendatur. Primo a sublimitate perfectiōis ⁊ vite in eo ꝙ vocat celū. Dicit autē Isido. Celū philosophi ardens volubile, ⁊ rotundū esse dixerūt. Dicit autem ipse celum, quia fuit ardens per charitatem succensaz. Ex qua charitate quatuor carbones ꝓdierūt. Unū carbonē iecit cōtra diabolū q̄ mediāte incēdit, ⁊ iste carbo fuit ei⁹ oratio ignita. Vñ dixit demō. Apostole dei bartholomee icēdūt me orationes tue. Aliū aūt carbonē iecit ꝯ diabolū q̄ diabolū ligauit q̄ fuerūt ipsius apl̄i merita gloriosa. Unde dicit in ipsius legenda. Deus vester cathenis igneis est ligat⁹: nec respirare nec loq̄ audet ex illa hora qua apostol⁹ ingress⁹ est illuc, san

ti eñ viri ex se tot carbones emittūt, ḋt
n se virtutes habent: q quot opes fer-
uētia facūt ex quibus vnā cathenā con-
stituunt cū qua diabolum ligatum tenēt:
Tertiū carbonem direxit z destinauit ad
deū qui ipsi deo odorem facit z ite carbo
fuit eius caro cōcremana. Sch. vij.
Edificauit. Noe altare dño: z infra odo
rem suauitatis odoratus est dñs. Quar-
tū aūt carbonē direxit ad primū q̄ pri-
mū ad dei amorē inflāmauit: z ite carbo
fuit ps⁹ p̄dicatio ignita. Theodo. Gau
deas Bartholomee sol orbis terre cūcta
illumināns os dei lingua ignita sapiētiā
p̄mēo fons vite sanitate emanās. Secū
do ibē dicit celum: quia ipse fuit mobilis
z volubilis per operatiōnē sollicitā. Ipe
nāq; tā sollicitus fuit q̄ tres prouincias
peragrauit: sicut ōt Theo. s. licaoniā in-
diā z armeniā. Nec mirū si tā volubilis z
solicit⁹ fuit q̄: fuit rota dei, nubes dei, ple
nus dei z plen⁹ feruore dei fuit etiā nu
bes dei. Esa. ix. Qui sunt isti qui vt nubes
volāt, z ideo terrā etiā fecundi⁹ irrigā-
uit. Sol nāq; virtute sui caloris illud q̄d
subtile ē laquis vaporatr extrahit z nu-
bes cōdēsat: sic etiā xp̄s Jesus qui est sol
iustitie ex calore z virtute sui amoris om
ne humanum effectum qui in apostolis
erat ad se per desideria attrahebat z in
nubes condensat. Btūs nāq; apostolus
fuit etiā tā volubilis z tā velox, q̄: fuit ro
ta dei. Eze. x. Rotas ille vocauit volubi-
les: tō aūt rote sic sunt volubiles q̄ non
tā gūt terrā nisi in pūcto, sic ipse bartho
lome⁹ a deo velox erat q̄ terrenis in pū-
cto. i. necessitatis articulo adherebat. s.
Thēm. vj. Hūtes victū z quib⁹ tegamur
his contenti simus. Fuit etiam beatus
Bartholomeus tā mobilis et tā velox:
q̄ fuit plenus sapientia. Nā sicut dicitur
Sa p. vij. Omnib⁹ mobilib⁹ mobilior est
sapientia: q̄ quos replet mobiles hos⁹
veloces facit. Fuit etiā tā velox, q̄ fuit
plenus zelo dei. Videbat nāq; mundum
esse tenebrosū z esse insipidū: z ēt vide
bat mundū esse inculti: z tō p̄ p̄m veloci
ter discurrebat: vnde btūs Theodorus.
Bartholomeus vero famulus dei, p̄git
per inundū velut: lux vt tenebrosos illu-
minare, tāq; sal vt insipidas gētes sali-
ret, tāq; agricola vt spiritualē culturā p̄
ficeret. Tertio principaliter ḋt celū q̄: fuit
rotund⁹ per finalē perseuerētiā: forma
nāq; sperica fine caret. Nō enim potuit p̄
missis emolliri. Vñ cū res camelos one-
ratos auro z argēto et lapidibus preciо-
sis sibi dare vellet: ipse respondit. Nihil
terrenū mihil carnale desiderio nec etiā
potuit nimis deterreri: vñ cū rex diceret
sibi. Tu es qui aduertisti fratrem meum.
Ipse respondit audacter. Ego vero non
euertī eū sed potius conuerti. Etiā non
potuit supplicijs superari. Licet eñ ipse
fuerit flagellat⁹: crucifixus excoriatus z
decollatus th̄ in dei amore semp permā
sit inuict⁹. Secūdo commendat a q̄lita-
te passionis pene, cum dicit. Extendens
celum sicut pellem. fuit eñ excoriatus z
pelle sui corpis denudatus z decollat⁹:
eñ in dei amore semp māsit inuictus. Hoc
significatum est Leuitici. s. vbi dicit. Dez
tracta pelle hostie artus in fruſtra concī-
dent z subiicīēt altari ignem struc ligno
rum ante compositā intestinis pedibus
lotis aq̄ adolebit eas sacerdos super al
tare in holocaustū: z suauem odorem do
mino. Jsta hostia dei fuit Bartholomeus
cui fuit pellis detracta: qh̄ sez ipse fuit ex
coriat⁹. Fuerunt etiā artus in fruſtra con
cīsi quādo ipse fuit crucifixus z decapita
tus. Fuerūt etiā ipsius intestina z pedes
lotiq; affectiones eius fuerunt emunda
dare a d omni terrena concupiscentia et
cupiditate ex diuino sermone. Joā. xv.
Jam vos mundi estis ꝓpter sermonē quē
locutus sum vobis. z ex spū sancto a quo
z per quē ipse fuit mundat⁹: vt de hoc le
gīt z hī Act. j. Vos aūt baptizabimini
spūsctō. Fuerūt etiā ipsi⁹ aphi affectiōes
mūdate in sanguine fuso. Apoc. vij. Lau
uerūt stolas suas z dealbauerūt eas. in
sanguine agni: circa istā hostiā posita est
fruſtra lignor⁹. Nā z intus in ista hūit lig
na desideriorū seūlorum z ab extra ligna
bonorū operū deinde subiicet⁹ est ignis
amoris in mēte: z ignis cōpassiōis in cor
pore: z sic holocaustū extitit: q̄ totus in-
census fuit ei⁹ anim⁹ p amorem, z corp⁹
ei⁹ succensum fuit per passionē verba p
celi ardorē cuiusq; opa per feruorem. Et
sic odorē suauitatis fecit dño. Fuit eñ

odorem

odorem suauez per odorifera famā, suauitatē per sinceritā cōscientiā, suauissimuz odorem per spontaneaz penam. Tertio commendatur a pfunditate diuine sapiētie: cum dicitur. Quitego aquis superioza eius. Superiora anime sunt rōnalia cōcupiscibilia et irascibilia. Fuit enim tota et repleta eius rationalis aquis diuine sapientie. Eccl. xv. Aqua sapientie salutaris potauit illū. Fuit em cōcupiscibilis repleta aque diuine gratie. Esa. xlviij. Effundā aquā sup sitientē. Fuit et ira scibilis repleta aquis emulationis feruide. Cant. viij. Fons hortoruz: putei aquaruz viuentiū, que fluūt impetu de libano. Nā sicut dicit de sanctis aliis. Eze. j. Ubi erat ipet spiritus illuc gradiebant.

¶Sermo. ccxxvj.

Eodem die Sermo tertius.

EXtendens celum sicut pellē. Triplicem habet intellectum. Primo enim dicitur celum extensuz sicut pellis ad scribendū. Sicut em hō pellē extēdit vt in ea scribat: sic ipse de celō extendit vt in eo scribat nomina electoruz. Luc. x. Gaudete q nomina vestra scripta sunt in celis. Scōo ad inhabitandū. Si ut em hō de pellibus facit tentoriū. sic deus de celo hz suū habitaculū. Unde alia translatio habet extendēs celū sicut camerā. Unde celū dicitur quasi casa eloy. i. dei. Job. xxxvj. Extendit quasi nubē tentoriū suum. Tertio ad circundandū. Sicut em pellis totū corpus circundat et nihil est, quod non sit circundatū pelle: sic et cūctū Dāmi. Celū empireū cōtinet omnes creaturas: et nihil est creatū quod non sit infra celū. Quarto ad regendū. Est em celum quasi tectū orbis terrarum. Unde ibidē. Celum quasi tectum mundi extendit de. Fecit nāq amplum firmamentū vt tegat orbē terrarū. Et subdit glos. et hec sine pelle. i. sine labore: sed tā facilter sicut pellē. Quinto ad alliciendū: sicut em pelliparius pellem pulchrā coram emptore extēdit atq exponit, vt sez ipm emptorē alliciat ad emendū. Sic deus firmamētū syderibus depictum extēdit vt alliciat ad desiderādū. Sexto ad cōmensurandū. q. d. Quātū homo coram deo suā pellē extēdit tm extēdit hoi celum suū. Oibus his modis btūs bartholome⁹ sicut pellis fuit extēsus. Primo vi delicet ad scribendū. Fuit em hec pellis primo excoriata Michee. vij. pellē deuz excoriauerūt. Sed cū pellis fuit scripta int⁹ p impressionē ytutū. Thren. iij. Cādidiores nazarei et⁹ nive et forme p ipressionem passionū. Similiter et pellis carnis xpi fuit in cruce extensa, vñ ps. Dinumerauerunt omnia ossa mea. Fuit scripta abintus multiplicitate dolorū. Thren. j. Attēdite et videte si est dolor sicut dolor meus. Et postea confitione eius. Malachie. iij. Configite me gens tota. Secūdo fuit extēsus ad habitādū qz deus in eo per fidē habitauit. Ephes. iij. Habitare xp̄m p fidē in cordib⁹ vris. Et quia p fidē in eo habitauit veraciter: ideo multa miracula fecit. Fidei em opatio miraculoruz attribuitur. Ostendit em miracula in quatuor elementis et prio in aere: quia ipsum a diabolo purgauit. In igne qz pmissione dei ossa sua tāq ignis splēdentia demōstrauit. In aqua: qz archa in qua ossa sua erāt recōdita de armenia, vsq in sicilia per mare deduxit. In terra qz mōtē quēdā per septē stadia elongari fecit. Tertio fuit extēsus ad circūdādū. Fuit em circūdatus penis suis qz fuit decollat⁹: et deorsuz, qz fuit i cruce prodib⁹ affix⁹: a dextris et a sinistris qz manib⁹ in cruce fuit clauatus, unde et retro qz flagellatus. In toto corpe: qz fuit excoriatus. Ste nāq est ille hō de quo Luc. viij. Qui ab hierusalem in hericho descēdit qñ xp̄s ipm lunaticū ad predicandū misit: q incidit in latrones q eū exposuerūt. excoriādo, plagas imposuerūt flagellādo et crucifigendo, et seminuū relīq̄runt decolādo. Tūc em fuit seminuus ore licet⁹: qz q̄tū ad corp⁹ fuit mortu⁹: sic cosrā deo fuit in anima viu⁹. Quarto ad habitandū. Bartho. fuit extēsus ad pdicādū. Quāsdā em alij electi sint lapides i domo dei aptī suz rectū: qz pre ceteris sanctis, celo. i. deo magis fuerunt vicini. Un alij sūt vocant seruuli: pli alij sūt amici. Joā. xv. Jā nō dicā vos seruos, sz amicos meos

ec. Tum qz fōlis radio fuerūt illustrati. Num. xvij. Appuit ghadri sup tectū fedens tū qz illi ḡ ad aplorū auxiliū pfugiūt sum magis seruri. Mat. xxvij. Qui in tecto sunt non descendant aliq̄d tollere de domo sua. Tum qria defendunt ab estu vitiorū & a turbine tribulationuz: & a pluuia tentationū Esa. xxvij. Tabernaculū erit in umbraculum diei ab estu & in securitate & in absc̄sione a turbine & a pluuia. Quinto fuit extēsus ad alliciendum. Corpora em̄ sanctorum in hac vita multa claritate & miraculis fulgent. Si igit̄ tam pciosus facc̄ externus plz ḡ pciosus thesaur⁹ est qui intus latet: in isto nāq̄ sacco latet duplex thesaur⁹, scz literior qui fuit animus dei gr̄a plen⁹. Prouerb. xxj. Thesaurus desiderabilis & oleū i habitaculo iusti & thesaur⁹ superior. scz gr̄e celestis de quo dr. Mat. xix. Vade & vēde oia que habes: & da pauperib⁹: & habebis thesaurū in celo. Istū thesaurū hodie beatus Bartholo. recepit. Ambro. i ps̄a. Bartholomeus mortuus viriliter p̄ferendo dicrimē gloriosū certamnis ad celestē gloriā secū portauit triumphū. Sexto fuit extensus ad cōmēdandū: qz sm̄ qz ipe extendit pellē suā deo p̄ diuersitatē supplicioz̄: sic de⁹ extēdit sibi celū suū p̄ immensitatem p̄miorū. Multuz siquidē pellē suā extendit. qz primo fuit flagellatus, deinde fm̄ dīm Theod. fuit excoriat⁹: qz ante ēcū i cruce moreretur modo fuit depositus & postmodum excoriat⁹. Ultimo sm̄ Vsuardū fuit capite truncatus: qz igit̄ sic de hemēter extendit pellē suā: ita de⁹ excellenter extendit sibi celuz suū. Ut sup hoc Theodo. Ad celos beatus Bartholomeus ymeasti vbi i medio diuine auci refulgens in splendore immarcessibilis glorie splendēs, in exultatione dignitatis infatigabilis gaudes. Quātuz ergo homo extēdit pellem deo per maceratiōnē: tantū de⁹ extendit celum, suū p̄ glorie largitionē. Multū nāq̄ studuit bartholomeus se extendebat. Threnor. v. Pellis mea quasi clibanus exusta est. Job xix. Pelli mee cōsumpte carnibus adhesit os meum. Minusq̄ extēdebat q̄ dicebat. Luce. xviij. Jeiuno bis in sabbato. Nihil extendebat qui dicebat eiusdem. xij. Anima mea habes multa bona extēde se, bibe & epulare &c. Extendenti igitur deo multū pellē suā: deus multū extēdit celum suū & extendenti parū pellem suā deus parum extendit celū suum: & nihil extendenti pellem suam de⁹ claudit celum & aperit infernum. Joan. xxvj. Extendit aquilonē super vacuum.

¶ Sermo. cxxvij.

¶ De eodem, sermo quartus.



Pellem p pelle cuncta q̄ habet homo, dabit pro anima sua Job. ij. Secundū gl. Pellio pro pelle datur: quia sepe dum ictus cōtra oculum venit manum opponimus vt potius in ipsa manu q̄ in oculo vulneremur ac sit dicat. Ideo tot flagella Job equanimiter extra sustinet: quia nec ipse mitus ferrat panet. Notandum tamen est, quod quadruplex est pellis. Nature culpe, gr̄e et glorie. Primam pellem induunt omnes homines Unde super hoc ipse Job inquit. iij. Pelle & carne vestisti me &c. Sz istā pellē Bartholome⁹ multiplici rōne deposuit. primo em̄ deposuit i signū feruide charitatis. Solēt em̄ homines calore nimio estuātes exponere vestimenta. In hoc ergo q̄ beatus Bartholomeus pellē suā deposuit ostenditur ḡto igne amoris plen⁹ fuit. Hoc significat̄ h̄ est. j Reg. xviij. vbi dr. Diligebat Jonathas Dauid quasi animam suā. Nam expoliauit se tunica sua & dedit eā dauid. per Jonathā qui donum columbe interpretatur beat⁹ Bartholome⁹ intelligit̄ q̄ dono spūssancti fuit repletus Ste ergo qui diligebat dauid. i. xp̄m sic se. i. animā suā, tunicā expoliauit, dedit dauid qñ ppter xp̄i amorem se excoriari pmisit. Scdo in augmētū maioris puritatis. Solēt em̄ rami arborū qñ excoriant albiores appere: sic & Bartho. pelle mortalitatis exut⁹ fulsit & fulget magis pur⁹. De hoc legit Jo. j. Ficū meā. i. Bartho. q̄ fuit hūilis: fructuosus & vulgus decorticantium mundās expoliauit eā. Sibi facti sūt rami ei⁹. Prou. xxv. Auser rubiginē de argēto, & egredit vas purissimū. Tertio in spē future immortalita-

tis. Solet nāq; hō libēter deponere vestē vetustā vt vestē induere valeat deauratā. Sic ipse libēt vestē mortalitatis exuit qr se decorādū veste imortalitatis scivit vñ ps. Astitit regina, id est ei⁹ ala q̄ corpus bñ rexit, a dextris tuis i vestitu deaurato, id est cū corpore glorificato. j. Macha. x. Jussit rex expoliari Ionathā vestimētis suis ⁊ induit eū purpura, id est carne gl̄iosa: qd erit in gñali resurrectione. Quarto deposuit pellē suā in odorē suauitatis. Solebat nāq; sacerdos in veteri lege pellē hostie detrahere igneq; supposito ipsam i odorē suauissimū dño immolare. Sic btō bartholomeo est pellis detracta q̄ igne charitatis incēsus: i odorē suauissimū est dño imolat. Sap. iij. Tā q̄ aurū in fornace ꝓbauit illos ⁊ q̄si holocausti hostiā accepit eos. Scda aūt pellis de q̄ premittit est pellis culpe. Et ista est triplex. Una est q̄ induūt luxuriosi que est pellis vetusta. Threñ. iij. Vetustā fecit pellē meā. Luxuria nanq; dicitur vetusta siue quia hominē cito ducit ad senectutē siue vetustatē: siue qr homo q̄ se illi vicio immergit vsq; ad mortē in illo inueterascit. ps. Inueteraui iter omnes inimicos meos ⁊c. Siue qr cū ipsa sit lutū fetidū facit ipsum hominē turpē ⁊ vetustū ⁊c. Eccli. ix. Omnis mulier que est fornicaria quasi stercus in via cōculcabit. Alia est q̄ induunt superbi: ⁊ ista pellis est a vento inflata. Ozee. xij. Effraim pascit ventū. Aug. O pellis inflata quid tenderis. O sanies fetida quid inflaris qr igit est vēto plena: ideo statim detumescit si pūgit. Job. vij. Memēto qr vent⁹ est vita mea. ideo leui impulsu circūferit. ps. De⁹ me⁹ pone illos vt rotā ⁊ sicut stipulā añ faciē vēti, iō cito deijcit. Job. xxx. Eleuasti me ⁊ quasi super vētum ponens allisisti me valde. Alia est qua induunt auari ⁊ hec est pellis nigra. Hier. xiij. Si mutare potest ethiops pellē suam ⁊c. ⁊ auarus contrahit nigredinē corporalē: quia ꝓ lucro captādo die noctuq; exurit: ⁊ gelu punitur. Threñ. v. Pellis mea quasi cliban⁹ exusta. est auarus etiā cōtrahit nigredinē spūalē qr cū auaritia sit lutū: anima q̄ luto immergitur, nigra efficit. Abacuch. ij. Ue q̄ multiplicat nō sua ⁊ vsq; quo aggrauat cōtra se dēsum lutū, istā triplicē pellē bartholome⁹ nō induit, qr terrena despexit ⁊ honores fugit verā castitatez seruauit. Tertia ꝟo pellis est pellis gr̄e qua induūt iusti imitādo cōuersationem xp̄i, xp̄s em̄ indut⁹ est pelle, id est cōuersatione cādida rubicūda: ⁊ electa. Cāt. v. Dilect⁹ me⁹ cādidus ⁊ rubicūdus electus ex milib⁹. Esa. xlij. Nō erit tristis neq; turbulēt⁹, ecce q̄ cādida. Uñ ps. Cum his qui oderūt pacē erā pacific⁹: ecce q̄ rubicūda: ⁊ firma charitate pacifica. Mathei. xj. Discite a me qr mitis suz ⁊ humilis corde: ecce q̄ pro oib⁹ māsueta. Ista pelle gr̄e bartholome⁹ fuit tinctus: quia ei⁹ cōuersatio fuit iocūda pacifica ⁊ māsueta. Uñ de eo dicit in eius legēda semper eodē vultu ⁊ animo let⁹ et hylaris perseuerat. Quarta pellis, est pellis gl̄ie qua induūtur beati. Unde legit Exodi xxxvj. Quod tabernaculū tribus pellib⁹ operiebat scz pellibus rubricatis. hiacintinis ⁊ sagis cilicinis q̄ fiebāt de pilis capraru. Operiebatur etiā de pellib⁹ magnis nigris: sed formosis. Cāti. j. Nigra sum sz formosa filia hierl̄m sicut pelles salomonis. Beati igit induerūt pellē formosam ꝑ corꝑis claritatē. Apoc. xix. Datū est ei vt cooperiat se bysso splēdēti et cādido. Pelle hiacintina ꝑ subtilitatē. huiusmodi em̄ pelles hñt colorē aereū. corpora sctōrū nāq; q̄ mō sunt grossa ⁊ ponderosa tūc ad instar aeris erūt subtilia. j. Cor. xv. Seminatur corpus animale ⁊ surget corpus spūale. etiā induunt pelle rubricata per immortalitatē. Huius nāq; color est valde viu⁹. vnde de homine rubicundo cōiter dicimus. Iste est valde viuus. Sap. v. Justi aūt in perpetuum viuent. Pelle caprina per agilitatē: ꝑ quā sancti comparant fulguri coruscāti. Job xxxviij. Nunquid mites fulgura. Sancti etiā propter eorum agilitatez comparātur nubi ⁊ scintille discurrenti. Deute. xxxiij. Magnificētia eius discurrent nubes. Sap. iij. Tāq; scintille in arundineto discurrent. Comparātur etiam aui velociter volāti. Tunc enim aues velociter volāt qñ sunt plumis plene ⁊ subtiles: ⁊ vento agitate. Sic sancti tunc erūt pleni plum. ⁊ omniū virtutū. Habebunt cor-

pus subtile et gloriosuz et agitabunt per spiritum sctm. Ezech. j. vbi erat impetus spūs illuc et gradiebātur. Uel pōt dici q pellis tripliciter ponit scilicet p re tēporali. Michee. ij. Desuper tunicā et paliuz subtulisti. Ponit etiā pellis pro vita mortali. Gen. iij. Fecit deus ade tunicas pelliceas. Et p superficie corporali. Job. x. Pelle et carnibus vestisti me. Beatus igit bartholomeus dedit rem temporalē pro celesti substantia. Matth. xix. Si vis pfectus esse vade et vende omnia que habes et da pauperibus. dedit etiā vitā temporalem pro vita ppetua et gliosa. Joh. xij. Qui odit animā suā in hoc mūdo pdet eā. Etiā dedit pellem corporalē per carnē glorificatā. Phil. iij. Saluatorē expectamus dominum nostrum iesum christum.

¶ Sermo. ccxxviij. De sancto Augustino epo et doctore. Sermo. j.

Quasi vas auri solidū ornatū omni lapide pcioso. Eccl. l. Illd vas aureū et pciosum repntat btm Aug. doctorē egregiū q in pmissis vbis a tribus commendatur. Primo commendatura plenitudine diuine sapientie. cum dicitur Quasi vas auri. Per aurum nāq diuina sapientia intelligitur qua ipse beatus Augustinus tanquā vas dei fuit repletus: sicut autez ipsemet ostēdit in libro de qualitate anime triplex est sapientia: scilicet nociua, supflua et necessaria. Nociua em sapientia est de impedientibus ad salutem. Necessaria est de expediētibus. Sz superflua est de impertinētibus. hoc ostēditur per simile in corpore humano. Cū enim translato verbo anima discendo dicatur crescere: et dedicendo decrescere: et in corpore sit triplex argumentum: vnum nociuū quod tumor dicitur: alterū superfluum per qd interdū euenit vt senis digitis in manibus aut pedibus nascant homines. Tertiū vero est necessariū quo naturalis conueniētia adimpletur in membris. sic et in anima est sapiētia nociua q est de impediētibus. Et sapiētia supflua que est de impertinentibus. Et sapiētia necessaria que est de expediētibus et necessarijs. Ista triplici sapientia istd vas plenū fuit: scz sapiētia nociua que ante conuersionem suā plenus fuit de qua dicitur Jac. iij. Nō est ista sapiētia desursuz: sed terrena animalis diabolica. Est em terrena qz cōsistit i terrenorū cupiditate: d hoc ipsemet ait i cōfessionibus. Docebāt artem rhetoricam victoriosam locacitatē. victus cupiditate vēdebā. est etiam animalis que cōsistit i carnali voluptate. De hac dicit ibidem, recordari volo trāsactas feditates meas nō q eas amē, sed q amē te deus meus. est diabolica que cōsistit in superba et ventosa ambitione. De hac ibidez ait. Libros discebā eloquētie i qua eminere cupiebā sine damnabili et ventoso propter gaudia vanitatis hūane. Secūdo añ suā cōuersionez habuit sapientiam superfluā que est sapiētia secularis et philosophica q ideo superflua dicitur: quia sine ea salus eterna habetur. In libro cōfessorū. De illa sapiētia dicit Infelix aūt ille homo qui scit omnia hec: te autem nescit. btūs autem qui te etiā si illā nesciat. Qui vero te et illam nouit: non propter illam beatior est: sz propter te btūs solū. Ista autē sapiētia plenus fuit. qui ait ibidem. Oēs libros artium quas liberales vocant tunc nequissimus malarum cupiditatum seruus per meipsum legens intellexi. Itē ibidē. Quid est de arte loquēdi et disserēdi: qcquid est dimēsionibus figuratum et de musicis et de numeris sine magna difficultate et nullo homine tradēte intellexit. Tertio habuit post suam cōuersionem sapiētiaz necessariā, id est diuinā que dicit necessaria. Quia sicut dicitur. Prouer. xviij. Ubi nō est sciētia anime ibi non est bonū. Primaz igitur sapiētiā. scz nociuā ipse ex toto et omnino abhorruit. Secūdam. s. superfluā totis viribus cōtēpsit. Tertiā sapientiā scz necessariā et diuinā totis suis viribus cōcupiuit vt de eo dici possit illud. iij. Reg. iiij. Dedit sapiētiā salomoni, et prudētiā multā nimis et latitudinē cordis quasi arenā que est in littore maris. Ubi quatuor implicātur. s. qui habuit sapiētiā multā sufficiētem: et habuit sapientiam nimiā et q habuit cor

latum. Unde habuit sapiētiā multā quia habuit sapiētiā diuinā nihil enim sibi defuit quod ad ea ptineret haberet. Uolusianus. Legi dei deest quicquid augustinum cōtigerit ignorare. Habuit sapiētiā nimiā, nā habuit sapiētiā superfluētem. vnde legit ꝙ cū quidā tractat⁹ beati Augustini in matutinis legeret beatus Bernardus obdormiēs parum vidit quēdā iuuenē de cuius ore tam immēsus fluuius exibat ꝙ totā ecclesiā irrigabat. Cui dubium non fuit illum augustinū fuisse qui habuit cor latū qr scilicet habuit celerē intellectum ⁊ nobile ingenium. Unde in libro confes. ait. Scis tu domine de⁹ me⁹ qr celeritas intelligendi ⁊ discendi acumen donum tuum est, sed nō inde sacrificabā tibi. Prosper. in libro de vita cōtemplatiua dicit. Sctūs Augustinus fuit acer ingenio: suauis eloquio secularis literature perit⁹ in ecclesiasticis laborib⁹ operosus. Qui habuit sapiētiam sicut arenā maris. Sicut em̄ arena ē innumerabilis: sic ⁊ libri eius innumerabiles sunt vnde dicit Remigius ꝙ lz Hieronymus sex milia voluminū origenis se legisse fatet Augustin⁹ tn̄ tanta scripsit vt nullus posset eius libros diebus ac noctibus scribere: sed nec legere quidem occurrat. Secundo commedatur a solidate doctrine: cū dicit. Solidū. eius enim doctrina est solida propter quatuor cōditiōes quas habet. Habet em̄ purissimā veritatē. vn̄ cōparatur simile. Un̄ Greg. in epl'a ad p̄fectū africe sic ait. Beati Augustini cōpatriote opuscula legite ⁊ ꝯparationē illi⁹ similaginis nr̄m furfurē nō q̄ratis. Prouer. ij. Puri ⁊ purissimi eius fructus. Sermones nāq; beati Augustini sunt puri: qr nullā habēt falsitatē. Sūt puriore: quia non habent dubietatē. Sūt purissimi qr omnē cōtinēt veritatē. vn̄ Cassiodor⁹ i ꝓlogo sup psalteriū. est autē Aug. olm literarū magister. Et ꝙ in vbertate reruz est cautissimus disputator. decurrit q̄ppe tā q̄ fons purissim⁹. nulla fece pollut⁹: sz in integritate fidei perseuerās nescit hereticis dare: vnde se possint aliq̄ collutatiōe defendere totus catholicus. tot⁹ orthodoxus inuenitur. In ecclesia dn̄i suauissimo odore splēdens superni etiā luminis claritate radiatur. Secūdo ei⁹ doctrina habet altissimā, profunditatem: ideo cōparatur aquile. Hiero. Augustin⁹ episcopus volans per mōtiū cacumina q̄si aq̄la. ⁊ ea que sunt in montiū radicibus non cōsiderās. multa celoꝝ spacia terrarūq; situs ⁊ aquaꝝ circulos charo sermone ꝓnunciat. Job. xxxviij. Profunda fluuioꝝ scrutat⁹ est ⁊ abscōdita ꝓduxit in lucem. fluminis sacre scripture habet sup̄ficiem scz sensum literalē ⁊ hz mediū scz sensuz moralē ⁊ hz ꝓfundū. s. mysticū ⁊ spūalē. Iste autē nō tm̄ scrutat⁹ est scripture sup̄ficiē sz etiā mediū ⁊ ꝓfunduz. Tertio hz firmissimā soliditatē. Jō ꝯparat malleo. vn̄ Ber. Aug. hic ē validissim⁹ malle⁹ hereticorū. Sicut em̄ malleus ictib⁹ suis incudē firmat ⁊ ferrū domat ⁊ melodiā generat sic Aug. doctrinis suis ecclesiā firmauit. Eccl. l. In vita sua suffulsit domū ⁊ in diebus suis corroborauit tēplū. Hereticos em̄ domuit ⁊ fugauit. Et ibidem. Qui curauit gentē suā ⁊ liberauit eā a ꝑditiōe. Prosp. i libro de vita ꝯtēplatiua sic ait. Sctūs augustin⁹ fuit in quotidianis disputationib⁹ clar⁹ ⁊ in oīb⁹ actionibus suis bene cōpositus in q̄stionib⁹ soluendis acutus. In hereticis cōuincēdis circunspectus. In expositiōe nr̄e fidei catholic⁹. In explanādis scripturz canonicis caut⁹ dei laudē generauit. Tota nāq; ecclesia laudat deū q̄ sibi ꝯcessit doctorē tam egregiū. Unde cātat eccl'ia. Magn⁹ dn̄s ⁊ laudabilz valde q̄ de tenebrz gētiā lumen eccl'ie. vocauit aug. Quarto btūs aug. hz dulcissimā suauitatē. Jō ꝯpat cibo dulcissimo. Un̄ Gre. vbi. s. Si delicioso cupitis pabulo saginari bti aug. opuscula legite. Et vocat ip̄e Greg. doctrinā bti. augu. pabulū ⁊ deliciosuz ⁊ sanguinatū pabulū qr faciat deliciosū qr d̄lectat. vn̄ cātat. Tu de v̄bz saluatoris dulcē panē conficis. Panē qr satiat dulcē: qr delectat. vocat ēt saginatū: qr ipinguat. De hoc nāq; cassiodor⁹ sic inq̄t. Btūs augu. in q̄busdā libris nimia ē difficultate recōditus. In q̄busdā vero sic planissima vt etiā paruulis p̄beat accessus. Cuius opera suauia sūt obscura vero vtilitatib⁹ magnis farcita pinguescūt. Tertio ꝯmēdat a ꝑfectione olm virtutū ⁊ gr̄e: cū dicit or-

natū ol lapide p̄cioso. Et isti lapides p̄ciosi dicunt̄ esse quatuor v̄tutes. s. prudētia, iustitia ac tēperātia, ⁊ fortitudo ex q̄bus coronat̄ q̄ spōsa xp̄i ornat̄. hn̄s prudētiā ab anteriori q̄ preuidet a futuris. Iustitiā a posteriori: p quā satisfacit de p̄teritis. Tēperantiā autē a dextris ne eleuaret̄ in p̄speris. Fortitudinē vero a sinistris ne succūbat in aduersis. istas q̄tuor v̄tutes august. habuit p̄ut scz sunt purgati animi. Nā scd̄m plotinū iste v̄tutes pugnāt cōtra lordinatas affectiōes, ⁊ tūc dicunt̄ pollitice: aut auferūt eas omnino. ⁊ tunc dicunt̄ purgatiue, aut auferūt memoriā illarū: nō tn̄ illas, ⁊ tunc dicūtur v̄tutes purgati animi: aut talem faciūt vt nephas sit in illo nolare affectiōes ⁊ tūc exēplares dicūtur ⁊ si sunt in deo. Prime igit̄ lordinatas affectiōes reprimūt. Secunde auferūt Et tertie nesciūt. In quartis nephas est affectōes hmmōi cogitare. Beat⁹ vero augustin⁹: aut tales inordinatas affectiones l memoria nō habebat aut in horrore aut in aspernatiōe habebat. vn̄ cū rō in libro soliloquiorū ip̄m l̄terrogasset. Nōne te delectat vxor casta pudica pulchra morigerata et diues. rn̄dit quātūcūq; mulierē depinxerī atq; de bonis omnibus cumulaueris: nihil mihi tā fugiēdū q̄ ꝯcubitū decreui. de hinc ratio nō quero quid decreueris sed vtrum adhuc alliceris. ⁊ respōdit prors⁹ nihil in hmōi q̄ro nihilq; desidero sz etiā cum horrore ⁊ aspernatione talia rocordor.

¶ Sermo. ccxxix. De eod̄. Serm̄. ij.

Ufer rubiginem de argento ⁊ egredietur vas purissimum. Prouerbiorum. xxv. Ostenditur nanq; in his verbis premissis qualis beatus augu. fuit ante suā conuersionem quia tunc fuit rubiginosus ⁊ qualis fuit in ipsa conuersione: quia fuit a rubigine purgat⁹ ⁊ qualis fuit post ei⁹ conuersionez: quia tunc totus purissim⁹. Ante conuersionem vero istud vas contraxerat quadruplicē rubiginem scz infidelitatis quia in sectam manicheorū incidit in qua aliquibus annis fuit inuolutus ad has siq̄dē nugas p̄duct⁹ est vt ip̄e ait in libro cōfes. vt diceret. Ficum plorare cuz decerpitur ⁊ matrē eius arborē lacteis lachrymis flentem. secūdo contraxerat ipse beatus aug. ante eius cōuersionem rubiginē philosophice vanitatis vt ipse ait vbi. s. Institui animo intēdere in scripturī sacris: sz visa ē mihi sacra scriptura indigna quā Tuliane dignitati cōpararē. Tumor ei mētis fugiebat ei⁹ modum. Illa autē erat que cresceret cū paruulis: sz ego dedignabar esse paruul⁹ et turgid⁹ fastu mihi grādis videbar. Tertio cōtraxerat rubiginē terrene cupiditatis vnde ipse de cartagine romā ⁊ de roma mediolanum perrexit vt rhetoricam vēderet: ⁊ sue cupiditati satisfaceret. vnde ait vbi supra. Docebā artez rhetoricā victoriosam loquacitatē vict⁹. s. cupiditate vēdebā. Quarto rubiginē carnalī voluptatis. vn̄ ait ip̄e vbi supra. Exhalabāt nebule de limosa ꝯcupiscētia carnis ⁊ scatebra pubertatis obnubilabat cor meū vt nō discernerēt serenitas dulcedinis a caligine libidinis. Scd̄o notat̄ q̄lī fuit in ipsa cōuersiōe qr. s. fuit ab omni rubigine purgatus. Ad istam nanque rubiginem auferēdā quedā fuerūt i eo p modū cause efficiētis: quedā p modū cause disponētis. est em̄ purgat⁹ p verā ꝯtritionē. vn̄ d̄r ibidē. q̄ sub q̄dā arbore se p̄iecit ⁊ dimisit habenas lachrymī ⁊ p̄ruperūt flumina ex oculī ei⁹ acceptabile sacriciū deo ⁊ iactabat voces. s. miserabiles ⁊ plorabat amarissima ꝯtritiōe cordis sui. Scd̄o fuit purgatus per verā confessionē vn̄ deo cōfitebat̄ dicēs. vbi supra. Recordari volo trāsactas feditates meas: nō q̄ eas amē sz vt amē te de⁹ me⁹. amore amoris tui facio illd̄ recolēs vias meas neq̄ssimas vt tu dulcescas mihi dulcedo nō fallax: dulcedo felix et secura. ⁊ nō solū de hoc sz etiā de minimis se accusabat: sicut de eo q̄ cū puer esset ad pillam ludebat: ⁊ q̄ ad scholas non nisi violēter ire volebat: ⁊ q̄ fabulas poetarū nimis libēter legebat: ⁊ q̄ didonē ex amore mortuam flebat: ⁊ q̄ in ludis puerorū fraudulentas exercebat victorias: ⁊ q̄ de quadā arbore piri pira furatus fuerat. Tertio fuit purgatus cum plena satisfactione. Ipse nanq; tres partes satisfactionis ha

dulit scz ieiunia, orationes, r eleemosynas corporales: r p maxime eleemosynas spirituales q̄ consistūt in docēdo indoctos. vnde dicit de eo. Post mortē matris reuersus est augustin⁹ ad agros proprios vbi cum amicis ieiunijs r orationib⁹ vacans: scribebat libros r docebat indoctos. Disponentia autem ipsum ad istam conuersionē quatuor fuerunt scil. cet flagella crēpla, r doctrina, ac sollicitudo materna. Fuit autē quatuor viciū flagellatus. sicut ipse in libro confes. refert. prio dolore stomachi cū adhuc iuuenis esset q̄ nōdū baptizat⁹ fuisset. Sed mater voluit vt bapt zaretur r lauatus fuit. Pater em̄ prohibuit ne baptizaretur ne iterū se daretur. Secūdo cū iuisset romā vbi incurrit egritudinē validā r hoc mater nesciebat: quia si adhuc vulnere ferretur nunq̄ cor ei⁹ sanaret. Tertio p̄mordio sue cōuersionis rā validissimo dolore dē tūs torquebat q̄ etiā loquelā amisit: vñ in tabulis sereis scripsit vt oēs p eo orarēt. Ipse autē cū alijs genus flexit r sanatus fuit. Quarto flagellat⁹ fuit in quodā amico suo defuncto. In cui⁹ morte cor ei⁹ a deo cōturbatū fuit q̄ quicquid aspiciebat erat illi mors r seipsum semimortuū reputabat. Secūdo dispositiua fuerunt exempla scilicet Ambrosij, Simpliciani, Victorini, Anthonij: r aliorum sanctorū. Exēplum si quidem Ambrosij ipsum animauit ad cōuersionem, nam r omni dominica beatus Aug predicationem sancti Ambrosij audiebat q̄ Ambrosius paterne suscipiebat r clementer tractabat. Mater etiā eius btm̄ Ambrosiū quasi angelū dei diligebat. Sciensq̄ per eū eius fili⁹ quērī debebat q̄ s factum est. Exēplū simpliciani ip̄m animauit ad sctē vite electionē. Vñ ad ipsum perrexit r gest⁹ suos sibi retulit: r q̄ esset aptus modus viuēdi ab eo petijt: videbat enim ecclesiā plenā esse clericis: i qua alius sic r alius sic ibat. Simplicianus autē viā salubrē eum docuit. Exemplū victorini ip̄m animauit ad imitationē. Vñ cū simplicianus ei narrasset: vt in eodē libro habet q̄modo victorin⁹ philosoph⁹ rome i foro statuam meruisset r quomodo Christianus factus fuisset, exarsit Augustin. ad imitandum, cum r cepit graviter suspirare. Exēplum Antonij ipsum animauit ad celestium auiditatem. Nam sicut ibidem habetur. Cum quidam miles nomine Pontianus de affrica venisset r vitam r miracula Antonij eremite narrasset, cepit augustinus ingemiscere r ad alipidiū ecclam. Surgunt nanq̄ indocti r celum rapiunt r nos cum doctrinis nostris in infernum demergimur exempla sanctorum defunctorū ip̄sū alauerūt ad ardētes charitatē. vnde ait ibidem. Exempla seruorum tuorū quos de nigris luciidos: r de mortuis viuos feceras congesta in sinum cogitationis me vrebant r accendebant me valde. Tertium dispositium fuit doctrina Tulij Pauli r Ambrosij. Cuz enim vt ibi refert esset annorum .xix. r quendam librum Tulij q̄ hortensius dicitur legisset q̄ exhortationē facit ad philosophiā repente affectū eius mutauit: r immortalitatē sapientie concupiuit. Sc̄o doctrina pauli. Nā cum codicem apostolicū aperuisset r capitulū q̄ primo sibi occurrit legisset. Induimini dñm ihesu christū rc. Statim a corde ei⁹ omnes dubietatis tenebre diffugerunt. Tertio doctrina Ambrosij Cum enim eius p̄dicationē audiret: r quadā vice cōtra sectam manicheorum Ambrosius diuti⁹ disputasset error ille a corde Augustinus penitus est ablat⁹. Quartū dispositiuū fuit sollicitudo materna q̄ sicut eum carne pepererat mūdo: ita postmodū multo lachrymarū semine genuit ihū. Et cū apō quēdā episcopū vbertim fleret Ille aut. Fieri nō pōt vt filius tātaq̄ lachrymaq̄ pereat. Et sic de filij sui cōuersiōe mater certificata est. Et tā p ipsius epi rñsionē q̄ etiā celestiū reuelationē qua secum filio in quadam linea stātem asperit. Tertio post quersionē fuit pūsillim⁹ q̄ patet: qz diuitias cōtemebat, honores respuebat, voluptates abhorrebat ꝑtū ad diuitias Zdeo i libro soliloquiorū q̄ i primordio sue quersionis fecit ip̄m interrogari fecit dicēs. Diuitias nullas cupio. Et ip̄e respōdit hoc quidē nec nūc primum nam cum .xxx. annos agaz. xiij. anni sunt ex quo ista cupere desiti. postea vñ liber ciceronis mihi

facile ꝑsuasit nullo modo esse diuitias ap
petedas. Quātū ad honores interrogat
dicens: q̄d honores fateor eos pene his
diebus cupere destiti. Quātū vero ad vo
luptates interogat rō dicens Quid vxor
respondit. Quātūcūq; mihi eam depin
xeris nihil mihi magis fugiendū q̄ ꝯcu
bitum decreui. Deinde subiungit dicens.
Quid de cibis: respondit Siue de cibo ⁊
potu ceteraq; corporis voluptate nihil in
terroges tm̄ ab eo peto q̄tum mihi vali
tudinis opem conferre potest.

¶ Sermo ccxxx. De eodem sermo. iij.

Qua ꝓfūda
⁊ verba ex ore viri ⁊ tor
rēs redundās fons sapiē
tie ⁊c. Prou. xviij. Inter
ceteros alios sanctos do
ctores btūs Aug. tria pri
uilegia specialiter a deo recepit. Nā deo
habuit sapiētiā ⁊ doctrinam profundaz
lachrymarum abundantiam ⁊ dulcedi
nem internam Et ab his tribus ꝑmissis
verbis cōmendatur. Nam primo habuit
ꝓfundaz sapientiam ⁊ doctrinam: cum di
citur. Aqua profunda verba ex ore viri.
Sacre namq; scripture ꝓfunditas tanta
est ꝙ nullus eā perfecte penetrare potest
quod significatū est Ezech. xlvij vbi dici
tur. Mensus est mille cubitos ⁊ traduxit
me per aquam vsq; ad talos ⁊c. vsq; vbi
quē nō potui trāsuadare. In flumine em̄
sacre scripture quilibet doctor vsq; ad ta
los ducitur quādo expositiones elicit qui
bus pedes affectionum in auditorib⁹ pu
rificātur vsq; ad genua quib⁹ auditores
ad bene operandū confortant vsq; ad re
nes quibus tentatiōes ⁊ praua desideria
superant. Ad quartū vero gradum. s. vt
diuine scripture profunditas ꝑfecte trās
uadari possit nullus mortalis attingere
potest de ista profunditate dicit ipse in li.
cōfess. Mirabilis profunditas eloquioꝝ
tuorum quoꝝ ecce ante nos suꝑficies blā
diens paruulis. Sed mira profunditas
deus meus: mira profunditas error est in
tendere in eam. Istam autem profundita
tem sacre scripture: inquantū homini fuit
possibile August. scrutatus fuit ⁊ inde co
piositatē expositionum ⁊ sentētiarū edu
xit. Eccl. j. In dieb⁹ illius emanauerūt pu
tei aquarum: ⁊ quasi mare adimpleti sunt
vltra modum vbi tria implicātur. s. ꝙ ista
emanatio facta sit ad instar putei instar
maris ⁊ supra modū. Tūc aūt sit emana
tio instar putei qn̄ aque de ꝓfundis ter
re visceribꝰ ducunt. Et q̄to puteꝰ ꝓfun
dius fodit: tāto magis aque lympide in
ueniunt Sic ipe puteū sacre scripture sub
intrās de occultis scripture sensib⁹ salu
tiferas scripturas eduxit ⁊ quāto scriptu
ras ꝓfundius penetrabat tāto inde hūi
diores ⁊ lympidiores sentētias educere
videtur Job. xxviij. Profunda quoq; flu
uiorū scrutatus est ⁊ abscondita ꝓduxit
in lucem. Tūc aūt fit emanatio ad instar
maris quādo a mari fontes ⁊ flumina de
riuant. Sic etiā a doctrina beati Aug. de
riuantur olm expositionum dicta sequen
tiū doctoꝝ: vt possit dici de eo illud. Nu
meri. xxiiij. Fluet aqua de situla eius, pro
fundū flumen sunt dicta apostolorū pro
phetarū ⁊ euāgelistarum. Aquā aūt isto
rū: predictorū fluuiorū beatus Aug. col
legit in situlis. i. l diuersis libris. Una em̄
magna situla est q̄ appellat liber de trin.
alia ē liber de ciuita. dei: ⁊ sic de alijs. De
istis namq; situlis ceteri doctores hause
rūt: nā omnes sermones q̄stiones summe
tractat⁹: ⁊ decreta ac decretales resonāt
augustinum. Esa. xj. Repleta est terra scie
tia dn̄i: sicut aque maris operientis. Tūc
aūt fit emanatio supra modum quando
diuersa loca plus solito irrigantur: Sic ⁊
doctrina Aug. in diuersis locis: ⁊ in diuer
sis modis emanauit. In diuersis q̄dē lo
cis quia omnia scripture loca exposuit ⁊
inq̄siuit. iij. Reg. iiij. Disputauit a cedro
que est in libano vsq; ad ysopū q̄ egredie
tur de pariete ⁊ disseruit de iumētis ⁊ vo
lucribus ⁊ reptilibus ⁊ piscibus. Per ce
drum intelligitur sublimitas diuinitatis.
Et ꝑ ysopū intelligit humilitas humani
tatis Disputauit igit a cedro diuinitatis
vsq; ad ysopū humanitatis Un̄ ipse fecit
librū de tri. quasi de cedro ⁊ de humani
tate quasi de ysopo. Asserit ēt de iumētis
i. de virtutibus sanctorū: q̄ sunt iumenta
dei. ꝑs. Ut iumētū factus sum apud te ⁊c.
De volucrib⁹. i. de dignitatibus angelo
rum ⁊ de reptilibus. i. de vitijs ⁊ crimini
bus peccatorū que in terra repūt ꝑ amo
rē. Et de piscib⁹. i. de pena dānatorum qr

dānati gemunt sub aquis tribulationuz. Emanauit etiā diuersis modis. Alij nāq; doctores habent specialem modū tractādi sicut est videre in hiero. nam ꝛ ipse versatur circa expositiones. Ambr. vero circa sensus spirituales, Greg. aūt circa instructiōes morales. Iste aūt nō habet specialem modū, qꝛ habet cōmunem et vniuersum modum. Ideo significat per eufratē. Alia tria flumina q̄ habēt specialia loca per que fluunt significāt doctores. Eufrati aūt nō determinat locus: qꝛ fluit per diuersa loca. Sic etiā alij doctores habent specialez materiam de qua tractāt. Iste autem nō hz spālē materiā de qua tractat, qꝛ de oibus tractat. Secundo principaliter cōmendat a lachrymarum vbertate: cū dicit. Et torrēs redūdās. Quasi em̄ quidam torrens oculis emanauit aque lachrymarum qꝛ de eis ipse quattuor genera lachrymaꝝ habuit. Nā habuit lachrymas cōpunctionis, ꝛ hoc ꝑ peccatis ꝓprijs. Et has lachrymas habuit in principio sue cōuersionis: qñ. s. sub quadā ficu se ꝓijciēs lachrymas amaras effudit. Scdo habuit lachrymas deuotionis, ꝛ has habuit ꝑ celestib⁹ desiderijs de quib⁹ ipse dicit in lib. cōfes. Quātū fleui in hymnis ꝛ canticis suaue sonantis ecclie voces igitur ille influebant auribus meis ꝛ fluebant lachryme: ꝛ bene mihi erat cū illis. Tertio habuit lachrymas lamentatiōis ꝛ has habuit pro mundanis periculis: ordinatus em̄ in presbyterū ꝛ postea in ep̄m status illi⁹ periculū ꝯsiderās multū ac amare fleuit. vñ dicit in nulla re deū mihi sentio ita iratū sicut in hoc ꝙ cū nō essem dign⁹ poni ad remū posuit me ad amplustre in apice regiminis ecclesie. Quarto habuit lachrymas cōpassionis quas habuit pro alijs miserijs. Cū enim ipsi barbari cūcta deuastarēt. beat⁹ Aug. lugubrem vitam duxit. Fuerūt em̄ lachryme eius panes die ac nocte. Tertio cōmēdatur ab affectionū dulcedine cum dicitur fons sapiētie. Sapientie em̄ a sapere dicitur. In ipso nāq; tāta fontalis suauitas fuit ꝙ tria mira in ipso generauit. Primo nāq; mentis inflāmationem Unde cātat de eo ꝛ est sumptum de li. cōfes. Gestabat verba eius in visceribus quasi sagittas acutas ꝛ exempla seruorum dei tāq̄ carbones vastatores. Secundo in eo generauit mentis vulnerationem. vnde cātatur de eo. Uulnerauerat charitas christi cor eius: ꝛ ipse dicit in lib. confes. Sagittaueras tu cor meū charitate tua. Tertio fecit in eo mentis deificationē vnde ipse ait supra. Audiui vocem tuā de excelso cib⁹ sum grandium cresce ꝛ manducabis me: nec tu me mutabis in te sicut cibū carnis tue, sz tu mutaberis in me, quarto fecit in eis mentis alienationē, vnde ait vbi supra. Aliquādo intromittis me in affectū multum insitatum intorsus: nescio ad quam dulcedinē que si perficiatur in me nescio quid erit quod vita ista non erit.

¶ Sermo.ccxxxj. De eodem. sermo. iiij.

Quasi sol refulgens: sic ille effulsit in tēplo dei. Eccli. i. Sicut sol radios suos vbiq; spargit sic ꝛ ipse beatus Aug. vbiq; refulsit. In vita quidem. s. in statu laicali: clericali: ꝛ pōtificali. Nam in statu laicali refulsit quādo incepit a feruenti dilectione vnde ipse ait in li. confes. Sagittaueras tu cor meū charitate tua ꝛ gestabā verba tua transfixa i visceribus meis: ꝛ dederas sagittas acutas carbones ꝛ vastatores Incepit a dulci deuotiōe vnde ait vbi supra. Nec satiabar illis diebus dulcedine mirabili cōsilij sup salutē generis humani. Incepit ab omniū sensurū in deū perfecta cōuersatione. Unde ait vbi supra. Uocasti ꝛ clamasti ꝛ rupisti surditatem meam chorucasti ꝛ splenduisti: ꝛ fugasti cecitatem meam ꝛ duxi spiritū. anhelo tibi gustaui esurio ꝛ sitio te, tetigisti me ꝛ exarsi in pacem tuā. Scdo fulsit in statu clericali ostēdēs suam humilitatem: sanctitatem: ꝛ doctrine veritatē. Tāte quidez humilitatis fuit ꝙ indignū se reputabat in presbyteꝝ ꝓmoueri Et idcirco lychrymas vberrime fudit. Ostēdit etiā tūc suā sctitatē: quia mox monasteriū clericoꝝ instituit ꝛ scdm regulā apostoloꝝ in illo monasterio viuere sucepit. vbi null⁹ quicq̄ proprij habebat: sed omnes in cōmuni viuebāt. Ostēdit

nera. Quidā enim sunt simplices et litterati: verbo tamen ⁊ exemplo q̄tū possūt edificantes alios: ⁊ isti assumuntur ad ordinē angelorū. Greg. Sūt plerique q̄ parua cupiunt: sed tamen pie hec annūciare fratribus non desistunt: isti angelorū numerū currūt. Quidā vero sunt magna intelligentes: ⁊ sollicite alios admonētes: illi in ordinē archangelorum assumunt. Greg. Sūt nonnulli qui summa capere ⁊ nunciare preualent: quo isti nisi in archāgelorū numero deputant. Quidam sunt per vite perfectionem aliorū merita trāscendentes illi assumunt ad ordinē principatuū. Grego. Sunt nōnulli: q̄ etiam electorū hominum merita transcendunt cunq; bonis meliores sint: sortem suā nisi inter principatuuz numerū acceperūt. Uel potest dici q̄ ad ordinē principatuuz assumuntur illi qui bene rexerūt suā p̄ncipalem prouinciam. Ad ordinē archangelorum assumūtur qui bene rexerūt suā terrā ⁊ suam ecclesiam. Ad ordinē vero angelorū assumuntur qui bene rexerunt suā personam. Alij vero assumuntur ad ordinem medie hierarchie. Et istoꝝ tria sunt genera. Quidā enim sunt de aliorū corporib⁹ ⁊ animabus peccata et demones expellentes. Et isti assumūtur ad ordinē p̄tātuum. Greg. Sūt nōnulli q̄ ēt de obsessis corporib⁹ malignos spūs effugāt ⁊ expellunt quo isti meritū suū nisi ltra potestatū numerum sortiuntur. Quidam vero sunt signa ⁊ miracula operantes. Et isti assumūtur intra ordinē virtutuz Grego. Sunt q̄ mira signa valenter opant: quo isti nisi ad supernarū virtutū sortē congruunt. Quidam vero sūt oībus in sevitijs dn̄antes. Et isti assumunt intra ordinē dn̄ationū. Greg. Sunt nonnulli qui in seipsis cunctis vitijs dn̄ant quo ergo isti nisi intra numerū dn̄ationū currūt. Alij autē assumunt ad ordines supreme hierarchie. Et istorū tria sūt genera. Quidā em̄ sunt valde spirituales ⁊ iō de alijs iudicantes. De quibus dicitur. j. Cor. ij. Spiritualis homo omnia iudicat: ⁊ ipse a nemine iudicatur. Et isti assumuntur ad ordinē thronorū. Greg. Sūt nonnulli qui sibimet vigilāti cura dominantur ⁊ hoc in munere virtutē accipiūt: vt iudicare se ⁊ alios recte possint quoꝝ mentibus velut in throno domin⁹ presidēs aliorū facta examinat qui ergo isti nisi throni sui conditoris sūt. Quidā sūt dei ⁊ proximi charitate flagrantes. Isti assumunt intra ordinez cherubin. Greg. Sunt nonnulli qui tanta dei ⁊ proximi dilectione pleni sunt vt iure cherubin nominentur. Quia plenitudo legis est charitas: omnes qui dei ⁊ proximi charitate ceteris pleni sunt: sortem in cherubin perceperunt. Sunt namq; quidam in igne amoris cōuersi ⁊ in solo dei desiderio anhelantes isti assumuntur intra ordinē seraphim. Greg. Sunt nonnulli qui superne cōtemplationis facib⁹ accensi in solo cōditoris desiderio anhelant: ⁊ quos ꝟbo tangūt ardere ꝓximi⁹ in dei amore faciunt. Quid ergo istos nisi seraphim dixerim quorū in ignē cor cōuersū lucet et vrit Tertio videndū est qualiter mittuntur Seraphim quidē mittunt ad cordiū inflammationē. Esa. vj. Uolauit ad me vn⁹ angel⁹ de seraphim. Cherubim mittūtur ad sciētie eruditionē. Hoc signatū est. Apoc. x. in angelo q̄ hēbat librū i manu. Throni mittunt ad iudicij informationē. Hn̄t nāq; ipsi throni iudices informare vt legem intelligāt. Actuum. vij. Accepistis legē in dispositione angeloꝝ. Dominationes mittunt ad sensuum dominio rōnis subiugationē. Hoc significatū est Gen. xvj. Ubi angel⁹ dixit agar ancille vt ad dn̄am suā rediret ⁊ se sibi hūiliaret. Uirtutes mittunt ad miraculoruz operationē. Hoc significatū est in angelo Raphaele q̄ tobiā illuminauit et filiū a deglutione piscis eripuit. Potestates mittunt ad tentationū ⁊ demonū rep̄ssionē. Hoc significatū ē. Apoc. xx. In angelo qui sua cathena demonē ⁊ suā potentiaz colligauit. Principatus mittūtur ad principū instructionē. Hoc significatum est. Dan. x. Ubi ponuntur tres principes scz p̄sonaꝝ: grecoꝝ ⁊ iudeoꝝ. Archangeli mittunt ad singulorū rectoꝝ eruditionē ⁊ maiorū reuelationē. Unde archāgelus gabriel zachariā docuit ⁊ natiuitatē xp̄i nunciauit. Angeli vero mittuntur ad singularium personarum defensionez: et minoꝝ reuelationē ac animaruz depor-

tationē. Luc.xvj. Factū ē vt moreret mē dic⁹ ⁊ portaret ab angelis i sinū Abrahe.

¶ Sermo.ccxlviij. De glorioso Hieronimo. Sermo. Psalmus.

Iustū deduxit dominus per vias rectas. Sap.x. Presens verbū potest exponi de beato hieronymo q̄ vere iustus erat et multas vias fecit in q̄b⁹ vijs dn̄s eū deduxit. Prima via est qua de p̄ria sua romā venit: ⁊ sibi quatuor acciderūt. Prio ibi assecutus est omniū scientiarum magnam perfectionē. Nam in grammatica magistrū habuit donatū. In rhetorica. Uictorinū: qui tante fame ac sciētie extitit ꝙ imaginē in foro rome sibi promeruit. Secundo magnā promotionē quia cum ipse esset triginta annorū cardinalis presbyter est ordinat⁹: ⁊ mortuo papa dignus summo pontificio ab omnib⁹ acclamat. Tertio passus est magnā ꝑsecutionē qꝛ cū ip̄e quorūdā clericorum ⁊ monachoꝝ vitia rep̄hēderet ipsi ei insidias parauerūt ⁊ ꝑ vestē muliebrē ei turpiter illuserūt. Un̄ seuer⁹ ait de sctō Hiero. Iugis aduersus malos fuit pugna. Oderunt eū heretici: qꝛ eos impugnare nō desinebat: oderūt eū clerici: qꝛ eorum vitā insectabātur ⁊ crimina. Sed reuera: oēs boni cū admirantur ⁊ diligūt. Istas nāq̄ ꝑsecutiōes ferebat patiēter. Un̄ dixit. Malefici in me garriunt sz scio ad regnū celorū peruenire ꝑ infamiā ⁊ bonaz famā. Ferebat gratanter. Un̄ in epistola ad ascellā sic ait. Gratias ago deo quia sum dign⁹ habitus quē oderit mund⁹ et pati ꝓpter xp̄m. Ferebat desideranter: ⁊ idcirco dicebat. Utinā ob domini mei nomē infideliū turba me ꝑsequeret vtinam in opprobriū meū solidi⁹ insurgeret hic mūdus, vt tm̄ merear a xp̄o laudari et sue pollicitatiōis sperare mercedē Grata quidē ⁊ desiderata tentatio est cuius premiū a xp̄o sperat Ideo autē istas persecutiones sustinuit patienter: gratanter desideranter: qꝛ sciebat verū xp̄ianū ꝑsecutiones pati debere. Un̄ ipse ait in epistola ad heliodoꝝ. Erras frater erras si putas xp̄ianū vnq̄ ꝑsecutionem nō pati tunc maxime oppugnaris si te oppugnare non sentis. Quarto rome passus est a deo magnā flagellationem: sicut ipse refert in epistola ad eustochiū: cū ipse esset adolescens seculares sciētias nimis ardenter legebat Et circa hoc sicut ibidez refert in quatuor peccabat. Primo qꝛ totū tp̄s tali lectiōi dabat: de die tulliū: de nocte legens platonē Scdo quia lectur⁹ tullium ieiunabat: lecturus aūt euangeliuz nō abstinebat. Tertio qꝛ post lachrimas penitentie legebat libros secularis sciētie cū potius tunc sacri libri fuissēt legēdi. Quarto qꝛ stillū sacrescriptute vilipendebat: ⁊ sibi tullianam eloquentiā preponebat. Ideoq̄ domin⁹ eū graui infirmitate percussit. Et cūm sibi exequie pararentur subito ante tribunal iudicis est ꝑductus vbi a iudice cuius esset conditionis est interrogatus qui christianuz se esse respondit. Cui iudex ait: Mētiris Ciceronianus es tu: ⁊ nō xp̄ianus. Tandem promittens ꝙ de cetero litteras seculares nō legeret ad corpus reductus est. Unde dicit idē super ad Gal. Plusq̄ quindecim anni sunt ex quo nunq̄ in manus meas gētiliū literarum acto: ascendit Sed quid obrepit: dū loquimur velut antiq̄ ꝑ nebulā somnij recordamur. Secunda via est qua de rome constantinopolim est profectus: vbi Gregoriū nazanzenum magistrum habuit ⁊ doctorē. Hic nanq̄ est ille Grego. de quo loquit idem hier. in prologo, super apologeticum, ꝙ due speciose puelle sibi legenti: vna in dextera: ⁊ alia i nsinistra apparuerunt quas ipse toruo vultu que essent ꝑcūctabatur ⁊ inquirebat: At ille familiarius cū repugnantem amplexantes ⁊ tenētes dū surgere vellet ⁊ abire dixerūt. Ne moleste feras ⁊ accipias iuuenis. Tibi nanq̄ familiares sumus ⁊ vna ex nobis sapientia: altera castitas dr̄ ⁊ misse sumus a deo habitare tecū qꝛ iocundū nobis ⁊ mundū in tuo corde habitaculū p̄parasti. Et quia Greg. nazāzen⁹ ista duo excellenter habuit scilicet sapiētiā ⁊ mūdiciā ideo beatus hiero. ista duo ab eo didicit. Un̄ ip̄e seuer⁹ ait de hier. Nō solum latinis ⁊ grecis sed etiam hebraicis literis ita instructus fuit vt se illi in omni

sciētia nullus audeat cōparare etiā beatus hieronym⁹ habuit carnis mūdiciaz qz virgo dicitur extitisse. Quia eniz in sacre doctrine ⁊ diuine scripture studio tam studiosus erat: ideo abhorrebat carnis vitia ⁊ voluptate que hmōi viciorū cause sunt Unde ait ad rusticum monachū. Ama sciētiam scripturarū: ⁊ carnis vitia non amabis. Tertia via fuit quando de constātinopoli ciuitate in syriam est profectus vbi heremū petijt ⁊ ibidem quatuor annorum spacio in arctissima penitētia se afflixit. Sicut ipse ostendit i epistola ad eustochiū Ibidē nāq; durū habuit habitaculū Unde ait. Quotiēs constitutus in illa vasta solitudine, q̄ exusta ardoribus solis horrendu prestat monachis habitaculū, putaui me romanis interesse delitijs ⁊ seruiri delicatis cibarijs romanorū dum vescebat de herbis mōtanis. Durū habitū Unde ait. Horrebāt sacro mēbra deformia: squalida cutis situm ethiopice carnis abduxerat. Duruz lectū. Unde subdit Si quando repugnātē somn⁹ imminēs oppressisset nuda humo vix ossa herentia collidebā. Durū cibum ⁊ potū Unde subdit de cibis vero ⁊ potu taceo cū etiam languentes aqua frigida vtant: ⁊ coctum aliquid accepisse luxurie sit. Et tamen post tālē ⁊ tantā asperitatē vir sanctus in carne sua aliquā adhuc sentiebat rebellionē Unde subiūgēs ait. Pallebāt ora ieiunijs ⁊ mens desiderijs estuabat: ⁊ tñ in frigido corpora solita libidinū incendia pullulabant Sz ista incendia per quatuor refrenabat: sicut i eadē epistola ostendit. Primo per lachrimosam orationē vñ ipse ait. Itaq; omni auxilio destitutus ad Jesum iacebā pedes rigabā lachrymis crine tergebaz ꝑ laborū occupationem. Unde ait ad rusticum. Cū essem inuenis ⁊ incentiua vitiorum crebris ieiunijs frangerē tamē mēs cogitationib⁹ estuabat ad quam edomādam cuidā hebreo me in discipulū tradidi, vt discerē hebraicum alphabetuz. Per carnis macerationē. Unde ipse ait. Repugnātem carnem ebdomadarū inedia refrenabā. Per scripturarū feruentem amorē. Unde quod in se expert⁹ fuerat hoc rustico monacho dicebat, Ama sciētiā scripturarū: ⁊ carnis vitia nō amabis Quarta siquidē via fuit ꝙ ꝑacta penitentia ad bethleem rediuit. ⁊ ibi monasterium construxit, in quo per. lvj. annos totā vitam suam circa quatuor expendit. Primo circa scripturarum diuinarū interpretationē ⁊ expositionez Isido. in lib. ethymo. Hiero. trium linguarū peritus extitit: cui⁹ siquidē interpretatio ceteris ante ferr̄ interpretationibus: quoniam ⁊ verborū tenacior est ⁊ perspicuitate sententie clarior vt pote a xp̄iano interpretet̄ verior Aug. contra Juli. nō cōtennendū arbitreris. sanctum Hiero. qui greco hebraico: ⁊ latino erudit⁹ eloquio in locis sanctis. ⁊ literis sacris vsq; ad etatē decrepitā vixit Secundo circa hostium susceptionē. Unde ait cōtra Julia. in monasterio hoipitali ex corde intendimus ⁊ omnes ad nos veniētes preter solos hereticos leta fronte suscipimus atq; venientiū pedes lauamus Tertio circa corporis sui macerationem naz adeo se afflixit ieiunādo orando: ⁊ scribendo, vt in suo stratu iacens fune ad trabez suspenso manibus erigeretur supinus, vt officium monasterij exhiberet. Quarto circa officij ecclesiastici ordinationem. Damasus enim papa ad preces Theodosij imperatoris rogauit hiero. vt officium ordinaret diuinum qui psalterium per ferias distinxit: ⁊ versiculum illum. Gloria patri ⁊ filio ⁊c. in nicena conditū synodo in fine psalmorum dicendum instituit ⁊ epistolas ⁊ euangelia prouide ꝑ anni circulum dicenda ordinauit quod quidem officium dicendum ⁊ legēdum papa approbauit ⁊ ab omni ecclesia seruandum demandauit.

¶ Sermo. cclix. De eodem sermo. ij.

Ecce q̄ bonū ⁊ q̄ iocundum habitare fratres in vnū ⁊c. ps. Super hoc verbum sic dicit Aug. Iste velut dulcis sonus et suauis melodia toti orbi notissimus vt tuba spūssancti diuisos corpore ꝯgregauit in vnū monasteria plurima peperit. Btūs aūt hieronym⁹ fuit monach⁹ perfectus. Et q̄tū ad hoc sibi cōuenit quod dicitur.

dicitur. Ecce q̄ bonum ꝛc. Fuit etiā cardinalis reuerēd⁹. Et q̄tū ad hoc sibi cōpetit quod dicitur. Sicut vnguentum in capite ꝛc. Fuit ꝛ doctor egregius ꝛ q̄tū ad hoc sibi cōpetit: quod subditur. Quo niam illic mādauit dominus benedictionem ꝛc. Circa primum est notādū q̄ tria sunt que faciūt monachum perfectū scz vite bonitas ideo dicitur. Ecce q̄ bonum ꝛ mentis iocunditas, ideo subditur. Et q̄ iocundum: ꝛ cordium vnitas ideo subditur, habitare fratres i vnum. Quādo igitur in ipsa religione est bonitas ꝛ sanctitas ꝛ vnitas: tunc ipsa religio est deo gratum habitaculū. Mat. xviij. vbi sunt duo vel tres cōgregati ꝛc. Est angelo magnū solatium. ps. Preuenerunt principes id est angeli coniuncti psallentibus id est religiosis deū laudantibus: in medio iuuēculārum id est feruentiū animarum tympanistarum id est corporum mortificatorū. Est hoi magnū presidium Prouer. xviij. Frater qui iuuatur a fratre quasi ciuitas firma. Ecclesie. iij. Melius est duos esse simul q̄ vnū. Est etiam diabolo magnum tormentū, vnde dicitur de congregatione sanctorum. Terribilis vt castrorū acies ordinata. Jocunditas autē i religione causat a grata societate. Eccliasti. xxv. In tribus beneplacitum est spūi meo q̄ dē sunt probata grata coꝝ deo ꝛ hominibus cōcordia fratrū amor proximorū vir ꝛ mulier sibi bene consentientes. Tunc nanq̄ est grata societas quādo fratres exterius inter se habent concordiā ꝛ pacificā cōuersationē ꝛ intus habent verā ꝛ non fictā dilectionē, ꝛ ideo dicitur concordia fratrum ꝛ amor proximorum. Et quando prelati habent ad subditos magnā benivolentiā: ꝛ subditi ad prelatos verā obedientiā. Et ideo subdit. Et vir ꝛ mulier sibi plene consentientes, per virū nanq̄ intelligit prelatus qui debet subditos suos docere legē ꝛ per mulier ē intelligunt qui debent prelatis suis humiliter obedire: vnitas autez in religione causatur ex eo q̄ materia divisionū inde aufertur. Divisiones em̄ vt discordie causant ex auaritia. j. Timot. vj. Radix omniū malorum est cupiditas Causantur ex superbia. Prouer. xiij. Inter superbos semper iurgia sunt. Causatur propter carnalē cōcupiscētiā Jacobi. iij. Unde bella ꝛ lites in vobis nonne ex concupiscentijs vestris, que militant in membris vestris. In religione autem⁹ est votū paupertatis ꝛ ideo nō dz ibi esse alia qua divisio ex radice auaritie, est votum obedētie ideo non debet ibi esse divisio ex radice superbie, est votum castitatis, iō non debet ibi esse divisio ex radice carnalis concupiscentie istam vnitatem beatus hieronymus habuit, paupertatem ꝛ humilitatem tenuit ꝛ castitatem, sera nauit. Secundo fuit cardinalis reuerendus: ideo sibi competit. qō dicitur. Sicut vnguentum in capite. ꝛc. Caput q̄dē est summus pontifex in quo est vnguētū id est auctoritas ꝛ velle domini. Et dicit auctoritas prelatorū vnguentū: qz quodam vnguētum est dulcoratiuū: quoddā est mortificatiuum: ꝛ vtrūq; est sanatiuū. Sic ꝛ potestas prelatorū debet esse dulcoratiua quo ad bonos, ꝛ mortificatiua quo ad malos ꝛ sanatiua quo ad oēs. Quia sm beatum Aug. siue plectendo siue ignoscēdo. Hoc solū inde agit vt vita hoim cozrigat: aliud caput hz barbā vestimentū ꝛ ozā vestimēti. Barba ei⁹ sunt cardinales sibi ceteris prelatis vicinatores. Est aūt barba sm glosam indicium discretiōis: maturitatis virilitatis: ꝛ alacritatis: qz ipsi cardinales circa causas sibi cōmissas debēt esse discreti in discreta causarū examinatione: maturi in matura causarū ponderatione: viriles in digna correctione: alacres in benigna exhortatiōe, vt illosq; puniāt benigne ad patientiā exhortent. A capite igitur primo fuit vnguentum in barbā: quia summi pontificis auctoritates primo relucent in ipsis: deinde fluit in vestimentū: id est in alios prelatos q̄ post ipsos sunt maiores Et ecclesiā debēt ornare p honestos mores. Deinde fluit in ozā vestimēti: id est in alios prelatos minores, ꝛ inferiores, et qz Hieronym⁹ fuit cardinalis: ideo fuit barba summi pontificis: in quam fluit vnguentum auctoritatis ꝛ iurisdictionis. Tertio fuit doctor egregius quod notatur cum dicitur. Illic. i. in beatum Hieronymum mandauit dominus benedictio

nem. Sancti em̄ doctores habēt bn̄dictionem gratie. Prouerbi. xj. Qui abscōdit frumentum maledicetur in populis, bn̄dictio super caput vendentium. Habent etiam vitaz eterne glorie. Dan̄. xij. Qui ad iustitiam erudiūt multos quasi stelle in ꝑpetuas eternitates. Sed reuera ista duo non habent omnes doctores sz tātū illi qui docēt verbo ⁊ exēplo. Sūt nanq; quidā doctores delicati quorum tria genera beat⁹ Hiero. distiguit. Quidam em̄ sunt doctores gulosi: qui tamen docere volūt abstinētiā, de his ad heliodorum dicit, delicatus magister est q̄ pleno vētre de ieiunijs disputat, alij sunt formidolosi qui tamē volūt alios aiare ad pugnā. Alij sunt deliciosi qui tn̄ volūt in cruentato milite reprehēdere formidinē ⁊ ignauiā. Alij sunt luxuriosi q̄ tn̄ reprehendunt in fornicatore cōcubitū. De his doctorib⁹ p̄dictis ait ad Pāmachiū. Delicata doctrina est pugnādi ict⁹ dictare de muro ⁊ cū vnguentis ipse delibutus sit cruētū militem accusare formidinis. Hieronym⁹ vero nō fuit magister delicatus: qr nō fuit gulosus sz magne abstinētie. Un̄ dt ad Eustochiū. Repugnātē carnē ob dogmata me dia subigebam. Nec fuit formidolosus sz magne cōstātie: qr nec laudib⁹ mouebat̄ ꝑ ineptā letitiā nec vituperationibus ꝑ impatientiā, vnde dicit in prologo sup̄ Esaiā. Nec affectam⁹ laudes hoim: nec vituperationes expauescim⁹ nec fuit deliciosus: sed vita austerus. vn̄ ait ad Eustochiū: de se ⁊ fratribus suis q̄ secū degebāt de cibo ⁊ de potu taceo cū etiā lāguētes aq̄ frigida vtātur ⁊ coctum aliq̄d accipere luxuria sit.

¶ Sermo. cclx. De eodē. Sermo. ij.

Amici fidelis protectio fortis qui aūt inuenit illum inuenit thesaurū ⁊c. Eccl'ia. vj. Amici fideles: ⁊ in amicitia fortes ⁊ omni thesauro preciosiores fuerūt. Hierony. ⁊ Augu, dicit aūt Hiero. i ꝓlogo super bibliā Uera enim illa necessitudo est: ⁊ christi glutino copulata quam non vtilitas rei familiaris non presentia corporum non subdola ⁊ palpans adulatio sed dei timor ⁊ diuinarū scripturarū studia conciliant. Isti ergo sacri doctores in vera amicitia sunt coniuncti non propter aliquam temporalē vtilitatē, qr veritatē puraz semꝑ sibi mutuo scripserūt, sed propter dei timorē ⁊ diuinarū scripturarum amorē. Quod em̄ fuerūt amicitia spirituali cōiuncti per multa signa apparet. Primū nanq; signū vere amicitie est qn̄ amicus suū amicum iratum mox reconciliat. Istud signū beat⁹ Aug. ad sctm̄ Hiero. habuit scribens ei. Si quid vere me tenere vel scio vel credo vel etiā puto in quo tu aliter sentis sine tua iniuria conabor asserere. Quod aūt ꝑtinet ad offensionē tuā cū te indignatum sensero nihil aliud q̄ veniā deprecabor. Scdm̄ est qn̄ amic⁹ ab amico reprehēdi affectat. Istud signū hūit Aug. ad Hiero. scribēs ei. Ledis em̄ me si tacueris errorē meū quē forte inuenies in libris. ⁊ dictis meis. Nā ⁊ ego amicissimā rep̄hēsionē tuā si trāquillus accepero nō dolebo meli⁹ nanq; tumor capitis dolet cū curat̄: nā dū ei parcit̄ nō sanat̄ hoc est qd̄ acute vidit q̄ dixit vtiliores esse plerūq; inimicos vrgētes q̄ amicos obiurgare metuētes. Illi em̄ dū rixant̄ dicūt vera q̄ corrigamus. Isti vero minorē q̄ oportet exhibēt iusticia libertatē dum amicitie timent exasperare dulcedinē. Quapropter ⁊ si es vt tibi videres lapsus forsan senectute corporis non vigore animi: tamen i area dominica fructuoso labore dissuadas, ecce p̄sto sū. Si q̄d perperam dixi fortius, fige pedē non mihi debet esse molestū pond⁹ etatis tue dū nō cōtegat̄ palea culpe mee. Tertiū est quādo amic⁹ omnem occasionē inimicitie ⁊ offensiōis vitat ⁊ resecat. Istud signū habuit beatus Hiero. ad sanctū Augu scribens ei. Superest vt diligas diligentē, ⁊ in scripturarum cāpo inuenis senē nō ꝓuoces, nos nostra habuimus opera ⁊ cōcurrim⁹ quatū potuim⁹: nūc te currēte ⁊ lōga spacia trāsmeante nobis det̄ officium. Quartum est q̄ amicus amico oīa secreta reuelet. Istd̄ signū habuit beat⁹ Hiero. ad Aug. scribēs ei. Dei amicitia oīs tollenda suspicio est sic cū amico q̄si cū altero se loquendū. De

isto etiã signo scribit beat⁹ Aug. ecõuer so ad Hie. Cum hoiez charitate christia na fragrãtem atq; mihi fidelẽ amicũ fra trem meum sentio quicquid ⁊ cõsiliorũ meorũ ⁊ cogitationũ cõmitto, sed nõ ho mini cõmitto illi i quo manet vt sit talis. De⁹ em̃ charitas est ⁊ q̃ manet in charita te in deo manet, ⁊ de⁹ in eo. Quintum si gnum est quãdo amic⁹ amicum absentẽ ⁊ ignotum facie amat. Et istud signũ bea tus Aug. ad Hieronymum habuit scri bens ei. Si em̃ propterea te nõ nouimus: quia faciem corporis tui nõ videm⁹ hoc mõ, nec ipse te nosti: nã tu quoq; faciem tuã nõ vides. Si aũt tibi nõ ob aliud no tus es: nisi q̃ nosti animũ tuum ⁊ nos eũ non medio criter nouimus ex literis tuis quibus deum benedicimus qui nobis ⁊ omnibus qui tua legunt talem dedit. Se xtum signũ est quãdo amicus amici ab sentiam moleste portat. Istud signũ Au gust. ad Hieronymuz habuit scribẽs ei. Nihil equidem molestius fero in omni bus angustijs meis quas patior quantã longinquã tue charitatis absentiã: cum si fieri posset quotidie te presentẽ habe re vellẽ. Septimũ signũ est quãdo ami cus de amico frequenter loquitur ⁊ libẽ ter eum nominat. Istud signũ Hieronymus ad Augu. habuit. Scribens omni tempore beatitudinez tuã eo q̃ decet, ho norare veneratus sum: ⁊ habitantem in te dilexi dominum saluatorẽ. Sed nũc si fieri possit aliquid addim⁹ ⁊ plenius vt absq; tui nominis mentione: nec vnã qui dem horam preterire patiamur.

¶ Sermo.cclxj.

De eodem sermo.iiij.



Emo accẽdit lucernam: ⁊ ponit in abscõ dito ⁊c. Luc.xj. Sicut pec cator d̃r tenebra q̃r oia q̃ i ea sunt tenebrosa sunt: sic vir iust⁹ d̃r lucerna fulgida: q̃r oia q̃ i eo sunt luminosa sunt, iõ i p̃nti euãgelio de beato Hieronymo quatuor ostendũtur. Primo nanq; habuit lucidã sapientiam ⁊ doctrinã, qd̃ notat̃ in hoc q̃ ipse voca tur lucerna accensa. Ista em̃ lucerna ra dios sue sapie nõ abscõdit neq; occulta sed p totũ mundũ diffudit: ideo subdit. Ut luceat oib⁹ q̃ in domo sunt. Sap. vij. Quã sine fictione didici, ⁊ sine inuidia cõ munico, ⁊ honestatẽ illi⁹ non abscondo. Prius em̃ dicit se didisse ⁊ postea cõmu nicasse. didicit aũt ipsam multipliciter. Primo audiendo. Audiuit em̃ donatũ in grãmatica, victorinũ in rethorica. Greg. nazãzenũ in theologia, vñ ipe dicit ad Heliodorũ. Dũ essem iuuenis miro ser uebã descẽdi ardore: nec iuxta quorũdã p̃sumptionẽ ipe me docuit, audiẽdo etiã pl⁹ p̃ficim⁹ q̃ legendo, vñ ipse dicit sup ad Gal. Scriptura edificat lecta: sz ma gis p̃dest si de lectis vertat̃ in voces. Se cũdo didicit legẽdo. Aug. cõtra iulianũ. Sãct⁹ Hieronym⁹ oẽs vel pene oẽs qui añ ip̃m de doctrina ecclĩastica scripserũt legit ipse Hiero. d̃t ꝯtra Jouinianũ. Ope ris ac studij mei est multos legere vt ex plurib⁹ diuersos flores sic carpã q̃ bo na sunt electur⁹. Ideo dicit ad nepotia nũ. Diuinas scripturas sepius lege: imo de tuis manib⁹ sacra lectio nũq̃ depona tur. Tertio didicit meditãdo: q̃r die ac nocte meditabat̃. p̃s. In lege dñi medita bit̃ die ac nocte Ezech. iij. Comede volu mẽ istud. Cib⁹ etem̃ qñ comedit̃ mastica tur: deinde sic in stomachũ trahit̃, vñ di gest⁹ in mẽbra deriuat̃, sic tãdẽ incorpo rat̃ ⁊c. Scti doctores verbũ dei masticãt frequẽti meditatione: ⁊ trahũt in stoma chũ memorie, ⁊ deriuãt in subditis suis per assiduitatẽ doctrine, ⁊ eis icorporãt per exẽplũ vite. Quarto didicit cõferen do, vnde ait ad Augustinũ iepistola. Tri stes hec dictauim⁹ vt mereremur cõple xus tuos ⁊ collatione mutua doceremus aliquid vel diceremus. Quinto didicit ⁊ abstinẽdo: q̃r magnã abstinẽtiã faciebat ⁊ corp⁹ suũ ieiunijs macerabat: q̃r sicut d̃t ad Heliodorum. Pinguis venter non gignit tenuẽ sensuz. Sexto didicit vsq; ad senectutẽ sacris literis insistendo. Vñ de eo d̃t Aug. q̃ in locis sanctis ⁊ literis sa cris vsq; ad decrepitã etatẽ vixit. Nã si cut ait idẽ Hiero. ad Aug. ad discẽdũ q̃ op⁹ est nulla mihi etas sera videri p̃t: q̃r ⁊ si senẽ magis deceat docere q̃ discere: magis ãt decet, discere q̃ ignorare. q̃to ãt Hiero. seniorerat. tãto solidiores sulas

proferebat. Uñ ait ad Aug. Memẽto vñ Paris ꝓuerbñ ꝙ dos lapsus fortiter ngit pedẽ. Scõo habuit lucidã famã: qđ notatur ꝓ hoc qđ dicit. Lucerna super cãdelabrũ posita. Esse aũt sup cãdelabrũ ecclie trib⁹ modis põt itelligi. Uel ꝓpũ ad offi cũ: qr est doctor vniersalis. Uel quantũ ad vite meritũ: qr fuit eminẽtis ꝗ tutis. Et ꝓpter ista duo toti mũdo erat notissim⁹. vnde dicit de eo Aug. ꝙ ipse tanꝯ lãpas ab oriẽte i occidẽtem instar solis resplendiut, vel põt accipi quantũ ad grad⁹ sublimitatẽ: qr fuit i ecclia dei ꝑbyter cardinalis. Tales em̃ fũt i ecclia sancta sublimãdi: q vita et doctrina fũt lucidi, sicut em̃ deus luminaria in celo posuit ⁊ bruta alalia i terra dimisit: sic ⁊ doctores lumi nosi essent in eccl'a ꝓmouẽdi: ⁊ brutales homines relinquẽdi. Tertio habuit lucidam intẽtionẽ ⁊ ꝓfectiã: cũ dicit. Si oculus tu⁹ fuerit simplex: cor. tuũ lucidũ erit. Et dicit ibi corp⁹ vniuersitas operũ. Sicut em̃ corp⁹ iuris dicit vniuersitas legũ, et corp⁹ ciuitatis vniuersitas ciuiũ: ⁊ corp⁹ naturale vniuersitas mẽbrorũ: sic corp⁹ mostrale dicit vniuersitas operũ. Si igit oculꝰ intẽtiõis fuerit pur⁹ ⁊ rect⁹: omnia opera ei⁹ erũt pura ⁊ recta. Zsti aũt oculo intẽtiõis quattuor sunt noc ua: scz fumus ſupbie. Prouerb. x. Sicut acetũ dẽtibus: sic ⁊ fum⁹ oculis ⁊c. Fluxus humoꝝ luxurie. Ezech. xxiij. Sicut flux⁹ equorũ: flux⁹ eoꝝ pulusauaricie. ps. Oculos suos ſta. decli. iter. ignis tracũdie. ps. Supcecidit ignis: ⁊ nõ viderũt solẽ. Nullo tamen isto rum modorũ oculꝰ beati Piero. ledi potuit: nec fumo ſupbie: qr valde humilis fuit: nec puluere auaricie: qr oia terrena cõtẽpsit: nec igne tracũdie: qr patiẽs fuit nec etiã fluxu luxurie: qr virginitatẽ seruauit: ⁊ ꝙd dicat in epistola ad pãmachiũ. virginitatẽ in celũ offero: nõ qr habeo, sz magis mir or ꝙ nõ habeo. credit tamẽ ꝙ ex humilitate hoc dixerit: ⁊ forte virginitatẽ, ideo se habere nõ reputabat: qr carnis incẽtiua sepe perpessus fuerat: vnde ait in epistola ad Rusticũ monachũ. Ue no bis ꝙ quotiẽs ꝛcupiscim⁹: totiẽs fornicamur. Et cõtra Jouinianũ sic ait. Zlla virginitas hostia xp̃i est: cui⁹ nec mentẽ cogitatio, nec carnẽ libido maculauit. Ex quib⁹ ꝟbis satis colligit ex quo dixit se virginitatẽ nõ habere. Quarto habuit lucidã vitã: cũ dr. Si ergo totũ corp⁹ tuum lucidũ fuerit ⁊c. Zlla nãq; opera sunt lucida ꝙ ab oi amore terreno sunt pur gata. sunt aũt ꝙdã terrena in ꝙb⁹ homo hz solum administrationẽ sicut bona ecclesiastica: ⁊ ista relinq̃re ẽ ꝑfectio magna. Quedam vero sunt ꝙ hõ possidet ꝑ hereditariã successionẽ sicut sunt bona paterna: ⁊ ista relinq̃re est ꝑfectio maior. Quedã vero sũt ꝙ possidet ꝑ ꝓpriũ studiũ sicut sunt bona ꝓpria laborib⁹ acq̃sita: ⁊ ista relinquere ẽ ꝑfectio maxima. beat⁹ vero Pet ro tãte ꝑfectionis fuit ꝙ relinq̃t bona ecclesiastica: qr cũ esset cardinalis: officio ⁊ beneficio cessit. Relict pña bona: qr oẽm hereditatẽ deseruit: ⁊ ob amorẽ apostolꝰ romã venit. Bona ꝛo ꝓpria manib⁹ acq̃sita si habuisset reliquisset. Uñ dicit i ꝓlogo Job. Si aut fiscellã iũco texerẽ, aut palmaꝝ folia cõplicarẽ vt in sudore vultus mei vescerer pane meo: null⁹ re ꝓhen deret. Nũc autẽ qr iuxta sẽtẽtiaz saluatoris volo operari cibũ q̃ non perit: error mihi gemin⁹ crescit ⁊ infligitur.

Sermõ. cclxij. De sctõ frãcisco ꝓfes. f. f.



Qui sanct⁹ est sctificet adhuc. Apoc. xxij. Sanctiviri quantũcunq; sunt scti in corde nihilominꝰ sctificari volũt in corpore. ij. Cor. vij. Emundem⁹ nos ab omni inquinamẽto carnis ⁊ spiritus. ps. Cor meũ ⁊ caro mea exultauerunt in deũ viuũ. Zsta duo exellẽter habuit beatus frãcisc⁹. f. corp⁹ sanctũ ⁊ animã vt de eo veracit dici possit q̃ sanct⁹ est. f. in aia sctificet adhuc i corpe. Prio siqdem habuit corp⁹ sctũ: qr oia q̃ i ipo fuerũt, sctã erãt Zncipiam⁹ igit a capite ⁊ descẽdam⁹ vsq; ad pedes: videbim⁹ ꝙ a plãta pedis vsq; ad ꝟticẽ nõ erat i eo nisi scitas. Sãcti siqdẽ fuerũt capilli beati frãcisci. Cũ em̃ dom⁹ cuiusdã monarch[illegible]mãzille modicũ de capillis ei⁹ accepit, ⁊ in ſaſſuras posuit, ⁊ dom⁹ firmata ꝓmãsit: qr ãnimarum scti viri capillis stabilunt fragilis.

Secūdo fuerūt sancti oculi ei⁹ de quib⁹ ipse deuotas lachrymas emittebat: ⁊ tātas ⁊ tā assiduas vt infirmitatē incurreret oculorū. Et cum moneret vt sibi a fletu parceret respōdebat. Nō est ob amorem luminis qđ cōmune habem⁹ cū muscis expellēda iterne visitatio lucis. Tertio, sancte erāt aures eius que vocē diuinam ⁊ iubilationē angelicaz audire meruerūt. Tribus nāq; vicibus vocē diuinā audire promeruit. Prima erat vox paterne increpationis, quā in apuliam profectus audiuit. Quis pōt tibi meli⁹ facere dn̄s an seruus, diues an pauper. Extunc autē amor terrenoꝝ sibi viluit ⁊ in amorem dei tot⁹ exarsit. Secūda fuit vox magne eruditiōis quā audire meruit in hec verba. Frācisce amara ꝓ dulcib⁹ sume, ⁊ teipsum contēne si me cupis et velis cognoscere. Et istā vocē nō surda aure audiuit, sed omnia aduersa gratanter sustinuit ⁊ de suo corpore nō curauit. Tertia fuit vox magni amoris q̄ vocē audire meruit, qn̄. s. crucifixus sibi de cruce locutus est dicēs. Frācisce vade repara domum meam que vt cernis tota destruit. Ab illa autem hora in amorē ⁊ compassionē crucifixi eius anima fuit totaliter liquefacta. Sanctus etiā frācisc⁹ audiuit angelicam iubilationē. cū em̄ semel egrotaret angeli sibi dulcissimū edidere cōcētū: ex qua iubilatione eius anima magnū recepit gaudiū ⁊ corpus magnū alleuiamentum. Quarto fuit sanctū os eius. Uerba enim q̄ de ore Frācisci procedebant: tante fuerūt ꝟtutis ꝙ si quē benedicebat benedictus erat sicut bene patet in illo qui vxorē suā a salubri proposito impediebat cui sanct⁹ vir suam benedictionē misit dicēs. Fili nūc, nūc tēpus est misericordie: ⁊ postea tēp⁹ est equitatis: ad quod verbū ille fuit protinus immutat⁹: sed et si quem maledicedat ille erat maledict⁹. Unde cum quedā sus agnū mansuetissimū comedisset illi maledixit ⁊ statim illa sus mortua fuit: etiā cuz quedam puella fuisset lumine oculoruz priuata, ⁊ vir dei de sputo suo ei⁹ oculos liniuisset illa puella protinus est curata. Quinto fuerunt sancte man⁹ eius q̄ fuerūt stigmatib⁹ ꝯsecrate ita ꝙ ea q̄ tāgebat sancta erāt. Nā sepe panis ab eo tact⁹ infirmos comedētes sanabat. Quidā em̄ cū inter niues gelidas deficeret manib⁹ beati frācisci cōtractat⁹ mox fui i corde ⁊ corpore mirabiliter iflāmat⁹: q̄ nec mirū si ille manus frigidos iflāmāt q̄ ignitos carbūculos, id est xp̄i stigmata deferebāt. Sexto sctē fuerūt vngues ei⁹. Cū em̄ quidā frater tētaret de vnguib⁹ scti p̄ris frācisci habere cupiebat qđ ille i spiritu recognoscēs dixit ei: veni fili precede mihi vngues. Ille aūt cū letitia iussa cōplēs ꝓ reliquijs prescissuras ip̄as seruauit, ⁊ oī tētatione fugata multā ꝯsolationē recepit. Septimo sancta fuit scriptura eius. Cum em̄ q̄dam frater tētaretur cogitauit ꝙ si de scriptura beati francisci aliq̄d acciperet oēm tētationē vincere posset qđ ille in spū recognoscēs fr̄e illo vocato quasdaz laudes ei i cedula scripsit: ⁊ sibi dedit: ⁊ oīs tētatio ab eo recessit. Octauo sctā fuit chorda ei⁹. Cū em̄ q̄dā chordā q̄ vir dei accintus cū deuotiōe ꝟuaret chordā illā sepe in aquā itingebat ⁊ oēs ifirmi ex illa aq̄ potētes afficiebant sani. Nono fuit sctm̄ corp⁹ ei⁹: tū qr fuit lateris vulnere dedicatū: tū qr erat duob⁹ ensib⁹ crucis p̄munitū: tū qr erat omni puritate mūdū. Uñ cū quadā vice i carne sua videret motus aliq̄s pullulare castitatis amator chorda se fortissime ꝟberauit dicēs. Eia frat asine sic opz te manere: sic subire flagellū. Decimo scti fuerūt pedes eius qr fuerūt xp̄i stigmatib⁹ ꝯsecrati. Uñ cū oues ⁊ boues i ꝓuincia reatina pestis ꝯsumeret: q̄dā aquā cū qua pedes ipsi⁹ loti fuerant cū deuotiōe reseruās animalia illa aspersit: ⁊ mox omnis pestilētia ab illis animalib⁹ euanuit. Scđo anima ei⁹ fuit sancta Una cū aīa de ei⁹ corpore exiret visa est in specie stelle: cuius magnitudo ad instar lune lux vero ad instar solis esse videbatur. Ista stella fuit anima beati Francisci que ad instar lune erat magna propter immensam amorē: qr scđm Bernar. Qui charitatē magnā habet est beatus ⁊ magnus q̄ vero paruā habet charitatē paruus est: q̄ nullā nullus est. Ad instar solis erat lucida ꝓpter dei cognitionē Et ad instar stelle fuit incorrupta ꝓpter cogniti ⁊ dilecti perpetuā retentionē. Hoc signi-

ficatuz est ꝙ quibusdã fratribꝰ apparuit in specie currꝰ ignei mirãdi splẽdoris super quẽ globꝰ igneꝰ lucidꝰ splendebat: qui solis habẽs splẽdorẽ noctẽ cõuertit in diẽ. Jõ aũt apparet in curru igneo Qꝛ eius aĩa posita est ĩ fornace charitatis accẽse. Jdeo globꝰ lucidus qꝛ immersa est in lumine diuine sapiẽtie. Jdeo ad instar solis qꝛ tota deificata ẽ: ⁊ ideo secura est de eterna possessione.

¶ Sermo. cclxiij. De eod̃ Serm̃. ij.

Vidi alterum angelum ascendentem ab ortu solis habentẽ signũ dei viui ⁊c. Apo. vij. Xp̃s ante primũ aduentum qui erat aduẽtꝰ mle p̃misit angelũ. s. beatũ Joannẽ baptistã. Aũ vero scd̃m aduẽtũ sue iustitie p̃misit alterꝝ angelũ. s. beatũ Frãciscũ. Jn premissis aũt verbis tria de beato francisco ostẽdunt̃. Primo ꝙ erat homo angelicus: cũ dicit̃. Uidi alterũ angelũ. Jn angelo sunt quatuor cõmendabilia, de quibus dicit propheta. Qui facit ãgelos suos spiritꝰ ⁊c. scz obediẽtie velocitas: ideo dicit angelos suos. i. nuncios magna puritas: ideo subdit spiritꝰ magna humilitas: ⁊ ideo dicit: ⁊ ministros suos ⁊ feruẽs charitas ideo dicit, ignem vrentem. Propter ista quatuor beatꝰ franciscus angelo assimilatur. Primo ꝓpter obedientie prõptitudinẽ. Quatuor siquidẽ deus beato francisco p̃cepit. Primo vt aduersa letanter acciperet. Scd̃o vt semetipsum cõtenneret, dicẽs. Francisce: amara ꝓ dulcibus sume: quo ad primũ. Et teipsum contẽne si me cupis agnoscere, quo ad secundũ. Tertio vt suã ecclesiã repararet: sibi dixit. Francisce vade repara domũ meam. Quarto vt in se tantũ ⁊ nõ ĩ aliquo homine speraret dicẽs. Quis põt tibi meliꝰ facere: dñs an seruus, diues an paup̃. Ad ista quatuor precepta que ei deus precepit: valde obediẽs fuit. Primo qꝛ aduersa letanter sustinuit, vnde ipse dixit. Tm̃ est bonũ qd̃ excepto ꝙ oĩs pena me delectat, d̃r etiã de eo ꝙ malebat de se audire vituperiũ ꝑ laudis p̃coniũ: ⁊ cũ pueri post eũ currerent ⁊ lutuz proijcerent ipse semp̃ ad oĩa patiẽs fuit. p̃s. Opprobria exprobrãtiũ ceciderẽt super me. Secundo seipsum cõtempsit: qꝛ se maximũ peccatorẽ reputauit. Unde cuidã suo fratri interrogãti quã opinionẽ de se haberet respõdit. Uideor mihi esse peccator maximꝰ. j. Thimo. j. Christꝰ venit ĩ hũc mũdũ peccatores saluos facere: quorũ primus ego sum. Tertio ecclesiã dei verbo ⁊ exemplo reparauit. Thimo. iiij. Scias quomodo oportet te ĩ domo dei cõuersari ⁊c. Quarto spem suã ĩ solo deo posuit. Uñ sepe dicere ꝯsueuit cũ ꝓpheta. Jacta cogitatũ tuũ ĩ domino, ⁊ ipse te enutriet. Secũdo assimilatur angelo propter suã puritarez. Laborauit nanq̃ diabolus in cor beati Frãcisci q̃druplicẽ suggestionẽ immittere. Aliquãdo suggestionem fraudulentie: vt eum a feruore spiritus reuocaret dicẽs. Nullus est peccator cui penitenti deus nõ indulgeat: sed nimis se affligenti misericordiã denegat. Jpse autẽ istam suggestionẽ vicit ꝑ sapientiam ⁊ discretionẽ: sciẽs ꝙ per hoc ipsum volebat a feruore reducere. j. Johan. iiij. Nolite omni spiritui credere: sz ꝓbate spiritꝰ si a deo sunt. Aliqñ suggestiõe cõcupiscentie: sed istã suggestionem deuicit ꝑ carnis mortificationẽ, naz modo chorda grauiter se verberabat: modo se ĩ niuẽ magnã proijciebat: modo cibos ne palatũ allicerent: aqua frigida vel cinere ꝑmiscebat. Ad Colocẽ. iij. Mortificate mẽbra vr̃a q̃ sunt sup̃ terram. Aliquãdo materiã auaricie quãdo in via sacculum plenũ pecunijs reperit: sed nullo modo accipere curauit. Tandẽ a socio molestatus aperiri iussit: ⁊ ecce serpẽs inde exiliẽs cum ipse euanuit. Ad philip. iij. Oĩa arbitror vt stercora: vt Christũ lucrifaciã. Aliquando materia impatiẽtie: sicut qñ ip̃m grauiter ꝟberauit. Hebre. x. Patiẽtia dei est vobis necessaria. Nec mirũ si diabolus nunq̃ ĩ corde eiꝰ ĩtrare potuit qꝛ fortissime munitꝰ fuit. Quidã em̃ vidit btm̃ frãciscũ fortissimis ensibꝰ duobus in modũ crucis signatũ, quoruz vnus a capite ad pedes, alius autem a manu ad manũ tendebat̃. Si em̃ diabolꝰ volebat in illum intrare a superiori parte per fraudulẽtiaz ibi incidebat̃ ense sap.ẽtie: si ab inferiori

per cōcupiscentiā: ibi incidebat ense castitatis ⁊ cōtinentie: si vero a dextris per prosperitatē ⁊ auaritiā ibi incidebat ense frugalitatis ⁊ tēperātie si a sinistris ꝑ aduersitatem, ⁊ in patientiā ibi incidebatur ense magnanimitatis ⁊ patiētie. Tertio assimilatur angelo per excellentē humilitatem ꝓpter quam quadruplicē meruit exaltationē. Primo exaltatꝰ est in ecclesia qꝛ factꝰ est eius sustētator. Uñ summus pontifex cū laterañ. basilicā subito minari ruinā cōspiceret: vidit btm̄ frāci. eā suo dorso subito sustētare. Eccl'.ix. Ciuitas ꝑua ⁊ viri pauci i ea. Uiri q̄dē multi sunt i ecclia nūero: sꝫ pauci sunt i ea merito. Uenit cōtra eā rex magnus. i. diabolus ⁊c. Scdo exaltatꝰ est in fama: qꝛ toti mūdo fuit admirabilꝫ ⁊ p̄clarꝰ. Eccl'.xj. Est homo abundās paupertate: ⁊ oculꝰ dei respexit illū i bonis. Tertio exaltatꝰ est i doctrina: qꝛ factꝰ est fructuosꝰ p̄dicator eccl'.xj. Sapiētia hūiliati. s. beati frācisci exaltabit caput illiꝰ. Et i medio magnatorū. i. p̄dicatoꝝ cōfidere eum facit. Quarto exaltatꝰ est i gl'ia: qꝛ factꝰ est ciuitatis celestis sūmꝰ ihabitator: sicut patet in visiōe habita de sede sublimi. Job xxij. ca. Qui humiliatꝰ fuerit, erit i gl'ia. Quarto assimilat angelo ꝓpter feruentē amorē. Ipse em̄ totus fuit dei amore plenus, quod patet ꝑ quatuor signa. Primo per corporis eleuationē: qꝛ sepe cū oraret visꝰ est totꝰ a terra subleuari. Ista nāq̄ subleuatio corporis mētis eleuationē significat. Secūdo ꝑ corporis calefactionem. Interrogatꝰ tamē quō tam tenui tunica posset a frigore arceri. Respōdit. Si ignis spiritussancti interius nos calefaceret: caro nr̄a exterius frigus nō sentiret, p̄s. Inflāmatū est cor meum: ⁊ renes mei cōmutati sunt. Tertio ꝑ mētis eleuationem. Sācti em̄ viri in mētis excessum rapti: exterius insensibiles reddunt: qꝛ ab amoris violētia totalr̄ iteriꝰ absorbent. Uñ q̄dā vice cū sanctꝰ frācisc' a populo cōprimeret: insensibilis ꝑ om̄ia videbatur. ij. ad Coꝝ.xij. Scio hoīem i xp̄o siue in corpe, siue extra corpꝰ ⁊c. Quarto per ignꝫ exterioris extictionē. Martyres em̄ dei iō sepe vim ignis nō sētiebāt: qꝛ ignꝫ amoris ip̄os frigidos reddebat. Jō beatus francisc' soldano dixit ꝙ cū sacerdotibus suis ignē intraret, ⁊ ille quem dei clemētia ꝓtegeret, verā fidem haberet. Sciebat eī ꝙ ignis exterior cessisset ardori fidei ⁊ ignis amoris iferni. Origenes. Mirabile genꝰ medicamēti vt ignis ignibus extinguat. ¶ Secūdo fuit homo virtuosus quod notatur cum dicitur. Ascēdēte ab ortu solis. In hoc em̄ ꝙ ascēdit cum sole: notatur ꝙ totus fuit illuminatꝰ ⁊ deificatus. Primo ascēdit totus illuminatꝰ: iō totū mundū tenebrosū illuminauit. Apoc.xviij. Uidi aliū angelū ascēdētem ab ortu solis ⁊c. Et sequit. Et terra illuminata est a gl'ia eius. Terra nanq̄ est obscura, sicca, ⁊ frigida: ⁊ significat mundū vbi sunt multi obscuri. i. erronei. multi frigidi. i. negligētes ⁊ tepidi: multi duri. i. obstinati. Gen̄.j. Tertia erat ianisq̄ ad tepidos ⁊ vacua: quo ad duros: ⁊ tenebre erāt sup faciē abyssi: quo ad obstinatos. Uenit em̄ sanctꝰ frācisc' portās secū tres radios: scilicet radiū doctrinarum per quā illuminauit obscuros. radiū exēploꝝ ꝑ quem cōuertit obstinatos. Eccl'.xliij. Triplicit sol exurēs mōtes ⁊c. Ipse em̄ excussit ignorantiā in erroneis. radio doctrinarū: negligentiā in tepidis radio exemplorū: et duritiā in obstinatis radio miraculorum. Secūdo ascendit totus inflammatꝰ. Habuit em̄ carbones accēsos in ore: qꝛ habuit ignita v̄ba. Eccl'.xlviij. Surrexit helyas quasi ignis. In corde: qꝛ habuit ignita desideria. Luce vl. Nōne cor nr̄m ardēs erat i nobis ⁊c. In corpore: qꝛ habuit ignita stigmata. Eccl'ia. xxxviij. Uapor em̄ vrit renes eiꝰ. In sua actiōe: qꝛ habuit ignita opa Job.xxxvij. Nōne vestimēta tua cādida sunt ⁊c. Tertio ascēdit totus deificatus. Ex eo em̄ ꝙ cū sole ascēdit: eius similitudinē iduit ꝑ stigmata q̄ portauit Mat.xvj. Si q̄s vult venire post me abneget semetipsum ⁊ tollat crucē suā et sequatur me. Tertio fuit homo diuinus. Et hoc tangitur cū dicit. Habentez signum dei viui. Istud signum portauit in corde ꝑ amoris vulnerationē Canticoꝝ.iiij. Uulnerata charitate ego sum ⁊c. In corpe ꝑ macerationē. ij. ad Corin.iiij. Sēꝑ mortificationē iesu in corpore vestro circunferentes. In parte ꝑ stig-

matum impressionem Canti.viij. Pone vt signaculum me super cor tuum: hoc refertur ad vulnus cordis per amorem: vt signaculum super brachium tuū. Hoc refertur ad vulnꝰ stigmatū ꝑ impssionē: qꝛ fortis est vt mors dilectio: hoc referꝛ ad vulnus corporis ꝑ macerationē. Sancti enim viri per dilectionem quam in se feruenter gerūt: oīa vitia in se extinguunt.

¶ Sermo.cclxiiij.

De stigmatibus Francisci sermo pmꝰ.

Ego enim stigmata dñi nostri iesu Christi in corpore meo porto Gal. vj. In his ꝟbis que ad honorē beati frācisci leguntur tria implicantur. Primuz est quia stigmata portauit quod fuit indiciū magne charitatis. Quinqꝫ em̄ fuerunt in corde eius que fuerūt causa stigmatū in eius corpore. Primum fuit vehemens imaginatio: ꝙ autez imaginatio imprimat patet per duo exempla que ponit Hierony. in glo. Genes. xxx. Unum est ꝙ duz quedam mulier ethiopem peperisset ⁊ ex hoc a viro suspecta haberetur inuentum est hoc sibi accidisse ex quadam imagine ethiopis quam ipsa cōspexit. Aliud exemplum est ꝙ cū quedam mulier filium parentibus omnino dissimilem peperisset: et ex hoc suspecta haberetur, inuentuz est ꝙ talis imago in cubiculo habebatur. Dicit em̄ philosophus in lib. de animalibꝰ Quod cum quedam gallina gallum vicisset galline ex imagine. s. victorie crista ⁊ calcanea sunt exorta. Sanctus ergo franciscꝰ in visiōe sibi facta imaginabatur. Seraphi crucifixū ⁊ tā fortis imaginatio extitit ꝙ vulnera passionis in carne sua impressit. Secundū fuit vehemens dilectio ꝙ em̄ amor hz virtutem imprimēdi. Dicit Hugo de sancto victore. Scio anima mea ꝙ quicquid diligis in eius similitudinem transformaris. Quia igitur amor passiōis dñice in corde beati frācisci ardebat fortiter et feruenter: ideo in carne sua faciebat mirabilia. ꝓuerbiorum. vj. Nunquid potest homo ignem absconde re in sinu suo vt vestimenta non ardeant. Tertiū fuit vehemens admiratio, ꝙ em̄ admiratio imprimat ostendit Augu. contra Julianū adducēs exēplū ouiū iacob ꝙ ex quadā admiratiōe virgaꝝ fetꝰ varios cōcipiebāt. videbat aūt frācisc⁹ seraphin crucifixū: ⁊ admiratione ⁊ stupore nimio replebaꝛ. Eze. j. Hec erat visio discurrēs i medio aīaliū splēdor ignis, ⁊ de igne fulgor egrediēs. Quartum fuit vehemēs meditatio: ꝙ āt meditatio imp̄mat, sufficiēter ptz. Ecclesia. xij. Ub: dr. Frequēs meditatio carnis afflictio est. p̄. In meditatione mea exardescet ignis. Istā meditationē habuit frācisc⁹ q̄ xp̄i passionē quotidie meditari non cessauit. Deutero. vj. Meditaberis sedēs in domo tua. Quinto fuit vehemēs ipsiꝰ cōpassio, ꝙ aūt ꝯpassio imprimat ptz: qꝛ gallina ad pullos suos tāta cōpassiōe afficiꝛ ꝙ tota infirmari vr̄. Sic Frācisc⁹ ad xp̄i passionē tāta cōpassiōe mouebaꝛ: vt cum eiꝰ passio in mēte veniret: totꝰ liq̄fieret ac vix lachrymas cōtineret. Cātico. v. Aīa mea liq̄facta est vt dilectꝰ locutus est ⁊c. Scdo ꝑ hoc ꝙ portauit stigmata dñi ostēdiꝛ ꝙ fuit preconiū maxime familiaritatis. Christꝰ em̄ dedit beato Frācisco stigmata tanq̄ arma sua vexilla sua: sigilla sua ⁊ testimonia sua. Ipse nāqꝫ erat miles Christi: signifer xp̄i: legatꝰ Christi: et p̄co xp̄i. Qꝛ igiꝛ erat miles xp̄i. Ipse xp̄s dedit sibi stigmata tanq̄ arma sua. Hoc ptz ex eo ꝙ visus est munitꝰ duobꝰ ensibꝰ in modū crucis: ita ꝙ diabolꝰ nō poterat intrare in cor suū: nec a superiori per aliquā vanaz spem: nec ab inferiori per aliquem inordinatū amorē: nec a dextris, ꝑ aliquā inordinatā leticiā: nec a sinistris ꝑ aliquem inordinatum dolorem. Secundo fuit signifer xp̄i: ideo dedit sibi stigmata tanq̄ vexilla sua. Ad vexilla siquidē regalia hostes terrenꝛ, qui fugerēt reuertunꝛ. principes animantur: ⁊ ceteri cōgreganꝛ. Legitur ꝙ quidā ex reuelatiōe diuina vidit crucē aureā, ex ore Francisci ꝓcedentē: cuius summitas celum tangebat: cuiꝰ brachia videbanꝛ vsqꝫ ad fines mūdi extēdi ꝑ hoc ꝙ sūmitas celos tāgebat significabaꝛ ꝙ angeli ad visionē stigmatū trahebanꝛ i magnā admirationē. Per brachiū inferiꝰ significabaꝛ ꝙ demones ducebanꝛ ad magnā ꝯfusionē.

Per brachiū sinistrū qđ ꝓtēdebat ad aq̄lonē significat ꝙ pctōres i dei amorē frigidi ꝓuocant ad ꝯuersionē. Per brachiū dextrū qđ protendebat ad austrū, significabat ꝙ fideles in dei amore feruētes, inducebantur ad deuotionē. Tertio qđ erat legatus dei idcirco dedit stigmata tanq̄ signa sua: ipse quidē tanq̄ legatus Christi, bullā summi pontificis secum ferebat. Uñ ꝛ: in vita sua signo thau literas sigillare cōsueuerat. Tanq̄ legatꝰ signa pontificalia secum deferebāt. Unde quidā in eius frōte vidit signum thau varietate colorum distinctum: qđ eius frontē miro venustabat ornatu. Tanq̄ legatus pctā remittebat: vnde cuidā cū baculo q̄ figurā thau in se habebat. apostema fregit ꝛ sanatus fuit. Tanq̄ legatꝰ benedictionē dabat. Uñ appropinquāte hora mortis i modū crucis manibꝰ cācellatis fratres benedixit tanq̄ legatus synodo intererat. Uñ cū quadā vice a prouinciali capitulo corporaliter defuisset visus est a quodā ibi consistere in spiritu ꝛ in modū crucis fratres benedicere. Quarto qꝛ erat preco dei, dedit ei stigmata tanq̄ signa vel testimonia sua vt ab oībꝰ preco dei cognosceret: ꝛ ꝟba illius quasi ex ore dei reciperent. Hiere. xv. Si separaueris preciosum a vili quasi os meū eris. Uñ cū quidā rustici eū interrogarent q̄s ipse esset: ꝛ ipse se dei preconem esse diceret. eum in niues ꝓiecerūt dicentes. Jace ibi rustice preco dei. Tertio ostēditur ꝑ hoc ꝙ stigmata in corpe suo portauit qđ fuit argumentū omnimode veritatis. Quod multipliciter ostendi pōt. Primo ex seraphica visiōe. Uidit em̄ beatus Franciscꝰ xp̄i passionē meditando reuolui vnū de seraphim sex alas habentem ꝛ iter alas erat effigies Christi crucifixi. Disparēs aūt in corde suo mirabilē reliquit ardorē ꝛ in corpe suo stigmatū impressionē. Secūdo ex sāguinis emissiōe ex dextero em̄ latere tanq̄ lācea trāsfixo sepe sanguis exibat: q̄ tunicā ꝛ femoralia respergebat. Alias em̄ sāguinē nō emisisset si vera stigmata nō fuissent. Tertio ex sensibili dolore. Cū em̄ quidā frater scapulas eiꝰ cōfricaret ꝛ vulnꝰ lateris sic tetigisset beatus Frācisc⁹ ad eiꝰ tactū dolorē sensit, ꝛ maxime exclamauit. Alias em̄ dolor ibi nō sentiretur nisi vera stigmata haberentur. Quarto ex multoꝝ fideli attestatione, qꝛ multi tā in vita q̄ in morte ista stigmata viderūt, tetigerūt ꝛ osculati fuerūt j. Joānis. j. Quod audiuimus ꝛ qđ vidimꝰ oculis nostris ꝛc. Quinto ex multorum miraculorum ostensione: nam ex signis ipsis modo certificat dubios, sicut ptz in papa Gregorio. Modo iuuat deuotos, sicut ptz in milite sibi deuoto, q̄ lethaliter fuit vulneratus. Modo cōuertit incredulos: sicut ptz in clerico de eiꝰ stigmatibꝰ dubitāti, ꝛ in manu sua vulnus recipiēti.

¶ Sermo. cclxv. De eodē. Ser. iiij.

Enite ad me oēs qui laboratis ꝛ onerati estis et ego reficiā vos. Matthe. xj. In p̄nti euangelio quatuor persone inuitantur vt ad xp̄m veniant, scz fatigati. i. auari: q̄ sunt in cōtinuo labore onerati. i. superbi: qꝛ superbia nimis est ponderosa: famelici. i. luxuriosi: ꝛ separati. i. sine iugo discipline diuisi. Dicat ḡ beatꝰ Franciscus. Uos fatigati labore auaritie venite ad me pauperē: ꝛ ego refouebo vos. Uos onerati pondere sup̄bie venite ad me humilē ꝛ alleuiabo vos. Uos aūt famelici fame cōcupiscētie, venite ad me amore dei flagrātē, ꝛ ego reficiā vos. Uos diuisi a iugo discipline, venite ad me iugū obedientie feruētē ꝛ ego pacificabo vos. Habuit igit̄ Frācisc⁹ paup̄tatē ꝑ quā fatigatos labore auaritie refouebat. Eius aūt paup̄tas fuit spōtanea. Cū em̄ quadā die euangelium legeretur in quo dn̄s discipulos sine auro ꝛ argento ꝛ calciamentis mittebat: continuo ad oīa adimplēda se accinxit. Scđo fuit extrema, qꝛ nudus ad cōuersionē venit: qꝛ etiam cum vestibus patris auaritie resignauit: ꝛ nudus de nudo exiuit: qꝛ nudus super nudam se poni fecit. Tam extrema fuit ꝙ non solum pauper sed paup̄tas poterat appellari, sicut ptz in tribus mulieribus q̄ ipsum taliter salutauerūt. Tertio eiꝰ paup̄tas humilis ꝛ deuota, libētiꝰ

vtebat eleemosynis hostiatim quesitis, ꝯ spōte oblatis dicēs illū panē esse angelicū, qz dabat inspirationib⁹ angelor⁹. Ho. panē angelor⁹ manducauit homo. Scōs habuit humilitatē profundā p quā oneratos pre superbia alleuiabat. Cui⁹ humilitatis sunt ḋcq; gradus. Primū est laudes hoim fugere. Vbi enim de se audirevi tuperiū quā laudis preconiū: vñ cuidam fratri preceperat: vt cū populus eū laudaret, ipse in eū ꝟba vilitatis inferret. Scōs gradus est humilia sentire de se: vñ a quodam fratre interrogatus quā opinionem haberet de se: rñdit. Video⁹ mihi esse maximus peccator. Tertiꝰ est in hac vita semper se timere: vñ cū ab aliquo pplo beatificaret: dicebat. Noli me laudare tanqꝫ securū adhuc filios et filias habere possim⁹ reuertens ad seculū nemo laudandus, cuius exitus est incertus. Quartꝰ est inferiorib⁹ obedire, voluit em̄ magis subesse ꝙ preesse: vnde generali celdēo officio guardiani parebat volūtati: et socio suo cū quo ire solitus erat: obedientiā promittebat. Quintus gradus est de opprobriis hoim nō curare: vñ cum tpe hyemali indutus pāniculis, oratioⁿi tremebundus insisteret dixit ei quidā: vt de suo sudore vnam sibi nummatā venderet. Ille respōdit. Nō tibi: sed domino meo vēdo. Tertio habuit dei amorē feruentē, per quē concupiscentie fame oneratos spiritualiter reficiebat: cuius amor feruidus ptz per orationes feruidas quas faciebat. Eius nāq; orationes fuerunt multe dulcedinis, feruoris, virtutis, potestatis et gratie. Tante dulcedinis vt in ea facerent mentis excessum et elevationē. Tanti feruoris vt in eo inducerent corporis elevationem. Tante virtutis vt in hominib⁹ facerent magnā immutationē: vnde cum pro quodā abbate oraret, ille subito tantam sensit immutationem et dulcedinem mentis, quantam in vita sua non fuerat expertus. Tante potestatis vt diabolo faceret magnam cōfusionem. Cū enim ciuitatem Assisij totam illam regionem draco videretur absorbere ille orauit, ac statim euanuit draco. Tante gratie vt sibi impetraret peccatorum remissionē. Cum enim quadam die peccata deflerent, a spiritu sancto certificationē accepit ꝙ dominus sibi petā sua dimisit. Quarto habuit perfectā obedientiā p quā illos qui erāt sine ingo disciplineⁿ pacificauit. Cuius obediētia tāta fuit ꝙ nō tm̄ obediebat suo superiori. i. deo nō solū suo cōli. i. cuilibet alteri prelato: sz suo inferiori qz guardiano suo obedientiā promittebat: et quia sic obedies fuit: ideirco ois elemēta et oēs creature sibi obediebāt: aer nāq; induit nouā claritatē: quia, cū ipsum et socium suū caligo tenebrosa inuolueret, ad eius oronem tandē tāta claritas radiauit, ꝙ ipsos vsq; ad hoc spiritū letos p̄duxit. Ignis induit nouā lenitatē: qz cū ipse ex nimio oculoꝝ dolore infirmitatē incurrisset et oporteret sibi cū igneo ferro coctura fieri: ille sibi ferrū candēs signauit: ꝙ nullū dolore sensit. Aq̄ induit nouā trāquillitatē: qz cū ḋdā nante naufragiū formidaret: inuocato eo trāquillitas est secuta. Aq̄ et induit nouū saporē: qz ad eiꝰ oronem in vinū optimū est conuersa. Terra induit nouā fertilitatē qz p eiꝰ me rita sepe fertilitas magna fuit. Cinis etiā oronē ferra fontem aque dedit. Obediebāt etiā ei cetere creature: scz creature q̄ hñt tm̄ esse: sicut ptz i lapide: quo caput mulieris contriuit: q̄ hñt viuere sicut ptz in petro salmo miraculose mūcto q̄ hñt sentire: sicut ptz lamb⁹ in ḋb⁹ hō ꝓpter peccm̄ triplex amisit vsum: qz aues audita voce fugiūt: se cōtractari nō ꝑmittūt et viso homine a cāpu desistūt. Sed reuera ei obediebāt: qz vocate veniebāt et se ab ipse tāgi ꝑmittebāt, et usse. cātabāt: et in se subtiliter cōbāt: sicut in legēda ꝓmet. Obediebāt et ei creature q̄ hñt discernere. s. homines nō solū viui sed et mortui, qz plurimos suscitabat. Obediebāt etiā ei creature intellectuales scz angeli nō solū boni q̄ cozā ipso in infirmitate posito vulei ter cantauerūt, sed etiā mali: q̄ ad eiꝰ imperiū sepe fugerūt. Vnde cū ciuitas reatina ite. stino bello periret: vidit supra portā demones exultātes. vñ forma de eius mandato clamauit. Ex parte dei oipotētis et iussu serui eiꝰ Frācisci discedite demones vniuersi, et statim demones fugerunt et sunt fugati et ciues pacificati.

¶ Sermo. cclvj. De sancto Dionysio martyre. Sermo primus.

Quidã viri adherẽtes paulo crediderũt: in ꝺ̃b⁹ Dionysi⁹ arto pagita.ꝛc. Actuũ.xvij. in ista collectatione quã habuit paulus cum dionysio stoicis ⁊ epicuris quatuor ternariꝰ ponuntur sicut ex ipso tertu manifeste habetur. Primus ternari⁹ est: qꝝ ibi sunt ꝺ̃dã irridẽtes quidã dubitantes ⁊ quidã credentes. Irridentes erant qui dicebãt quid vult seminverbius ste dicere. Dubitantes qui dicebãt audiem⁹ te de hoc iterũ. Dionysius aũt nõ erat de numero irridentiũ: sed de numero dubitantiũ ⁊ tandẽ fact⁹ est de numero credẽtiũ. Uñ Aug. in quodã sermone tractans verba ꝺ̃dictas inter irridẽtes ⁊ credẽtes medũ sunt dubitãtes. Qui irridet cadit: qui credit stat: ⁊ qui dubitat ille fluctuat. Audiemus te inquiũt: de hoc iterũ incerti an casuri essent cũ irridentibus an stacturi cũ credentib⁹ hodie aũt iste ternari⁹ multus viget. Sunt nanqꝫ multi irridentes. Prouer.xv. Stultus irridet disciplinã patris sui et tales a deo irridebũtur. ꝑs. Qui habitat i celis irridebit eos.ꝛc. Sunt etiã multi dubitãtes qui nec cadũt cũ irridentib⁹: nec stãt cũ credentib⁹: sed fluctuant cum hesitantib⁹. Jac.j. Qui hesitat similis est fluctui maris ꝺ̃a vẽto monetur ⁊ circunfertur. Pauci autem hodie sunt veri credentes qui scz habẽt fidẽ cũ spe vera ⁊ cum dilectione sincera: ⁊ cum operatione sollicita. Luce.xviij. Filius hominis veniens putas inueniet fidẽ in terra. Secundus ternarius est quia ibi erãt quidam epicuri: quidã stoici: ⁊ ꝺ̃dã christiani. Isti autem in aliquib⁹ conueniebãt ⁊ in aliquibus disconueniebant. Conueniebãt nanqꝫ in appetitu beatitudinis scz disconueniebãt in modo appetẽdi. Appetitus eñ felicitatis omnibus est omnis. Aug. Oẽs philosophi disputãdo. studẽdo, ⁊ viuendo petierũt apprehẽdere vitã beatã appetit⁹ antẽ vite brẽ philosophis: christianis: bonis ⁊ malis est cõis. Disconueniunt autẽ in modo. Epicuri nãqꝫ ponũt summũ bonuꝫ in voluptate corporis. stoici vero in virtute animi: scz christiani in dono ⁊ gratia dei. Est et alia cõuenientia ⁊ differentia quam ponit Beda iter epicureos: stoicos ⁊ xp̃ianos. Nã epicuri ponũt felicitatẽ hois in solo corpore cõsistere. Stoici in sola alia scz paul⁹ ⁊ xp̃iani ponũt in corpore ⁊ alia nõ in pñti nec ex se: sꝫ ex gr̃a dei. Epicuri igit. vt dicit bt̃us Aug. in ꝑdicto sermone dicũt. Comedam⁹ ⁊ bibamus cras eñ morie mur. Christiani ño nõ dicũt comedam⁹ ⁊ bibam⁹ q̃ poti⁹ dicũt aut dicere debent. Jeiunem⁹ ꝺonem⁹ ⁊ orem⁹ cras eñ moriemur. Aut si hec tria nolũt dicere: saltẽ dicãt duo, scz ista duo ꝺonem⁹ ⁊ oremus poti⁹ q̃ ieiunem⁹. Stoici aũt dicere possunt virtutẽ animi a nobis habeamus et possideamus cras eñ moriemur. credebant eñ virtutes polyticos a se hr̃e ⁊ sic se beatos esse. Hodie aũt sunt multi epicuri de ꝺ̃b⁹ ꝺ̃. Phil. iij. Quoꝝ deꝰ vẽter est: ⁊ gloria in cõfusiõe eoꝝ qui terrena sapiũt. Sunt etiã hodie multi stoici ꝺ̃ de se ⁊ de sua virtute cõfidũt. ꝑs. Qui cõfidũt in virtute sua ⁊ in multitudine diuitiarũ suarũ. Glo. Pauci vero hodie reperiunt veri christiani. Sunt eñ veri christiani ꝺ̃ corp⁹ suũ macerãt ne sint epicuri: ⁊ i deo spem suã ponant ne sint stoici. Aug. Uirtutez querebas dicit beatus paulus christ⁹ nõ voluptas carnis non virtus ꝑpria: sꝫ cui⁹ est dñs deus ipsius. Hec eniꝫ doctrina christianoꝝ incõparabiliter preferenda doctrinis immũ dictis epicureoꝝ ⁊ superbiis stoicoꝝ. Tertiꝰ ternarius est: qꝝ ibi erãt quidã curiosi ꝺ̃ semper volebãt audire vel dicere aliꝺ̃ nouꝫ, quidam superstitiosi qui dediti erãt cultui idolorũ, quidã vero malitiosi qui doctrinã beati Pauli demonib⁹ attribuebãt. Hodie etiã iste ternarius multũ viget. Sunt eñ multi curiosi ꝺ̃ supernacua inquirunt ⁊ se relinquũt. Bern. Stude cognoscere teipm qꝝ melior es si teipsum cognoscis ꝺ̃ si te negligẽs cognoscere curiam sydez virtutes herbarũ ac cõplexiões hoim: ⁊ naturas animaliũ ⁊ habereꝰ scięntiã oim celestiũ atqꝫ terrestriũ. Sunt etiã multi superstitiosi. ℔m Jsidoꝝ. Superstitio dicit quasi sup statura: qꝝ tales statuta maiorũ despiciũt ⁊ sua anteponunt. Sunt etiã multi malitiosi qui scripturã sacrã dicũt esse diabolicã. Esa.v. Ue ꝺ̃ dicitis bonũ ma-

lum ⁊ malū bonū. Sed beatus dionysi⁹ licet aliqñ fuerit curiosus scientiā philosophicā sectando: aliqñ superstitiosus superstitiosum cultum idolorū tenendo nō fuit: tñ maliciosus sz auditor deuot⁹ doctrinā beati Pauli deuote suscipiēdo. Quart⁹ ternari⁹ est q̄ cōsistit in beneficijs a deo receptz quē ponit Paul⁹ dicēs. In ipso viuim⁹ mouemur: ⁊ sumus. Adeo si q̄dē recipim⁹ esse nature vitā gr̄e ⁊ motū operatiōis bone. Gen. j. Fecit deus hominē de limo terre: ecce ēe nature. Et inspirauit in faciē ei⁹ spiraculū vite: ecce esse gr̄e: ⁊ posuit ip̄m in paradiso vt operaret̄ ⁊ custodiret illuz: ecce motum operationis bone.

¶ Sermo. cclxvij. De eodē. Ser. ij.

Refulsit sol in clypeos aureos ⁊ ereos ⁊ resplēduerunt montes ab eis ⁊c. j. Mach. j. Ex his verbis de btō Dionysio ⁊ socijs ei⁹ tria ostēdunt̄. Fuit em̄ primo a deo valde illustrat⁹: cū dicit̄ Refulsit sol. Et hoc triplici radio. Primo radio celestis sapiētie q̄ acquisiuit diligētē exercitationē ⁊ sollicitudinē. Adeo quidē fuit diligēs: q̄ sicut ipse innuit in epl̄a ad apolophanā de athenis vsq̄ ad heliopolim egypti studio acquirende sciētie p̄fectus est. Didicit p̄ gerothei ⁊ pauli eruditionē. Uñ in lib. de di. no. postq̄ se accusauit quare post gerotheū scripsit ait ⁊ iniuriā facimus ⁊ magistro ⁊ amico existēti ⁊ nos ex eius eloquijs post diuinū paulū introducti. Didicit p̄ assiduā or̄onē. Uñ in libr. de di. no. Opz em̄ or̄onibus pri⁹ ad ip̄m sicut boni principē p̄duci ⁊ magis propinquantes i hoc doceri optima dona circa ip̄m collocata. Scd̄o fuit illustrat⁹ radio reuelatiōis diuine q̄ fuit triplex. Prima est qz spū p̄phetie claruit. Prophetauit em̄ Joāne euāgelista in exiliū relegato q̄ inde esset reuersur⁹. Uñ ait i epl̄a quā sibi misit dicēs: gaude vere amabilis ⁊ infra ex custodia q̄ est in pathmos demitterz: ⁊ ad terrā Asiā reuerteris. Et facies ibi bonas dei mutationes: et his q̄ erūt post te trades. Scd̄a est qua assumptiōi beate marie interfuit: sicut ipse in lib. de di. no. insinuare videt̄: loquens ad Timotheū. Nos inquit vt nosti ⁊ ipsi et multi sctōꝝ fratrū cōuenimus ad visionē corporis vite p̄ncipis: ⁊ q̄ deū suscepit: aderat autem ⁊ frater dei iacobus ⁊ petrus summa p̄uectissima theologoꝝ summitas. Tertia est qua ordines officia ⁊ dignitates angeloꝝ p̄fecte agnouit. Paul⁹ em̄ in tertiū celum raptus q̄ hec oīa cognouit ip̄m edocuit. Tertio fuit illustratus radio oratiōis deuote de qua sic dicit in lib. de diui. no. Nosipsos ergo extēdam⁹ or̄onib⁹ ad diuinoꝝ ⁊ beatorū radioꝝ altiorē inspectū. Per orationes em̄ sursuz ad diuinorū cognitionē trahimur nō deū ad nos trahētes. sz nosipsos ad deū extēdētes. Et ostēdit hoc Dionysi⁹ triplici exēplo. Primo exēplo chatene luminose extense: ⁊ funis ⁊ nauis ad petrā impingētis. In p̄mo exēplo tria ponit: assimilat em̄ orationē chatene luminose ⁊ de super extēte. Oratio em̄ d̄r chatena inquātū p̄ ip̄am ad deū trahimur. Dicit̄ luminosa inquātū p̄ ip̄am illuminamur. Dicit̄ extēta inquātū desup̄ nobis a deo ifundit̄. In scd̄o exēplo sil̄iter tria ponūtur scz nauis, funis, ⁊ petra. Nauis est aīa nr̄a: funis oratio deuota: petra autē xp̄s: p̄ funes ergo or̄onū trahimus aīaz nr̄am ad petrā scz xp̄m nō ipsuz xp̄m ad animā nr̄am. In tertio exēplo sil̄iter tria ponūtur scz nauis petra, ⁊ impulsus ad petrā. Aīa em̄ nr̄a in petrā impingit: qñ peccatū mortale cōmittit ⁊ quāto impingit forti⁹ tāto se a deo elōgat ampli⁹. Secūdo ipse cū socijs suis fuit valde munitus qd̄ notat̄ cū d̄r In clypeos aureos ⁊ ereos. Ipse em̄ fuit clype⁹ dei inquātum habuit fidē dei. Ephe. vj. In omnib⁹ sumentes scutū fidei. Tūc aūt iste clypeus est aure⁹ qñ fides est cū charitate ⁊ tunc est ereus qñ nō pōt aliqua possessiōe frāgi. Tali clypeo fuit munit⁹ btūs dionysius. Fuit em̄ diuersis supplicijs examinatus: sz semp̄ mānsit inuictus. Fuit ter militū manib⁹ flagellatus ad instar beati pauli q̄ d̄t. Ter virgis cesus sum. Fuit super cratē ferreā assat⁹ instar beati laurentij: fuit ad ferocissimas bestias proiectus instar danielis ⁊ ignacij. Fuit in clis

banū iactatus instar trium puerorū. Fuit crucifixus instar xp̄i. Fuit capite trūcatꝰ ad instar pauli. Sed tamē flagella amiserunt virtutē seuiēdi ꝓpter vsrtutū munitionē. ij. Corin. vj. Per arma iustitie a dextris ⁊ a sinistris. Cratis ferrea amisit virtutē comburēdi: ⁊ hoc ꝓpter ignitam dilectionem. Origenes. Mirabile genꝰ medicamenti vt ignis ignibus extinguatur. Bestie amiserunt virtutē seuiendi et hoc ꝓpter crucis oppositionē: mox eniz vt crucē opposuit eas māsuetissimas fecit. Job. v. Bestie terre pacifice erūt tibi. Clibanus amisit virtutē vrendi ⁊ hoc ꝓpter aure spūssancti refrigerationē. Daniel. iij. Fecit mediū fornacis quasi ventum roris flantē. Patibulū crucis amisit virtutē cruciādi: ⁊ hoc ꝓpter dn̄ice passionis recordationē. Greg. Si passio xp̄i ad memoriā reducit nihil est quod non equo animo tolleret. Gladiꝰ amisit virtutē occidēdi. Gladius em̄ ipsum nō occidit: sz ꝑ amorē ad vitā perduxit. Tertio fuit ceteris ad illuminationem datꝰ. quod notat cū dr̄ Et resplēduerūt montes ab eis. Est em̄ datꝰ fidelibꝰ ad illuminationē ⁊ cōsolationē propter beneficia quē impēdit. Adiuuat em̄ deuotos: punit indeuotos: recipit penitentes cōuersos. Deuotos quidem adiuuat in vita, in morte ⁊ post mortē In vita sicut patuit in dagoberto rege francoruz sibi deuoto quē sepe ab ira patris eripuit. In morte sicut ptz: qr cū legati michaelis imperatoris libros dionysij de nouo trāslatos ludouico misissent nouēdecim infirmi curati sūt quoꝝ aliq̄ erāt ad mortē dispositi. Post mortē sicut pz in suprascripto dagoberto: cuiꝰ aiam a demōibꝰ liberauit. Indeuotos etiā punit: sed penitētibꝰ parcit sicut patet i clodoueo rege q̄ brachiū dionysij frangēs in amentiā versꝰ est sz postmodū penituit ⁊ sanitatem recepit.

¶ Sermo. cclxviij. De eodē. Sermo. iij.

Iustorum anime in manu dei sunt: ⁊ nō tāget illos tormētum malicie ⁊c. Sap̄. iij. Qr deus beatuz dionysiū socios ⁊ suos manu sue gratie cōuertit: iuxta illud p̄s. Emitte manum tuam de alto ⁊c. conseruauit iuxta illud Joā. x. Nō rapiet eas q̄sq̄ de manu mea coronauit: iuxta illud Sap̄. v. Accipient regnū decoris ⁊ diadema speciei de manu dn̄i. Ideo verba premissa de ipso ⁊ socijs eiꝰ recte exponuntur. In quibus verbis describit q̄tū ad quinq̄. Primo q̄tum ad vite perfectionē cum dicit Iustorū aīe. Fuit em̄ iustus: qr vnicuiq̄ ius suū reddidit, scz deo: ꝓximo: ⁊ sibi. Fuit em̄ ordinatus q̄tū ad deū ꝑ intimā contemplationē. Ascendit em̄ ad deū ꝑ tres gradus cōtemplatiōis quos ipse distinguit in lib. de. di. no. scz ꝑ sensibiliū manuductionē: per intellectualē operationē: et ꝑ immediatā ⁊ felicē vnionē. Ip̄e q̄dē ante suā cōuersionē fuit magnus philosophꝰ postmodū factus est verus xp̄ianus postmodum a btō paulo ⁊ gerotheo in diuinis factus est valde ꝑfectus. Inquantuz igit fuit philosophus ascēdebat in deuz ꝑ creaturarū manuductionēt Rom̄. j. Inuisibilia em̄ dei a creatura mūdi ꝑ ea que facta sunt intellecta cōspiciunt: inq̄tū factus est xp̄ianus ascēdebat ꝑ intellectualē opationē. p̄s. Da mihi intellectū vt discā mādata tua. Inquātū fuit in diuinis valde ꝑfectꝰ ascēdebat ꝑ imediatā vnionē. ij. Cor. ij. Nos aūt reuelata facie gloriā dei speculātes. De isto triplici gradu dr̄ Prou̅. iiij. Iustoꝝ semita quasi lux splēdēs ꝓcedit ⁊ crescit vsq̄ ad ꝑfectuz diē. Primo nāq̄ iustꝰ de deo icipit habere aliquē splēdorē qn̄ i creaturis respicit deinde ꝓcedit ad maiorē cognitionē qn̄ in animo ip̄m q̄rit ⁊ tādē crescit vsq̄ ad ꝑfectū diē qn̄ se sibi totalr ꝑ amorē vnit. Scdo fuit ordinatꝰ q̄tū ad ꝓximū ꝑ cōpassionez. Displicebat em̄ sibi qn̄ aliq̄s erat nimis austerꝰ. Erāt tūc duo sancti viri q̄ nimis erāt austeri scz carpꝰ et demophilus. Unde volēs ip̄m demophilū ad ꝯpassionē inclinare epistolā sibi scripsit in qua de ipso carpo exemplū mirabile recitauit. Cū em̄ quidā fideles quēdam xp̄ianū ꝑuertissent tantā carpꝰ turbationē habuit ꝙ infirmitatē icurrit quot die rogans deū vt ipsos puniret. Ecce i domo sua q̄dā fornax apparuit ⁊ iuxta illā illi duo valde tremuli stātes q̄ retro a q̄busdā impingebant ⁊ an̄ a serpētibꝰ de

fornace surgētib⁹ trahebāt. Respiciēsq; carp⁹ vidit celū apertū ⁊ iesum cū multitudine angelorū: sed a deo delectabat in punitione istorū q̄ vix respicere volebat ad celū. Tandē iesus ad ip̄m descēdēs homines eripuit ⁊ carpo dixit. Percute me parat⁹ sum em̄ adhuc ꝓ oib⁹ saluādis pati: ⁊ hoc mihi amicū q̄ non peccēt hoies. Ecce tria ꝟba mirabilis pietatis. Unū qñ dixit ꝑcute me vt illoꝝ vindictam in semetip̄m retorqueret. Aliud qñ dixit q̄si possibile eēt adhuc ꝓ hoibus saluandis pati parat⁹ esset. Tertiuz qñ dixit q̄ valde sibi amicū est vt hoies abstineāt a peccatꝭ. Tertio fuit ordinat⁹ q̄tū ad se ꝑ magne sanctitatis ꝑfectionē ꝓpter quā honorat⁹ fuit a xp̄o: ab angelo ⁊ a mundo. Christus nāq; ad ip̄m in carcere descendit: ⁊ missam celebrāti panez obtulit dicens. Accipe hoc chare meus qr mecū erit merces tua magna. Angeli honorauerūt: ⁊ q̄tū ad corp⁹ qñ corpus dionysij caput inter sua brachia angelꝭ cū laudib⁹ p̄cedentib⁹ fere ꝑ duo miliaria deportauit. Et q̄tū ad animā: qr multis laudib⁹ animā eius ⁊ socioruz angeli deportauerunt ad celum. Totus ēt mundus ip̄m honorat. Uñ dixit sibi christus. Memoria tua erit in laude. Eccli. xliiij. Sapiētiā sanctoꝝ narrāt populi ⁊c. Secūdo describit q̄tū ad suā cōuersionez: cū dr: in manu dei sunt. Prius quidē erāt in manu sinistra sed postmodū in manu dextera dei venit qñ de statu infidelitatꝭ xp̄s ipsum conuertit. Cuius conuersionē tria causarunt. Primū est obscuratio. Uidēs em̄ Dionysi⁹ eclypsim factā in passione domini nō esse naturalē: tū quia luna erat imperfecta distātia a sole: tū quia eclypsis lumen nō aufert ab omnib⁹ partibus terre tū qr ꝑ tres horas durare nō pōt Dixit. Ordo nature peruertitur aut elementa mentiunt aut de⁹ nature patit ⁊ elemēta sibi cōpatiunt. Scdm est pauli predicatio. Act. xvij. Quidā viri adherētes paulo crediderūt: in q̄b⁹ dionysi⁹ ariopagita ⁊c. Tertiū est cuiusdā ceci illuminatio sicut in legēda habet. Tertio describit seu cōmendat q̄tū ad peccati vitationē: cū dr: ⁊ non tanget illos tormētum malitie. Malitia post suā ꝯuersionē ipsum nō tetigit: sed semper se in puritate seruauit: qd triplici exemplo ostendit. Primo qr se a minimis in puritatib⁹ emūdauit. Unde dicit in eccl. hier. Et enim accedentes ad diuinū sacrificiū mundari conuenit etiam ab vltimis animi fantasijs. Secūdo quia se ad puritatē sepe inducebat. Uñ dicitur in lib. de di. no. Sāctitas vt scdm nos dicatur esse ab omni immūdita libera et ꝑfecta ⁊ omnino immaculata mūditia. Sicut enim dr. Mat. vj. Ex abundantia cordis os loquit. Tertio quia tēporalia contēnebat vbi supra dicit. Si illi quos dicis sctōs diligunt ea que sunt super terram inherentes materie corruptibili ab omni diuino amore ceciderunt et nō noui quomodo sancti vocentur. Quarto describit q̄tum ad suam passionem: cum dicit Uisi sunt oculis insipientiū mori. Uñ dr visi sunt insipientibus: quia in veritate coram ipsis insipiētibus non sunt mortui: sed viui. Quod patet: quia sancto regulo ep̄o arelatēsi; missam celebranti tanq̄ tres colūbe apparuerunt habentes in suis pectoribus literis sanguineis nomina ipsorū scripta. Ideo autem apparuerunt in specie colūbe sanguine tincte ad innuendum q̄ iuerunt ad celum per gemitum penitentie: per simplicitatem innocentie et per sanguinem passiōis proprie. Quinto describitur q̄tum ad suam glorificationē: cum dicitur Illi autez sunt in pace de qua pace dicitur Esai. xxxij. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis in tabernaculis fiducie in requie opulenta. Eorum namque pax est pulchra secura ⁊ opulenta. Tunc enim est pulchra quando fit hostibus superatis. Esaie. nono. Iugum enim oneris eius: et virgam humeri ei⁹ ⁊ septrum exactoris eius superasti. Tūc est pax secura quando fit hostibus exterminatis. Esai. vigesimoquinto. Precipita mortem in sempiternum. Leuit. vigesimoquinto. Dabo pacem in finibus vestris tunc est opulenta quando fit hostibus expoliatis. Tunc enim expoliabuntur egyptij ditabuntur hebrei. Exo. xij. Expoliauerūt egyptios.

¶ Sermo. cclxix.

De sancto Luca. Sermo. j.

Salutat vos lucas medicus charissimus. Colo.iiij. Ad honorem salutatis prosequimur istud verbū salutatiōs vbi beatus lucas a quatuor commendatur. primo ap̄re salutē, secundo salutatiōem dicit. Salutat vos. i. salutē eternā exoptat. Quā si quidē salutē dupl'r secuti sunt. primo verbo euāgelice cōscriptionis. Unde potest sibi cōuenire qō legit Eccl. xxxviij. Sapiētiā scribe in tpe vacuitatis. In humano siquidē genere triplex erat vacuitas. De qua dicit Gen. j. Terra autem erat inanis et vacua etc. Vacua quidē erat affectiua dei dilectione. Uñ dicitur inanis: operatiua: meritoria actione. Ideo dicit et vacua: et intellectiua dei cognitiōe. Iō dicit Et tenebre erant super faciē abyssi. Contra istā triplicem vacuitatem lucas triplicē scripsit sapiētiā scz euāgelicā: vt illuminaret intellectiuā ad dei cognitionez. Esa. xl. Repleta est terra sciētia dñi. etc. Apostolicā, id est actus apostolo. vt animaret operatiuā ad meritoriā actionē. In ipsis nāq; actib' ostēdit q̄r apli fuerūt fortes ad operandū et ad quodlibet aduersum sustinendū. Jac. v. Exemplū accipite fratres lōganimitatis: laboris et patientie etc. Epistolare, id est epistolā: ad Hebreos. Nā sicut ōr in plogo sup epistolā ad Heb. Illā scriptā lingua hebraica ap̄s musit cui' sensuz et ordinē retinens Lucas post mortē apostoli eaz greco sermone ꝓposuit. In illa antē epistola intendit apostolus iudeos a legalibus observātijs auertere: et ad legē charitatis et amorē christi ipsos inflammare. Secūdo nostrā salutē procurauit exemplo salutifere informationis. Tria nanq; habuit p̄ que nobis fuit in exēplū scz innocentiā veram. Hiero. Seruiens deo fuit sine crimine. Penitentiā duā. Unde dicit Crucis mortificationē in suo pectore, p tui nois amore portauit: et finalem perseuerantiā. Hiero. lxxxiij. annoruz obijt inbithinia plenus spiritu sancto. Ecce q̄ sancte incepit quia ob innocētiā: q̄ laboriose ꝓsecutus fuit quia cū penitētia dura quā fecit cōsummauit: quia cū spiritu sancti abundantia. Habemus ergo in eo exemplū innocentie ꝑtuz ad vitā inchoandā penitentie ꝑtum ad vitam prosequendam: et perseuerātie ꝑtū ad vitā consummandam. Secundo commendatur a multiplici illuminatione, cū dicit Lucas qui a luce dr. Est enim quadruplex lux que ipsum illuminauit. Prima est lux spiritualis q̄ est diuina sapientia q̄ ipm illuminauit ab interiori. Sap. vij. Proposui pro luce habere illā Eccl. xv. Implenit eū dominus spū sapiētie et intellectus Ambr. Lucas omnes sapiētie virtutes sua hystoria comprehēdit. Docuit quippe naturalia dū vnigenituz dei filium ostendit: et in eius aduentu celorū virtutes moueri predixit. In cui' passione tenebre facte sūt. Docuit etiam morialia vt inimicū diligere verberantem non rependere mutuuz gratis dare. Docuit rationalia dū qui fidelis est in minimo et in maiori esse ostendit. ¶ Secūda lux est carnalis que est cōuersatio lucida q̄ ipm illuminauit ab exteriori. Matt. v. Luceat lux vestra coꝝ hominib' etc. ij. Cor. viij. Misimus fratrem nostrum. i. incā secundū glo. cuius laus est in euangelio p omnes ecclesias. Misimus inquit fratrē nostrum. i. speciali nobis familiaritate cōiūctū: cui' laus nō est in mūdo: sed in euangelio p ecclesias: nō p synagogas Ostēditur igit q̄ lucas fuit celebris fame: tū qz familiaritate apostolica decorat', tū quia apud oēs fideles accept'. ¶ Tertia est lux intellectualis: q̄ est virginalis mundicia: que ipsum illuminauit ab interiori. Sap. viij. O q̄ pulchra est casta generatio cū claritate: que ꝓ tāto dicitur intellectualis: quia hoc est angelicū non humanū. Lucas aūt teste hieronymo virginitatē perpetuā custodiuit. Cui' virginitas quatuor conditiones laudabiles habuit. Fuit nanq; integra in carne: et in mente. Hiero. Sine crimine in virginitate p̄manēs dño maluit deseruire. Fuit laboriosissime acquisita: vnde dicit in oratione Sancte crucis mortificationem etc. Fuit lōganimiter cōseruata. Hier. Neq; vroꝝ vnq̄ habēs neq; filios. lxxxiij. annoꝝ obijt in bithinia. Fuit oleo spiritus sancti enutrita hiero, obijt plen' spiritus

sancto. Istud oleuz fatue virgines nō habuerunt iō defecerūt. ¶ Quarta est lux celestis que est spūssancti inflentia, q̄ ipsuz illuminauit a superiori de qua dicit. Act. ix. Circunfulsit eū lux de celo. Istam lucē habuit beatus lucas qui teste hier. sctō instigante spiritu euagelium suuz scripsit. De ista luce dicitur in ps. Signatū est super nos lumen vultus tui domine. Spiritus enim sanctus ꝛ animā illuminat idcirco dr lumē ꝛ aiam sigillat ideo dr signatū est ꝛ aiam deo assimilat, ideo dicit vultus tui dñe ꝛ aiam letificat, iō dr dedisti letitiā in corde meo Sic ꝛ beatū lucā illuminauit per celestē sapiētiā. Sigillauit ꝑ integritatē ꝑfectā Assimilauit per charitatē accēsam ꝛ letificauuit per iocūditatē internā. Tertio cōmēdat a spūali curatione cū dr medicꝰ. Qr em̄ erāt q̄tuor infirmitates: ideo in suo euāgelio posuit quatuor medicias dicēs. Luc. vj. Beati pauperes qm̄ vr̄z est regnū celoꝝ. Est em̄ primꝰ modꝰ curādi ꝑ munitionē, ꝛ isto mō curat infirmitas auaritie. Istuz modū tangit: cū dicit. Beati pauperes. ꝛc. In minutione aūt sanguis putridus ex toto est abijciēdꝰ supfluꝰ diminuēdꝰ necessariꝰ retinēdꝰ Sāguis putridꝰ sunt diuitie iniuste acquisite q̄ sunt ex toto abijciēde Luc. xix. Si q̄d aliquē defraudaui reddo q̄druplū. Sāguis supfluꝰ sunt diuitie ex supfluitate possesse. Iste sunt diuitie diminuēde: ꝛ paupibꝰ erogāde. Ibidē: ecce dimidium bonorum meorum do pauperibus. Sāguis necessarius sunt diuitie ad necessitatē retēte. j. Tim. vj. hn̄tes alimēta ꝛ quibus tegamur his contēti sumus. scdꝰ modꝰ curādi est ꝑ diete obseruationē ꝑ quā sanat infirmitas gule qd notat cū dr. Beati qui nūc esuritis. ꝛc. Eccl. xxxvij. Qui abstinēs est adijciet vitā. Luc. xxj. attendite ne grauent corda vestra in crapula ꝛ ebrietate. Tertiꝰ modꝰ curādi est per sudorē quo sanat infirmitas inepte leticie quod notat cū dicitur. Beati qui nūc fletis. Sudat em̄ oculus ꝑ lachrymationē: cor ꝑ dolorē. Eccl. xxij. Pungēs oculū deduxit lachrymas ꝛ q̄ pungit cor ꝓfert sensum, id est sensibilem dolorē. Quartus modus est ꝑ amare potionis sumptionem per quā sanat infirmitas luxurie ꝛ istum modū tangit cū dicitur. Eccli. xj. Malicia vnius hore obliuionē fecit luxurie magne. Istas quatuor medicinas medicꝰ christꝰ assumpsit in se. Quibusdā enim in manibus ꝛ pedibus minutionem fecit. xl. diebus ꝛ noctibus dietam seruauit, ꝛ sudorem sanguineum sudauit fel ꝛ acetum ad bibendum sumpsit. quarto commendatur a laudabiti cōuersatione cum dicit charissimus. Ipse em̄ fuit charus regi: tum quia fuit eiꝰ discipulꝰ scdm quosdā vnus de. lxxij. tū qr fuit eiꝰ notariꝰ euangeliū scribendo. Fuit charior sponse regis tum qr eiꝰ secretarius. Secreta em̄ paranymphalia que angelus ꝛ sola virgo sciebant solus lucas disseruit tum qr eiꝰ pictor egregius quia secundum Damas. Imaginez eius depinxit que rome habetur tum qr eius historiographus describens hystoriam eius annunciationis, conceptionis ꝛ natiuitatis. Fuit charissimus principi regis, id est paulo, tum quia eius adiutor deuotꝰ quia secundum hiero. ipsuz vsq; ad consummationem secutus est, tū quia eius comes indiuiduus. j. Corinth. viij. Ordinatus est ab ecclesijs comes peregrinationis nostre hoc secundum glosam de beato luca accipitur.

¶ Sermo. cclxx. De eodem. Sermo. ij.

Lucas est mecum solus ꝛc. Thi. iiij. lucas interpretatur eleuans vel consurgens in premissis autem verbis de beato luca tria ostenduntur primo ꝙ habuit mentis eleuationem: quo ad deum cū dicitur eleuans. Ipse enim a terra se totaliter eleuauit ꝛ in deuz penna contemplationis volauit. Sex nanq; in se habuit per que ipse se sic a terrenis eleuauit ꝛ sic alte volauit. Primo per corporis attenuationem. Unde dicitur in sermone qui per ecclesias legitur. Martyrium suo corpori assiduis lamentationibus crebrisq; vigilijs mēbra sua macerans ipse indixit. Secundo per plumare id est virtutum varietatem vnde dicitur vbi supra. Lucas inter angelorum ꝛ apostolorum choros atq; cādentium

dentium virginum lilia ⁊ immarcessibiles rosarum martyrum flores choruscat dicit nāq; choruscare iter angelos ⁊ virgines: quia virgo extitit inter martyres, quia afflictionem corporis sibi induxit inter apostolos: quia euangelista ⁊ nuncius dei fuit Tertio per alarum magnitudinem que sunt oratio ⁊ eleemosyna: supponendo autem opinionē beati Grego. ꝙ fuit socius cleophe ipse deuotam orationem fecit quando dixit. Mane nobiscum domine quoniam aduesperascit ⁊ eleemosynam impendit quando ipsuz ad hospitiū inuitauit. Quarto per venti spiritussancti impulsionem, vnde dicitur de ipso ⁊ aliis sanctis animalibus. Ezechiel. j. Ubi erat impetus spiritꝰ illic gradiebantur. Quinto per esce preparationem. auis enim que ad destinādā escam pergit citius volat iuxta illud Job. ix. Sicut aquila volans ad escam, esca ad quā lucas festinabat fuit ardens ad quam ꝑ ardentis desideria currebat. vnde dixerunt ipse ⁊ cleophas. Luce. vlti. Nōne cor nostrum ardēs erat in nobis. Secūdo habuit peccati immunitatem quo ad se quod notatur in illa interpretatione q̄ dicitur consurgens: qr ab omni pctō surrexit, peccatum nanq; propter suā ponderationem surgere non permittit, cuiꝰ ponderositos mōstratur: tū qr ad aliud trahit Greg. Peccatū qd̄ per penitentiā non diluitur mox suo pondere ad aliud trahit tum quia peccatum in infernū demergit Exo. xv. Submersi sunt quasi plūbum in aquis vehementibus: tū qr deuz fatigat ⁊ premit. Esa. j. Laborauī sustinens. Patet eius ponderositas etiam ex eo qr cū deus habeat immensam fortitudinē. Job. ix. Si fortitudo queritur robustissimus est: celū firmissimū solidātem. Job. xxvij. Tu forsitan cū illo fabricatꝰ es celos q̄ solidissimi quasi ere fusi sunt terra, perpetuā stabilitatē: Eccli. j. Terra aūt in eternū stat: ⁊ tñ pctm̄ a deo ponderosum est ꝙ nec deꝰ ipsum portare potuit cū tota sua fortitudine. Hier. xviij. c. vos estis mihi onus ꝓijciam vos: nec celū cū sua soliditate. Luc. x. videbam sathanā quasi fulgur de celo cadētem: nec terra cū tota stabilitate ⁊c. Num. xvj. Dirupta est terra sub pedibꝰ eorum: ⁊ aperiens os deuorauit eos, tertio habuit magnā charitatē q̄tū ad proximū qd̄ notatur cum dicit. Est mecū solus magna charitas: qr ceteris apostolis deserētibus, ipse solus nō nos deseruit sed nobiscū quadruplr remāsit. s. ꝯ desiderabilia sua ꝑ verba sua per exempla sua, ⁊ ꝑ adiutoria sua. Ipse em̄ dū viueret quatuor p̄conia habuit fuit nanq; charissimus ⁊ fuit medicꝰ. Coll. iiij. Salutat vos lucas medicus charissimꝰ, Fuit fama ⁊ opinione preclarꝰ. ij. Cor. viij. misimus fratrē nostrū scilicet lucam s̄m glo. cuius laus est in euangelio ꝑ omnes ecclesias. Fuit ⁊ fidelis socius. Eiusdem. viij. ordinatus ab ecclesijs comes peregrinationis nostre. Quia igit fuit charissimus remansit nobiscū ꝑ desideria sua. desideria siquidē ardentia habuit qui dixit. Nonne cor nostrū ardēs erat in nobis ⁊c. ⁊ si tā ardentia desideria habuit in hac vita misera multo fortiꝰ mō hz in vita beata vbi nostrā salutē desiderat. Unde recte mō sibi conuenit illud quod dixit apostolꝰ. Col. iiij. Salutat vos lucas id est salutē eternā optat ⁊c. Deus autē desideria sctōrū cito exaudiuit. p̄s. Desideriū pauperum exaudiuit. Secūdo qr fuit medicꝰ remansit nobiscū per verba sua: per que ⁊ animas languentes curat, ⁊ nostrā tarditatem informat: ⁊ viā celestis patrie demōstrat. de primo dicit Hiere. Ola v̄ba sua aīe languentis sunt medicina. de duobꝰ sequentibus dicitur in sermone q̄ per ecclesiā legit. Beatus lucas velut insignis lucifer ab oriētalibꝰ relucēs nobis lumē fidei ⁊ celestis itineris callem patiēter demonstrat. Tertio qr fuit fama preclarus remāsit nobiscuz per exempla sua. Nos em̄ in hoc seculo vt habet ad Titū. iiij. debemus viuere sobrie quātū ad nos: et pie quantū ad deū. ⁊ iuste scilicet q̄tū ad proximū. Ad ista tria sanctus lucas nos suo exēplo informat. Ipse enim vixit sobrie quantū ad se quia crucis mortificationem in suo corpore portauit ⁊ virginitatē seruauit. Uixit pie q̄tū ad deū: quia circa pietatē cultus diuini ⁊ fidei excellenter claruit. vixit iuste q̄tū ad proximū qr suo superiori dedit reuerentiam sicut

paulo cui semper in omnib⁹ obediuit: ⁊ suo equali dedit concordiam sicut cleophe socio suo cum quo emaus concorditer iuit ⁊ concorditer rediit: ⁊ suo inferiori. i. nobis dedit doctrinam: quia per euãgelium fidem docuit: ⁊ per actus apostolorum mores instruxit. Quarto quia fuit fidelis socius remansit nobiscũ per auxilia sua. Ipse enim ⁊ alij sancti per orationes. ⁊ merita sua nos adiuuant. j. Macha. xv. Hic est qui multũ orat ꝓ populo ⁊ vniuersa ciuitate. Unde legitur ꝙ cum christiani a turcis essent obsessi: apparuit eis quidam vir lucidus ⁊ coruscans dicens se esse lucam euangelistam precipiens christianis vt contra hostes ad bella procederent. Sed cum illi trepidarent ante eos se posuit et victoriam magnam fecit.

¶ Sermo. cclxxj. De eodem sermo. iij.



Secundũ animal: simile vitulo. Apoca. iij. Inter cetera sancta animalia sanctus Lucas per vitulum siue bouem est designatus. Est nanq; bos q̃tum ad quatuor commendabilis. Primo q̃tuz ad sacrificium quia deo in templo in sacrificiũ immolabatur. Sic beatus Lucas dicitur bos ratione sacrificij: quia circa templũ semper immoratus fuit: ⁊ in principio sui euangelij ⁊ in medio ⁊ in fine. In principio agendo de zacha. immolatione precursoris in tẽplo annunciatione ⁊ marie purificatione. In medio agendo de christo duodeni in tẽplo remanente ⁊ in templo predicãte. In fine suũ euangelium per discipulos in templo deũ laudãtes consummante, homo enim iust⁹ dz esse bos ratione sacrificij: qr corpus suum debet macerare ne lasciuiat in principio in medio: ⁊ in fine. i. in iuuẽtute. virili etate, ⁊ in senectute. Secundo bos commẽdabilis est q̃tũ ad suũ incessum: qr non saltando vadit sed mature incedit. Gregori⁹ sup illud Ezechie. j. plãta pedis q̃si plãta pedis vituli. s. mature incedẽtis fortis ⁊ diuisa. Ex quo habetur ꝙ lucas in suo euãgelio incessit mature fortiter ⁊ diuisim. Mature q̃dẽ primo introduxit precursorem regis postea incepit a conceptione regis. Et de conceptione ꝓcessit ad natiuitatẽ: de natiuitate ad ifantiã qñ dixit Luc. ij. Postq̃ cõpleti sunt dies octo vt circũcideret puer, de infantia ad pueritiã. Cũ dixit eiusdem. iij. Remansit puer iesus ⁊c. De pueritia ad iuuentutẽ. Ibidẽ Erat iesus incipiẽs quasi annoꝝ. xxx. Deinde ad suã consummationẽ incessit fortiter, alij euangeliste fortiter inceperũt sed nõ fortiter finierũt. Matthe⁹ em̃ ⁊ Joannes nihil agunt de ascensiõe. Marc⁹ nihil agit de iudiciaria potestate Lucas autẽ tã in euangelio q̃ in actibus ista plenius prosequitur. Incessit etiam diuisim qr narrationẽ precursoris ⁊ regis nõ cõmiscuit: sz diuisiz posuit. Agẽs em̃ de annunciatione precursoris accedit ad annunciationẽ regis, agens de natiuitate precursoris accedit ad natiuitatẽ regis. Agẽs de p̃dicatione precursoris accedit ad p̃dicationẽ regis. Homo etiã iust⁹ debet esse bos ratione incessus qr dz procedere mature: opera sua mature ꝑficiendo. Quia sicut dicit. Prou. xiij. Substantia festinata minuet: que autem paulatim colligit multiplicatur. Fortiter in bonis operib⁹ perseuerãdo. Prouer. xij. Manus fortiuz dominabitur. Diuisim bona a malis ⁊ magna a minorib⁹ separãdo. Hiere. xv. Si separaueris preciosum a vili quasi os meũ eris. Tertio bos cõmendabilis est q̃tũ ad mãsuetudinẽ: quia iugo pressus stimulo agitatus clamoribus lacessitus non murmurat nõ reclamat. Sic lucas ⁊ alij sancti viri p̃ssi iugo penitẽtie: agitati stimulo passionis tyrannice: lacessiti clamoribus iniurie nõ murmurant in ore: sed patientiã seruãt in corde. Juxta illud quod cãtat eccl̃ia. Non murmur resonat non querimonia ⁊c. Quarto bos commendabilis est q̃tũ ad laborẽ ⁊ vtilitatẽ. Est eniz animal val de laboriosum ⁊ vtile Sic ipse beat⁹ lucas fuit laboriosus ⁊ vtilis per quatuor officia que habuit. Primo enim fuit pictor imaginum. Unde dixit Damas. Accepimus lucam euangelistã pinxisse dominum ⁊ matrẽ eius: ⁊ eorum imagines habere in romanorum famosam ciuitatẽ. Eccl̃iast. xxxviij. Assiduitas eius variat

picturā. coruū dabit in similitudinē picture: ⁊ vigilia sua perficit opus. Secundo fuit medicus corporū ⁊ alarum. Hiero. Actus apostolorū nudā videnť sonare hystoriam: sz si nouerim⁹ eorū scriptorem esse lucā esse medicū aduertim⁹ oīa verba illius aīe lāguentis esse medicinā. Eccli. xxxviij. vnguentari⁹ faciet pigmēta suauitatis ⁊c. Tertio beat⁹ lucas fuit compilator librorū. Cōpilauit eñ euāgelium: actus apostolorū ⁊ epistolā ad hebreos prout ab ore sancti pauli audiuit. Eccl. xij. Quesiuit verba vtilia q̄tum ad euāgelium qđ cōposuit ⁊ scripsit sermones rectissimos q̄tum ad act⁹ apostolorū quos compilauit ac veritate plenos: q̄tum ad epistolā ad Hebreos quā trāstulit. Quarto fuit notarius plurimorum scilicet christi cuius genealogiā: conceptionem: natiuitatē infantiā predicationem ⁊ passionem ac resurrectionez, ⁊ ascēsionem fidei stilo conscripsit. Beate marie virginis quia scripsit eius secreta. Fuit notarius apostolorū qr scripsit eorum acta fuit specialis notarius pauli: qr prosecutus est eius gesta. Nec mirum si notarius tot ⁊ tāta scribere sciuit: qui ad hoc quatuor magistros habuit. Primus fuit spūssanctus. Hiero Sancto instigante spiritu in achaye partibus scripsit euangelium. Secundus fuit beata virgo maria que verba angeli ⁊ pastorū cōseruabat ⁊ ei manifestabat. Eccl. a. xv. Obuiauit illi scilicet Luc. quasi mater honorificata. Tertius fuit apostolorū, vnde dicit in prologo suo. Sicut tradiderunt nobis qui a principio viderunt ⁊ ministri fuerunt sermonis. Quart⁹ fuit specialiter apostolus pau. Hieroñ. in libro de viris illustrib⁹. Quidā suspicanť quotienscunq; paulus dicit secundum euangelium meum de luce significare volumine.

¶ Sermo. cclxxij.

¶ In die symonis ⁊ iude. Sermo. j.



SImon frater vester scio q̄ vir consilij est ipsum audite: ⁊ ipse erit vobis pater. Et iudas machabeus fortis viribus a iuuentute sua sit vobis princeps militie ⁊ ipse aget bellum populi ⁊c. j. Mach. ij. De istis beatis apostolis symone ⁊ iuda quatuor cōsideranť que in premissis verbis notātur. Primo equales fuerunt q̄tum ad se, quia fuerunt magne sanctitatis qđ habetur ex interpretatiōe. Iudas eñ interpretať glorificans. Symon obediens. Ipsi enim deum glorificauerūt ꝑ conuersationis honestatem. Mat. v. Luceat lux vestra corā hominib⁹ vt videāt ⁊c. vñ legiť i hystoria q̄ cū iudas ad abagarū regem venisset: vidit rex in vultu eius quēdā mirū ⁊ diuinū splēdorē. Ille eñ splendor significabat eius opera luminosa. Habuerūt etiā perfectā obediētiā. Et qr deo obediebant ideo oēs creature eis obediētes erāt. Habuerūt enim posse super elemēta sicut super aquam aerem ⁊ ignē. Nā mare septuaginta mortuos reddidit quos symō suscitauit. Aer cū esset serenus in eorū morte tēpestate magna conuersus est. Ignis celestis pōtifices idolorū cōbussit, habuerūt posse super demonia: quia de corporibus hominum ea eiecerūt. Super corpora quia ea curabāt. Super animas qr eas a peccatis ⁊ ab errore purgabant. Secundo cōsiderādū est quales fuerūt ad bonos ⁊ fideles. Fuerunt nāq; magne charitatis: ⁊ ideo đr frater vester magne sapiētie: iō subdiť, vir consilij est Magne pietatis: iō đr. Et ipse erit vobis pater. Eorū aūt charitas sapia ⁊ pietas manifestatur q̄tū ad quatuor. Aliquādo enim subueniebāt in corpore ⁊ in anima sanitatem integrā cōferendo sicut patet i abagaro rege cui iudas sanitatē corporis ⁊ aīe impetrauit. Aliqñ in rebus ⁊ personis bella cōpescēdo: sicut ptz in duce babylonie cōtra indos ꝑgēte quos oronib⁹ mediātib⁹ pacificarūt, sicut ptz etiā in ciuitate Edissa: vbi epl'a saluatoris legiť, ⁊ hostes inde fugiūt: aut cōponūtur. Aliqñ subueniebāt infama ⁊ innocētia ip̄am cōseruādo, sicut ptz in quodā dyacono infamato quē ab ifamia defenderūt. Aliqñ in tribulatione magna morbos ⁊ pestilētias auferēdo: sicut ptz q̄ cum due tigrides per terram discurrerēt ⁊ omnes occiderēt apostoli eas mansuetissimas

red diderũt. Tertio cõsiderandũ est qua leos fuerũt ꝯtũ ad psecutores, qõ notat cum dr fortis viribus. Dñt nanq; sancti viri ꝯtũ ad psecutores tria hre. s. firmaz eloquẽtiã, sapiẽtiã, ⁊ pstãtia, ⁊ de his tribus dr. Luce. xxj. Ego ei dabo vob; os: ecce eloquẽtia: a sapiẽtiã cui nõ poterũt resistere: ecce sapiẽtia: omnes aduersarij vestri: ecce cõstantiã. Jsti cm apostoli habuerũt firmã eloquentiã, vnde cum dux eos interrogasset de eorum genere ⁊ condítione ac causa audẽtius respõderunt. Si genus queris: hebrei sumus: si cõditionẽ qris: ferui Christi ihesu. Si vero causam causa salutis vestre huc venim⁹. Secundo habuerũt magnã sapientiã. Magna siquidẽ sapiẽtia fuit q; magnos ⁊ põtifices idolor; seruerũt cõfundere p benivolentiã ⁊ institutiã. Magna benivolentia q; cũ dux pontifices idolorũ vellet incendere, phibuerũt dicẽtes. Nos missi sum⁹ nõ viuẽtes occidere: ꝫ mortuos viuificare. Jtẽ cũ angel⁹ dixit eis vnũ ex duob⁹ eligite: aut hoz repentinũ interitum aut vestrum martyriũ Rñderunt ei. Oramus dei miam vt istos cõuertat: ⁊ nos ad martyriũ palmã ꝓducat Habuerũt ẽt magnã institutiã: q; cum magi serpentes venire fecissent ipsos in eos cõuerterunt qui eorũ carnes lacerabãt. Tertio habuerũt magnã pstãtiã. Postq; cm volnerunt mortem sustinere ꝯ fidẽ ꝛserere ꝓtãces illõ Mat thei. x. Nolite timere eos q occidũt corpus: animã autem occidere non possunt. Quarto considerãdũ est quales fuerunt cõtra demones: q; fuerũt magne potestatis, qõ notatur cuz dr. Et ipse aget bellũ populi. Demões cm tũc quatuor modis homines impugnabãt. Primo p fraudulentiam: dãdo falsa respõsa. Sed apostoli horũ fraudulentiã ⁊ deceptionem detegebant modo ꝫz ne per simulachra loq̃rentur, phibẽdo. modo vt respõsa dent permittẽdo. Ezech. xiij. Uidẽt vana: ⁊ diuinant mẽdacia dicẽtes ait dñs cum dãs nõ miserit eos. Scõo per violẽtiã ad diuersa supplicia trahẽdo: ꝫ apli eor; violentiã refrenabãt. Uñ dux tantã cor; potentiã videns ait. Dijs nr̃is potentiores vos video. Tertio p prestigia per q̃ homines ludificabãt: hominũ corda ⁊ sens⁹ sed apostoli ipsor; demonũ prestigia destruebãt. Unde cũ magi quibusdã aduocatis abstulissẽt loquelã, gressũ, ⁊ visũ: apostoli signũ crucis in ipsor; frõtib⁹ fecerũt ⁊ magis talia vlterius facere non presumpserũt. Quarto p simulachra fingẽtes in eis esse diuina numina: sed apostoli illa simulacra frãgi faciebãt. Uñ ad eor; ꝓceptum duo ethiopes nigri: ⁊ nudi de simulacr; exeũtes ea penit⁹ ꝛfregerũt.

¶ Sermo. cclxxiij. De eod. ¹ Serm. ij.

Manete in me et ego in vobis. Johãnis. xv. Jsti sancti apostoli. Simon ⁊ iudas in christo mãserunt per veram fidem et dilectionem sinceram. Et christus in eis mansit suam conferendo gratiam: ⁊ modo in eis manet suam eis exhibendo presentiam. Notanduz autẽ est q; christus est vitis ⁊ nos palmites. est radix ⁊ nos rami. Est sol ⁊ nos radij. Est fundamentum: ⁊ nos sumus eius edificium. Est etiaz ipse christus caput: ⁊ nos sumus eius membra, est ergo sensus presentis thematis. Manete in me sicut palmites manẽt in vite: ⁊ sicut rami i radice ⁊, sicut radij in sole et sicut edificia in fundamento ⁊ sicut membra in capite suo. Jstis quinq; modis apostoli in xpo manserunt. ¶ Primo manserunt in xpo sicut palmites in vite accipiẽtes ab ipso fertilitatẽ. Unde dicit Qui manet in me ⁊ ego in eo: hic fer fructum multum. Palmites antẽ manentes in vite primo producunt gemmas. deinde flores. deinde folia et deinde vuas. Sic sancti in xpo manẽtes ꝓducũt gẽmas. i. cogitatiões bonas. Deinde flores. i. odoriferas volũtates. Deinde folia. i. salutifera ꝟba. Deindevuas i. operatiões bonas. Jsta aũt nõ habẽt a se ꝫz a vite. Nec bonas cogitationes. ij. Cor. iij. Nõ q̃ sufficiẽtes sumus cogitare ꝛc. nec bonas voluntates nec bonas opatiões. De his dicit Philip. ij. Deus est qui operat in nobis ⁊ velle et perficere p bona voluntate: per bonos sermones. Sap̃. vij. Nos i manu illius et sermones nostri. Secũdo mãserũt i christo sicut rami in radice accipiẽtes ab ipso boni ope

ris viriditatē Grego. Nihil viriditatis habet ramus boni operis nisi mā̄serit in radice charitatis. Tales eniz qui habēt charitatē semper sunt virides quia si patiant̄ aduersa ibi sunt virides per patiētiam si succedūt ꝓspera ibi virescunt per temperantiā Nam secūduz Aug. Homo aliquādo est bon⁹ ĩter bona ⁊ aliquādo est bonus inter mala aliquādo malus inter mala. aliquādo mal⁹ inter bona. Habens enim charitatē inter bona est bon⁹ qꝛ bonis scit vti ad tēperantiaz, et est bonus inter mala: quia malis scit vti ad patientiā. sed non habēs charitatē est malus inter mala: qꝛ aduersa faciunt eū peiorē, ⁊ est malus inter bona: qꝛ ꝓspera eū faciūt elatiorē. Tertio mā̄serūt in xp̄o sicut radij ĩ sole accipiētes ab ip̄o sapiētie claritatē ꝑ quam totā ecclesiā illuminauerūt. Uñ de eis cātat̄: quoꝝ doctrine fulget eccl̄ia vt sol ⁊ luna. Dicit autē beat⁹ Aug. qđ luna tripl̄r obscurat̄: aut qñ eclipsat̄, aut quādo nubib⁹ tegit̄, aut quādo renouat̄. Ecclesia q̄dē triplicē statum hz scz primitiuū, modernū, ⁊ vltimū. In primo statu scz tēpore martyꝝ luna fuit eclipsata: luna autē quādo est eclipsata, tota sanguinolēta esse videt̄. Sic etiā ecclesia primitiua catholica videt̄ sanguinolēta. i. sanguine martyrū rubricata. In statu aūt moderno obscurat̄ ꝑ nubes. i. per carnales cupiditates q̄ dicunt̄ nubes, et qꝛ mentē obnubilāt: ⁊ qꝛ etiā cito pertrāscūt. p̄s. Qui operit celū nubib⁹ ⁊c. Tempore aūt antichristi obscurabit̄ ꝑ renouationē. Tūc em̄ obscurabit̄: qꝛ multis ꝑsecutiōib⁹ deprimet̄. p̄s. Ut obscurēt ĩ obscura luna ⁊ rectos corde. i. in obscura ecclesia ꝑm literā Aug. sz tñ postmodū renouabit̄: qꝛ de fide trāsibit ĩ spē. đ speculo enimagtz ĩ faciē claritatz. Quarto mā̄serūt ĩ xp̄o sicut edificiū ĩ fundamēto accipiētes ab ipso stabilitatem: ita ꝙ nō timuerūt ventū. i. tentationem immissam a diabolo q̄ est ĩ aere caliginoso. nec pluiā id est ꝓbationē immissam de celo: nec flumina. i. persecutionē immissam ab homine terreno. Mat. vij. Descēdit pluuia ⁊c. Quinto manserunt in christo sicut membra in capite suo: accipientes ab ipso sensum ⁊ motum id est influentiam gratiarū et virtutum. Membra autem influentiam a capite non suscipiunt: aut quando sunt precisa, aut quādo sunt putrida, aut quādo sunt paralisi resoluta. Precisi autem a deo ⁊ hominibus sunt superbi. Eccl̄. x. Odibilis coram deo ⁊ hominibus est superbia. Putridi ꝟo sunt inuidi. Prouer. xij. Putredo ossium est inuidia. Paralitici autem sunt auari: quia habent cor constrictuz ex frigiditate charitatis, ⁊ humidum ex abundantia iniquitatis. Matth. xxiiij. Abundabit iniquitas ⁊ refrigescet charitas multorum.

¶ Sermo.cclxxiiij. Eodē. Serm̄. iij.

Manete in dilectione mea ⁊c. Johannis. xv. Dominus apostolos sepe ad dilectionem admonet: inter ceteros autem isti duo scilicet Simon ⁊ Judas in dilectiōe sua vsq̄ ad mortem manserunt: quia pro christi amore mortē sustinuerūt. Sic etiā ⁊ nos debemus in dilectiōe christi remanere ⁊ ipsum diligere multiplici ratione. Primo propter tanti amici fidelitatem. Sunt enim quidam infideles amici qui non diligunt vere in vita: alij qui non diligunt in morte: alij qui statim obliuiscūtur post mortem. Christus autem in vita veraciter diligit. Prouerbiorū. viij. Ego diligentes me diligo. Et in morte diligit fortiter: quia ab hoste defendit. Eccl̄. vj. Amic⁹ fidelis ꝓtectio fortis. Et post mortem diligit vtiliter: quia ad regnū celorum perducit. p̄s. Tenuisti manum dexteram meam: scilicet in vita me conseruādo: ⁊ in volūtate tua deduxisti me in morte me custodiendo, ⁊ cum gloria suscepisti me ad regnum tuum perducendo. Secundo christus est diligendus propter amicitie vtilitatem. Johannis. xiiij. Pater meus diliget eum ⁊ ad euz veniemus ⁊c. Uenit autem pater ad memoriam cōfirmando: venit filius intelligentiam illuminando: venit spiritussanctus voluntatem inflammando. De eius vtilitate dicit Augustinus. Attendite quanta est charitas: que si desit frustra habentur: cetera si assit habētur omnia. Idez. Ubi charitas ad est: quid est qđ deesse possit. Ubi

in corporalibus, nā secundum Bernardū. Caro nostra impugnat a suo materiali principio, id est a luto: ab ipso mūdo: ⁊ a diabolo. Et dt q̄ a luto hz cogitationes voluptuosas: a mūdo curiosas: ⁊ a diabolo maliciosas. Quarta vanitas est in mētib⁹ in q̄b⁹ est triplex vanitas s̄m Gregoriū. Una est: quia cum labore ꝓficit, sine labore deficit. Alia est: qr modo ardēter appetit, mō fastidit. Tertia est: affectionū varietas que ipsam sepe ipellit. Tertio debebus memorari nostra nouissima, scz mortem periculosam ⁊ viam formidolosam. Mors nanq̄ valde est periculosa qr tunc animal quadruplex bellū gerit. Unū cū morbo separāte. Anima nāq̄ naturalr vult esse in corpore: ⁊ morbus eā nititur separare. j. Regū. xv. Sic cine separat amara mors. Secundū hz cū diabolo infestāte. Gen. iij. Tu insidiaberis calcaneo ei⁹. Tertiū hz cum peccato se ingerente. Sepe em̄ fit diabolo ꝓcurāte. vt ipsi anime oīa sua peccata ad memoriā reducantur: vt ex hoc in desperationē labat. Ideo nō debet tunc ad memoriā reducere sua peccata: sed potius sua merita: sicut ille fecit q̄ dixit. iij. regū. xx. Memento quomodo ambulauerim coram te. Quartū hz cū deo rationē exigente. ij. ad cor. v. Oēs nos manifestari opz ante tribunal. xp̄i. Scdo debem⁹ memorari viā formidolosaz. ps. In via qua ambulabā ab. la. mihi. Jō talib⁹ debet dari vitiaticū. i. corpus dñicū, via em̄ illa est longa ideo sibi datur ad reficiēdū iij. Regū. xxx. Surge comede: grādis ei tibi restat via. Et periculosa. iō sibi datur tanq̄ pugil ad defendendū Job. xvij. Pone me iuxta te: ⁊ cuiusuis manus pugnet contra me. Et tenebrosa ideo dat sibi tāq̄ lucerna ad illuminādum. Jo. viij. Ego sum lux mundi ⁊c. est dubia ⁊ ignota. Jō sibi dat tanq̄ ductor ad precedēdū. Exodi. xv. Dux fuisti in misericordia populo quē redemisti. Scdo ponit memorie mortis vtilitas magna cū dicitur. Et in eternuz non peccabis: nec peccato superbie: nec peccato luxurie: nec peccato auaricie. Superbus em̄ si aliquas gratias hz inde extollitur, si aliqua sibi ꝓspera succedūt inde eleuat. Si vero aliquib⁹ aduersis deprimitur inde dedignat. Sz memoria mortis cōpescit ne homo extollat in gratijs Eccli. x. Qui superbis terra ⁊ cinis. Sicut em̄ pauo in extensione caude gloriat: sed cōsiderādo pedes ad humilitatē reducit. Sic homo si ex consideratione gratiarum extollitur cōsiderando pedes idest finē ad humilitatē reuocatur. Grego. in moral. Despecti iacēt in putredine: qr prius intumescebant in vanitate. Compescit etiam ne eleuetur in ꝓsperis. Sicut enim aues cauda se regūt volando per aerē: sic memoriam mortis regit holem ne eleuetur in prosperis ꝑ suꝑbiā. Et sicut vinū purū cito inebriat. mixtum vero sobrietatē facit. Sic leticia mundana cito resoluit aim, mixta vero cū mortis memoria animū tēperatū facit. Prouer. xiiij. Risus dolore miscebit, si extrema gaudij luctus occupat. cōpescit etiā hominē ne indignetur: vel frangat in aduersis. Sicut em̄ pisces in aqua natādo cū cauda se dirigunt: sic ⁊ holes in aq̄s tribulationū ne per impatiētiā demergant. Per memoriā mortis se regūt. Scdo expellit peccatū luxurie. Sicut em̄ animal cū cauda expellit muscas. Sic ⁊ homo cū mortis memoria debet a se expellere cogitationes immundas. Greg. q̄d enim fit carnis substātia testant sepulture nihilq̄ sic ad domandū carnis desideria vcz q̄ vt quisq̄ hoc qd̄ diligit quale si mortuum pēset. Magna siquidē stultitia est corpus suū delitijs impinguare carnalib⁹. quod postmodū cibus futur⁹ est vermibus associatum serpētib⁹ ⁊ subiectum bestijs ambulātib⁹: istā aūt triplicem hereditatem corpus habiturum est scilicet vermes ad corrodendum, serpētes ad associandū: bestias ad conculcādū Eccli. x. Cum eniz morietur homo hereditabit serpentes: bestias ⁊ ⁊ vermes. Tertio memoria mortis expellit peccatū auaritie Nullus enim sapiens dz diuitias appetere cū postmodū de corpore exiturus sit nud⁹ Job. j. Nud⁹ egressus sum de vtero matris mee: ⁊ nud⁹ reuertar illuc. Exitur⁹ sit sacco vel cilicio tegēdus. Job. xvj. Saccū consui super cutem meā Exitur⁹ sit oībus diuitijs ꝑpoliād⁹. ps. Ne timueris cū diues factus fuerit

homo. Exiturꝰ sit cito in vermen ⁊ putredinē resoluēdus. Job.xvij. Putredini dixi: pater meꝰ es: mater mea ⁊ soror mea vermibus. Exiturus sit cito in cinerē ⁊ in putredinē redigendus. Eccli.x. Quid superbis terra ⁊ cinis cuius conceptus est culpa, nasci miseria: viuere pena: ⁊ mori angustia.

¶ Sermo.cclxxxij. Eodem die ser.ij.

Ueparate erant intrauerūt cuz eo ad nuptias Mat. xxv. anime fideliū vt ad celestes nuptias intrare possint: qñ de hoc mūdo decedūt debent se preparare ⁊ ni vita: ⁊ ni morte, in vita faciendo bona opera in terris ex q̄bus domū sibi valeant edificare in celis. Edificantium autē quidā sunt valde boni quidā sunt valde mali quidā vero mediocriter boni et mediocriter mali Ualde boni sunt viri ꝑfecti qui domū in celis edificant de auro. argento: ⁊ lapidibus ꝑciosis .j. Corin. iij. Si quis super edificat super fundamentum hoc aurū ⁊ argentuz: ⁊ lapides preciosos ⁊c. Per aurū intelligitur dilectio dei que est incorruptibilis sicut aurū, fides aūt corrumpit ex eo ꝙ sibi succedit meliꝰ. s. aperta visio. Spes euacuatur qꝛ sibi succedit melius scz eterna possessio. Charitas aūt non euacuat: qꝛ charitati nihil quod melius est succedere potest q̄ ipsa charitas que deus est. Per argentum intelligitur dilectio proximi. Sicut em̄ post aurum preciosius metallum est argētum: sic post mandatum de dilectione dei mandatum de dilectione ꝓximi melius esse censetur. Matt.xxij. Diliges dominū deum tuum ⁊c. Hoc est maximum ⁊ primū mandatū: scdm aūt simile est huic, diliges proximū tuum sicut te ipsum. Per lapides preciosos intelligūtur bona opera que debēt esse lucida ꝑ intentionez rectam, ⁊ solida per perseuerantiam: ⁊ virtuosa. per charitatē veram alias enim nullius virtutis essent nisi in charitate fierent. Illi ergo edificant domū de auro ⁊ argēto ⁊ lapidibꝰ ꝑciosis. qui habēt charitatē dei successam proximi dilectionē sincerā ⁊ operationē sollicitam. Tales em̄ destructa domo corporis: mox ingrediunt domum celestis claritatis. ij. Cor. v. Scimus quoniā si terrestris domus nostra huiꝰ habitationis dissoluat ⁊c. Ualde mali sunt miseri peccatores qui edificāt sibi domū infernalem de spinis auaricie, de luto luxurie: ⁊ de lapidibꝰ suꝑbie per spinas diuitie intelliguntur vt habetur Matt.vij. Auari ergo edificāt sibi domum spinosam, ⁊ iō in ea comburētur. Esa.xxxiij. Spine congregate igni comburētur Luxuriosi edificant sibi domū lutosam Eccle.ix. Omnis mulier fornicaria quasi lutū in via cōculcabitur. Quia igit sibi edificauerunt domū luteam ideo in ipsa do. lutea a demonibus conculcabunt. Esa.x. Wittam eū. s. assur. i. diabolum contra populū furoris mei: ⁊ ponat illū in conculcationez sicut lutum platee. Superbi aūt edificāt sibi domū lapidosam. Superbia enīz ad istar lapidis facit cor durū. Job.xlj. Cor eius indurabit quasi lapis: ⁊ quia edificant domum lapidosam, ideo cū ipsis lapidibus a demonibꝰ debēt lapidari. Eccle.xxij. In lapide luteo lapidatus est piger. Nemo em̄ pigrior q̄ superbus. Dedignat enim pauperem recipere erubescit ad Ecclesiā ire: verecundatur ieiunia obseruare. Mediocriter aūt boni ⁊ mali sunt viri imperfecti qui licet super fundamentū fidei edificent aurum argentū et lapides preciosos edificauerunt nihilominus lignū: fenū, ⁊ stipulā. i. peccata venialia quorum quidā sunt in vsu: ⁊ cōsuetudine, ⁊ ista sunt lignū, quedā vero i quadā assuetudine: ⁊ ista sunt fenū, quedam aūt ex quadā surreptione: ⁊ ista sunt stipula. Uel potest dici ꝙ per ista tria intelligunt amor domesticorū vxoris ⁊ filioruz amor diuitiarū: ⁊ amor bonorū. Qui ergo ad ista intensiori amore inclinātur plus habentes vel minus vel minimū de humiditate carnalitatis vel cupiditatis vel ambitionis, plus vel minus: vel citiꝰ cremabunt. Secundo fidelium anime debēt se preparare i morte. Quatuor nāq; ipse anime de corpore exeuntes timere cōsueuerūt. s. laq̄os demonū multitudi-

nem peccatorum, & penarũ acerbitatẽ, et
uiarum ignoratiã. Cõtra laqueos demo
num se debẽt armare per eleemosinarum
largitionẽ. Eleemosyna cũ tanq̃ lancea
ad feriendu & scutũ ad defendẽdũ ante
cedit Unde de eleemosyna ór Eccl. xxix.
Super scutũ, potẽtia & sup lanceã aduer
sus inimicũ tuum pugnabit. Contra mul
titudinem peccatorum debent se armare
per ueram confessionez Eccl. xxvij. Ante
mortem cõfitere. Eccl. xviij. Ante iudicẽ
interroga te ipsum & in conspectu dei in
uenies propitiationem. Contra timorem
penarum debent se armare per extremã
unctionem. Que quidez unctio ualet ad
tria ut habetur Jacob. v. Scz ad celerio
rez de pena purgatorij saluationẽ. Unde
dicit. Oratio fidei saluabit infirmuz. Ad
ipsius pene aliqualẽ mitigationẽ. Unde
subdit. Et alleuiabit eũ dominꝰ. Ad pec
catorũ dimissionẽ Unde ait. Et si in pec
catis sit dimittentur ei. Contra ignoratiã
uiarum debent se armare p corporis xpi
perceptionem. Filius enim dei scit uiã que
ducit ad infernũ que ad lymbum que ad
purgatoriũ: & que ad celuz. & ideo anime
sanctorũ errare nõ possunt que habẽt ta
lem ductorẽ Joh. xiij. Ego sum uia ueri
tas & uita Ipse enim animã in uia recta
ponit: qz est uia & posita p uiã rectã dedu
cit: quia est ueritas: & deducium in para
disum introducit. deducẽs eã a se qui est
uita: & beatitudo nostra.

Sermo. cclxxxiij.
Eodem die. Ser. lxj.

Emor esto iu
dicij mei: sic enim erit et tuũ
mihi heri. & tibi hodie Eccle. xxxviij. Recte mortuus
uiuo ad memoriam mortẽ
reduxit et eo quod ipsa mortis memoria
est multum utilis & necessaria adeo q ipi
philosophi multum mortis memoriam
recommendauerunt. Unde Hieroni. Pla
tonis sententia est omnium sapientum
meditationem esse mortis. Alius philo
sophus dixit. Summa philosophia est
assidua mortis meditatio Ualet autem
memoria mortis ad quinque. Primo ad
ostendendum quod uita nostra multe lit
bretatis Et istud patet in illo rege po
tentissimo De quo dicit Hieronimus ad
heliodo. Xerxes ille potentissimus rex
qui subuertit montes: mariaq̃ cõtramitz
cum de sublimi loco finitã cerneret mul
titudinem exercitus flenisse dicitur de eo
quod post centum annos nullus eorum
quos tunc cernebat superuicturus esset.
Deus nanq̃ tres terminos humane uite
imposuit primus fuit ante diluuium, scili
cet mille annorum licet enim millenarius
nullus attigit. Secundus fuit post dilu
uium & duravit usq̃ ad dauid. c. centum
& viginti annorũ Gen. vj Erũt. g dies vi
te illius centũ & v. ginti annorũ Tertius
incepit dauid & duravit usq̃ ad amon. c.
lxx. vel. lxxx. annorũ. ps. Dies annoz no
strorũ in ipsis. lxx. anni &c. Nec mirũ si tam
breuis est uita: qz sicut dicit barlaã, uita
nostra est quasi quedã arbor cuius radi
ces duo muros unus albꝰ & alius niger. c.
dies & nox semp corrodunt. Et qz tã bre
uis est uita cõsuetudo erat antiquꝰ ut dix
it Johãnes elemo. q̃ i eadẽ die qua imperator coronabatur fragnẽta. marmoꝝ
diuersoꝝ libi ab artificibus preparabãt
qui dicebãt. De q̃ marmore iubet impe
rator sibi fieri. sepulchruz, Et eadem die
qua iponebat sibi coronã parabat etiaz
sibi sepultura Secũdo utilis est ad osten
dendũ q̃ labores q̃ nõ sunt propter deũ
sunt multe uacuitatis Istud patet in ꝑbo
lio d̃ cuiꝰ finẽ erit sue quatuor uersus fe
cisse ór in quibus ostẽdit se compilando
tres libros grauiter laborasse. i. librũ de
bucolicis i q̃ tradidit artẽ pastoralis cu
re: librũ de georgicis in q̃ tradidit artez
ipsius agriculture: & librũ eneidos i quo
tradidit artez militie & pugne. Et tñ nec
de capris nec de tã bene pastis portauit
lac nec de agris tã bene satis portauit se
geres nec de hostibꝰ superatis & victis por
tauit spolia. Uñ de pastor arator eques
pauit colui supauit capras rura hostes q̃s
q̃ labore graui. De capris pastis de rure
fato hoste subacto. Nec lac nec segetes
nec spolia uita tuli. Hec sũt ꝑbi ꝓpria methe
phorice locutꝰ est. Nullꝰ enim in morte de
suis deliciis portare põt lac alicuius uel
cedimus nec de suis diuitijs segetes alicu
ius refectionis nec de suis triumphis tri

tulum alicuius honoris.ꝑs. Ne timueris cū diues factus fuerit homo. Hoc refert ad carnales ꝓlitas: homo em̄ ꝑ carnali accip t: e cū multiplicata fuerit glia domus eius hoc ꝙtū ad dignitates mūdanas. Quoniā cū interierit nō sumet omnia hoc quo ad temporales diuitias. Et signanter dicit ola: quia de h ḡ aliqua secum portat. Nā de dilcōis secum portat conscientie amaritudinē ꝓuerb. v. Nouissima illius amara q̄si absinthium. De diuitijs portat extremā esuriem sicut patet in diuite illo epulone qui guttaz aque habere nō potuit. De honor b° secū portat falsam modā dilectionē. ſ. Mac. ij. Gloria eius fetor et vermis est. Hodie em̄ extollitur t cras nō inuenitur. Tertio vtilis est ad offendendum ꝙ stat° hominis est multe miserie t penalitatis. Ista enim patet in aristotele q̄ dum in infirmitate vltima laboraret t ab aliquib° discipulis rogaret, vt aliquod verbū sententiosum eis dimitteret ait humiliatus in hunc mūdum intrauj anxius viri, ꝓturbatus egredior. t inscius t ignarus. Ubi ostendit statum suum fuisse miserabilem quātum ad ingressum cum dixit humiliatus in hunc miserum mundum intrauj. Vere hūiliat° quia cuz culpa t fletu pauper ac nudus. Fuit etiam miserabilis ꝗtum ad pgressum. ideo dixit anxius viri. Est autem triplex laboris anxietas. Una laudabilis t meritoria. ꝑs. Laborauj clamās ꝛc. Alia vituperabilis t vdyabolica. Jere. ix. Ut minque ageret laborauerūt Alia indifferēs t penosa. Job v. Hō nascit ad laborē. Labores vero quos ipse pertulit nō fuerūt sibi meritorij: qz hoc non faciebat ꝓpter deū sed ꝓpter fauorē humanū. Fuit etiam status miserabilis: ꝗtum ad egressum ideo dixit. Cōturbat° egrediot Recedebat autem conturbatus: vel quia mundana q̄ dilexerat dimiserat: vel forte quia demones sibi morienti apparauerūt vel quia sibi reuelata fuerat suadānatio. Fuit etiā eius stat° miserabilis post eius egressum Ideo dixit Inscius t ignarus. Acerbitas etenim penarum sibi oblionem induxit t omniū sciētiarum. Unde cuidam amico socio suo apparuisse dicit dicens illi ꝙ tantam scientiam suam perdidit: t nihil aliud nouit nisi solummodo penam suam qua torquebatur. Quarto est vtilis ad ostēdēdum ꝙ omnia mūdana sunt omnino de vanitatib°. Istud manifeste patet in alerādro: cui° ossa in quodam vase aureo fuerunt reposita t recōdita t philosophi de multis mundi ptibus cōuenerunt quorum vnus dixit heri iste faciebat thesaurum de auro. hodie vero aurū thesaurū fecit de ipso. Alius dixit. heri non sufficit ei totus mund°: hodie quinq; pedū sepultura est contentus. Alius dixit heri istū sequebātur omnes viuētes: hodie vix curia iste sequitur omnes morientes. Alius dicebat. Iste cras omnes ḡs volebat a morte poterat l berare sz hodie mortis iaculū nō potuit euitare. Alius dixit heri iste premebat terrā hodie cautes a terra premit ipse. Alius dicebat. Heri iste multos habebat amicos t inimicos hodie autem omnes sibi sunt equales. Quinto memoria mortis est vtilis ad offendendum quod maxima potētia t ꝺgnitas mundanorum est magne pauitatis. Istud patet in diogene philosopho. t in Alexandro Cum enim dictus Diogenes secundum hieronymum extra vrbem in vase habitaret ita quod in ostē te semper fundus soli opponebat. in hyeme vero ad ipsum solem volucbat. t Alexander ante eum consistens vmbram sibi faceret. Dixit ei si volebat vt ipse pro se aliquid faceret t ille. velles ꝙ mihi nō auferres quod mihi dare non potes. nō imperator intelligens ad aliam partem se diuertit dicens se valde mirari ꝙ suam non videbatur timere potentiam. Et ille. Potentiam tuam non timeo: qui a aut est preterita aut presens aut futura. Preteritam non timeo: quia iam non est. Futuram non pertimeo: quia incerta est. Presentem non formido: quia cito est trāsitoria De hoc etiam refert quintus curtius quendam dixisse alexandro, Si dīs habitum corporis tui auditui animi tui parem esse voluissent orbis te non caperet t altera manu orientez t altera cōtra gereres occidentem. deinde triplici exemplo ostendit ꝙ licet sit modo manus cito possit fieri parua. ſ. exemplo vnius magne arboris que subito eradicat t exem

plo hominis in altū ascēdentis que subito patitur casum: ⁊ leonis qui aliquando paruorum animalium cibus efficitur.

¶ Serm̄. cclxxxiiij. Eodē die. Sm̄. iiij.

Miseremini mei miseremini mei saltē vos amici mei: qr manus ⁊c. Job. xix. Hec verba cōuenienter possunt esse cuiuslibet ale posite in purgatorio suaz indigentiā ostēdentis: ⁊ suffragia postulantis In quib⁹ verbis ponitur triplex ratio quare mortui sunt a viuis iuuādi. Prima sumitur ex parte defunctorum. s. magna necessitas. cum dicitur. Miseremini mei miseremini. Geminat autem ipsa persona defuncta verbum misericordie: quia indiget duplici misericordia. Una qua satisfiat eius indigentie: alia qua prouideatur eius penurie indigentiam enim magnā habent qui se non possunt iuuare. Sūt tamē quidam qui possunt se iuuare sicut peccatores qui possunt se ad gratiaz disponere: ⁊ ab alijs possunt adiuuari. ephe. v. Surge qui dormis. Surge scilicet de bonis operib⁹ disponēdo, ⁊ exurge a mortuis: peccata mortalia relinquēdo ⁊ illuminabit te xp̄s lumē prime gr̄e meritis aliquarum sanctoruz infundēdo. Alij vero sunt qui nō possunt se iuuare nec ab alijs adiuuari sicut dānati hoc significatū est Mat. xxij. In illo q̄ ltrauit ad nuptias. Nō em̄ potest se dānat⁹ iuuare bonū aliquod faciendo qr habet ligatā potentiam operatiuam: ideo dicitur. Ligatis manib⁹: nec etiaz bonū aliquod diligēdo, qr habet ligatā potentiā affectiuaz: ideo subditur. Et pedib⁹ pedes em̄ anime secūdū Augu. sunt affectus anime nec etiam bonuz diligendo cū habeat ligatam potētiā intellectiuā. Ideo dicitur. Mittite euz in tenebras exteriores nec aliquod bonū verum dicēdo: qr habet ligatam potentiaz interpretatiuā Ideo dicit̄. At ille obmutuit. Nec pōt ab alijs adiuuari dānatus. Tum quia est extra ambitū diuine misericordie iō dicit̄. In tenebras exteriores. Tum quia nō est dignus ex eo q̄ nō habuit vestē nuptialem charitatis fraterne tum qr est p̄cisus a corpore ecclesie membrum autem precisum efficitur putriduz ⁊ frigidum. Sic damnatus tanq̄ putrid⁹ semper emittit saniem: quia ibi erit flet⁹ et semper in frigore erit: quia ibi erit stridor dentium. Alij vero sunt qui medium locum tenent scz qui nō possunt se iuuare quia sunt extra statū merendi possunt tamen ab alijs adiuuari. Tum quia dū viuerent hoc sibi meruerunt. Tum qr sunt in charitate que omnia bona ecclesie facit esse communia. Tum quia sunt membra ecclesie viua a spiritu sancto viuificata. Habent etiam magnam penuriam. Potest enim quis tribus modis suam penuriā reuelare: aut laborādo mendicando aut mutuum accipiēdo sed in inferno non erit tempus laborandi sed secūdum labores recipiēdi. ij. Cor. v. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal xp̄i ⁊c. Mendicare em̄ poterūt dānati sed q̄ eleemosynas eis porrigāt nō poterūt inueniri: sicut patet in diuite qui habere nō potuit guttā aque. Damnati etiā mutuū inuenire nō poterūt quia nullus ꝯcedit mutuū cui nō sufficit propriuz sicuit patet in virginibus sapiētib⁹ que dixerūt: ne forte nō suffi. nobis ⁊ vobis ⁊c. Scd̄a ratio quare mortui sint a viuis adiuuādi. sumitur ex p̄te viuorū scz fraterna charitas. cū dicit̄ saltē vos amici mei. Dicūtur autez hic amici quatuor modis. Primo modo iure propinq̄tatis. Isto modo pr̄ tenetur iuuare filium ⁊ frater fratrem. Unde etiaz diues apud inferos positus fratres suos iuuare volebat. Secūdo iure cōfraternitatis sicut sunt viri religiosi qui fratres suos adiuuare tenētur. Tertio cure amicitie spiritualis. Et tales amici aliq̄n plus iuuant q̄ proximi. Prouerbiorum xvij. Omni enim tēpore diligit q̄ amicus est. Omni tēpore dicit: quia verus amic⁹ iuuat amicū in vita ad bonum inducēdo in morte ipsuz ad penitentiā admonēdo ⁊ post mortē suffragia faciendo. Quarto iure alicuius beneficij recepti. Qui em̄ recipiūt eleemosynas defunctorū obligantur ad suffragia missarū ⁊ orationū. Prouerbiorū sexto. Si spopōderis pro amico tuo obligat⁹ est ei: scilicet ex beneficijs que recepisti discurre eleemosynas faciēdo, festina sepi⁹ ieiunādo. Suscita amicū

sacrificiū offerēdo. Nō dormitent oculi tui sed vigilēt orationib⁹ insistēdo. Tertia ratio quare mortui sunt a viuis iuuādi sumitur ex parte iudicis que est eius pene seueritas: cū dicitur quia man⁹ domini tetigit me. Ex quo colligit̄ ꝙ eorum punitio habet seueritatē: qꝛ in manu domini ceciderūt. Hebre x. Horrendum est incidere in manus dei viuētis. Et habet pietatem: qꝛ eos non subuertit ad dānationem: sed tangit ad purgationē. Deus enim punit hic et in purgatorio ⁊ in inferno. Hic punit paterna correctiōe. Hebreos. xij. Quē dn̄s diligit castigat: flagellat autē omnem filiū quē recipit. In purgatorio punit cum momētanea indignatione. Esa. liiij. In momento indignationis: abscōdi faciē meā parumꝑ recessi a te, ⁊ in misericordia sempiterna misert⁹ sum tui. In inferno autem deus punit cuꝫ perpetua subuersione. Heb. vi. Impossibile est eos qui semel sunt illuminati ⁊c. Et prolapsi sunt in infernū, rursum renouati ad penitentiam.

¶ Sermo. cclxxxv. De eodem.

Sermo quintus.

Udiui vocem de celo dicentem mihi: scribe beati mortui qui in domino moriuntur. Apocal. xiiij. Rumores tunc libenter audiuntur quando sunt boni: certi de remotis partib⁹ delati: et quādo sunt de amicis ⁊ ab amicis nunciati. Tales sunt rumores quos nobis refert Johānes. Sūt nanq; boni quia de nostra saluatiōe. Sūt certi: quia a fidelissimo Johāne euangelista teste dei. Sunt de remotis partibus quia sunt de ipso celo. Sūt ab amicis. i. ab angelis q̄ Johāni ista reuelabāt. Sūt de amicis, id est de nr̄is defunctꝫ. de quorum tā felici statu certificamur. Et ideo tales rumores bene sunt scribendi. i. memorie commendandi ex eo quia sicut dicit beatus Gregorius. Quod loquimur transit: quod scribimus manet ⁊c. Circa istam vocem quam Johannes audiuit duo videnda sunt scilicet vnde venit et propter quid venit. Uenit enim nobis de celo. ⁊ hoc cedit nobis ad magnitudinez consolationē ⁊ gloriationē. Magna nāq; certitudo testimoniū hic apparet: quia in ip̄o celo nō sunt nisi btā trinitas: āgeli ⁊ beati. Uenit ergo ista vox de celo. i. a deo trino: ⁊ vno q̄ non pōt dicere aliqd̄ mēdaciū. Uenit ab angelꝫ q̄ nō possunt errare. Uenit a sanctis qui nō possunt decipere. Est etiā vox ista ad nostrā magnā cōsolationē: qꝛ ex hoc cōsiderare possumus q̄ desiderāter nos expectāt beata trinitas propter sue laudis impletionem. angeli propter sui numeri complexionē ꝑfectā. beati ꝓpter suorū corporū resumptionē verā. vnde Bernard⁹ super cāti. dicit de statu ⁊ cōsummatiōe ecclesie. De ea finis omniū pēdet. tolle hāc. ⁊ sic gratia ipsa angelorū societas ꝓpter numeri imperfectionē quodāmodo claudicabit: nec ciuitas dei vnq̄ integre gaudebit nec de⁹ totā sue gl̄ie laudē habebit donec ⁊ ipsi in cōspectu angeloꝝ psallāt ei. Est etiam ad nostrā glorificationē. per celū em̄ intelligitur altitudo trinitatis pr̄ ergo dat suā vocez. i. testimoniū. s. ꝙ nos expeccat tanq̄ suos filios. Et fili⁹ nos expectat tā quā suos fratres. Spiritussāct⁹ dat tanq̄ patris ⁊ filij ꝑpetuos amatores. Circa scd̄m notandū est ꝙ ista vox ꝓpter quatuor venit. Primo vt nos certificaret qualis homo sit ex cōditiōe sue nature cū dicitur mortui. Ipsa nāq; lex mortis totuꝫ humanū genus occupauit. In longitudine: qꝛ vsq; ad finē mūdi durabit: sed tūc in īferno solūmodo remanebit. Esa. xxx. Precipitabit dn̄s mortē in sempiternuꝫ. In latitudine: qꝛ per totū mūdum a paruo vsq; ad magnum se extendit. Rom̄. v. In omnes homines mors pertrāsijt. In altitudine: qꝛ vsq; ad altissimū dei filium se erexit. ibidē. Cū adhuc infirmi essem⁹ secūdum tp̄s xp̄s pro impijs mortu⁹ est Et ī profundo: qꝛ vsq; ad illū qui matris vtero se īmergit. Osee. ix. Interficiā amātissima vteri eorū. Secūdo ista vox venit vt nos certificaret: qualis homo sit ex dono gratie: cū dicit Qui in domino moriūtur. Circa qd̄ notandū ꝙ quidā moriunt̄ sine domino qn̄. s. moriuntur morte culpe que animā separat ab eo qui est vera vita. Esai. lix. Iniquitates vestre diuiserūt inter vos ⁊ deū vestrū. Sap̄. i. Peruerse

cogitationes separāt a deo. Quidam vero moriuntur extra deū: ⁊ ideo non possunt redire ad deum et ideo tanquā asini putridi extra ciuitatē hierusalē expellentur: ⁊ in infernale sterquiliniū iactabunt. Hiere. xxij. Sepultura asini sepelient putrefact⁹ ⁊ proiectus extra portas hierusalē. Quidam moriunt pro dño sicut sancti martyres qui ꝑ fide dñi moriunt sicut ipse ꝑ eis mortuus est: dicentes cuz propheta. Quid retribuā dño ꝑ omnibus q̄ retribuit mihi. Quidam moriunt in dño: sicut iusti q̄ moriuntur peccato. Rom. vj. Si mortui sum⁹ peccato: quomodo adhuc viuemus in illo. Quidā moriunt cū dño sicut viri ꝑfecti qui moriunt mundo. de q̄bus dicit Col. iij. Mortui em̄ estis ⁊ vita vestra abscōdita est cum xp̄o in deo. Tertio ista vox venit vt nos certificaret qualis hō futurus sit ex collatiōe glorie. cū dicitur. beati. Sancti quidem in mundo sunt beati in vna stola glorie. s. felicitatis aīe. In futuro autez duplici stola. s. aīe felicitate, ⁊ corporis claritate. Ualet quidem anime diligenti deū corpus suū sanū: infirmū ⁊ mortuū ac resuscitatum. Sanū siquidem ad fructū penitētie. Infirmū ad meritum patientie. Mortuū ad desideriū glorie perficiēde. Et resuscitatū ad cōsummationem glorie tam perfecte. Bern. Sine corpore anima non vult perfici q̄d in omni statu sentit bono subseruire sibi. Quarto venit vt nos instrueret qualiter homo se habere debeat in mortis recordatione: cū dicitur. Scribe. Debet enim quolibet scribere. s. memorie sue firmiter imprimere ꝙ hō sit mortalis ⁊ moriturus ex natura: sed cuz deo victurus ex gr̄a. Ista autē memoria mortis valet ad peccati vitationē. s. supbie, auaricie, ⁊ luxurie. Esa. xiiij. Detracta est ad inferos supbia tua: concidit cadauer tuū: subtus te sternet tinea ⁊ operimētū tuū erūt vermes. Superb⁹ em̄ appetit locū altū: sed in morte detrahet ad locū infimū. Ideo dicit. Detracta est ad inferos superbia tua. Auar⁹ morat in terra ꝑ amorē: sz in morte habitabit sub terra per putredinē: ideo dicit. Cōcidit cadauer tuū. Luxuriosus vult habere lectum carnalem ⁊ deliciosum: sed in morte habebit lectū penosum: ideo subdit. Subt⁹ te sternetur tinea et operimentum tuum erunt vermes.

¶ Ser. cclxxxvj. De eodē ser. vj.

Olum⁹ vos ignorare de dormiētibus vt nō cōtristemini sicut et ceteri q̄ spem nō habēt. j. Thessa. iiij. Apostol⁹ nititur cōsolari fideles super mortē charorū suoꝝ ex trib⁹ rōnib⁹. prima sumit ex parte corporis quod non est mortuum: sed dormit. Nemo enim cōtristaretur de amico suo si dormiret: sed potius sibi congauderet. Dicūtur aūt mortui dormientes duplici de causa. primo ratione quietis: quia sicut dormientes a laboribus vacant: sic ⁊ ipsi laborib⁹ cessant. Ab illis. s. laboribus: de quibus dicitur Esa. xiiij. Et erit in illa die cum requiem dederit tibi dñs a labore tuo quē patiebaris: ⁊ a concussione tua ⁊ a seruitute dura qua ante seruiuisti. Requiescēt igitur a labore, a concussione, ⁊ a seruitute. A labore quē patiebant in mundo. ij. Coꝝ. xj. In laborib⁹ plurimis. A ꝯcussione quam patiebant a diabolo. Luc. xxij. Simō ecce sathā expetiuit vos vt cribraret sicut triticū a seruitute quā patiebantur a corpore suo Ro. viij. Ipsa creatura liberabit a seruitute corruptiōis. ⁊c. Secūdo ratione visionis: dormientibus em̄ cōsueuerūt occurrere visiones. Quidā tamen sunt q̄ nullas habēt sicut pueri parui. Quidā q̄ aliquas habēt: ⁊ horū q̄dam habēt bonas ⁊ delectabiles sicut viri ꝑfecti. Quidā vero habēt malas ⁊ tristabiles: sicut peccatores ⁊ impij. Quidā aūt habēt aliquādo bonas ⁊ delectabiles: ⁊ aliquando tristabiles sicut imꝑfecti. Eodem modo de mortuis est dicendū. Quidā em̄ sunt qui nullas habent sicut pueri non baptizati. Neq̄ em̄ habēt delectabiles visiones: qr deū videre nō possunt. Nec etiā tristabiles: qr deū nō cōspiciūt. neq̄ demones: sed quadā q̄ete req̄escūt. alij habēt visiōes dulces ⁊ delectabiles sicut beati sicut em̄ dicit Augu. sup Gen. ad literā. Beati habebūt tria genera visionū quib⁹ tūc vtimur. s. corporalez, spi

ritualē. ⁊ intellectualē. Corporalē: qr videbūt xp̄i humanitatē: terrā nouā: celuz nouū ⁊ corpora beatoꝝ. Spiritualez: qr videbūt beatoꝝ angeloꝝ spiritꝰ ⁊ corda ⁊ animas sanctoꝝ. Intellectualē: qr videbūt ipsuz deū inquātū eis videre est possibile. Sunt ⁊ alij q̄ habēt visiones tristabiles sicut dānati qui demones semp̄ vidēt. Sap̄. iiij. Persone tristes semper apparentes illis pauorem prestabūt. Job. xx. Uadent et venient super eos horribiles. Ex quibꝰ verbis habet̄ ꝙ demones sunt tristes: horribiles ⁊ importuni q̄ nō cessant ire ⁊ redire ante eos. Sunt tristes vt generent in eis dolorez. Horribiles vt faciant in ipsis timorē. Importuni: vt ducant eos ad desperationez. Alij sunt qui habent visiones tristabiles ⁊ delectabiles: sicut illi qui in purgatorio cruciant̄: quia vident demones qui s̄m quosdam eos cruciant ⁊ angelos q̄ eos cōfortant. Job. iiij. In horrore visiōis nocturne pauor tenuit me ⁊ tremor. hoc quantum ad horribilem visionem demonum ⁊ vocem quasi aure lenis audiui hoc quātum ad dulcem cōsolationem angelorum. Et sic patet ꝙ illi qui sunt in purgatorio habēt q̄dā tristabilia ⁊ quedā delectabilia. Tristabilia sunt: qr habēt ignis acerbitatez: demonū societatē, ⁊ diuine visionis p̄uationē. Delectabilia sunt: qr habent angeloꝝ crebrā visitationē: future beatitudinis certā expectationē, et suffragioꝝ ecclesie perceptionē. Secūdo apostolꝰ consolat̄ fideles sup̄ mortē charoꝝ rōne anime que habet immortalitatē ⁊ felicitatē: cū dicit. vt nō cōtristemini sicut ceteri qui spē nō habēt. Et qr christiani habēt spez debēt desiderare de fragili corpore exire: vt possint ī aīa stolā glorie possidere. Qd̄ ciprianꝰ ad fortunatū triplic exēplo oñdit. s. sicut desiderat nauis exire d̄ naufragio. Mō em̄ ip̄a aīa opit̄ fluctibꝰ malarū cōcupiscētiarū: ⁊ mō cōquassat̄ ventis tētationū. Mat. viij. Ecce motꝰ factꝰ est in mari quo ad vētos tētationū: ita vt nauicula operiret̄ fluctibꝰ quo ad fluctꝰ cōcupiscētiarū: sz tūc deꝰ sedat vētos et fluctus trāquillat. Uñ sequit̄. Et surgens imperauit ventis ⁊ mari: ⁊ facta est tranquillitas magna. Secundum exemplum est sicut desiderat peregrinꝰ exire de exilio. Sancti nāq; modo sunt peregrini. ij. Coꝝ. v. Quādiu sumus in hoc corpore peregrinamur a dño. p̄s. Heu mihi quia incolatus ⁊c. Desiderāt em̄ exire de ista peregrinatiōe. Tū qr habent viā nimis longā: ideo dicit. qr incolatꝰ meꝰ p̄longatus est. Tum qr habent domū tenebrosam: ideo dicit̄. habitaui cū habitātibus cedar. q̄ interpretabat̄ tenebre. Tū qr habēt viā nimis asperā. Modica em̄ via si aspera videt esse nimis longa: iō dicit̄ Multū incola fuit anima mea Tertiū exemplū est sicut desiderat habitator exire de hospitio ruinoso p̄s. Tanq̄ parieti iclinato ⁊ macerie depulse. Heb. viij. Qd̄ antiquat̄ ⁊ senescit p̄pe interitū est. Ex quibus verbis habet̄ ꝙ habitaculū corporis nostri est habitaculū inclinatū, depulsum, ⁊ antiquatū. Quia em̄ de terra creatum, ideo est versus terrā inclinatū tanq̄ cito in terrā casurum. Qr est ex quatuor elemētis cōtrarijs cōpositū ⁊ nullo temperamento beatitudinis colligatū: ideo est tanq̄ maceria depulsum. Quia est antiquatū ex eo ꝙ ab Adā vsq; ad nos propagatum: ideo morti vicinū. Tertio consolatur apostolus fideles ratione vtriusq; scilicet corporis ⁊ anime ex eo ꝙ in beata resurrectione aīa corpori coniungetur: ideo dicit. Si enim credimus ꝙ Jesus mortuus est ⁊ resurre. ⁊c. Quod enim ipsum corpus resurgat: hoc requirit dei sapientia, iustitia ⁊ magnificentia. Triplici enim de causa deus animam corpori vniuit. Prima est vt vniuersum suum perficeret. Cū em̄ quedam sit creatura pure corporalis: quedam pure spiritualis oportuit ad complexionem vniuersi vt esset vna cōposita ex corpore ⁊ spiritualī rationali vt est homo. Requirit ergo diuina sapientia vt sicut ad perfectionem vniuersi corporis anima vnit̄: ita beata vita isto ordine diuine sapientie non priuetur: sed anima suo corpori coniungatur vt vniuersum dei cōpleat̄. Scd̄a ratio quare aīa corpori est vnita: vt aīa in corpore ⁊ p̄ corpꝰ agones certaminum exerceat. Tertia est vt aīa dei serua carnē cōseruā suā custodiret, ⁊ in supernis sedibꝰ collocaret. Istas duas ra-

tiones assignat Grego.nazanzen⁹.exigit ergo diuina iustitia q̄ sicut aīa per diuersos agones meruit in corpore:ita remuneretur in corpore. Exigit diuina munificentia q̄ non tantū remuneret suam animam:sed etiaz cum ipsa remuneret fidelem conseruam.i.carnem ipsam.

¶ Ser.cclxxxvij. De eodē ser.vij.

On contristemini sicut ⁊ ceteri qui spez nō habēt. Tessalo.iiij. Sup̄ mortem charorum nostrorū multis de causis cōtristari nō debemus sed potius cōsolari. Primo propter moriendi necessitatem:hoc patet in quodam rege pagano:de quo refert Augu.in lib.de cura ꝓ mortuis q̄ cum dijs suis in capitulo sacrificaret:nunciatur ei q̄ filius suus vnicus obijsset nō reliquit sacra que manibus gerebat non lachrymatus est nec omnino suspirauit:sed ait sepeliat̄. Memini em̄ me genuisse mortalē.et subdit beat⁹ August.q̄ diabolus in iudicio coram xp̄o dicet. Ecce hic cultor meus cui nec resurrectionem nec paradisum promisi ꝓ morte vnici nobilis et sapientis filij sacra mea non reliquit nec fleuit. Tui autem christiani ꝓ quibus mortuus es vt mortē non timerent ⁊ essent de resurrectione securi:nō solū lugent mortuos ⁊ voce ⁊ habitu:sed etiā ad ecclesiā ꝓcedere cōfundunt̄. Aliquāti etiā clerici ministeriū suū intermittunt vacantes luctui. Secundo propter reuocandi impossibilitatem cuius exemplū habemus in dauid qui ait.ij.Reg.xxij. Ego ibo magis ad eū ipse nō reuertetur ad me. Eiusdem.xiiij. Omnes enim morimur ⁊ quasi aque dilabimur in terrā que non reuertūtur. Iste fluuius humani generis tres habet status. In primo stabat dispositus tamen erat ad standum ⁊ ad fluēdum:quia homo in primo statu poterat mori ⁊ non mori.modo autē nō continue fluit ⁊ nunq̄ reuertetur:⁊ in fine immobiliter stabit. Tertio propter seruiendi deo maiorem facultatem. Et huius exempluz habem⁹ in beata melodia de qua dicit Hieroñ.in quadam episto.ad paulum. Sancta melodia nr̄i tp̄is inter xp̄ianos vere nobilis q̄ calescente adhuc mariti corpusculo:et necdū humato duos perdidit filios Rē dictur⁹ incredulā:sed xp̄o teste nō falsaz stetit immobilis ⁊ obuoluta xp̄i pedibus quasi ip̄m teneret dicens. Expeditiꝰ tibi seruitura sum dn̄e:qz tāto me onere liberasti. Quarto ꝓpter dei beneplacitū ⁊ voluntatem:⁊ hec est sola cā:⁊ si alia nō esset,sufficere deberet. Hui⁹ exēplū habemus in Curtio optimo romanoꝝ.de quo ait Augu.in lib.de ciui.dei. Curti⁹ armatus equo in abrutū terre hyatū p̄cipitem se dedit:qz iusserant vt eū illic quem romani haberent optimū mitterent.si ergo hō pagan⁹ nullā hn̄s spē de resurrectione morti se dedit:qz dij hoc iusserant:q̄to magis hō xp̄ianus nō deberet de sua vel de alioruz morte dolere quando scit deum hoc velle. Hiero. Resurgere credimus nr̄os ⁊ plangimus,quid faceremꝰ si mori tantum p̄ciperet deus? Uoluntas eius vtiq̄ sola sufficeret ad solatium cui nullum debemus p̄ponere affectū. Quinto ꝓpter immortalis vite adoptionem. Huius exemplum habem⁹ in Theobrotho ph̄o.de quo dicit Augu.in lib.de ciui.dei. Theobrothus lēcto l b.platonis vbi de aīe īmortalitate disputauit,se precipitē dedit d̄ muro:vt ex hac vita migraret ad eā q̄ credidit esse meliorē Si igit̄ hō paganus tantā fidē dedit dictis alterius pagani,q̄to magis xp̄iani per deuz suum de vita beata certificati nō deberēt sic de sua vel suoruz morte dolere,vt ad beataz vitā possint pertingere. Sexto ꝓpter miseriarum mundi euasionē. Huius exemplū habemus in multis gentilibus ⁊ paganis de quib⁹ dicit Solin⁹ q̄ apud plurimos luctuosa sunt puerperia leta sunt funera. Cōsuetudo em̄ est apud plurimos q̄ quādo puer nascitur parētes et amici faciūt magnū planctum ex eo q̄ in istū mundū venit vbi passur⁹ est multiplicitatē miseriarū:quando puer morit̄ faciunt magnū festū ex eo q̄ de miserijs huius mūdi exiuit.alicubi etiā est consuetudo.vt dicit Hiero.q̄ mulieres viue cum viris defunctis sepeliuntur ⁊ malunt cuz viro mori q̄ post mortem viri in luctu et in statu miserabili remanere. Et ambrosius in libro de bono mortis. Si plena

miseria est oīs vita vtiq; finis alleuiamē tum est: alleuiamentum aūt bonū mors autem finis. mors ergo bona. Septimo propter debiti solutionē. Tenemur em̄ deo soluere debitum mortis: ⁊ ideo nullus dz dolere qd̄ debet. De hoc habemus in trib⁹ exēplis: quoꝝ vnum ponit Cyprian⁹, ⁊ duo alia ponit btūs Augu. Un⁹ nanq; nolebat mortis debitū exoluere: ideo angelus sibi infirmanti cū indignatione apparēs dixit. pati timetis: exire nō vultis: q̄d faciā vobis: ⁊ sit ab eo irat⁹ recessit. ali⁹ aūt nolebat soluere si non debebat. Si vero debebat statim volebat. vn̄ infirmat⁹ dixit ad deū si nūq; bene. si aliqn̄ quare nō modo. Terti⁹ ponebat hoc in volūtate creatoris paratus remanere q̄tum vellet ⁊ soluere qn̄ vellet. Et iste fuit Amb. q̄ cū in extremis posit⁹ rogaret vt prolongationē vite sibi impetrare velit a dn̄o ait. Non sic vixi: vt me pudeat iter vos viuere nec mori timeo qn̄ habemus bonū dn̄m acsi dicat. Si placet deo vt adhuc viuā possum adhuc viuere iter vos sine rubore. si placeat deo ꝙ moriar mori possuz sine timore. Octauo ꝓpter mortis boni adoptionē. Istam rationē tāgit hiero. in epl̄a ad Terentiū dicens. Gaudēt parētes tota vita sine filijs cōmorari: dū valeāt quod cupiunt de suis pignoribus adipisci peregrinant, vt ad palatia ꝑgāt, nauigāt ad dignitates ad studia acq̄rēda, ad causas patrimonij explicādas cū periculo ⁊ labore. Et vt ad palatia celi ad studia xp̄i: ad honorē vite ꝑpetue ad patrimoniū possessionis eterne cū securitate valeāt peruenire nemo filios suos a se, gratulatur abscedere. Ad comparanda peccata gaudent tā parentes a filijs q̄ filij a parentibus prouocāte diabolo separari ⁊ ad indulgentiā percipiendam nolūt abinuicem deo vocante discerni.

¶ Sermo.cclxxxviij.

Eodem die sermo. viij.

Vir fortissim⁹ iudas collatiōe facta. xij. milia dragmas argēti misit hierosolimā offerri ꝓ peccatis mortuoꝝ in sacrificio. ij. Macha. vij. In hoc ꝙ vir iste fortissimus tantam mittebat pecuniā vt fierent eleemosyne sacrificium: ⁊ orationes bat intelligere post hanc vitam aliquem bonū locum esse: in quo ale fidelium purgant. Circa ꝙ sciēdū ꝙ. v. sunt loca recipientia viuos ⁊ mortuos. s. infern⁹ purgatoriū limbus puerorū mūdus ⁊ celū. Infernus est tanq̄ carcer dei in quo ponunt oēs qui sunt ex bāniti. Purgatoriū vero est tanq̄ hospitale dei in quo colliguntur oēs infirmi: sed lymbus est tanq̄ insula dei: ad quam mittuntur oēs infirmati. Mundus vero est tanq̄ stadium in quo exercitantur omnes strēnui milites. Celum vero est tanq̄ palatium ⁊ viridarium dei in quo ponunt omnes milites triumphantes ⁊ emeriti. Primus locus est infernus in quo recludunt oēs bāniti, ⁊ iste carcer esse credit in medio terre: et hoc tangit quedā glo. super Jonā q̄ dt. Sicut cor est in medio aīalis, ita infern⁹ est in medio terre: ⁊ talis locus congruit dānatis ꝓpter elōgationē, obscuritatē ⁊ frigiditatem. Propter elongationem siquidē qr sicut nihil tantū distat de celo q̄tum terre medium sic nihil tm̄ distat a deo q̄tum peccatū. Justū ergo est vt sicut homo elongauit per pctm̄ a deo: sic elōgetur a celo ꝑ locū nouissimū. Prouerb. xvj. Lōge est dn̄s ab impijs. Congruit etiā ꝓpter obscuritatē. Nullus em̄ locus est obscurior q̄ sit mediū terre. Terra em̄ in superficie faciei illustratur: sed in suo medio ꝑpetua obscuritate repletur: ⁊ ideo locus tā tenebrosus cōpetit peccatoribus tenebrosis. Job. x. Anteq̄ vadā ⁊ non reuertar ad terrā tenebrosam ⁊c. Congruit etiam ꝓpter frigiditatem. In medio em̄ terre summe est frigidus: ideo cōuenit pctōrib⁹ qui fuerūt frigidi in amore dei. Tm̄ aūt frigus habebunt ꝙ semper dētibus stridebunt. Mat. viij. Ibi em̄ erit flet⁹ et stridor dentiū. Scd̄s locus est purgatorium qd̄ est tanq̄ hospitale dei: in quo sanantur infirmi. Sanantur autem per ignem purgantem ⁊ ꝑ suffragia ecclesie, quequidem s̄m Greg. sunt orōnes, sacrificia, eleemosyne ⁊ ieiunia. Per ista aūt suffragia, non omnes sanantur: sed tātum illi qui sunt sanabi-

leo. Nā ſm Aug. Mortuoꝝ quidā ſunt valde boni: quidam valde mali: quidam vero ſunt mediocriter boni & mali. Suffragia igitur p valde bōis ſunt gratiarū actiones. Pro valde malis: ſunt ſine ſunt adiumenta mortuoꝝ: ſunt tamē quaſi conſolationes. Pro mediocriter bonis et pro mediocriter malis, ſunt exiationes. Iſtam triplicem differentiā tāgit pphetā dicēs. Calix meus inebrians quā preclarus eſt. Calix ſm Aug. dr vita hūana. Valde boni bibūt de calice dñi pleno vino & de eis gētia. Mediocriter boni bibūt de calice pleno mixto. i. iuſtitia cū tentatione ad penitentiam: et mixta cū dura ad expectationē. Sed valde mali bibunt de calice dei pleno fece. i. dei furore. Job. xx. De furore oīpotentis dei bibet. Iſta aūt ſuffragia illi q̄ ſunt i purgatorio ſcire pñt tribus modis. ſ. per diuinā vel angelicam reuelationē per animarum hinc exeūtium reuelationē & per experiam in ſeipſis eleuationem. Qñ em̄ ex parte reuelati ſentiunt ſuffragia p ſe facta fuiſſe cognoſcunt. Tertius locꝰ eſt lymbus puerorū qui eſt tanq̄ inſula dei: vbi recipiuntur non dū cōfirmati. i. pueri non baptizati quidē nō dñr cōfirmati: qr dei ſunt a ſiōe priuati. Lymbꝰ patruz dicebat ſinus abrahe. Lymbꝰ puerorum dr lymbus inferni. Pfeo em̄ habebāt requiē: qr immunes erant a pena ſenſibili habebāt ſecuritatē: qr exſpectabant gloriā futurā: habebāt ab cōſione: qr abſcō debātur a tentatione diabolinā dicebat ſinus. Illud em̄ qđ eſt in ſinu eſt quietū, ſecretū & abſconſum. Lymbus aūt puerorū dr ſinus inferni. Sunt quidā immunes a ſenſibili pena & tentatione diaboli ca. & quo ad hoc dr ſinus: priuati tñ ſūt viſiōe diuina & quo ad hoc dr infernus. Quartus locꝰ eſt mundus qui eſt ſtudium dei: in quo exercitanē milites ſt enū: qui dñr exercitare ptra carnē p tēperātiā: & cōtra mūdū, & ptra tyrānos p patiētiā: & cōtra diabolū p reſiſtentiā. De hac triplici exercitatione dr. pphe vj. Non eſt nob⁹ colluctatio aduerſus carnē & ſanguinē: & hoc quo ad primū: ſz adueſus principes & prātes, quo ad ſcōm contra ſpūales nequitias in celeſtibus, quo ad tertiū. Quintus locus eſt celum quod eſt palatium & viridariū dei in quo ponunt milites triūphantes & emeriti. q̄ penam purgatorij non ſentiūt: ſz celeſte palatiū fibi acquirūt. Et hoꝝ tria ſunt gña. ſ. ba primale innocentiā cōſeruātes: & p ſe ipſo martyr ſi ſuſtinētes, & pfectionē vite appiehēdētes. Iſti ſunt tñ illi tres viri q̄ alias ſuas ſaluāt: qr immediate euolāt ſ. Daniel. Noe, & Job. vt habet Eze. xiiij. per Danielē qui fuit magne ſimplicitatis & innocētie: intelligitur innocentes. ſ. Mach. ij. Daniel in ſua ſimplicitate liberatus eſt de ore leonū. Per Noe intelligunt viri pfecti. Gen. vj. Noe vir iuſtus atq; pfectus in generationib⁹ ſuis. Per Job multis vulneribus cōfoſſum intelliguntur martyres de quo dr Jaco. v. Sufferentiā Job audiſtis & finē dñi vidiſtis: iſti ſunt mōtes dei alti p innocentiaz vitā & patientiā. De quib⁹ dr. Eccl. xliij. Tripli ſolcurrēs montes &c. Sol em̄ iuſtitie i pueris baptizatis exuret oēm culpam originalē, & in pfectis oēm maculā venialē, & in martyribus oēm maculam originalem et actualem.

¶ Sermo. cclxxxix.

De ſancto martino epo. ſermo ſ.

IN diebꝰ ſuis placuit deo Eccl. xliij. Tota vita iuſti eſt luc̄da dies & preclara ſ. Theſ. v. Omnes vos filij lucis eſtis, & filij diei. Et iſte dr mane qñ ſez diuina gratia ſanctis viris incip̄ refulgere: habet meridiem qñ lor gratie in eis procedit & creſcet ſed non habet veſperam: qr etiā in morte eis non extinguetur: ſed cuz die eternitatis continuatur. Prouerbio. iiij. Semita iuſti quaſi lux ſplendēs: ecce magne iuſtificationis. Procedit & creſcit: ecce meritoꝝ augmentationis vſq; ad perfectum diem: ecce continuatio cum die eternitatis. Tota igitur vita beatiſſimi fuit dies, quia habuit tres ſtatus: qr fuit laicus, rel giosus & prelatus ideo dicit. In diebus ſuis placuit deo. Primo quidem placuit deo in ſtatu laicali quo ad ſe: quo ad deum: & quo ad proximū. Quo ad ſe quidem: qr extinxit in ſe omnem auaritiam. Unde dicitur quod in ſti

pendijs nil preter quotidianum victum reseruans, de crastino non cogitabat. j. Thimo. vj. Habentes alimenta ⁊ quib⁹ tegamur his contenti simus. Extinxit ēt omnē intemperantiam Unde dr. Frugalitas in eo fuit tanta: vt iam non miles sed monachus putaret. Eccl. xxxj Utere q̄si non frugi his que tibi apponūtur. Omnem superbiā: quia fuit tante humilitatis q̄ etiam suo seruo seruiebat: ⁊ calciamenta detrahebat. Exemplo illius qui dixit Mat. xx. Filius hominis nō venit miastrari sz ministrare. Scdo q̄ ad deū: habuit em̄ magnam fidem: qr cum esset annorum. x. inuitis parētibus ad ecclesiā confugit Mat. x. Qui amat p̄rem aut m̄rem pl⁹ q̄ me nō est me dign⁹. Habuit magnā spem dicēs. Crastina die hostium cuneos penetrabo securus. Eccl̄ia. ij. Nullus sperabat in dño et cōfusus est. Habuit magnam charitatem: qr ob amorem xp̄i seculum contempsit. Cantico. viij. Si dederit hō oēm substātantiā suā pro dilectione ⁊c. Tertio quo ad proximum, exhibebat enim superioribus subiectionē sicut iuliano imperatori in his q̄ nō essent contra deū. j. Pet. ij. Subditi estote omni humane creature ꝓpter deū ⁊c. Inferioribus miram benignitatis ostensionē sicut dictum est de seruo. Equalibus amicabilem cōuersationem: vnde dr. Multa illi⁹ circa commilitōes benignitas mira charitas ⁊c. Prouer. xviij. Uir amicabilis ad societatē magis amic⁹ erit q̄ frater. Secundo beatus Martinus placuit deo in suo statu regulari: vbi seruauit triplex votum. s. obedientie: quia obediuit deo ammonenti vt parentes visitaret: hylario imperanti vt exorcista eēt. Obediuit autē ex charitate ⁊ hūilitate ex cōcordia ⁊ volūtate. Hoc significatū est Job. xliij. vbi dr q̄ dederūt ei ouem vnaz ⁊ in aurē auream vnam. Per in aurē aureā significatur obedientia que triplex est. Tūc aurea quādo fit ex charitate. Tūc vna quādo fit ex vnanimi volūtate. Tunc hz ouē annexam quādo fit ex humili ⁊ simplici corde. Seruauit votū paupertatis taz districte q̄ radices herbarū cū monachis comedebat nunq̄ vinum nisi infirm⁹ bibebat. Seruauit votum castitatis. Unde in signum tante puritatis caro ei⁹ aperuit luce clarior: vitro purior: lacte cādidior ⁊ non mirum: quia habuit carnem mundam conscientiam lucidam, ⁊ vitam sinceram. Tertio placuit in statu pontificali. Duo enim sunt que faciunt prelatum esse perfectū. s. perfectio sanctitatis ⁊ dignitas potestatis Sanctitas autem consistit in oratione deuota: in vita sancta: ⁊ conuersatione grata: que omnia habuit beatus Martinus: scilicet deuotam orationem: quia ab oratione incepit a sua pueritia quia cum esset decem annorum ecclesiā frequentabat: continuauit in etate reliqua. Unde dicitur Nunq̄ vlla hora momentumq̄ preterijt quo nō orationi aut lectioni intenderet ⁊ consummauit in morte vnde dicitur. Oculis ac manib⁹ in celum semper intentus. Secundo habuit vitam sanctaz quod testificatur globus ignis super caput eius: sicut apostolis spiritum sanctum tribus vicibus receperunt: scilicet ad faciendum miracula, ad relaxandum peccata ⁊ confirmandū corda: sic ⁊ iste beatus Martinus: ideo par apostolis dicitur. Nonne magna miracula fecit dum tres mortuos suscitauit ⁊ peccata relaxauit, dū gentiles multos conuertit, et eis veniam obtinuit: et spiritum sanctum in igne visibili accepit. Tertio habuit conuersationez gratā: qr q̄tum ad minores habuit humilitatē: sicut patet quādo leprosuz curauit ⁊ osculat⁹ fuit ⁊ ille sanitatē accepit: ⁊ q̄tū ad maiores magnam autoritatē: sicut patet quando nō imperatori sz presbytero cyphum porrexit, q̄tum ad domesticos magnam equalitatē. Unde dicitur q̄ nūq̄ cathedra vsus est. Secūdo habuit magnā potestatē quā ostendit sup omnes creaturas. Primo sup creaturam que hz tantum esse sicut sunt elementa. s. super terram quando ad suum preceptum tres mortuos vite reddidit. Super ignē quādo obuiū se posuit et ille curauit. Super aquaz qñ naui periclitanti subuenit. Secūdo super creaturā q̄ hz eē ⁊ viuere, sicut sunt arbores ⁊ plante: sicut pz in arbore pini cui signum crucis edidit ⁊ in altera pte corruit ⁊ in elleboro venenato: cui⁹ venenositatē virtute oratiōis fuga-

uit. Tertio sup creaturā q̄ hz eē viuere ⁊ sentire: sicut sunt animalia, sicut pz in canibus lepusculum insequentibus: ⁊ in serpēte fluuium pertranseunte, ⁊ in cane cōtra quendā archiepiscopū latrante: ⁊ in vaca seuiente. Quarto super creaturam que habet discernere sicut sūt homines, hoc tam super viuos quos sanauit in corpore et curauit in mēte: q̄ supmortuos: qr tres mortuos suscitauit: ⁊ latronē infectum qui pro martyre celebratur veritatem dicere coegit.

¶ Sermo. ccxc.
De eodem sermo secundus.

On est inuentus silis illi qui conseruaret legem excelsi. Ecclesia. xliiij. deꝰ cuilz statui hominū ꝓpriā legē dedit. Et qr beatꝰ martinꝰ in triplici statu fuit: iō legē excelsi in quolz suo statu cōseruauit. Ipe quidē primo fuit strēnuus miles. Regulam autem militum dictauit Johannes baptista que habet tria capitula. dicitur autem Luce. iij. Interrogabant eum milites dicentes. Quid faciemus et nos? ⁊c. Intendit enim Johannes arcere milites ab omni iniuria inferenda. Iniuria autem tribus modis infertur. Aliqñ in ꝑsona ꝑ oppssionē ⁊ quātū ad hoc ponit primū capitulū dicēs. Neminē concutiatis. Aliqñ in fama ꝑ falsi criminis impositionē: ⁊ q̄tū ad hoc ponit scdm capitulū dicens. Neq̄ calūniā faciatis. Aliquādo in temporalem substantiā. s. per rapinaz ⁊ q̄tū ad hoc ponit tertiū capl'm dicēs. Et cōtenti estote stipendijs vestris. Istā em̄ regulā cuz omnibꝰ suis capl'is seruauit beatus Martinus cū adhuc esset miles Non em̄ fuit pauperū oppressor: sed auditor ⁊ ab inopia seruauit: sicut ptz in paupere cui chlamidē diuisit. ps. Adiuuit pauperē de inopia. Et a violentia qr pupillos ⁊ orphanos defendebat: vñ dr. Summa illi cura erat assistere laborantibus, alere egentes, ⁊ opē ferre miseris. ps. Tibi derelictꝰ est pauper orphano, tu eris adiutor. Et a tribulatione ⁊ miseria: sicut ptz in leproso quē osculatꝰ fuit ⁊ sanauit. ps. Adiutor in opportunitatibus in tribulatione. Nec fuit criminator sed pacificus habitator. Ipse em̄ pacifice habitauit cū maioribꝰ per subiectionē: sicut ptz i iuliano: ⁊ cū equalibꝰ ꝑ pacificā conuersationē, sicut ptz in cōmilitonibus. ⁊ cū inferioribus ꝑ obsequiorum exhibitionē: sicut ptz i seruo suo: nec fuit raptor sed suoꝝ largitor. Ipse em̄ contēpsit terrena vñ dr. Nihil sibi preter quotidianū victū reseruauit. Largitꝰ est propria quia omnia q̄ habere poterat pauperibꝰ erogabat, ⁊ respuit stipendia: sicut ptz cum iulianus militibus stipendia dari fecit. Scdo fuit monachus deuotꝰ: ⁊ in isto statu seruauit legē excelsi ipsoꝝ monachorū que sunt tria capitula. s. votum paupertatis: castitatis ⁊ obediētie. Primū est votum paupertatis: vt monachus nullum habeat propriū: nec terrene facultatis: nec exterioris conuersationis: nec interioris voluntatis. Qui em̄ talia ꝓpria retinuit furtū spūale cōmittit. Ista tria furta q̄ fecit achor. Josue. vij. Furatꝰ em̄ est ducētos ciclos per qd̄ intelligitur ꝓprium substātie tēporalis Furatꝰ est regulā aureā qd̄ intelligit ꝓpriū volūtatis: qr ab ipsa volūtate cetera regulant. Furatꝰ est palliū ꝑ qd̄ dat intelligi ꝓpriū exterioris cōuersatiōis. Sz beatus martinus istud capitulū optime obseruauit: nō em̄ habuit ꝓprium substātie terrene: qr in suo monasterio tā pauper erat q̄ de radicibꝰ herbarū viuebat. Nō ꝓpriū volūtatis: qr mox cū ammonitus fuit q̄ parētes visitaret: volūtatē suam deseruit ⁊ diuine volūtati plenarie obediuit Nec ꝓpriū cōuersationis mundane: qr sicut mutatꝰ erat interiꝰ in effectu, ita ēt exteriꝰ in habitu: qr viuens ⁊ etiaz moriens, vigilans ⁊ dormiēs semꝑ cilicio vtebat. Secundū capl'm est obseruatio castitatis. Sed beatus Martinꝰ nō solum seruauit castitatē cōtinētie: sed etiaz virginalis mūdicie. Ideo eius caro assimilat vitro, lacti, gēme, ⁊ luci. De tribꝰ primis dr qr vitro purior, lacte cādidior carne quoq̄ monstratus est gēma sacerdotū. De quarto dr. Caro quē semper cinis obtexerat ita resplendunt ⁊c. Assimilat ergo vitro ꝓpter mundiciā in carne,

Licet enim ihus caro fuit fragilis ꝑ naturam: fuit tñ lucida per mundiciam. ij. Cor. iij. Habemus thesaurū istū. s. virginalis mundicie in vasis fictilib⁹. i. in fragili corpore. Assimilat lacti ꝓpter nitorē cōscięt. e: vñ ꝛ de sancto Thezeñ. iij. La cte candidiores. Assimilatur gemme ꝓpter castitatis ꝓciositatē. Eccl. xxvj. Olo pōderatio nō est digna cōtinētie alie: assimilatur luci ꝓpter lucidā famā ꝛ honestatem. Sapien. iij. O q̄ pulchra est casta generatio cū claritate. Tertiū capitulū est obseruatio obedientie: circa quod sciendū ꝙ pōt esse q̄druplex obedientia. Una est obedire in ꝓsperis. Et ista nihil dz hre de suo: alia est obedire in aduersis ꝛ ista multū dz hre ꝺ suonō ꝺt Bern. ꝙ obediētia alia magni meriti: alia parui: alia nulli us Magni meriti obedientia est in aduersisque dz aliquid hre de suo. i. aduersa libēter amplecti. Obediēta parui meriti est cū in aduersis ꝺs instinctu obedit. Nulli⁹ meriti est obedientia in ꝓsperis cū obedientis animꝰ ad illa ꝓspera anhelat. Tertia est obedire in medijs q̄ ex vna parte videntur habere dignitatem: ꝛ ex alia parte pretendunt quandā difficultatē: sicut est officium ꝓdicationis, predicare em̄ dz dignitatem q̄ est offm̄ diuinum. Et dz difficultatē: q̄ est officiū laborioſum. In ꝯtum ergo est offm̄ dignitatis nil dz hō ibi habere de suo q̄ est officium laborioſum: multum debet homo habere de suo. Huius exēplum habemus in Esa. et Hiere. Quorū primus sponte se obtulit dicens. Esai. vj. Ecce ego dñe. Aliter autē se excusando dixit Hiere. j. Ecce nescio loq̄ q̄ puer ego sum. Quarta est in dubijs obedire. Sunt autez dubia q̄ nescitur quid est melius hoc vel illud. Et tale q̄d nihil dz habere de suo. s. vt paratus sit facere ꝛ non facere, prout diuine placuerit voluntati: ꝛ istā quadruplicem obedientiam videtur habuisse beatus martinus. Preceptum siquidem sibi fuit quoddam quod habebat humilitatez vt scilicet esset exorcista ꝛ libenter obediuit. Quoddam quod habebat dignitatem ꝛ non difficultatem: et istud coactus recepit. Quoddam quod habebat dignitatem ꝛ difficultatē. s. patriam visitare et ibi verbum dei predicare: ꝛ tunc mult⁹ fuit: sed tñ o. eduit. Tñ dē fuit in magno dubio q̄ esset melius vtrū mori et esse cū xp̄o. An propter salutem populi adhuc in carne remanere, et istud dubiū diuine voluntati commisit dicens. Domine si adhuc populo tuo sum necessarius ꝛc. Tertio prelatus dign⁹ ꝛ quantum ad hoc seruauit regulam platonis. De qua dicitur. j. Thim. iij. Oportet esse ep̄m ornatum: doctorem: et hospitalem. Debet esse ornatus interius de cote virtutum ꝛ exterius decore morum: et honestate eorum. Debet etiam esse doctor: vt. s. doceat verbo ꝛ exemplo. Debet etiam esse hospitalis: q̄ sicut ꝺt Hieronymus. Quicquid habent clerici pauperum est. Domus enim eorum dz omnibus esse cōmunis: ꝛ ista tria capitula seruauit beatus Martinus: q̄ omnibus virtutibus fuit ornatus: ꝛ fuit doctor assiduus ꝛ ad pauperes liberalissimus.

¶ Sermo. ccxcj.

De eodē: Sermo. iij.

Cognouit eum in benedictionibus suis. Eccle. xlviij. Sancti viri in hac vita tria desiderāt: scz inuisionem gratie dei cōseruationē in gra ꝛ indicium q̄ sint in gratia dei: et ista tria habuit beatus martinus primo habuit gratie dei infusionē, cum dicitur. Cognouit eum in benedictionibus suis hoc autem q̄ dicit cognouit plus importat q̄ si diceretur dedit. Si enim videremus aliquem alicui pauperi facientem magnas eleemosynas: diceretur videtur q̄ ipse illum pauperem cognouit id est ab alijs discreuit. Deus ēt ceteris sanctis dat benedictionem gratiarum suarum: sed in illis beatum martinum cognouit id est ab alijs discreuit ex eo q̄ maiores gratias ei dedit quarum quedam attestantur sue dignitati, quedam potestati, quedam sue sanctitati. Dignitas hominis vt ipse ab angelo custodiatur. Hieronymus. Magna dignitas hominis ꝛ animarū, vt vnaquęq; ab ortu sue nativitatis habeat angelum ad sui custodiā deputatū. Et ista dignus

tas tres hz partes. Una ē quā custodiūt in vita ⁊ hec est magna. Alia est qua custodiunt in morte ⁊ hec est maior. Tertio q̄ custodiunt post mortem ⁊ hec est maxima. Beatum itaq; martinum angeli custodierunt ⁊ honorauerunt in vita quia principes sibi obedire faciebant. Sicut patuit quando hostium imperatoris: angelus sibi apparuit. Eius orationes ad deum deferebant. vt patet quando angeli deo suaserūt pro quodam defuncto ꝑ quo martin⁹ orabat. Etiā celebranti assistebant. Sicut ptz qñ eius brachia ornauerunt Honorauerunt in morte quando eius exequijs interfuerūt ⁊ eius obitum quodāmodo celebrauerūt. Vñ dr. O beatum virū in cuius transitu sanctorū canit numerus ⁊c. Honorauerunt post mortez eius animā cum laudibus in celum deducentes sicut sanctus seuerinus episcop⁹ caloñ. audiuit. Secundo quedam attestantur sue potestati: quia contra demones magnam habuit victoriam. Diabolus enim habuit violentiā, astuciam, malitiam ⁊ seuitiam. Uincere eius violentiā est magne potentie, congnoscere ei⁹ astutiam est magne sapientie confundere ei⁹ maliciam est magne innocentie: superare eius seuitiam est perfectionis magne ⁊ vite. Ista beatus Martinus contra diabolum fecit. Diabolus quidē obsistere voluit ei in principio, in medio ⁊ in fine ⁊ post finem. In principio quidem sue conuersationis sibi obsistere voluit per violentiam dicens. Quocūq; ieris diabolus tibi aduersabitur: sed eius violentiam vicit dei auxiliū implorando dicēs. Dñs mihi adiutor nō time ⁊c. Circa medium eū decipere voluit per fraudulētiam: qñ in forma Christi sibi apparuit: sed eius fraudulentiam cognouit xp̄i stigmata in ipso non videndo: in fine obsistere sibi voluit ꝑ maliciā ad ipsum veniendo: sed ei⁹ maliciā superauit suā innocentiā allegando dicēs, q̄d hic astas cruenta bestia nihil in me funestū reperies ⁊c. Post finē etiā sibi obsistere voluit qñ. s. angeli ei⁹ alaz in celū deferebāt dicētes se in ei⁹ animā ius habere: sed sancti angeli demonis seuitiā rep̄sserunt allegantes ei⁹ consciētiā purā vitā sincerā fidē integrā: spem ⁊ charitatē succēsam. Tertio quedā gr̄e attestātur sue sctitāti: ⁊ iste sunt plures. Prima est castitas, ⁊ ista habet tres ꝑtes vna est cōiugalis que habet fructū tricesimū, ⁊ hec est magna. Alia aūt est vidualis que habet fructum sexagesimū ⁊ hec est maior. Tertia est virginalis, ⁊ habet fructū centesimū: ⁊ hec est maxima. Et istā habuit beatus martinus qr corpore ⁊ mente fuit virgo. Secunda est humilitas ⁊ ista habet tres partes. Una est subijcere se maiori. Heb. xiij. Obedite p̄positis vestris ⁊ ista est magna. Alia est subijcere se equali. Ad romanos. xij. Honore inuicem preueniētes ⁊ ista est maior. Tertia est subijcere se minori. Luc. xxij. Qui maior est vestrum fiat sicut minor: ⁊ ista est maxima. Istā habuit beatus martin⁹ qui se suo seruo humiliabat. Tertia est pietas: ⁊ ista habet tres partes. Una est dare partem de supfluo, ⁊ partem retinere. Luc. xij. Quod superest date eleemosynam ⁊c. ⁊ hec est magna. Secunda est dare omnia superflua: ⁊ retinere necessaria. j. ad Corinth. vij. Qui vtunt̄ hoc mūdo quasi non vtātur ⁊c. ⁊ hec maior. Tertia est dare necessaria sicut fecit vidua. Luce. xxj. ⁊ hec est maxima, ⁊ hāc habuit beatus martinus qui chlamydē ⁊ partem ei⁹ sibijpsi necessariam pauperi diuisit. Quarta est charitas: ⁊ ista habet tres partes. Una est in seruitio fratris exponere omnia sua. Canti. viij. Si dederit homo vniuersam substantiā suam ꝑ dilectione ⁊c. Et hec est magna: alia est ponere corp⁹ suū. Joan. x. Bon⁹ pastor animam suā dat pro ouibus suis, ⁊ hec est maior. Tertia exponere voluntatem suā Luc. xxij. Non mea voluntas sz tua fiat, ⁊ hec est maxima. Beatus autē martin⁹ non tantum sua exposuit ea pauperibus largiendo. Non tantum corpus suū ip̄m diuersis tribulationibus subijciendo: sz etiam voluntatem suam deo se totaliter committendo dicens. Domine si adhuc populo tuo sum necessarius ⁊c. Quinta est sobrietas: ⁊ ista habet tres partes. Una est in abundantia seruare temperātiā. Phill. i. ij. Scio abundare ⁊c. Et est magna. Secunda est in penuria seruare patientiam. ij. Corinthi. x. In fame et siti

⁊c. Et

ꝛc. Et hec est maior. Tertia est in abundā tia seruare inopiā. ꝛ hec est maxima. Et istam habuit beatus martinus quia inter milites tanq̄ monach⁹. viuebat: ꝛ factus episcopus inopia monachorū seruabat. Secundo habuit gratie infuse cōseruationē cū dicit Conseruauit illi mīaz suā. Ipse enim quatuor vitauit per que gr̄am conseruauit. Unum est tumultus secularium negociorū. Unde dicit. Circiter duob⁹ miliarib⁹ a ciuitate monasteriū sibi statuit. Quidā philosophus. Quotiēs cum hominib⁹ habitaui minor homine redij. Scdm est aspectus ꝛ colloquiū mulierū Unde dicit Hiero. Sāctus martinus virginem quandā visitare voluit ꝛ ipsa noluit sed per quandam fenestram ait. Mi pater ora pro me qꝛ nunq̄ a viro sum visitata. Et gr̄as egit ille. Ex quo pz ꝙ parum de locutione mulierū curabat q̄ de hoc gratias deo referebat. Tertiū est tor por ꝛ ociū, vnde dicit ꝙ nulla hora vel momentū preterijt quo non orationi vel lectioni incūberet Tertio habuit gratie manifestationē, cum dicit, ꝛ inuenit gratiam corā oculis domini. Manifestabat em̄ ꝙ placuit deo in statu laicali per christi approbationē cū dicit Martinus adhuc cathecuminus hac me veste cōtexit. In statu monachali ꝑ triū mortuorū resuscitationē. In statu pontificali per globi ignei appositionem.

¶ Sermo.ccxcij.

De eodem. Sermo.iiij.

Placens deo factus dilectus ꝛ viuēs inter peccatores trāsiatus est. Sapientie.iiij. Ex predictis verbis ostenditur qualis beatus martinus fuit in vita qualis in morte ꝛ qualis post mortem in vita quidem fuit a deo dilectus. Fuit quidē dilectus a patre cui⁹ signum est quia tantam miraculorum potestatem habuit, a filio cuius signum est: qꝛ filius hominis coram angelis ipsum commendauit a spiritu sancto cuius signum est qꝛ in specie ignis super eius caput apparuit. A beata virgine cuius signū est: qꝛ sepe ipsum cum alijs virginibus visitauit. Unde dixit Agnes Tecla ꝛ Maria venerūt ab angelis: qꝛ in vita sua sibi celebrāti astiterunt. ꝛ in morte cōuenerūt, ꝛ post mortē eius animam cum laudibus in celū deduxerūt. A tota curia celesti, cuius signum est: qꝛ ipsum letanter susceperunt. Unde ipse dixit Sinus abrahe me let⁹ suscipiet. A toto mundo qꝛ inter ceteros ꝯfessores ꝑ totū mundū magis festiue colitur pater sic eū dilexit propter mandatorum suorum obseruationē. Joan.xiiij. Si quis diligit me sermonē meū seruabit ꝛc. Filius propter tātam ad pauperes compassionē propter quā eum tunc non tantum corā angelis commendauit: sz etiam in iudicium commendauit dicens. Nudus eram ꝛ cooperuisti me. Spiritussctūs propter suaz humiliationem. ps. Qui emittis fontes i cōualibus. Virgo beata propter suā humilitatē. Eccl.xiij. Omne animal diligit sibi simile. Angeli propter suaz puritatē. Angeli em̄ diligūt naturaliter pueros ꝛ paruulos. Mat.xix. Angeli eoꝝ semꝑ vidēt faciē patris ꝛc. tota curia celestis ꝓpter suā cū eis similitudinē. Ipse em̄ fuit martyr: ꝛ si nō actu tñ voluntate. Unde dicit, o sanctissima ala quā ꝛ si gladi⁹ percussoris non abstulit palmā tñ martyrij non amisit. Fuit confessor: qꝛ christum corde, ore, ꝛ opere fuit cōfessus. Fuit virgo: qꝛ integritatē corp⁹ ꝛ mētis seruauit. Totus mūdus eū dilexit ꝓpter sua bñficia que recepit ꝛ tēporalia, corporalia, spiritualia, ꝛ eterna. Scdo i morte fuit deo dilectus ꝛ placid⁹, cū dicit, placens deo. Eius em̄ mors valde deo placuit ꝓpter quatuor q̄ habuit. Primū est securitas, cōscientie ꝓpter quā dixit diabo. Nihil in me funeste inuenies. Bona ei ꝯsciētia generat magnā securitatē. Prouer.xv. Secura mens quasi iuge conuiuiū. Generat ꝛ magnā iocūditatē. ij. Corint.j. Gloria nostra hec est testimoniū cōsciētie nostre. Magnā spem. Prouer.xiiij. Sperat aūt iustus in morte sua Scdm est desiderium mortis proprie. Unde dicebat Satis est domine ꝙ hucusq̄ certaui ꝛc. Apostol⁹ tria desiderabat. Unum est nō expoliari sz superuestiui ꝛc. Aliud si hoc nō erat possibile, desiderabat spoliari ꝛc. Phil.j. Desi-

dorium dño dissoluit & cum christo esse. Tertium est corpori sup vestiri. phil. iij. Saluatorē expectamus dominū nostrū iesum christū &c. Tertiū est feruor orationis continue. vñ dicit. Oculis ac manibus semp in celum intentus inuictum ab oratione &c. Orabat cū feruēter, ideo dicitur. Et manibus ꝑ. Elevatio manuū mearum sacrificium vespertinum &c. Orabat ipse perseueranter. vnde dicitur Inuictū ab oratione spiritū non relaxabat. Luc. xviij. Oportet semper orare & non deficere. Quartum est presentia angelice custodie: angeli cū custodierunt eum & in mundo degētem & morti appropinquantem & in celū ascēdēte. ꝑ. Angelis suis mandauit de te: vt custodiāt te in omnibus vijs tuis. Tertio post mortē fuit trāslatus: ū dicit. Et viuēs iter petōres trāslatus est. Nam & corpus trasladatum est in monumentū & anima in paradisum. Et vtraq; trāslatio honorabiliter facta fuit, Nā corpus eius fuit mirabili claritate illustratum, vnde dicit Glorificati hoīs viderūt gloriā qui affuerunt &c. Fuit ab angelis solenniter honoratū. Unde dicit O beatum virum in cui⁹ transitu sanctorum canit numer⁹ angelorū exultāt chori &c. Fuit a sancto Ambrosio miraculose hamatum qui eius exequijs interfuit & corpus sepulture mandauit. Spūs vero eius fuit trāslatus de loco infimo ad celi sublimitatē de statu mēdico ad celi vbertatē de statu despecto ad angelicam societatē. Ista tria per ordinē tangunt cum dicit Martinus hic pauper & modic⁹ celum diues ingredit hymnis celestib⁹ honoratur. per hoc q̄ dī hic quod est adverbia loci notat locus infim⁹ p hoc q̄ dī paup notat stat⁹ mendicus: p hoc q̄ dicit modicus notat status despect⁹ deinde ponunt alia tria in cōtrariū rīdēte. cū dicit, celū: ecce loci sublimitas diuesecce vbertas. Hymnis celestib⁹ hos notatur: ecce angelica societas actū alijs verbis aperte dicat. Martinus de loco infimo ingredit ad celi sublimitatē, de statu mēdico ad celi vbertatē de statu despecto ad angelicam societatem.

¶ Sermo. cereti.

De sancta Cecilia. Sermo. j.

Desiui sponsam mihi eam assumere & amator fact⁹ sum forme illius &c. Et infra doctrix est discipline dei. Sapiēcie vij. Inter ceteras ꝟgines deo dīlecta tria priuilegia habuit q̄ in ꝓmissis verbis annotant. Primum est quia ipsa fuit sponsa christi gloriosa, cū dicit. Quesiui sponsam eam mihi assumere: habuit aūt duos sponsos scz xp̄m & valerianū. christus enim ipsam desponsauit & p charitatē sibi vnuit. Prec. ij. Recordatus sum tui miserans adolescētiam tuam & charitatē desponsationis tue &c. Quando aūt sponse christo consecrātur anulo subarrantur. Anulus ille amorē significat qui dz sponsum & sponsam vnire qui anulus ponit in quarto digito & sic nos ponitur. Et est rotundus, & dz esse aureus. Per primū significatur q̄ sponsa dz diligere christum sponsum ꝓcordialiter quia a corde procedit q̄dā vena que in digito quarto respondet. per secundum significatur q̄ dz ipsum diligere singulariter. Si enim duo anuli in duob⁹ digitis ponerētur videretur q̄ posset diligere deū & mundū. Per tertium significatur q̄ dz eum diligere ꝓpetualr vt sicut anulus q̄ est spericus finē non hz nec amor ille in ꝓpetuum finiatur. Per quartum significatur q̄ dz ipsum diligere excellēter: vt sicut aur⁹ omnia metalla excellit: & amor ille omnes alios excellat amores. Ista q̄tuor notantur. Luce. x. Diliges dominū deum tuum ex toto corde tuo: id est precordialiter: & ex tota anima, id est singulariter dādo sibi totā aiam tuā & ex omnib⁹ viribus tuis, id est firmiter & ꝓpetuāl ter & ex oi tua mēte. i. excellēter & amor tu⁹ radicet in mēte q̄ est ps superior rōnis. Habuit ēt spōsum valerianū quē ipsa tra duxerat & nuptias celebrabat. In nuptijs aūt cōsueuerūt fieri magna cōmia dissoluta solatia deferri varia vestiū ornamēta & dici ꝟba lasciua. Illi q̄dē diuer-

so epulis se ingurgitant, ista ꝛ hi duo me ac triduana ieiunijs se macerabat. Hij se vestimētis molliꝫ induebāt ista cilicio membra domabat. Hij verba va na ꝛ lasciua dicebāt ista vero euāgelium ꝛ abscondita in corde suo portaba: ꝛ nec dieb⁹ nec noctib⁹ a colloquijs cessabat. Scōm preconiū est quia ipsa fuit christi sponsa cū dicit amator factus sum forme illi⁹. Ista aūt pulchritudinē virgi nalem per quatuor conseruauit. Primo per corporis macerationem: quia cilicio membra domabat ꝛ corpus continuis ieiu nijs macerabat. Legitur. ꝯ. Macha. xiij. ꝙ inde interfecit maximum elephanto rū cū his qui suppositi erant. Maximus elephantorū, id est diabol⁹. Et hi qui sup positi sunt scilicet caro ꝛ mundus ꝙ quos diabolus pugnat. Qui ergo vult seruare corporis munditiā debet interficere dia bolum ne malas suggestiones immittat carnē nelaciuiat ꝛ mundū ne delectamē ta offerat. Scōo per deuotā orationē: qi sicut dicit de ea modo interpellabat an gelos vt cōseruarent suam virginitatē, ꝛ modo apostolos vt cōseruarent sue fidei sinceritatē, modo martyres vt iter sup plicia darent constantiam modo confes sores vt cōfitendo fidē darent modo vir gines vt suā conseruarent munditiam. Tertio per sermonis dei cōtinuā medi tationem. Unde dicit ꝙ euangeliū christi abscōditū gerebat in pectore p̄o. In corde meo abscondi eloquia tua ꝛc. Ver ba enim dñi sunt sagitte ꝛ carbones. p̄o. Sagitte potentis acute cum carbonib⁹ desolatorijs. Sagitte ideo carnē confi gūt per timorē. p̄o. Confige timore tuo carnes meas. Carbones ideo vrunt per amorem. p̄o. Ure cor meū ꝛ renes meos. Quarto per suspecte familiaritatis vita tionem. Non enim habebat familiaritas tē nisi cum personis sanctis sicut cū viro no epiſcopo ꝛ cū pauperibus quos ipſa nutriebat. Nam sin Chryso. periculum magnum est mulieribus deuotis familia ritatem habere cū viris duplici de cau sa: vna est qi mulieres sunt incaute ꝛ mol les. Quia molles ideo cito flectuntur. Virgi nibus autem est maius periculum sicut ibidem dicit triplici de causa. Qi scilicet sunt incaute: ꝛ quia sunt molles, ꝛ quia sunt inexpertes. Non enim adhuc sunt experte fraudulētie atq; astutias homi num. Uidue vero est maximum periculū ꝛ hoc quadruplici de causa, ꝛ quia sunt incaute, ꝛ qi molles, ꝛ quia sine viri con solatione: ꝛ quia dimittarum⁹ suaꝝ sunt domine. Tertium preconium est: qi fuit predicatrix gloriosa cum dicitur doctrix enim est discipline dei. predicauit autem verbis exemplis ꝛ miraculis. Uerbis: vt fidem trinitatis teneret vt laboti insi sterent: vt martyrium diligerent: vt munda nam potentiam non timeret. De primo ponit exemplū tale. Sicut in vna anima sunt tria scilicet ingenium, memoriā, ꝛ in tellectus sic ꝛ in vna diuinitatis essentia sunt tres persone. De secundo tale. Sic iali tempore laborantibus agricolis sunt alij otiosi locantes ꝛ agricolas deri dentes. Sed tempore estiuali cum aduc niunt gloriosi fructus gaudentibus il lis qui reputabātur inurbani fient qui videbantur vrbani. De tertio tale. Mori pro christo nō est vitam perdere sed mu tare dare lutum et accipere aurum, dare vilem angulum: et accipere totum perlu cidum dare simplum ꝛ accipere centu plum. De quarto tale. Potestas mundā na est quasi vi ervento repletus: quem si acus pupugerit protinus rigor euanescit. Predicauit etiam exemplo quia fideles ad tria reduceret: scilicet ad martyrium ꝛ ad sustentationem pauperum: et ad au diendum dei verbum hectria seruauit: quia et corpus suum martyrio expos fuit et omnia sua pauperibus erogauit: et verba dei semper in corde portauit. Predicauit etiam in miraculis quia co ronas florum de paradiso afferri fecit angelos sepe demonstrauit et vt paulus apostolus ad valerianum venire t obtinuit et vbanum in vultu angeli co demonstrauit tyburtium et valeria num conuerti. Almachium iudicem fu perauit. Animas tyburtij et valerias ni in celum ascendentes demonstra uit.

¶ Sermo.ccxciij.
Eodem die. Sermo secundus

Mulier diligēs corona ē viro suo. Prouerbiorū. xij. Sctā cecilia fuit diligēs qz diligenter deo seruiuit: ⁊ fuit corona sibi et viro suo. Sibi quia coronam martyrij acquisiuit. Uiro suo qz ipsum ad fidē conuertit, ⁊ ad coronam martyrij animauit. Hinc est ꝙ angelus duas coronas de liliis ⁊ rosis attulit ⁊ vnam sibi ⁊ alteram suo sponso dedit. Per lilium virginitas ⁊ per rosas martyriū designatur. Per qd̄ significatur ꝙ merito virginitatis ⁊ martyrij debeant in celestibus coronari. In premissis ergo verbis tria de ea notantur. Primum ꝙ ipsa diligenter deo seruiuit: cū dr̄. Mulier diligēs. Quatuor siq̄dē a deo accepit scz corpꝰ animā tēpꝰ ⁊ res tēporales ⁊ de his deo seruiuit diligēter. Primo de corpore suo. Cū em̄ triplex sit etas corporis scz iuuentꝰ q̄ est q̄si vinū purū: senectꝰ q̄ est q̄si fex et media inter has duas q̄ est q̄si vinū mixtū. Ista noluit expectare maturā vel senilē etatez: sed in sua iuuētute ⁊ adolescētia deo seruiuit. Hier. ij. Recordatꝰ suz tui miserās adolescētiā tuā. Scdo de corde suo. Cū em̄ in corde sint memoria intelligētia: ⁊ volūtas ipsa deo dedicauit suā memoriā ꝑ diuinorū beneficiorū recordationē. suā intelligētiā ꝑ verā de deo cognitionē ⁊ suā voluntatez ꝑ verū amorē. Sed multi sūt q̄ memoriā dant diabolo habendo in memoria carnis immundicias ⁊ iniurias sibi factas ⁊ voluntatem dant mundo diligendo vanitates mundanas: intelligentiam autem volūt dare deo per fidem tales sunt quodāmodo deum negantes. Ad Titum. j. Confitentur se nosse deum factis autem negant. Sunt demonibus similes. Jaco. ij. Tu credis quoniam vnus est deus demones credunt ⁊ cōtremiscūt. Sunt mortui. Jac. ij. Fides sine operibus mortua est. Tertio diligenter seruiuit deo de tempore suo Cum enim sit triplex tempus scilicet presens preteritū ⁊ futurū ipsa totū expēdit ad dei honorē. Dicit autē Bern̄. Quod vere penitēs nihil perdit de tēpore suo: qz ⁊ si preteritū ꝑdidit restaurat per cōtritionē ⁊ presens tenet per bonaz operationem: ⁊ futurum per boni propositi firmitatem. Sed multi sunt qui totuz tempus preteritum vanitatibus expēderunt totum presens in malis operibꝰ cōsumunt: futurum autem deo dare volunt dicentes se adhuc penitentiam facturos cum tamen dicatur. Eccl. viij. Futura q̄s nullo scire potest nuncio. Quarto diligēter seruiuit de rebus suis: qz omnia vendidit et pauperibus erogauit. Sunt qui habent temporalia ad superabundantiā ⁊ de istis facere eleemosynas est meritum magnū. Sunt qui habēt ad sufficiētiā: et de istis facere eleemosynas est meritū maiꝰ. De his duobꝰ dr̄ Tob. iiij. Si multū tibi fuerit abundāter tribue si exiguū etiā libēter impartiri stude. Sūt qui habent ad necessitatem extremā. Et de istis facere eleemosynas est meritū maximum sicut patet de vidua. Luce. xxj. Beata enim cecilia suꝑflua nō habuit et sufficiētia tribuit: ⁊ necessaria pauperibꝰ erogauit. Scdo fuit corona sibi ex eo ꝙ coronam martyrij acquisiuit. Quod quidem martyriū quinqz cōmendabile reddunt. Primū est quia magnū continet miraculum tota q̄dē die ac nocte igne supposito in caldario posita fuit ⁊ mane illesa exiuit. Eccl. lj. In medio ignis nō sunt estuata. Scdm est qz cōtinet magnū mysteriū. Fuit enim ter in collo percussa vt ostēdatur ꝙ in nomine trinitatis sit passa. Et sic fidē trinitatis edocuit verbo mysterio et exemplo. Tertium quia continet magnū exemplū. Ipsa enim ꝑcussa triduo superuixit in quo oīa pauperibꝰ tribuit et oēs quos ad fidē cōuertit vrbano ꝯmēdauit domū suā in ecclesiam edificari fecit. In hoc dat nobis exēplū vt in extremis positi curā principaliter habeamꝰ bona tēporalia tēporibꝰ distribuere filios tutoribꝰ deū timentibus relinquere: ⁊ domos nostras in hospitia pauperuz commutare. Quartum est: quia habuit magnam prolongationem. Cum enim carnifex tribus ictibus eam percussisset nec etiam decollasset non fuit ausus quartam percussionem inferre: quia inhibitum erat a romanis ne decollandus quartam percussinē acciperet. ⁊ sic sancta cecilia vulnerata superuixit tribus diebus. Quintum est:

quia continet magnam denotionem: cum enim esset semi mortua ⁊ per tres dies non cessabat deum orare: deum benedicere ⁊ populū ad monere ⁊ in fide ihesu christi confirmare. Tertio fuit corona sponso suo quia ipsum connertit ⁊ ad martyriū animauit. Sponsus quidem suus. vt in legenda patet erat zelotipus idolis deditus circa diuina nimis insipidus ⁊ superbus. Ipsa vero erat angelo in custodiam tradita seminatrix diuina apis argumentosa ⁊ christi ouis mansueta: quia igitur erat angelo in custodiam tradita ⁊ ille zelotipus: ideo et ipsum zelotipum per angelum amatorem terruit: ⁊ ab amore carnali compescuit dicens. Angelum dei habeo amatorē: qui nimio zelo custodit corpus meum ⁊c. prime Corinthiorū. iij. Si quis templū dei violauerit disperget illū deus. Quia erat seminatrix diuina et ille idolis deditus. ideo semen fidei in eius corde seminauit et ipsum ad fidem conuertit. Unde dixit Urbanus. Suscipe seminum fructus quos in cecilia seminasti. Quia erat apis argumētosa ⁊ ille nimis incipidus idcirco ipsum speciali dulcedine dulcorauit. Ecclesiastici. xj. Breuis in volatilibus est apis: ⁊ initiū dulcoris habet fructus eius. Quia ipsa ouis mansueta ⁊ ille superbꝰ: ideo ipsum tanq̄ agnū mansuetum peperit. vnde dixit vrbanus. Nam sponsum quem quasi leonem feroce accepit ad te quasi agnum mansuetissimum destinauit. Esa. xj. Vitulus ⁊ leo et ouis, morabuntur simul: ⁊ puer paruulus minabit eos vitulus erat Tyburtꝰ pius lasciuus. Leo erat valerianus pius superbus. Ouis erat Cecilia mansueta et fecunda. Isti morati sunt insimul ⁊ puer paruulus id est vrbanus humilis minabatur eos quia cecilium semper nutrinit et valerium ⁊ Tyburtium baptizauit.

¶Sermo.cccxcv. Eodem die.

Sermo tertio.

Breuis in volatilibus est apis ⁊ initium dulcoris habet fructus eius ⁊c. Ecclesiastici. xj. Cecilia apis vocata est sicut testatur Urbanus dicēs cecilia famula tua quasi apis argumentosa tibi deseruit. In istis ergo verbis predictis a sal. ⁊ vrbano quinq̄ implicantur. scilicet q̄ sancta Cecilia fuit apis ⁊ breuis apis, ⁊ vocalis apis, ⁊ mellificans apis, ⁊ argumentosa apis. Primo fuit apis inchoatum exercitauit se circa dulcedinem denotionis. Mel quidez generatur a roze ⁊ a flore: miro apis artificio edificata ⁊ cera domo ne mel defluat sed cōseruetur. Denotio quidez spiritualis habetur a roze sancti spiritus infundente. Nume. xj. Cum descenderet ros, scilicet gratie spiritus sancti descendebat ⁊ manna scilicet denotionis ⁊ habetur a flore id est caritate florida promerente Cah. j. Lectulus noster floruit. habetur apis artificio. id est ab exercitanti, ⁊ meditanti animo. ps. In meditatione mea exardescet ignis. Conservatur autem in vase solido id est per patientiam ⁊ perseuerantiā firmā. Alias effundit si per impatientiam frangitur. Ecclesiastici. xxj. Cor fatui quasi vas confractum omnem sapientiam non tenebit. Secundo fuit apis breuis inchoatum se exercitauit circa humilitatem que consideratur ⁊ quia breuis dicitur: ⁊ quia mel ab ipsa generatur. per mel enim humilitas intelligitur quia mel est in fundo melius quia de celi roze generatum. Oleum vero in superficie meli⁹ esse perhibetur ex eo q̄ est terrestre ⁊ grossum. Unum verum melius est in medio ex eo q̄ inter hec est mediocris natura. Per oleum ergo intelligitur charitas que est condimentum omnium virtutum ⁊ ista est melior q̄ superior: quia quantomagis ad deum elenatur tāto preciosior inuenitur. Per mel designatur humilitas que facit cor dulce ⁊ suaue. Illa autez humilitas maioris meriti existit que ad yma magis descendit. Per vinum intelligitur mentis iocunditas ista non debet se nimis elenare per ineptam letitiam nec nimis se deprimere per seculi tristitiam: sed in medio cōsistere per modestiam. ij. Corinthiorū. v. Sine mēte excedimus deo: ecce quomodo eleuabat se per charitatem. Sine sobrij sumus vobis ecce quomodo tenet se in medio per sobrietatem. Deinde subdit. Existimantes quoniam si vnus pro omnibꝰ mortuꝰ est ergo omnes mortui sunt: ecce

quomodo p humilitatem se deponebat quia se mortuam reputabat. Tertio dicitur apis volatilis inditum exercitauit se per contemplationem. Apes autem ad volandum per quatuor inducuntur, scilicet per tempus serenum per abundantiā florum: per dulce vinum: t per sonum. Sancta ergo Cecilia ad deum volauit per contemplationem: quia in ea serenitas fuit conscientie, flos puritatis t mundicie: vinum iocunditatis interne, t sonus alicuius diuine. Cant. ij. Surge propera amica mea et veni. scilicet ad contemplandum. iaz enim hyems trānsiit, ymber abiit t recessit ecce serenitas confluentie flores apparuerūt ecce flos puritatis t mūdicie. Vox turturis audita est in terra nostra ecce vox allocutionis diuine. quevox turturis dicitur: quia anima lamentum facit. t infra. Veni de libano: ecce vinum iocunditatis interne. de quo vno dicitur. Ozee. xiiij. Memoriale eius sicut vinum libani. Unum libani secundum Glos. dicitur vinum pigmentatū quod est odoriferum. Quarto dicitur mellificans apis inditum exercitauit se circa dulcē doctrinam t exortationem per quam multos ad deum traxit. Sed notandum q apes si multū de melle eis dimittatur modicū operantur: sed modicū reformant: si nimis parū quasi perturbate modicū operant: si mediocriter solicite operentur. per quod datur intelligi q nimia dulcedo et lenitas in prelatis facit subditum negligentem. modica vero cōpassio facit subditum precipitem. Temperata vero correctio facit subditum esse feruentem. necesse est ergo vt sit lenitas in feueritate: t feueritas in lenitate. hinc est quod mel ponitur in medicinis amaris triplici de causa scilicet vt amaritudo medicine melliis dulcedine temperetur vt per mel iis dulcedinem medicina a membris attrahatur: vt a corruptione medicina preseruetur p quod datur intelligi quod quando prelatus propinat subditis medicinam amare increpationis, debet ipsam dulcorare melle paterne compassionis t tunc talis compassio suauiter accipitur et a membris anime scilicet memoria: intelligentia t voluntate incorporatur et a peccati putredine ab ea preseruatur. Quinto, dicitur argumentosa apis que quidem sagacitas attenditur quantum ad tria. Primo quia cum spe subleuante habuit timorem deprimentem. apis enim quando ventus imminet lapillos intra pedes portat, ne pre sui lenitate a vento rapiatur: sic sancta cecilia lapidem pretiosum id est euangelium t timorem diuinū semper portabat absconditum: ne rapi posset per aliquos amorem mundanum. Secundo quia habuit prudentiam totam suam vitam componentem. Sicut enim dicitur in libro de animalibus apes ordinate mella ponūt. Nā alie flores abducunt alie de floribus rorē colligūt alie alueria componunt alie mellificationi intēdūt. Si beata Cecilia mō flores de paradiso colligebat quos angel⁹ sibi detulit. f. lilia virginitatis t rosas charitatis modo rorē celestē: sc. spūssancti gratiaz que spaz germinare faciebat. Ozee. xiij. Ero quasi ros: israel germinabit quasi lilium mō alueariū. i. corp⁹ suū cōponebat t custodiebat diēs. Fiat cor meū domine t corpus meū immaculatū: vt nō cōfundar. modo mellificationi intendebat. i. dulci deuotioni infistebat. tertio quia cū dulci exhortatione habuit feueritatē ēuesterrenē. Apis eīm fugit fallsuginē terre t sic dulcedines melliō tēperat. Et inde est q mel aliquantuluz habet acuminis: per quod datur intelligi q sancti viri aliquādo verbis dulcedinis inferere debēt verba feueritatis. Unde beata cecilia spōsuz suum primo allocuta est dulciter dicens. O dulcissime t amātissime iuuenis etc. Deinde ipsuz terruit dicēs. Ego angelū dei habeo amatorē qui nimio zelo custodit corpus meū hic si vel leuiter senserit q tume amore pollutō cōtingas ecclīm ferfet t amittes florē tue gratissime iuuētutis. Et sic ipm mollificauit dulciter alloquēdo: t pūgebat ipsuz grauiter deterrēdo.

¶ Sermo. cxxxvj.

¶ De sancto clemēte papa. Sermo. j.

Fidelis puras est fidelis seruus t prudens quē constituit dominus super familiam suam vt det illis cibū

in tempore ꝛc. Matthei.xxiiij. Sanctus clemens quinq; priuilegia habuit que in premissis verbis annotantur. Primum est: quia fuit miraculorum operatione fidelissimus. cum dicitur quis putas est fidelis. Noluit enim in miraculis que faciebat sibi gloriam attribuere: sed deo qui dicit. Esaie.xlviij. Gloriam meam alteri non dabo. multa quidem miracula fecit que sibi nō attribuit sed omnia deo ascripsit. Fecit autem miracula maxime circa sysinnium ꝛ circa aque elementum. Nam circa sysinniū offendit iustitiā magnā cōgruētiā ꝛ mīam. Iusticiaz quidē, quia cum ad ecclesiā venisset ꝛ sacramenta dei curiosius scire vellet: cecus effectꝰ est. Johannis.ix. In iudicium ego veni in mundum: vt qui non vident videant: et qui vident ceci fiant. Ostendit suam misericordiam: quia ad preces vxoris ipsum sanauit. p̄s. Dominus illuminat cecos. Ostendit magnam congruentiam: quia cum crederet ligare clementem saxum ligabat quia congruum erat vt homines lapidei lapides traherent. p̄s. Similes istis fiant q̄ faciunt ea ꝛc. Mirabilia etiā ostendit circa elementuz aque ꝛ hoc multipliciter. Primo quantum ad aque inuētionem sicut patet quando agnus locum eis ostēdit cū pede: ꝛ inde fontē aq̄ ꝓduxit. Scdo quantū ad tēpli fabricationez. quia manibꝰ angelicis in mari sibi tēplū fabricatum fuit. Tertio q̄tum ad maris excitationē: qꝛ per tria milia siccabatur. Quarto per pueri conseruationem qui per annum in mari fuit conseruatꝰ. Secūdum priuilegium est quia fuit magna humilitate preditus. cū dicit seruus. Cū em̄ quatuor sint gn̄a seruoꝝ: q̄daz sunt ancilla nati: quidā in prelio acquisiti: quidam cōductitij: quidā emptitij. Sanctꝰ autē clemēs his quatuor modis reputauit se seruum. Fuit enim ab ancilla. i. ab eccl̄ia in baptismo gn̄atus. p̄s. Seruꝰ tuus ego sum ꝛ filius ancille tue. fuit a xp̄o in prelio acq̄situs. xp̄s enim cum dyabolo prelium gessit ꝛ humanū genꝰ ab eo excussit. Esa.xlij. Captiuitas quidē a sorti tollet Rom̄.vj. Liberati a peccato serui aūt facti deo. Fuit a christo mercede cōductus Mat.xx. Ite in vineā meā ꝛc. Fuit precio emptꝰ. j. Coꝝ.vij. Precio empti estis: nolite fieri serui hominum. Tertiū quia philosophus eximius: cū dicitur: ꝛ prudēs. Ipse enim ante conuersionem fuit phūs studiosus ꝛ curiosus post cōuersionē fuit philosophus xp̄ianus. Studiosus q̄dez fuit phūs: qꝛ studiose querebat qualiter anime immortalitas sibi ꝑsuaderi posset Ideo scholas philosophorum frequētabat: ꝛ quando ꝯcludebat q̄ immortalis erat valde gaudebat. qn̄ vero cōtrariū: tristis abscedebat. Fuit phūs curiosus sicut faciliter videt in q̄stione de culice ꝛ camelo quā sancto barnabe fecit. post cōuersionē aūt phūs xp̄ianꝰ. Philosophia aūt xp̄ianoꝝ est christū crucifixū scire verba curiosa vitare ꝛ inuincibilem esse. De prima philosophia dicit. j. Coꝝ.ij. Non em̄ iudicauit me aliq̄d scire inter vos nisi xp̄m iesuz ꝛ hūc crucifixū. De scda dr ibidē. Nō indoctis hūane sapiētie v̄bis ꝛc. De tertia dicit nazāzenꝰ. Duo sunt in celo q̄ terreri non possunt. s. deꝰ ꝛ angelus tertiū est in terra. s. philosophꝰ christianus. philosophꝰ quidē velut incorporeꝰ est ꝛ impossibilis in omnibꝰ vincit preter in animi libertate. Quartum est quia fuit summꝰ prelatꝰ. cū dicit. Quem constituit dn̄s sup familiā suaz. Successit em̄ beato Petro in tribꝰ. s. in pontificali dignitate fidei v̄itate ꝛ in vite sanctitate beatꝰ Petrus sciēs passionem suā imminere congregatis fratribus dixi eis. ecce fratres loco mei ordino vobis Clementem qui mihi ab initio vsq; ad finē comes in omnibus fuit: ecce quia successit ei in pontificali dignitate Deinde subiungit beatus Petrus. Ipse enim totius predicationis mee veritatem agnouit: ecce quia sibi succedit in fidei veritate. Deinde subiunxit. Quem pre ceteris expertꝰ sum deum colentē: ꝛ homines diligentem castum: diuinis studijs deditū sobrium patientem: ecce quia succedit ei in vite perfectiōe. Fuit enim perfectus quo ad deum. Ideo dixit deum colentem. Quo ad proximuz. ideo dixit homines diligētē. Quo ad seipsuz. ideo dixit castum diuinis studijs deditū. Fuit dignus prelatus quia gregem suuz pauit verbo: quia multos ad fidem conuertit ita quod vno die quingentos et

ampline baptizauit. Pauit exemplo. Unde dicitur de eo q tanta morum honestate pollebat q christianis: iudeis: et gentilibus complacebat. Pauit temporali subsidio. Unde dicitur: q omnium pauperum viduarum t orphanorum nomina scripta habebat et eis sufficienter prouidebat. Quintum: est quia fuit doctor gratiosus cum dicitur. Ut det illis cibum in tempore. Ipse enim cibum dei populo ministrabat: t hoc in tempore opportuno. Sicut enim dicit Chrysostomus. Doctrina in tempore non opportuno oblata. non prodest si nocet sicut esca contraria aut extra tempus accepta. Sicut enim idem dicit infantibus esca mutatur secundum etatem: sic in populo doctrina temperatur secundum virtutem. Ut autē ista doctrina a populo accipiatur. Debet attendere vt dicit Augustinus in libro de doctrina christiana. vt placeat vt pateat et moueat. Beatus igitur Clemens predicabat rationibus claris: et auctoritatibus veris: et ideo placebat. Nam gentiles rationib⁹: iudeos auctoritatibus conuincebat. s. Pet. ij. Parati semper ad satisfactionem omni petenti. rc. Predicabat sermonibus planis. et ideo patebat. Prouer. xviij. Doctrina prudentium facilis. Predicabat miraculis t exēplis: et ideo monebat Roma. xv. Nō enim audeo aliquid loqui eorum que per me non effecit christus.

¶ Sermo. cxcvij. De eodem sermo. ij.

Beatus seruus ille quem cum venerit dominus inuenerit vigilātem t sic facientem. Mat. xxiv. Istud referatur ad quattuor superiora ad que dominus admonuerat seruum suum. s. vt vigilet cum dicit. Vigilate vt domum suā custodiat. cum dicit. Si sciret paterfamilias. rc. Ut fideliter t prudenter seruiat. cum dicit. Quis putas est fidelis ser. rc. Et vt cibum familie tribuat cum dicit. Ut det illis cibum in tēpore. Est ergo sensus beatus seruus ille quem cum venerit dominus inuenerit sic facientem. i. vigilantez: domum a fure custodientem: fideliter seruientem: t sic cibum familie tribuentem. In predictis verbis duo tanguntur. s. aduentus domini: et cōmendatio serui. Aduentus domini notatur cum dicitur. Cum venerit dominus. tunc autem dominꝰ ad seruum suum clementem venit. quando ipsum de hoc mundo vocauit. in qua vocatione sanctus clemēs beatus fuit: quia pro ipso morti promeruit passus est quidem pro christo quadruplex genus martyrij. Primum fuit in compassione afflictorum. De quo dicit Grego. Qui dolorem exhibet in aliena necessitate: crucem portat in mente. Istam compassionē sanctus clemens habuit: quia patrem t matrem t duos fratres per. xxx. annos per mundum errantes inuenire non potuit t si compatiendum est miseriis aliorū multo fortius affliction. bus et doloribꝰ nostrorum. Secundum fuit in patientia aduersorum. de quo dicit idem Grego. Si ne ferro martyres esse possumus: si patientiam in animo veraciter custodimus. Et istud martyrium beatus clemens habuit: qz omnibus bonis fuit spoliatus: et a sede sua fuit detectus. Sed in omnibus patiens est inuentus. Hebre. x. Nam t vinctis compassi estis. Hoc ꝓtum ad primū. t rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis. Hoc ꝓtum ad secundum Tertium martyrium fuit in dilectiōe inimicorum. de quo dicit Grego. Ferre contumelias et odientem se diligere martyrium est in occulta cogitatione. beatꝰ clemens magnam contumeliam est passus. quādo tanq̄ malefactor et homicida exilio est damnatus. Sed tamen t inimicos suos dilexit corde et seruiuit opere t pro eis orauit ore. Math. v. Diligite inimicos. rc. Quartum martyrium est: qz submersus est ligata ad eius collum anchora in profundum. vnde poterat orare et dicere cum propheta. Nō me demergat tempestas aque. Tempestas quidē aque ipm nō demersit qz manib⁹ angelicis tēplū ꝑparatū inuenit. pfundū ꝙ ipz absorbere nō potuit: qz ei⁹ ata ad cesū voluit. Puteus maris os super eū claudere non potuit: qz per tria miliaria mare se aperuit. Scō ponitur cōmendatio q̄ in quattuor cōsistit vt supradictū est. primo in vigilando. Ad pfectā vigilātiā tria requirunt scōm Augu. i lib. solilo. vt octoo

habeat quib⁹ vti possit vt aspiciat ⁊ vt videat. Qui ergo vult pfecte vigilare oportet ꝙ oculos sanos habeat: ne. s. fit in eis trabs sæpbie. Mat. vij. Quid aūt vides festucā in oculo fratris ⁊c. aut lutū cupiditatis terrene. sicut accidit in Tho. ps. Oculos suos statu declina. in terrā, aut ignis ardentis concupiscentie. ps. Supcecidit ignis ⁊ nō viderūt solem. Etiam oportet ꝙ aspiciat. ps. Respice in faciez xpi tui. Christus enim habuit faciem cādidā rubicundā ⁊ electam. Candidā. i. pallidā in patibulo. Rubicundam habebit in iudicio, electā i regno. Cañ. v. Dilectus meus candidus ⁊ rubicun ⁊c. Ergo respice faciem christi tui sic pallidam vt compatiaris. sic rubicundam: vt terrearis. sic electam vt iocunderis. Oportet etiam ꝙ videat. non autem potest homo deum videre nisi a seipso moriatur. Exod. xxiiij. Nō videbit me homo ⁊ viuet. homo em̄ aliquādo diligit terreneitatem aliquando carnalitatem aliquando sensibilitatem. Est ergo sensus. Non videbit me homo ⁊ viuet. i. qui viuat vita terrena, carnali vel sensibili: sz oportet ꝙ terrena despiciat: ⁊ carnalia abijciat: et ad spiritualia intelligētiam erigat. Secundo consistit officium serui in domum a fure custodiendo. Nam secundum Chri. super Matt. fur. i. Diabolus quatuor furatur. s. aurum sapientie argētum eloquentie, vestes virtutum, ⁊ lintheamina gratiarum. Furatur quidem aurum sapientie diuine ⁊ ponit lutum sapientie mundane. de qua dicitur. j. Cor. iij. Sapiētia hui⁹ mūdi stultitia est apud deum. Furatur argentum eloquentie. i. verba edificationis ⁊ immittit verba detractiōis. Gal. v. Quod si inuicē mordetis ⁊ comeditis videte ne ab inuicē consummamini. Furatur vestes virtutum et operum bonorum ⁊ immittit vestes sordidas vitiorum quas vestes apostolus abijciendas esse ammonet. Roma. xiij. Abijciamus opera tenebrarū ⁊c. Furat etiā lintheamē candidū gratie ⁊ ponit lintheamē sordidū remordētis ꝯsciētie. De quo dr. Esa. xiiij. Subter te ster. ti. et ope. tu. erunt ver. Tertio cōsistit officiuz boni serui in prudēter ⁊ fideliter seruiēdo. Sic ⁊ btūs clemēs prudēter ⁊ fideliter deo seruiuit qz pecuniā dñi sui augere sciuit: naz sicut dicit Math xxv. Uni dedit quinqz talenta. i. exteriorum scientiaz quinqz sensuum ministerio occupandaz ⁊ exercendam que triplex est. s. politica ptinens ad rigimen ciuium: domestica pertinens ad regimen familie: ⁊ priuata pertinens ad regimen suijpsius. Tunc enim alia quinqz talenta lucratur. quando se a sensibili voluntate custodiens: alios etiā ab his admonendo compescit. Alijs autem dedit duo. s. intellectum et operationem. Tunc etiam illa duo lucratur quando predicando et operando. i. verbo et exemplo ad similia alios inducit. Alijs autem dedit vnum. i. intelligentiam scripturarum. Ista autem vel abscondūt sub terra auaricie. vel in sudario corporis ⁊ negligenter. et non ponunt ad mensam sacre scripture. Quarto officiuz boni serui consistit in cibum familie tribuendo. Cibus autem verbi dei secūdum Chrisosto. primo debet masticari per meditationem. Sicut enim cibus nisi masticetur ei⁹ sapor non sentitur sic nec verbum dei. Unde illa animalia erant immunda que cibos non ruminabāt. Postea debet ad stomachum trahi per memorie impressionem. Sicut enim cibus masticatus non prodest nisi fuerit stomacho traditus sic nec sermo nisi fuerit memorie commendatus. Tertio debet ad diuer. mē. deriuari. Membra aūt ale sunt eius virtutes: quedam enim verba debent deriuari ad vegetandum fidem: quedam ad nutriendū spem: quedam ad nutriendum charitatem, et sic de alijs. quarto debet incorporari: vt. s. animam in nouitate vite transmutet. Non enim cor mutat verbuz quia cor auari non posset trahere verbum dei ad consentiendum proprie auaricie nec cor superbi nec cor luxuriosi: sed potius verbum dei mutat cor: quia de auaro facit pium de superbo mansuetum: et de luxurioso castū ideo assimilatur surculo arbori insito qui totam naturā arboris ad se trahit. Jaco. j. Suscipite insitum verbū quod potest saluare animas vestras.

¶ Sermo. ccxcviij.

¶ De sancta Catherina. sermo primus.

illos autem septē circuitus quos christ⁹ fecit ꝑ altaris nr̄i, id est cordis nr̄i sanctificationē. Primus est quo de celo venit in vterum virgnis. Secūdus est quo de vtero venit in presepium. Tertius est quo de presepio venit in mundum. Quartus est: quo de mūdo ascendit in patibulū. Quintus est: quo de patibulo descendit in sepulchrum. Sextus est quo de sepulchro descendit in lymbum. Septimus est quo de lymbo resurgēs ascēdit in celū. Tertium est: quia ipsum altare septem vicib⁹ cum aqua benedicta ⁊ hysopo aspergitur. Hysopus nanq; est herba parua calida ⁊ flegmatis purgatiua. Et significat christum qui est paruus per humilitatem vt habetur Esaie. ix. Paruulus natus est nobis. calidus per claritatem. Johanis xv. Maiorem hac dilectionem nemo habet ⁊c. est enim purgatiuus faciēs nobis magnam puritatem. Heb. j. Purgationē peccatorum faciens. Ab ista hysopo profluxerunt septem aque aspersionis, id est septem sanguinis effusiones. Quarum prima profluxit in circuncisione. Secunda in sudatione. Tertia in corporis flagellatiōe. Quarta i capitis coronatione. Quinta in manuū perforatiōe. Sexta in pedum crucifixione. Septima in lateris apertione. Uel illa aqua significat aquā baptismalē qua altare cordis nr̄i aspgitur ⁊ mūdatur: que ideo septies aspergitur: quia ipso baptismo septem dona spiritussancti dantur. Quartum est quia incensum in ipso altari concrematur. ꝑ qd̄ significatur ipsum sacrificium in ara crucis oblatum. Et sicut fumus incensi exit a carbone accenso: ⁊ in altum ascēdit: et odorez reddit. Sic fumus huius sacrificij processit a christo inflāmato igne amoris: passionis ⁊ compassionis. Ascendit vsq; in celum. Apocali. viij. Ascendit incensorum fumus in conspectu domini de manu angeli, id est christi qui fuit nūcius dei patris. Et ideo fecit odorē magnum. Ephe. v. Tradidit semetipsum ꝑ nobis oblationē ⁊ hostiā deo i odorē suauitatis. Uel ꝑ illā ꝯcremationē incēsi significat ꝙ illi q̄ altare accedunt: debēt habere orationē ad istar incēsi. s. feruentē ascēdentē et redolētē, Feruētē. s. calore charitatis. Apoc. viij. Data sunt ei incēsa multa. Et infra. Et accepit angelus thuribulum et impleuit illud de igne altaris. Ascendentem leuitate humilitatis. Eccli. xxxv. Oratio humiliantis se penetrat nubes. Redolentem odore mūdicie ⁊ puritatis. Apo. v. Habentes singuli citharas ⁊ phialas aureas plenas odoramentorū ⁊c. Quintum est: qr ip̄m altare chrismate inūgit. Ad significādum ꝙ ipsa crux fuit inūcta sanguine xp̄i q̄ patrē odore recreauit. et ipsum ad misericordiam deliniuit. ⁊ nobis suam benedictionē dedit. Chrysma nanq; fit ex balsamo ⁊ oleo ⁊ vtroq; benedicto vel per hoc significat ꝙ illi qui ad altare accedūt debēt habere balsamum redolentis fame. ij. Cor. ij. Christi bon⁹ odor sumus. De omni loco oleum pietatis ⁊ misericordie. Ecclesiastici. ix. Oleuz de capite tuo non deficiat ad benedictionem gratie proficiētis. p̄s. Etenim benedictionem dabit legislator: ibūt de virtute i virtutē ⁊c. Sextū est qr mūdis pānis operitur qui pāni sic debēt esse gloriosi ⁊ preciosi ꝙ nullā habeant maculā vel rugaz ⁊ nullā deformitatē. Pāni em̄ altare ornātes sunt boni clerici ecclesiā decorātes. Esaie. xlix. Uiuo ego dicit dn̄s: qr omnib⁹ his velut ornamēto vestieris. Ephe. v. Exhibere sibi ecclesiaz gloriosam non habentē maculā neq; rugam aut aliquid huiusmodi. Clerici em̄ nō debent habere maculā in cogitatione nec rugam in intētione nec aliquid deformitatis in opere: sed debēt esse gloriosi i fama ⁊ opiniōe. Scdo ponit sctificatiōis effect⁹: cū dicit sanctū sanctoꝝ. Ipsū em̄ altare sctm̄ sanctoꝝ dr: qr sanctissimū sacramentū in eo cōsecratur. Sanctū nāq; est idē ꝙ mūduz firmū ⁊ sanguine tinctum. Est igitur ip̄m sacramentū in altari sanctū. Primo quia nos mūdat. Heb. ix. Sāguis xp̄i emūdabit cōsciētiā nr̄am ⁊c. Apoc. vij. Lauerūt stolas suas ⁊ dealbauerūt eas in sanguine agni. Ex q̄b⁹ ꝟbis ptz ꝙ sanguis xp̄i mūdat lauat ⁊ dealbat. Mūdat ab actuali: lauat ab originali: ⁊ dealbat a veniali. In huius significationē xp̄s sanguinē fudit de manib⁹ vt lauaret actuale. de latere vt lauaret originale. de pedib⁹ vt lauaret veniale. Scdo altare dicit sctm̄: quia

nos firmat.s.per sacramētum. Facit em̄ nos firmos ⁊ fortes i agrediēdo ardua hoc significatum est.j.Machab.vbi dr̄ q̄ elephātꝫ ostēderūt sāguinē vue ad acuēdū eos ad preliū. Facit nos firmos sufferēdo aduersa.Heb.xij. Recogitate eū q̄ talē sustinuit a pctōrib⁹ aduersus semetipsum ꝯtradictionē vt nō fatigemini animis vr̄is deficiētes. Facit nos firmos ꝑseuerāter cōtinuādo fortia.iij. Reg.xix. Ambulauit in fortitudine cibi illi⁹ ⁊c.ps. Panis cor hoīs confirmet. De his exemplū habem⁹ in xp̄o q̄ magnanimiter aggress⁹ est ardua ⁊ crucē ascēdit. Cōstāter sustinuit aduersa qn̄ vulnera fortiter tolerauit: ⁊ ꝑseuerāter cōtinuauit fortia.s.qn̄ de cruce descēdere noluit. Tertio sacramentū dr̄ sanctū qr̄ sanguine suo nos tingit scz quādo sue passionis memoriā nobis imprimit tangēdo nostrū intellectuz per meditationē. Deut.vj. Meditaberis sedens in domo tua ⁊ nostrū affectū per desideriū ⁊ deuotionē. Job.xxxix. Pulli eius lābunt saguinē ⁊ totā nr̄am per imitationem.prime Petri secūdo. Christus passus est pro nobis vobis relinquens exemplum ⁊c.

¶ Sermo.cccv.

De officio diuino. Sermo.j.

Edit in celebratiōib⁹ dec⁹ ⁊c. Eccl.xlvij. Ista v̄ba fuerūt dicta de dauid propheta ⁊ possunt cōuenientius dici de beato Grego. papa qui misse celebrationem, pulchre ⁊ decore ordinauit: ⁊ ipsum ministrū celebrantē pulchro habitu insigniuit. Uideamus ergo q̄ decorus sit habitus ministri. Secundo q̄ decora sit celebratio ministerū. Minister nanq̄ in suo habitu debet esse decorus. Primo qr̄ in capite coronā decoram debet habere. In qua siquidez corona tria fiūt.s.pilor̄ abrasio: capillor̄ detrūcatio ⁊ forme sperice figuratio. Abrasio aūt pilorū in superiori ꝑte capitis fit ad innuēdum q̄ inter ipsos ministros ⁊ deuz nihil debet esse mediū: sed immediate debent deo vniri ꝑ vinculū charitatis: per idētitatem valuntatis: ⁊ per opera pietatis. Misericordia enim maxime deo coniungit hominem. Capilorum enim detruncatio super aures fit ad innuendū q̄ omnia tēporalia suꝑflua debēt resecare: ⁊ superfluas cogitationes abijcere a mēte: ⁊ ad mādata dei adimplēda auditū liberū et expeditū habere. circularis autē figuratio in modū corone fit ad innuēdū q̄ seruire deo regnare est: ⁊ q̄ sunt ministri illius qui principio caret ⁊ fine. Et q̄ de corona sacerdotalis dignitatis peruenturi sunt ad coronam eterne felicitatis. Secūdo debet amictum in capite assumere tāquā galeā spei: quia debet ab altare accedere cū spe ⁊ fiducia obtinēdi j.Thessall.v. Induti galeā spem salutis. Tertio debet induere albā tanq̄ loricam iustitie. Ephe.vj. Induti lorica iustitie. Sicut enim lorica hominem vndiq̄ tegit. sic iustitia cum alijs suis virtutibus vndiq̄ animam tegit ⁊ munit. Prudentia enim animam munit ab interiori vt prouideat de futuris. Iustitia a posteriori vt prouideat de futuris ⁊ satisfaciat d̄ preteritis. Temperantia a dextris ne alliciatur in prosperis. Fortitudo a sinistris ne succūbat in aduersis. Quarto debet cingi cingulo castitatis ⁊ mundicie Ephe.vj. State ergo succincti lumbos vestros in veritate. ⁊.j.Petri.j. Succincti lumbos mentis vestre. Quinto debet accipere manipulum tanq̄ scutū fidei. Ephe.vj. In omnibus sumentes scutū fidei ⁊c. ipsum autem manipilum in manu sinistra ponitur: quia scutū in sinistra parte portat̄. Sexto debet accingi stola tanq̄ ense ⁊ gladio ancipiti qui est gladius verbi dei vt incidat verbo ⁊ exemplo. Heb.iiij. Uiuus est sermo dei ⁊ efficax. ⁊ penetrabilior omni gladio ancipiti. Septimo per planetam siue casulam que de superbo ponit̄ intelligitur charitas que desuper omnes virtutes ponitur quasi earū forma. Collossen.iij. Super hec aūt oīa charitatem habentes ⁊c. Uel ꝑ illā planetā intelligitur insigne quoddā qd̄ cognoscētia dicitur: ꝑ quod cuius regis sit miles agnoscitur: ꝑ quod mortificatio carnis accipit̄: ꝑ quā christi milites discernuntur. Gal.v.

Qui autem sunt christi carnem suam cru
cifixerunt cum vicijs ⁊ concupiscentijs.
Post modum autem sacerdos sic ornatꝰ
et armatus ad altare accedit: vbi etiam
tribus alijs armis se munit scilicet con-
fessione vt sit mundus cum dicit. Cōfiteor
deo ⁊c. Oratione vt accedat deuotus cū
dicitur Aufer a nobis domine. ⁊c. Et cru
cis impressione vt maneat securus. Eze-
chie. ix. Super quez videritis thau ne oc
cidatis. ⁊c. Secundo videndum est q̄ de
cora sit celebratio ministerij, id est misse
que quidem decora est propter multa q̄
ibi fiunt que magna continent sacramen
ta: quorum quedam sunt ante cōsecratio
nem: quedam vero sunt in ipsa consecra
tione: et quedam post consecrationē. An
te quidem consecrationem plura fiunt q̄
sacramenta continent. Primum quia sa-
cerdos ad populum se manifestat et cla-
ra voce ipsum salutat: in vna tamen illa-
rum licet se populo manifestet non tamē
clare sed submisse dicens. Orate fratres
⁊c. Ille autem quinq̄ manifestationes re
presentant quinq̄ apparitiones quibus
in ip̄o die resurrectiōis se discipulis suis
manifestauit: vna tamen illarum fuit oc-
culta scilicet qua symoni petro apparuit.
Secundum est quia sacerdos non dicit
christus vobiscum nec iesus vobiscū: sed
dicit dominus vobiscum. Nam christus
et iesus sunt nomen personale ipsius fi-
lij. Dominus autem est nomen commune
conueniens tribus personis: quia domi-
nus pater: dominus filius dominus spiri
tussanctus. Et tamen nō tres domini sed
vnus est dominus. Acsi dicat Tota trini
tas sit vobiscum scilicet pater qui sua po
tentia vos confirmet: filius qui sua sapiē
tia vos illuminet: et spiritussanctus qui
suo amore vos inflammet. Alia ratio est.
quia dominus potentiā significat: ⁊ ideo
omnem defectuz populi supplere potest:
et omnia bona conferre. Rom̄. x. Idem
dominus omnium et diues in omnes qui
inuocant eum. Tertium est quia non re-
spōdetur sibi eo modo quo salutat. Nō
eniz sibi respondetur. Et dominus tecū:
sed et cum spiritu tuo. ad innuēdū q̄ tūc
sacerdos totus debet esse in spū ⁊ spūa-
lis esse: ⁊ nihil sentire de corpe: vel corpo
rali sollicitudine sz totū se dz dare spiri-
tui. j. Cor. xiiij. Orabo spū: orabo ⁊ men
te. Quariū est qr orōnes in ipsa missa in
numero impari dicunt: cuiꝰ rōnē assignat
Greg. qr par numerꝰ in duo eq̄ est diuisi-
bilis ⁊ impar in duo equalia diuidi non
pōt. Non dicunt ergo in numero pari: qr
deꝰ diuisionē in oibꝰ detestat. Quintū est
quia ad euāgeliū deportat lumē: thus ⁊
crux ad innuēdū q̄ ille q̄ dz euāgelizare
verbū dei dz hr̄e lumē doctrine. j. Petri.
iij. Parati semp ad satisfactionē oī petē-
ti vos. ⁊c. thus adorifere fame. j. Timot.
iiij. Opz illū testimoniū hr̄e bonū ⁊c. cru
cem mortificatiōis proprie. Mathei. xvj.
Abneget semetipsum ⁊ tollat crucē suā ⁊
sequat me. Sextū est qr diaconus signat
se in frōte, in ore, ⁊ in pectore. In fronte:
qr nō debet euāgeliū christi erubescere.
Rom̄. j. Nō em̄ erubesco euāgelium. In
ore qr debet ip̄m feruenter predicare. In
pectore: qr debet ip̄m fideliter credere.
Roma. x. Corde credit ad iustitiam: ore
autē confessio fit ad salutē. Scdo sunt q̄-
dā in ipsa vel circa ipsam cōsecrationez.
Primū est: qr corpora explicantur. Calix
em̄ cū patena parat. Altare q̄dē signifi-
cat crucem: sed corporalia significāt lin-
theamina ⁊ sudariū q̄bus corpus xp̄i fue
rat inuolutū. Calix significat sepulchruz
patena vero lapidē ad ostiū monumēti
expositū. Scdm qr aqua ⁊ vinuz miscent
⁊ ip̄a aqua bn̄dicit. Miscet em̄ ip̄a aqua
duplici de cā. Primo ad significādū illa
duo sacramēta q̄ de latere dn̄i nostri p̄flu
xerūt scz redēptiōis in sanguine: ⁊ rege-
neratiōis in aqua. Scdm est qr p aquam
populꝰ significat. Iuxta illud Apocaly-
psis. xvij. Aque quas vidisti populi sunt
⁊ gētes ⁊ lingue. Ideo ergo aqua cū vi-
no admiscetur: ⁊ cū sanguine transmuta-
tur vt ostendat q̄ fideles xp̄o vniunt. Iu
xta illud Joā. xvij. vt sint vnū sicut ⁊ nos
vnū sumꝰ ideo aūt aqua cū cruce bn̄dici-
tur: ad ostendēdū q̄ illa talis vnio populi
cū xp̄o facta fuit mediāte cruce ⁊ xp̄i pas-
sione. Eph. ij. Ipse em̄ est pax nr̄a q̄ fecit
vtraq̄ vnū. Tertiū est qr sacerdos ad cō
secrationem tripliciter separat. s. p thu-
rificationē: ablutionē: ⁊ orōnem Thurifi
cat nāq̄ ad ostendendū q̄ illud sacrificium

est a deo valde odoriferum. Ephes. v. Tradidit semetipsum pro nobis oblationem et hostiam deo in odorem suauitatis digitos lauat: quia sm ipsum dionysium in ecclesiastica hierarchia lotio digitorum significat mundationem venialium peccatorum a quibus tūc sacerdos debet esse immunis. Orat etiam pro se ipso dicens. In spiritu humilitatis etc. Etiam vt orationes aliorum requirit; dicēs. Orate p me fratres etc. Tertio fiūt quedam post ipsam consecrationem. Primum est: quia corpus xpi in tres partes diuiditur ad innuendum q corpus xpi mysticum in tres partes est diuisum. Una pars regnat in celo: et significatur per illam particulā que ponitur in vino consecrato: quia illi beati ab vbertate dei semper sunt ebrij. Alia pars adhuc peregrinatur in mūdo. Tertia cruciatur in purgatorio: et istas duas partes alie particule representant. Pro istis igitur tribus partibus corporis mystici corpus christi verum sub sacramento offertur. s. pro beatis in gratiarum actionem et p fidelibus qui sunt in mundo vt sit eis in conseruationem. pro his qui sunt in purgatorio, vt scz sit eis in purgationē. Scdm est qr post sumptionem digitos lauat semel an ꝯsecrationē, vt dictū est et bis post sumptionem vna vice cū vino vt si aliqd de corpore christi digitis adhesit in calice infundatur. Secunda vice cum aqua. Per istam triplicem lotionem digitorum significatur triplex mundicia illorum q corpus christi conficiunt. Tales enim debent habere puritatem q̄tum ad manus quibus ministrat: et q̄tum ad os per qd suscipit et q̄tum ad cor in qd recipit. Tertium est quia post missam sacerdos lauat manus. In principio quidē lauat manus anteq̄ se indueret, et in fine misse etiam manus lauat in medio autem misse non manus lauat sed tm̄ digitos: quia omni tempore siue ante missam siue post missam debet esse mūdus a peccatis magnis, in missa ꝟo a peccatis paruis. Dionysius. Etenim accedentes ad sanctissimum sacramentum mūdari conuenit ab intimis anime fantasijs.

¶ Sermo. cccvj. De eodem sermo. ij.

Tare fecit cantores contra altare: et in sono etc. Ecclesiastici. xlvij. Dauid symphonides et egregi⁹ psaltes circa dei cultū valde deuot⁹ diuersos et plures psalmos edidit: quos per diuersos cantores circa altare decātādos instituit. Cuius exēplo sancti patres diuersos cantus circa altare decātandos ediderunt et missam vocauerūt. Quia vero ibi erant multe prolixitates. ideo beatus Grego. prolixitates resecauit: et ipsam missam conuenienti⁹ ordinauit. et ideo sm eius ordinationem in ipsa missa aliqua exponamus. In pmis nāq̄ in principio. misse introitus decantatur. Dicitur autem introitus ex eo quia p illum talem introituz in missam intratur. Olim quidem. scilicet tempore apostolorum missa per orationem dominicam inchoabatur. sed postmodū per aliquā lectionē est inchoata. sicut adhuc fit in sabbato sancto et in vigilia penthecostes. Et postmoduz missa inchoata est per aliquē psalmū qui totus cantando dicebat. Sz qr ille introitus nimis erat prolix⁹: ideo Greg. detruncauit: et de illo psalmo aliquos versus retinuit: et sic per anni circulum introitus ordinauit. Introitus autez qui clamore inchoatur rep̄sentat clamores sanctorum patrum desiderātiū christi aduentum et ideo geminatur vt intentio desiderij ostendatur. Olim autez iste introitus antiphona vocabatur: et sic in aliquibus libris antiquis inuenitur. Dicitur autē antiphona ab an quod est circa et phonos sonus, qr est cantus circumiens psalmos et gloria patri et filio, qr ante et post illa cantatur. Deinde sequitur. kyrie eleyson, quod nouē vicibus dicit: qr ad honorē nouē ordinū angelorū cātat quos sic honoramus vt ad eoruz societatē puenire valeamus. In tres autez ternarios distinguntur et decantatur nouem vicibus quia angeli in tres hierarchias et nouem ordines distingunt. Uel dicuntur illa kyrie eleyson ad honorem trinitatis ita q tria prima referuntur ad patrem. tria media ad filium et tria vlti-

ma ad spiritum sanctum. Est enim Kyrie eleison idē dicere qd̄ domine miserere. Habet enim deꝰ magnam misericordiā, multam ⁊ eternam. De duobus primis. Psal. Miserere mei deus secundū magnam misericordiam tuam. Et secundū multitudinem ⁊c. De tertia idem Confitemini domino dominorum: quoniam in eternum misericordia eius. Habet igitur deus misericordiā magnā multā ⁊ eternam. Magnam qꝛ remittit peccata quātūcunq; sint grauia. Multam qꝛ remittit peccata quātūcūq; sint numerosa. Eternam: quia remittit peccata quantuncūq; sint diuturna. Istam autem triplicem misericordiam quilibet trium habet. s. pater filius ⁊ spiritussanctꝰ. Et ideo ipsam misericordiam a quolibet trium imploramus. Deinde dicitur hymnus angelicus scilicet. Gloria in excelsis. Quem angeli vsq; ad illud bone voluntatis decantauerunt. Sed reliqua alia que sequunt̄ addidit sanctus Elesporus papa qui fuit nouꝰ a beato Petro. Quāuis aliqui dicunt beatum hylarium illa addidisse. Cantabatur olim tantum in prima missa natalis domini. Sed postmodum Ciriacus papa instituit ꝙ etiā in festiuitatibus decantetur. Et ideo si dicitur aliqua votiua missa de spiritusancto vel de sancta cruce, vel de beata virgine Maria in profestis diebus nec gloria patri nec hymnꝰ angelicus dicitur: nec symbolum dici debet: tamen prefatio propria dici potest: vt inter commemorationem ⁊ solennitatem differentia habeatur. Finito Gloria sacerdos populum salutat dicens. Dn̄s vobiscum: ⁊ chorus respondet. Et cū spiritu tuo. Et iste modus salutandi sumptꝰ est ex Ruth. ij. vbi dixit booz messoribus suis. Dominus vobiscum. Modus autez respondendi est sumptus ex verbo pauli qui dixit. j. Timo. vlti. Dominus noster iesus xp̄s sit cum spū tuo. Postea sacerdos dicit orationem que dicitur esse collecta duplici de causa. Una est qꝛ olim nō dicebatur nisi prius multitudine populi collecta. Alia est, qꝛ illa oratio petitionē populi coligit quā sacerdos deo offert: ⁊ pro eis intercedit. Omnes autem fere orationes conclusionem habent per dominum nostrum ⁊c. Ista duo nomina, scz iesus ⁊ xp̄s sunt nomina mediatoris. Iesus enim dicit deum humanatū: sed xp̄s dicit hominem deificatum. Sicut igitur a sole qui a longe est non possumus ignē accipere nisi mediante speculo vel christallo: vel aliquo tali sic a patre celesti a quo per peccatū longe distamus nō possumus nisi per mediatorem gratiam obtinere. Oratione finita cantatur epistola quasi supermissio. i. supererogatio: quia super doctrinā ipsius euāgelij in quo est doctrina perfectionis supererogatur ad doctrinam imperfectorum. Uidet̄ tamen ꝙ epl̄a post euāgeliū legi deberet: quia posterior fuit. Sed dicendū ꝙ per ipsam epistolam significatur doctrina legis et prophetaꝝ que doctrina precessit. Unde accidit ꝙ sepe loco epl̄e legit̄ aliqua lectio vel prophetia de lege ⁊ prophetis. Hinc est ꝙ subdiaconū tantum vnus acolitus sine lumine precedit: qꝛ ipsorum doctrinā pauci sunt secuti: ⁊ nondum lumē gratie aduenerat. Deinde cātatur respōsorium qd̄ graduale vocatur. Dicitur autem responsorium: siue qꝛ illa verba verbis epistole aliquo modo respondent siue qꝛ nos his que in epistola audiuimus debemus operibus rn̄dere. Graduale vero dicitur vel a gradu locoꝝ: quia in gradibus consueuerat decantari vel a gradu virtutum. Unde dicitur in p̄s. Secundum interpretationem aquile distribuite gradus eius in compassiōe vt enarretis in ꝓgenie altera. Nam reuera domꝰ nostra celestis multum est alta: ideo gradibus indigemꝰ. Post hec dicitur alleluia: qd̄ si quidē nomē alleluia interpretat̄ secundū quosdā iubilatio dn̄i: ⁊ representat iubilationē que in ciuitate celesti decantatur. Iuxta illud Thobie. xiij. Per vicos alleluia cantabitur. Et quia illa iubilatio tanta erit ꝙ nullus posset ad plenum effari. Idcirco nullus interpretum potuit, aut presumpsit alleluia interpretari. Sequētie aūt licet non sint de more romano: tamē in aliquibus ecclesijs decantant̄: quarum vsum primo adinuenit Rogeriꝰ abbas sancti Galli, ⁊ Nicolaꝰ papa sequentias ad missus decantari cōcessit. Hermanꝰ etiā theuthonicꝰ cōtra-

ctus sequentiam. Sanctispiritus assit nobis gratia composuit: et etiam hoc canticum. Alma redemptoris mater et multa alia pulchra inuenit et compilauit. Post hoc igitur euangeliū precedentibus multis: lumine quoq; et thure et cruce: quia ipsa doctrina euangelica multos ad fidē conuertit ⁊ lumen vere scientie adduxit. et totum mundum odore suauitatis adimpleuit, et vexillum sancte crucis in vniuerso mundo erexit. Cātatur autem euāgelium versus partem aquilonarem: qr virtus euangeliij illum qui dixit sedebo in lateribus aquilonis ⁊c. vt de hoc scribitur. Esa. xiiij. de mūdi potestate eiecit. Joan. xij. Nunc iudicium est mundi. nunc princeps huius mundi eijcietur foras. Lecto euangelio cantatur symbolum qđ dicit a sin quod est simul et bolus. Sunt autem duo symbola. Unum ab apostolis confectum. Cum enim apostoli essent per mundum diuidendi prius in hierusalem conuenerunt de articulis fidei differentes: symbolū concorditer ediderūt quolibet ipsorum suuz bolum. i. articulū ibidem ponente. Aliud simbolum quod in missa decātatur a trecentis decem ⁊ octo patrib⁹ in nicena synodo editum fuit vbi nō sunt alij articuli q̄ in primo sed tamē propter diuersas hereses succrescentes sunt magis elucidati. Post symbolū cantatur offertorium. premisso tamē a sacerdote dominus vobiscum oremus. Et tamen sacerdos nullam tunc orationez facit: cuius duplex est causa scilicet ad innuendum ꝙ quādo sacerdos appropinquat ad sacrificandū magis indiget oratione mētali q̄ vocali. Alia quia ⁊ si presbyter tunc non oret. hortatur tamen populum suum et chorum ad orandum. In quo quidem offertorio populus admonetur ꝙ sicut offerunt deo sua. sic etiaz offerant semetipsos Respexit etenim dominus ad munera Abel: quia ipse offerebat deo se et sua Ad munera autem Cayn. nō respexit: quia ille offerebat deo sua. sed semetipsum offerebat dyabolo. Deinde prefatio decantatur. Et dicitur prefatio quasi prelocutio: quia in prefatiōe sacerdos preloquitur de sacramenti altitudine. ⁊ de reuerentia habenda et attentione deuota. Ibi enim captat sacerdos dei beniuolentiam vt tanto facilius pro populo impetret dei misericordiam. Finita prefatione cantatur. Sanctus: quod partim est sumptum ab illo cantico angelico de quo dicitur. Esa. vj. Sanctus sanctus sanctus ⁊c. Et etiam ab illo cantico angelico: de quo refert Joannes Damascenus. iij libro ꝙ cum apud Constantinopolim pestilentia magna esset ⁊ processio fieret. quidam puer subito de medio populi in celum est raptus. qui post aliquam moram rediens dixit se ab angelis quoddam canticum didicisse qđ mox vt puer ille cantauit pestilentia illa cessauit. Eleuata igitur voce cocinit. Sancte deus: sancte fortis: sancte et immortalis miserere nobis ⁊ mox omnis pestilentia cessauit. In calcedonensi quoq; synodo fuit canticum illud approbatum. Huius igitur cantici laus secundum Dama. ex quattuor colligitur scilicet quia angelus illud docuit ad eius prolationem pestis cessauit: calcedonensis synodus illud approbauit et diabolus ad eius prolationē scinditur ⁊ dissecatur Et partim est sumptum ex illo cantico puerorum qui dixerunt Benedictus qui venit in nomine domini. Matth. xxj. Deinde sacerdos ad canonem accedit. quem sub silentio dicit tribus de causis. primo vt se totum ad interiora colligat. ⁊ sic illa verba cum maiori attentione et deuotione dicat Secundo ne porcis ⁊ canibus idest indignis et tentatoribus dei secreta pādantur. Tertio vt verba illa sic a populo in maiori reuerentia et honore habeantur. Sacra namq; quanto plus occultantur: tanto in maiori reuerentia habentur. In canone autem non ponuntur sancti veteris testamenti: quia illi ad limbum descenderunt: nec ponuntur confessores tum quia tunc non agebantur eorum festiuitates. tum quia de eorum meritis non adeo certa erat ecclesia. Ponuntur tamen in canone aliqui martyres de quoruz merito et causa martyrij omnimoda extitit certitudo: multos autem ibi ecclesia ponere noluit: tum vt prolixitatem vitaret. tū etiam ne eam errare contingeret. Nam sicut legitur in hystoria ecclesiastica heretici cū ca

tholicis qñq; passi fuerunt: ⁊ ecclesia propter persecutiones tyrannorũ examinationes facere non valebat. Principaliter autẽ in canone ponuntur apostoli tanq̃ fidei fundatores. Consecrata autem hostia sacerdos eam in altum eleuat: vt deuotius videat̃ ⁊ adoret̃ a populo: vt ostẽdatur ꝙ xp̃s eleuatus fuit in patibulo: ⁊ ꝙ eleuatus fuit in celo: ⁊ ꝙ eleuabitur in iudicio. Esaie. lij. Ecce intelliget seruus meus et exaltabitur quo ad primũ: ⁊ eleuabitur quo ad scd̃m et sublimis erit valde que ad tertium. Finito autez canone sequitur oratio dñica: cum ista oratione apostoli missas suas celebrabant habẽtes altaria parua que secũ ferebant. Unde adhuc rome ostenditur quoddã altare sancti petri in quo ipse aliquãdo celebrare cõsueuit. Deinde sacerdos corp⁹ xp̃i in tres partes frangi prout papa sergius ordinauit. hec autẽ fractio nõ est in corpore christi: sed in solis formis sacramentalibus. In tres autẽ frangitur partes vt ostendatur ꝙ illud sacrificium ad honorẽ trinitatis offertur siue vt ostendatur ꝙ in xp̃o fuerũt tres substantie scz caro: anima: et deitas siue vt ostendatur ꝙ offert̃ pro corpore christi mystico, qđ in tres partes saluandoruz diuiditur. s. virgines cõtinentes: ⁊ cõiugatos. Deinde sacerdos dicit pax dñi scz tres cruces faciendo cum parte corporis super calicem: ad innuendum ꝙ per xp̃i passionem triplicem sumus assecuti pacem. s. temporis pectoris, eternitatis Post hec vero cantatur agnus dei: quod ter dicit̃ quia agnus ab agnoscendo nomẽ accepit. Christus ergo ter agnus appellat̃: qꝛ ſm Innocen. tertium: xp̃s in cruce existens patrem suum agnouit obediẽdo: ⁊ matrem recommendãdo: ⁊ nos patri reconsiliãdo. Uel dicitur ter agnus dei qꝛ ipse xp̃s ter matrem suam agnouit. s. in humili subiectione: quoniã subdit⁹ erat illi: vt habet̃. Luc. ij. In vini mutatione. Et in ipsius diligenti recommendatione Deinde cantatur cõmunio que ideo cõio dicitur qꝛ in cõicando cantatur. Et est cãtus cõmunionis cantus letitie: ⁊ gratiarum actionis pro tanto sacramento suscepto In fine misse cantat̃ festiuis dieb⁹ Ite missa est. i. ad ꝓpria redite. Uel Ite. i. de virtute in virtutem proficite: qꝛ missa est hostia sacrata ad patrez vt pro nobis intercedat. Hugo de sancto victore Ipsa hostia sacra missa vocari põt. Primo qꝛ trãsmissa nobis est a patre per incarnationem. Secũdo a nobis patri per passionem. Similiter in sacramento: primo a patre nobis per sanctificationem qua in nobis esse incepit. Postea a nobis patri per oblationem qua pro nobis intercedit In diebus autẽ ferialibus dicitur: benedicamus dño. Et illud est actio gratiarum pro oblato sacrificio: ⁊ perfecto misse mysterio. In missa vero pro defunctis dicit̃: requiescant in pace: qꝛ sacrificiũ illud pro eis oblatũ est ad ipsoꝝ liberationem de purgatorij pena vt de purgatorio ad vitam eternam gradiantur ⁊ in pace perpetua requiescant.

¶ Sermo. cccvij. Eodẽ die Sermo. iij.

In sono eoruz dulces fecit modos ⁊c. Eccli. xvij. Dauid diuersos dulces sonos inuenit et diuersos modos inueniendi quesiuit per quos laudem dei instituit. Sic ⁊ sanctus Gre. Diuersos sonos ⁊ cãtus inuenit per quos missam instituit et ordinauit. Ipsaz enim missam per diuersos modos inchoauit: qꝛ in tribus linguis eã decantari instituit: in lingua greca: hebreica ⁊ latina. Quod quidem fecit triplici de cã. Prima est ad representandum titulum dñice passionis: qui fuit in cruce conscript⁹ literis grecis hebraicis: ⁊ latinis. Secunda est qꝛ iste tres lingue sunt omnibus alijs linguis principaliores et digniores. Ideo in his tribus linguis missa canitur: vt verificetur qđ est scriptum. Phil. ij. Omnis lingua cõfiteatur: qꝛ dñs noster iesus xp̃s in gloria est dei patris. Tertia est ad ostendenduz ꝙ sancta vniuersalis ecclesia de omnib⁹ ⁊ diuersis linguis est a spiritusancto in vnitate fidei congregata. Iuxta illud. Qui per diuersitatem linguarum cunctarum ⁊c. Uerba autez greca in missa sunt kyrie eleison xp̃e eleison. Hebraica sunt amẽ: alla: sabaoth ⁊ osãna Latina sunt

cetera q̄ in missa proferuntur. Sicut igit̄ ebꝛa in greca lingua sta: ita yrieleyson xpe eleison: que quidez mater ecclesia in greco cantari voluit triplici de causa. Prima quia missa a grecis ortū habuit ideo mater ecclesia huiusmodi verba greca in ecclesia occidentali decantari voluit. Secunda: quia inter grecos summa mundi sapientia floruit. j. Corint. j. Judei signa petunt greci vero sapientiam querunt: & ideo ecclesia occidentalis voluit ecclesie orientali deferre: & propter suā sapientiam sibi reuerentiam exhibere. Tertia est: qz lumen fidei primo de grecis ad latinos venit. Barnabas enim de grecia romam venit qui primo ibi fidem predicauit. Paulus etiam grecorum apostol⁹ & multi alij discipuli de grecia in italiam venerunt et fidem xp̄i ibi predicauerūt. Multum ergo lingua greca debuit latina honorari a qua primo lumen fidei accepit. Dicuntur nanq; Kyrie el'. nouez vicibus propter honorem & mysteriū trinitatis. Est enim Kyrie eleison idem quod domine miserere. Patri nanq; attribuit potentia: filio sapientia, & spiritui sancto gratia. Tria ergo prima Kyrie eleison ad honorem patris cantamus ad cuius potentiā triplicem misericordiā assequi petimus. Sumusq; infirmi ad inchoandum bonum fragiles ad resistendum malo: debiles ad perseuerandum in bono. Ideo a patre misericordiā petimus vt p suam potentiam nos fortes faciat. ad incipiendum bonum ad resistendum malo: ad pseuerandum in bono. ps. Expecta dñm viriliter age quo ad primum: & confortetur cor tuū quo ad scm̄: & sustine dñm: quoad tertium. Tria media Christe eleison dicuntur ad honorem filij: a cuius sapientia triplicem petimus misericordiaz. Nam & viā salutis patrie nescimus inuenire. ideo petimus ab ei⁹ sapientia nobis viaz ostendi: qz ipse est via. Et qz per inuentam viam nescimus ambulare: nec pergendo ad terminum peruenire, ideo per ipsum qui est veritas ad seipsum petimus perduci qui est vita vt supra Job. xiij. Ego sum via veritas et vita &c. Tria autem vltima kyrie eleyson dicuntur ad honorem sp̄s re uerentiam spiritussancti a cuius gratia triplicem misericordiaz postulamus. Primus enim a deo dari nobis gratiaz pue nientem. proficientem: & consummatem. Primo dicitur. Justorum semita quasi lux splendens: quo ad gratiā proficientem: vsqz ad perfectuz diem quo ad gratiam consummantē. Secōo in ipsa pronuntur verba in lingua hebraica q̄ sunt amen, alla, sabaoth & osanna. Istud autem qō dicit amē si referatur ad id qō in orationibus petitur tunc est idē qō fiat. Si autem referatur ad conclusionis finem tunc idem est qō verum: scz qp deus trinus et vnus viuat & regnat per omnia secula seculorum. Alleluya autem interpretatur iubilatio sine laudatio dñi: & cōtinet triplicem laudem. Una est qua laudamus bonum dei qō in se hz. Alia est laus qua laudamus bonum dei qō in nobis posuit. Tertia est laus qua laudam⁹ bonum dei in sancto cuius festuz agim⁹. Cantatur autem alleluya cum iocunda & longa nota: qz ista bona dei sunt tōta: iocunda: & immensa Nullus enim interpretum potuit ad plenum alleluya interpretari: qz deuz pro tantis bonis nō possumus sufficienter laudare. Eccl. xlviij. Benedicentes dñm exaltate illum q̄ntuz potestis: maior est enim omni laude. Sabaoth autem idem est qp exercit⁹. Deus quidem est dñs exercituū angelorū: quorum quidam habēt ipsum regem assolare. Apocalipsis. xix. Exercitus q̄ sunt in celo sequebantur eum in equis albis. &c. Alij habent inimicos regis expugnare Apoca. xij. Factum est prelium in celo. Michael & angeli eius preliabantur cum draconе. Alij hñt ciuitates & castra regis custodire. & Isa. lxij. Super muros tuos hierusalem constitui custodes &c. Osanna autem sm hiero. idem est qp salua obsecro. componitur autem ab osp. qō est salua. & anna qō est interiectio obsecrationis. Dicerūt enim istud turbe precedentes et q̄ sequebantur dñm. Matth. xxj. Quia illi qui processerunt. s. patriarche & prophete & illi qui comitati sunt. s. apostoli. & etiaz istud dixerunt qui sequūtur. s. martyres & confessores: & nos eum benedicimus: & ab ipso salutem cōsequi

obsecramus. Tertio in ipsa ponuntur verba latina lingua decãtanda que per tres sonos sunt distincta. Nam tres sunt spẽs sonorum ſm Augu. scilicet son⁹ qui fit cum pulsu qui fit cum voce: ⁊ qui fit cũ flatu. Ista triplex differentia sonorum ponitur in missa in lingua latinorum verborum. Ad sonum enim qui fit cum pulsu sicut in psalterio pertinent psalmi. In introitu enim misse semper aliquis versus alicui⁹ psalmi dicit: ⁊ gloria patri adiũgitur: qđ quidem Gloria patri nicena synodus adinuenit: ⁊ hiero. de mandato Damasi pape in fine psalmorum decantandum instituit. Ad sonum autez qui fit cum voce pertinent orationes, epistola euangelium ⁊ symbolum. Numerus aũt ipsarum orationum in missa diuersimode dicitur Aliquando enim dicit vna sola oratio: vt ostendatur illud ad Ephe. iiij. Unus deus et pater omnium qui super omnes ⁊ per omnia ⁊ in omnib⁹ nobis est. Aliquando dicuntur tres ad similitudinẽ christi qui ter legit orasse. Mat. xxiij. Orauit tertio eundem sermonẽ. Aliquando dicuntur quinq; ad honorẽ quinq; vulnerum christi. Aliquando dicuntur septem orationes vt septem dona spiritussancti impetrare possimus: ⁊ ad similitudinem xp̃i qui orationem suam. s. Pater noster: in septem petitionibus cõprehendit. Sed numerus septenarius non est excedendus ne fastidium generetur: et ne sacerdotis intentio nimium distrahatur. Dicuntur autez iste orationes collecte: qr ad ipsa populus congregabat ⁊ colligebatur vt dñicam eucharistiã acciperet. In primitiua nãq; ecclesia quot quot misse inter erant communicabant: sed numero fidelium excrescente. Statutum est vt tantum diebus dñicis sacram cõionem accipiant. Postquam autem deuotio est diminuta: ordinatum fuit, vt tm̃ tribus modis in anno. s. in pascha in pẽthecoste ⁊ in natiuitate dñi cõicent. Deutero. xvj. Tribus vicibus per annũ apparebit omne masculinum in conspectu dñi dei. At postq̃ refriguit charitas et abundauit iniquitas: ordinauit ecclesia sub precepto: vt omnis vtriusq; sexus semel in anno ad minus cõfitentur ⁊ in pasca recipiat sacramentũ: nisi forte de cõsilio proprij cõfessoris ob aliquam rõnabilem causam duxerit abstinendum. Aliud qđ pertinet ad sonuz vocis est epistola ⁊ euangelium. Epistola tñ euangelio premittitur: qr epistola continet lac paruulorum: euangelium vero continet solidum cibum perfectorum. Doctrina enim apostolorum est; quedam introductio ad euangelicam veritatem. Epistolas etiam fecerunt serui, Euangelium fecit dominus. Sicut ergo seruorũ est dominos preire ⁊ viam preparare: sic ⁊ doctrina epl̃arum euangelium precedit: vt auditoribus viam prepararet. Euangelium autem diebus festiuis precedit vn⁹ ceroferarius: sed in magnis festiuitatib⁹ duo. Christus nanq; hz duplicem aduentum. Unus fuit mansuetus ⁊ humilis, et quasi ferialis quo. s. venit in carnem: et istum aduentum tantum vnus nunci⁹ precessit scilicet Johannes baptista. Mat. j. Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam qui preparabit viam tuaz ante te. Alius erit valde festiuus ⁊ solẽnis: quando scilicet ad iudicium est ventur⁹: ⁊ istum aduentum duo nuncij precedent scilicet Enoch ⁊ Helias. De quibus, dicitur. Apoc. xj. Dabo duobus testib⁹ meis ⁊ prophetabunt ⁊c. Aliud qđ spectat ad sonum vocis est ipsum symbolum. Apostoli nanq; symbolum ediderunt: de quo symbolo est extractum symbolum qđ in missa cantatur. Quilibet nanq; apostol⁹ suum bolum, id est suum articulum ibidem posuisse refert. Petrus nanq; primum posuit dicens. Credo in deum patrem omnipotentem creatorem celi ⁊ terre. Scđm Andreas dicit. Et in iesuz christum filium eius vnicum dominũ nostrũ. Tertiũ addidit Jacobus maior dicẽs. Qui conceptus est de spiritu sancto, matus ex maria virgine. Quartum posuit Johannes dicens. Passus sub pontio pilato: crucifixus mortuus ⁊ sepult⁹. Quintum posuit. Philippus dicens. Descendit ad inferna tertia die resurrexit a mortuis. Sextum posuit Bartholomeus dicens. Ascendit ad celos sedet ad dexteram dei patris omnipotentis. Septimũ posuit Thomas dicẽs. Inde venturus

est iudicare viuos et mortuos. Octauum addidit Matthaeus dicens. Credo in spiritum sanctum. Nonũ posuit Jacob⁹ minor dicens. Sanctam ecclesiam catholicam: sanctorum communionem. Decimũ posuit Simon chananeus dicẽs. Remissionem peccatorum. Undecimum posuit Judas thadeus dicens. Carnis resurrectionem. Duodecimũ posuit Matthias dicens. Uitam eternam. amen. Ad sonuz qui fit cuz flatu pertinent cantus. Quoru quidam cantãtur in principio misse: quidam in medio: et quidam in fine: ad significandum, q̃ debemus deum laudare ꝓ beneficio qd̃ nobis dedit i principio: medio: et in fine id est pro beneficio creationis et glorificationis. De isto beneficio et triplici laude dicit Anselmus. Certe domine quia me fecisti debeo amori tuo meipsum totum quia me redemisti debeo amori tuo meipsum totum quia tãta promittis debeo amori tuo meipsum totuz: imo tantum debeo amori tuo plusq̃ meipsum q̃tuz tu es maior meipso pro quo dedisti teipsum et cui promittis teipsuz. Uel ideo ponuntur cantus in principio: in medio et in fine: ad innuendum q̃ debemus deum laudare tanq̃ principium a quo sunt omnia, tanq̃ finem ad quem tendunt omnia tanq̃ medium: per quem conseruantur omnia, vt sic verificent qd̃ ait apostolus Roma. vj. Ex ipso et per ipsum: et in ipso sunt omnia. ipsi gloria in secula seculorum. Amen.

¶ Expliciunt sermones eximij sacre theologie professoris Jacobi de voragine de sanctis: per circulum anni feliciter.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

418

F

Sermo. Quadrage. do. Jac. de Vorag.

Domini Jacobi

de Voragine sacre Theologie professoris meritissimi, ac Episcopi Januen̄ perq̄ reuerendi. Sermones Quadragesimales, omnibus diuini verbi declamatoribꝰ vtilissimi, cum Indice Alphabetico materias scitu necessarias, ad studiosorū virorū summam commoditatem: paucis cōplectente.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

Circa tabulā immediate sequētē notādū ꝙ ꝑ primū numerū intelligēdū est capitulū a quo sumptū est thema allegatū. Per scdm ꝟo numerū dat intelligi ad q̄ tñ sermonē huiꝰ quadragesime sit recurrendū pro cōueniēti materia predicāda diebꝰ subsignatis ꝯformiter ad aliquā dictionē vl̄ clausulā i quouis themate hic i serto cōtētā.

Dominica.j.aduētꝰ. Cū appropinq̄sset iesꝰ hieros. Mat.xxj.ſ.lxxx.
Dñica.ij. Uidebūt filiū hominis veniētē in nube ꝛc. Lu.xxj.ser.xj.
Dñica.iij. Ceci vi. Mat.xj.ſ.lvij.ꝛ.lviij.
Dñica.iiij. Gaudete in dño. Phili.ſ.xxv.
Itē parate viā dñi. Joā.j. Nota de via. ser.xxxviij.lij.
In die natiuitatis dñi. Apparuit gr̄a dei Titu.ij.ser.lxviij.
Itē. Erat lux ꝟa q̄ il.ꝛc. Jo.j.ſ.lxiiij.lxv.
Dñica infra octa. Gr̄a dei erat i illo Lu. j. Nō de gratia. ser.lxvij.lxviij.
In die epipha. Per aliā viā reuersi sūt in regionē. Mat.ij. Nota d̄ via ſ.xxviij.lij.
Dñica.j.post octa.epipha. Uinū non habēt. Joh.ij.ser.xxx ij.xxxiiij.
Dñica.ij. Leprosus adorabat eū. Mat. viij.ſ.xl.ꝛ ser.x.de adoratiōe cēturiōis.
Dñica.iij. Ascēdēte iesu i nauiculā sequuti sunt eū discipuli eiꝰ. Mat.viij.ser.vij.
Dñica in.lxx. Ite ꝛ vos in vineam meaꝫ. Mat.xx.ſ.xxxiij.xxxiiij.
Dñica i.lx. Semē est ꝟbū. Lu.vj.ſ.xviij.
Dñica in quinquagesima. Ecce ascendimus hierosolymā. Lu.vij.ser.xxix.
Dñica i trinitate. Nisi q̄s renatus fuerit ex aq̄ ꝛ spū sctō: nō ꝛc. Joā.ij.ser.lxiij.
Dñica.j.post festū trinitatis. Hō quidā erat diues. Lu.xvj.ser.xxxj.
In festo corporis xp̄i. Probet autē seipsum homo.j.Cor.xj.ser.xxxvij.
Dñica.ij. Uxorē du.ꝛc. Luc.xiiij.ſ.xxxv.
Dñica.iij. Inueni ouē.ꝛc. Lu.xv.ſ.lxxij.
Dñica quarta. Dimittite ꝛ dimittemini. Lu.vj.ser.v.vj.ꝛ.xlj.xlij.
Dñica.v. Sequuti sūt illū. Luc.v.ſ.lxiij.
Dñica.vj. Uade prius recōciliari fratri tuo. Mat.x.ser.v.ꝛ.vj.
Dñica.vij. Quot panes habetis. Matt. viij.ser.lj.
Dñica.viij. Ueniunt in vestimētis ouiū. Mat.vij.ser.xliij.liiij.
Dñica.ix. Redde rō.ꝛc. Lu.xvj.ſ.xj.xij.
De btā maria magdalena. Ecce mulier q̄ erat in ciuita.ꝛc. Lu.vij.ſ.lxxiij.lxxiiij.
De beato iacobo apl̄o. Potestis bibere calicē quē ego bi.ꝛc. Mat.xx.ſ.xxix.xxx.
De transfiguratiōe. Trāsfiguratꝰ est añ eos. Mat.xvij.ser.xxj.
Dñica.x. Domꝰ mea.ꝛc. Luc.xix.ſ.xiiij.
Dñica.xj. Qui se exaltat humiliabitur. Lu.xviij.ser.xxviij.
Dñica.xij. Adducunt ei surdū ꝛ mutum. Mar.vij.ser.xxvij.
Dñica.xiij. Diliges dominū deū tuū.ꝛc. ꝛ proximum tuum.ꝛc. Luc.x.ser.v.ꝛ.vj.
De assumptione ꝛ natiuitate beate marie virginis.
Dñica.xiiij. Jesu preceptor miserere nr̄i. Luc.xvij.ser.xl.
Dñica.xv. Nōne anima est plus q̄ esca. ꝛc. Mat.vj.ſ.xxxiiij.
Dñica.xvj. Adolecēs ꝛc. Lu.vij.ſ.lix.lx
Dñica.xvij. Qui se exaltat humiliabit̄. Lu.xiiij.ser.xxviij.
Dñica.xviij. Diliges proximum tuum. Mat.xxij.ser.v.ꝛ.vj
Dominica.xix. Offerebant ei paraliticū. Mat.ix.ser.iij.iiij.
Item eadem dominica. Ascendens Jesus in nauiculam. Mat.ix.ser.vij.viij.
Dñica.xx. Nolite inebriari vino in quo est luxuria sed impleamini ꝛc. Ephes.v. sermone.xxxv.xlviij.
In vtroq̄ festo sctē crucis inuē.ſ.ꝛ exaltatione. Cū exaltaue. filius hominis Joh. viij.ser..xxij.ꝛ.xvj.
Dñica.xxj. Rogabat eum vt sanaret filium eius. Joā.iiij.ser.iij ꝛ.iiij.
Dñica.xxij. Nōne ergo oportuit ꝛ te misereri conserui tui sicut ꝛ ego tui misertꝰ sum. Mat.xviij.ser.v.vj.
Dñica.xxiij. Cuiꝰ est imago hec. Matth. xxij.ser.xj.xij.
Dñica.xxiiij. Dñe filia mea modo defuncta est ꝛc. Mat.ix.ser.lix.
Dñica.xxv. Accepit ergo iesus panes. ꝛc. Joā.vj.ser.lj.lij.
In dedicatione ecclesie. Domus mea domus orationis est. Lu.xix.ser.xiiij.

Incipit tabula in sermones quadragesimales magistri Jacobi de Uoragine per alphabeti literas: vt eo facilius materia sese offerat notabiliter distincta.

Ascondere.

Abscōdūt q̄dā se simulato amore quidā simulato timore q̄dā simulato sermone ⁊ q̄dā simulata cōuersatione. Sermone. liij. C

Actiui.

Quidā sunt incipientes: q̄dā ꝓficiētes. quidam perfecti. ser. xxxix. E

Accusatio.

Accusatores tres stabūt cōtra peccatores. ser. xj. B

Aduocatus.

Aduocatus est bonus quādo habet bonam diligentiā. ser. lj. D

Adulatio.

Adulatores sunt sicut scorpio. ſ. xlix. A

Amaritudo.

Amaritudo quedā superficialis: quedā precordialis ⁊ q̄dā mixta. ſ. lxxxviij. E

Amare.

Amare mūdū nō debemus ꝓpter duas causas. sermo. xcvj. D

Amor cordis aliq̄n est paruus aliq̄n defectiuus: aliquādo inordinatus: aliquādo perfectus. sermo. v. A.

Amor illicitus est triplex. ser. xviij. C

Amor mundanorum nō extinguit sitim. sermone. xlvij. B.

Amor dei sitim extinguit omniū mundanorum. ser. eodem. C

Amor mundi non est aptus ad bibēdū: q̄ est amarus. ser. xlviij. B

Amor spūsscti superbiā expellit, auaritiā occidit, ꝯcupiscētiā tollit. ser. eodē. C

Amor carnalis h3 fastiū. ser. lxxx. G

Amor ostendit in opere, in sermone ⁊ in corde, sermo. lxxxij. H

Amor triplex quē christus nobis ostendit. sermo. lxxxix. H

Amicos pauci vere amant. ser. xciij. C

Amauerunt christū sancte mulieres. sermone eodem. E

Agnus.

Agnus christus fuit triplici igne assatus sermone. lxxxviij. C

Agni caput est deitas. ibidem. D

Angelus.

Angelorū mysteriū tripl'r accipit. ſ. x. H

Angelus ponderat animas in q̄tuor ordinibus. sermo. xij. C

Angelorꝫ custodia spes vinee. ſ. xxiiij. C

Angelus apparens mulierib' quatuor fecit. ser. xciij. J

Angelus bonus a bono cognoscit multipliciter ser. eo. K

Angustia.

Angustiā magnā patiunt dānati. ſ. xj. D

Anima.

Animas angelus ponderat q̄tuor ordinibus. ſ. xij. C

Anime mot' ꝑ motū aq̄ itelligit. ſ. xix. E

Animas deus plantauit in corpore, propter tria. ser. xxxiiij. C

In anima sunt tres dom' in quib' dominus inhabitare vult. ser. xxxvij. D

Anime sunt tres potentie. ser. liiij. A

Ala sctōrū virorū h3 tres status ser. l. C

Anime cōiuncte corpori nō d3 fieri festū propter tria. ser. lxx. D

Anime spūs in extremis commendād' est deo ꝓpter tria. ser. lxxxiij. C

Ale in manu dei sūt secure. ſ. lxxxiiij. D.

Anime sūt quatuor opiniones vbi sit. sermone. lxxxix. F

Animā christi iudei querentes videntur illas opiniones sciuisse sermo. eodē. G.

Anima h3 duo vbera sermone. xcij. C

Appetitus.

Appetunt sex natural'r holes ser. xxx. J

Appeti possunt tria sermone. lvj. E

Aqua.

Aque motu intelligit motus anime sermone. xix. E

Aquaꝝ sunt tres differētie ser. xlviij. A

Aquā aliter communicat putens: aliter fons aliter fluuius sermone. xclviij. D

Ad aquam gratie nos inuitat christ' sermone. lxvij. E

Arbor.

Arbor cedrina nauis fuit. ser. viij. C

Auarus.

Auarus est insaturabilior inferno concupiscentia ⁊ terra. sermone. xl. C

Auaricia est prima in accessu: cōtinua in



ꝓgressu: vltima in ꝓcessu. sermo. xl. D
Auaricia cito extinguitur. qꝛ tollit tria q̄ sunt causa vite sermone. xlvj. D
Auari omnes potētie studēt auaritie. sermone. liiij. A
Auarus habet auariciā in omnibus sensibus sermo. liiij. B
Audire
Audire nolunt clamorez xp̄i tria genera hominum ser. lxxvj. J
Auis
Aues triplici de causa ad dominos redire nolunt sermone. xxvj. E
Baculus
Baculo vtūtur peregrini ꝓpter tria sermo. xcv. D
Benedictio
Benedictio commestionez debet procedere sermone. lj. L
Bonum
Bona tēporalia spūalia ⁊ gratuita ⁊ naturalia dissipat luxuria sermo. xxxv. B
Bonus.
Bonorum in genere sunt quatuor differētie sermone. xvj. A
Boni sunt frater soror ⁊ mr̄ xp̄i. s. xvj. B
Bonus homo inter bona: malꝰ inter mala: ⁊ aliquando malus inter bona aliquādo bonus inter mala. sermo. xxiiij.
Bona spiritualia habēt magnā dilectionem. sermone. xliiij. E
Boni sunt vel in vita actiua vel contemplatiua vel in penitentia. sermo. lxv. A
Pro bonis q̄dā reddūt mala. ser. lxxj. E
Boni quidā ⁊ mali quidā fuerunt in processione palmarum. sermone. lxxx. F
Bonorum sunt tres differentie ibi. F
Brachium.
Brachia duo deus hz. sermone. lxxxj. C
Cadere.
Cadit fortiter illud qd̄ cadit ꝓpter duas causas. sermone. xxxiij. C
Ceciderūt apostoli a fide in xp̄i passione. ser. l. F
Calix d̄r passio xp̄i. ser. xx. A
Calix.
Calices tres hz deus in p̄nti. ser. eo. B
Calice dei quādo quis bibit cū eo cognoscitur per tria. sermone eodem. C
Calix vini mixti purgatoriū dicitur propter multa. sermone. xxx. B
Calices tres habet deus xp̄s. ser. lxx. D
Campana.
Campanas. xij. habuit xp̄s. ser. xc. C
Per caput intelligit̄ intētio. s. lxxxviij. G
Charitas.
Charitas feruēs christi designatur in eiꝰ siti sermone. lxxxix. C
Clamor.
Clamauit in cruce christus. xxvj. D
Clamauit christus fortiter vt audiretur. sermone. lxxvj. J
Clamorē crucis percussio tabule significat. sermone. xc. D
Claritas.
Claritas est pr̄ ⁊ filius ⁊ spiritussanctus. sermone. lxxvij. B
Claritas est triplex ibidem. A
Cecus.
Cecitas tribꝰ modis causat̄. ser. lvij. B
Ceci illuminati sunt tria signa. s. lviij. A
Celum.
In celo oēs sunt soluti: in inferno omnes ligati. sermone. xlij. D
In celo sunt omnia pura, in mūdo mixta in inferno cum lamento. lxxx. C
Cena.
In cena penitentie xp̄s ponit tria fercula. ser. x. E
Cera.
Cera mollis q̄dā sunt, alij sunt lapides alij sunt spine pungentes. sermo. lxvj. F
Christus dixit quinq; verba plena documento. sermone. iij. F
Xp̄s inuitatus aliqñ ire voluit: aliqñ noluit: aliqñ nō inuitatus iuit. ser. ibidez. G
Christus curat velociter faciliter ⁊ totaliter. sermone. iiij. E
Christo (In christo fuit caro anima ⁊ deitas. sermone. viij. D
Xp̄s vicit tēptatiōes sapiē. ⁊c. s. ix. A. D
Christꝰ ieiunando ostendit ꝙ sit omnipotens deus. sermone. x. D
Christꝰ temptari voluit vt sciret temptatis misereri. sermo. eodem. F
Christus tria loca intrauit. ser. xiij. A
Christo (In christo fuit humilitas paupertas et puritas. ser. xv. C
Christi fratres sorores ⁊ matres sunt boni. ser. xvj. B
Christus de matre sua curam habuit in sua infantia. sermone. xxij. F
Christus chananee quatuor magnas duritias ostendit. ser. xxiij. A

Christo(In christo commēdatur magna miseratio.ser.xxiiij.A
Christus inquantū filius dei habet tria. sermone.xv.A
Christꝰ habet quoddā supremū mediuz ⁊ infimum sermone eodem.B
Christus inquātū filius hominis tria de eo dicuntur.ser.eodem.E
Christus patiebat vt elemēta purgaret. sermone eodem.F
Christꝰ l cruce exaltari voluit.ser.xxvj.A
Christus docuit de cruce quatuor lectiones.ser.xxvj.B
Christus clamauit in cruce multipliciter. sermone eodem.D
Christus tribꝰ vicibꝰ esuriit.ser.xxix.B
Christus semp fuit cum matre in triplici statu.sermone.xxvj.D
Christus curatione ostendit potentiā sapientiam ⁊ bonitatem.ser.xxxvij.B
Quod christꝰ in beelzebub non eiicit demonia ostendit q̄tuor rōnibꝰ.ser.ibidem.G
Christo(In christo est duplex natura, diuina, ⁊ humana, sermone.xxxix.A
Christꝰ vocat phariseos hypocritas plātas eradicatas ⁊ cecos.ser.xliij.A
Christus de matre curā habuit, in vita, in morte, ⁊ post mortem.ser.eodem.C
Christꝰ ibat p̄dicando siue expensis sint equis.sermone.xlv.F
Christo(In christo fuit veritas doctrine, misericordia, ⁊ iustitia.sermone.xlix.C
Christo(In christo fuerūt duo natura discretio ⁊ iusta operatio.sermone.xlix.D
Christus per humilitatem magis se inclinauit q̄ se inclinare potuit.sermone.l.A
Christo(In christo fuit magna clemētia, potentia, ⁊ prouidentia.sermone.lj.A
Christi potētia ostendit in duobꝰ.ibidē.D
Christꝰ suā iniuriā patiēter portauit, dei aūt ⁊ discipulorū non portauit.ser.liij.A
Christus scitur vnde sit quantum ad p̄ncipium medium ⁊ finem.sermone.lv.D
Christus per quatuor remedia infirmitates sanauit.sermo.lvj.B
Christꝰ tres mortuos suscitauit.s.lix.D
Christus(Quare christꝰ non statim venit ad Lazaruz sicut ad regulū.sermo.lx.A
Christo(Quare sorores lazari non petebāt christo fratris suscitationē.ser.lxj.B
Christus diligit contēplātes, operātes, ⁊ a peccato surgentes.ser.lxij.C
Christo(In christo sunt tria per que deffendit homines ne errent.ser.lxiij.B
Christus est lux mundi: ⁊ maria mater eius lux est.ser.lxiiij.A
Christus ponit quatuor veritates quibꝰ iudei contradixerunt.ser.lxv.B
Christum iudei existimabāt quinquaginta annorum propter multa. ser.eodē.C
Christus habuit contra furorē iudeorū quinq; remedia.ser.eodem.E
Christus dicitur pontifex triplici de causa.ser.lvj.D
Christus queritur ⁊ non inuenitur, quia non queritur vbi est.ser.lvij.B
Christus est in dextera dei, in gloria dei, in luce dei.ser.lvij.C
Christus ad aquam gratie nos inuitat. sermone eodem.E
Christꝰ stabat paratꝰ nō flere.ser.lxix.B
dic.xv. Tu gloria hierusalē.i.dei qui est visio pacis nostre: ⁊ hoc ꝓpter humilitatem suā. tu letitia israel.i.angelorū q̄ sup deū vidēt ⁊ hoc ꝓpter suā virginitatē: tu honorificentia populi nostri id generis humani: ⁊ hoc ꝓpter fecūditatē ꝑ quam nobis genuit saluatorē. Scdo attēditur dignitas eius ex mercatore q̄ portauit. Prouer.vlt. Facta est quasi nauis institoris de lōge portās panē suū. Iste est panis de quo dicitur Io.vj. Ego sum panis vi. q̄ de ce. descē. Et iste panis venit de lōge: qr vere de lōge qñ de celo in terrā, vere de longe cū iste panis cōstet ex duplici pasta: scz natura diuina ⁊ hūana ille tñ vere in infinitū a se distāt vere de lōge qr talis portatio.i.incarnatio lōge est a meritis nostris qm̄ nulla nostra merita meruerunt vt deꝰ hō fieret. Tertio attendit eius dignitas ex arbore qua ista nauis insignita fuit de qua arbore dr. Eze.xxvij. Cedrū de libano tulerūt vt facerent sibi malū. C ¶ Arbor cedrina istiꝰ nauis fuit xp̄s qui assimilat cedro nō tm̄ ꝓpter sui sublimitatem sed etiā ꝓpter fructus qualitatē. Poma em̄ cedrina i aliqua sui parte sunt dulcia in aliqua sunt acetosa, alia inter dulce ⁊ acetosum sunt media: ꝑ que signant in xp̄o tres substātie. Eiꝰ em̄ diuinitas fuit dulcissima eiꝰ caro fuit amaritudine plena, eius anima fuit dolore plena inquātū nature sue relicta patiebatur, ⁊ fuit ⁊ dulcedine plena inquātū fruebatur. Quarto attendit eius dignitas ex velo qd̄ instar naui eppēsum fuit. De q̄ velo dr Ezec.xxvij. Byssus varia de egypto cōtexta est tibi i velū. Per istd̄ veluz etiā signat ipse xp̄s. Istud aūt velū dr fuisse variū qr fuit pictū de colore albo, rubeo, ⁊ aureo. D ¶ In xp̄o ei fuit vt dictū ē caro aīa, ⁊ diuinitas. Ex carne igit refulsit color albꝰ: ꝓpter suā puritatē. Et aīa color rubeꝰ ꝑꝑ suā charitatē. Ex diuinitate color aureꝰ: ꝑꝑ suā p̄ciositatē. Cañ.v. Dilectꝰ meꝰ cādidꝰ, ꝑꝑ ale carnis puritatē, rubicūdꝰ, ꝑꝑ ale charitatē electꝰ ex millibꝰ, ꝓpter diuinā maiestatē. Scdo ostēdit de ista naui quante sit pietatis in eo q̄ dr esse in medio mari. E ¶ Per mare intelligunt peccatores peditētes, q̄ pro suis peccatis hñt multas amaritudines. Ista igit nauis est in medio mari qr mediatrix inter deū ⁊ ipsos pctōres. F ¶ Inquātū aūt est mediatrix assimilat lune ⁊ soli. Cañ.vj. Que est ista q̄ progredit quasi aurora consurgēs pulchra vt luna electa vt sol. Primo igit assimilat aurore, qr sicut aurora est medium inter diē ⁊ noctē sic ⁊ ipsa inter deū ⁊ pctōrem. Qñ em̄ pctōr est in nocte pcti tunc tentationes ⁊ demones per eius cor transeūt. Iuxta illud p̄s. Facta est nox i ipsa transibunt oēs bestie silue. Aduenīte aūt aurora.i.virginis gratia tentationes recedūt demones fugiūt, ⁊ homines ad bñ agēdū habiles fiūt. Qñ sequit, ortꝰ est sol.i.aurora. Sol em̄ oritur tunc qñ lux sua incipit apparere, ⁊ cōgregate sunt s.mali motꝰ tētationū: vt recedāt. Et in cubilibꝰ suis collocabunt.s.demones vt in infernū vadāt. p̄s. Exibit hō ad opus suū vt.s.ad bñ operādū habilis fiat. Secūdo inquātū est mediatrix assimilat lune. Sicut luna lucet in nocte ⁊ est vicina terre ⁊ hz virtutē ⁊ efficaciā sup mare sic ⁊ ipsa.s.maria lucet pctōribꝰ dādo eis lumē sue gr̄e ⁊ est vicina eis succurrēdo ꝑ effectū mīe. Et ostēdit virtutē suā super afflictos ⁊ amaricatos. dādo eis dulcedinē cōsolationis sue. Eccl.xxiiij. Trāsite ad me oēs q̄ cōcupiscitis me, ⁊ sic vobis dabo misericordiā meā ⁊ a gñationibus meis adimplemini.i.a virtutibꝰ q̄s i vobis genero Spūs em̄ meꝰ sup mel dulcis.i.visitatio mea qua dulciter vos consolor. Tertio inquātū est mediatrix assimilat soli. Nā sicut sol habet tres planetas supiores ⁊ tres iferiores ⁊ ip̄e ē i medio cōstitutꝰ, sic ⁊ ipsa hz supra se tres in trinitate ꝑsonas ⁊ sub se tres status saluādorū scz virgines cōtinētes: ⁊ coniugatos: ⁊ ipsa est in medio cōstituta recōcilians tres status supradictos saluādorū ipsi btissime trinitati: cui est honor ⁊ c.

9 ¶ Dñica prima.in.xl. Sermo.j.



Ductus est iesus i desertū a spū vt tentaret a diabolo. Matt.iiij. Sicut xp̄s voluit mori vt morte sua nostram destrueret sic voluit tentari vt per suam tentationem nostras tentationes superaret. Voluit

aūt tētari immediate post baptismū: vt tētatis daret cōsolatiōis remediū. Fuit eñ tētat⁹ qñ fuit baptizat⁹ qñ a pr̄e fuit fili⁹ appellat⁹ qñ spūssanct⁹ sup eum in specie colūbe māsit qñ celos apertos vidit qñ xl. dieb⁹ ⁊ xl. noctib⁹ ieiunauit: vt per hoc detur intelligi q̄ si aliquis tentatur ꝓpter hoc nō est min⁹ a peccato mūdanus: nō est minus filiatione dei dign⁹: nō est minus spū sancto plenus, nō est minus celo dignus. non est minus in sua penitentia deo acceptus. A

¶ Tentari igit̄ voluit vt nostras tentationes vinceret vt tētatis cōsolationē p̄beret: ⁊ vt dyabolo q̄ esset dei fili⁹ occultaret. Sciebat eñ diabol⁹ ꝑ scripturas ⁊ ꝓphetas q̄ fili⁹ dei nasciturus erat: ⁊ q̄ per eum suū dñm erat amissur⁹: ⁊ iō sollicite obseruabat vt sciret qñ nasceretur. Audiēs aūt sicut dicit Chry. angelū xp̄i natiuitatē pastorib⁹ nunciantē, angelorum multitudinē iubilantem Johannem digito demonstrantē: patrē in baptismo testificantē. spm̄ sctm̄ in colūbe specie descendentē: et nunc ipsum. xl. diebus ⁊ xl. noctibus ieiunātē: eū esse filiū dei suspicabatur. B ¶ Sed vidēs eū esuriētem ipsum esse plurimū dubitauit. volēs igitur certificari vtrū esset dei filius vel hō purus, ipsum tribus telis tentationū aggredi voluit quibus hoīem primū ꝓstrauit: nā sicut dt̄ Greg. diabolus primū hoīem de gula tētauit ⁊ vicit qñ de ligno vetito māducare suasit. Tentauit de vana gloria cū dt̄. Eritis sicut dij. Tētauit de auaritia cū dt̄. Eos scire bonū ⁊ malum. Sicut eñ auaritia est in appetitu superflue pecunie sic etiaz in immoderato est appetitus scientie. Eodē mō tentauit xp̄z de gula, cū dixit. Si fili⁹ dei es dic vt lapides isti panes fiant. Cogitabat ei intra se dicēs. Si lapides in panes cōuerterit, fili⁹ dei est: si aūt ꝯuertere nō poterit, hō pur⁹ apparebit: sz sic xp̄s respōsū tēperauit q̄ ip̄z cognoscere nō potuit dicēs. Scriptū est: Nō i solo pane viuit hō: ⁊c. Ac si dicat. Cū hō cōstet ex corpe ⁊ aīa ⁊ ꝟbū dī sit cib⁹ aīe: ⁊ cib⁹ corporis sit panis: ⁊ nullā mētionē facias de cibo aīe: sz tm̄ de cibo corporis: manifestū est q̄ tua suasio tētatio est. Tūc sicut dt̄ Chry. diabol⁹ intra se cogitauit dicēs. Iste hō sanctus vr̄ esse. Scti aūt viri ⁊ si nō vincant̄ vicio gule: sepe tñ vincunt̄ vicio vane glorie. Et ideo eū sumpsit: ⁊ sup pinnaculū tēpli eū statuit. Nec fuit indignū in xp̄o: sicut dt̄ Gre. Si a diabolo se permisit assumi. qz a mēbris suis se permisit occidi vl̄ illa assūptio pōt intelligi deductio: dt̄ aūt Gl. q̄ ꝟisimile est diabolū in humana specie apparuisse: tñ xp̄s sic egit vt a nemine videret: ⁊ dt̄ diabol⁹: si fili⁹ dei es mitte te deorsum. Hoc iō dt̄ vt ex tali p̄cipitatione ⁊ nulla secuta lesiōe oēs ad eū cōcurrent vt eū adorarēt ⁊ ex hoc vanā gl̄iā incurreret: vel iō dicit vt ꝑ hoc diabol⁹ potentiā suā cognosceret. sz xp̄s sic tēperauit rñsum vt diabolo relinqueret dubiū dicēs. Nō tentabis dñm deuz tuū. Ille deū tentat qui vult explorare q̄ tuz possit apd deū cū tñ habeat ex hūana rōne q̄ facere debeat: sic xp̄s poterat aliter de tēplo dēscēdere: q̄ ꝑ iactātiā p̄cipitare se. Qz igit̄ nō potuit eū superare de gula nec de vana gl̄ia: voluit explorare si posset eū tētare de auaricia: ⁊ iō duxit eū in montē excelsum valde: ⁊ ostēdit ei oīa regna mūdi Ostēdit aūt sibi nō ea q̄ resciebat indicādo: sed scdm Chris. ostēdit ei ac si aliquis in loco excelso positus manū extēderet dicens: ecce ex illa ꝑte est affrica: ex illa palestina ex illa grecia: ex illa italia: et hmōi. Hec oīa tibi dabo si cadēs adorauaris me. Et qm̄ istud cōtinebat iniuriā creatoris: xp̄s eū repulit dicēs. Uade sathanas scz in infernuz. Scriptū est eñ. dñm deū tuū adorabis ⁊ illi ⁊c. Deut̄ vj. In alijs duabus tētationibus q̄ videbant̄ cōtinere iniuriā suam patiēter rñdit. In ista aūt q̄ cōtinebat iniuriā creatorz dure redarguit. vñ Chry. In ꝓprijs iniurijs esse quenq̄ patientez laudabile est. Iniurias vero dei dissimulare impiū est. C ¶ Ex supradicto ordine tētatio ptz q̄ consuetudo diaboli est incipere a leuioribus ⁊ procedere ad grauia: ⁊ deinde ad grauiora deinde ad grauissima. Istud etiā pz in Job. Incepit aūt a leuiorib⁹. s. qñ oēs res tp̄ales sibi abstulit. deinde ꝓcessit ad grauia qñ filios extinxit deinde ad grauiora qñ corpus eius vulnerauit: tādē ad grauissima

qñ fiduciā

qñ fiduciã de deo ꝑ amicos suos sibi auferri cõatus fuit illi em̃ merita sua extinguebãt dicẽtes ꝙ propter pctã sua fuerat percussus: ꝙ fuerat tyrãnus ⁊ hypocrita magnꝰ. Sed Job cõtra primã tẽtationẽ se defendit per natiuitatis ⁊ mortꝫ cõsiderationem dicẽs. Nudus egressus sum de vtero mr̃is mee: ⁊ nudꝰ reuertar illuc. Cõtra scdam ꝑ datoris ablationẽ: qꝛ ille qui filios dedit ille accipit: sic dicẽs dñs dedit dñs abstulit. Cõtra tertiaꝫ per manus paterne ꝑcussionez: qꝛ manꝰ eius percusserat qui ꝑcutit ad correptionẽ nõ ad subuersionẽ dicẽs si bona suscepimus de manu dñi ⁊c. Contra quartã ꝑ bonorũ suorũ numeratiõnẽ: vñ. xxxj. ca. Bona sua enumerat nõ ad iactantiã: sed ad spem excitandã dicens: oculus fui ceco ⁊ pes claudo ⁊c. Istũ etiã ordinẽ seruauit diabolꝰ in tentatione xp̃i. Incepit enim a tẽtatione leui cum tẽtauit de gula: tentare de pane ⁊ maxime famis tpe leuis tentatio est. ꝓcessit ad grauẽ qñ eũ tẽtauit de vana glia, ꝓcessit ad grauiorẽ qñ eũ tẽtauit de auaricia: ꝓcessit ad grauissimã qñ eũ tẽtauit de ydolatria. D

¶ Istas aũt tentationes xp̃s supauit sapiẽter fortiter ⁊ perseuerãter. Sapiẽter quidẽ qꝛ scripture testimonio ipsum diabolũ vicit: qđ figuratũ est. j. Reg. xxviij. in victoria golye: vbi dt glo. Dauid vicit golyã tribꝰ lapidibus de torrente: et xp̃s diabolum tribꝰ testimoniis de lege. Eodẽ modo ⁊ nos possumus cõtra diabolũ scripture testimonia rñdere. Si em̃ tentat nos de superbia ⁊ appetitu honorũ debemus rñdere: scriptũ est Eccli. x. Quid superbis terra ⁊ cinis omnis potẽtatꝰ breuis vita. Si tẽtat de appetitu diuitiarũ rñdeamꝰ scriptum est. j. Tim̃. vj. Nihil intulimꝰ i hũc mũdũ: haud dubiũ ꝙ nõ auferre q̃d possumꝰ. Itẽ Job. j. Nudus egressus sum de vtero matris mee nudus reuertar illuc. Si tantat de appetitu deliciarũ carnaliũ rñdeamꝰ illud. j. Cor. xv. Caro ⁊ sanguꝫ regnũ dei nõ possident. Glo. per carnẽ ⁊ sanguinẽ vẽtrẽ: ⁊ libidinẽ. i. opa carnalia designant. Exẽplo em̃ xp̃i q̃ tentationes suas vicit ꝑ scripturã: debemꝰ etiã iniurias nostras vincere sapiẽter magꝫ q̃ potẽter. Ille sapiẽter vincit q̃ scit intrãtibꝰ rõnabilr respõdere: vel q̃ scit cor suũ vincere ⁊ dissimulare: vel q̃ scit a facie iniuriãtiũ se absentare. De prlo Sap̃. v. Meliorẽ sapia q̃ vires: ⁊ vir prudẽs q̃ fortis. De. ij. Prouer. xvj. Melior est patiẽs viro forti et q̃ dñatur aĩo suo expugnatore vrbiũ. De iij. Prouer. xx. Honor est hoĩ q̃ separat se a cõtentionibꝰ oẽs aũt stulti cõmiscẽtur ꝯtumeliis. Secũdo xp̃s vicit fortiter nõ em̃ aliqñ cessit sꝫ fortiter restitit sic ⁊ nos debemꝰ resistere. Jacob. iiij. Resistite diabolo ⁊ fugiet a vobis. Diabolus em̃ dr̃ a dia qđ est duo ⁊ bolus qꝛ vult facere de hoĩe; duos bolos corpus scꝫ ⁊ aĩam deuorando. Taliter em̃ diabolo debemus resistere ⁊ fugiet a nobis, ⁊ benedicit fugiet a quibusdã em̃ nõ exit sed in eis q̃escit: sicut i auaris superbis ⁊ luxuriosis. Job. xl. sub vmbra dormiuit: ecce vmbra auaricie i secreto thalami: ecce vanitas superbie in locis humẽtibus: ecce turpitudo luxurie. Ab aliquibus vero exit: sꝫ nõ recedit: sed ibi ꝓpe expectat: sicut ab illis qui sepe patiunt recidiuũ ad quos cito se scit reuersurũ. Juxta illud Luc. xj. Reuertaꝰ in domũ meã vñ exiui. Ab aliq̃bus aũt exit ⁊ recedit sed nõ fugit sꝫ lento passu incedit sicut a tepidis quos non plene deserit. Ab aliquibus vero exit et fugit sicut a viris ꝑfectis qui fortiter ei resistunt ⁊ ipsum in fugam cõuertunt. Naꝫ sicut dicit Greg. diabolo cũ resistit est vt formica: cũ vero eiꝰ suggestio recipitur fortis est vt leo. E

¶ Tertio vicit xp̃s ꝑseuerãter: qꝛ in nullo ei cessit: sic et nos ꝑseuerãter valeamꝰ vt nũq̃ diabolo cedamus: tũc aũt ei nõ cedimus qñ ad instar apli cũ ipso pugnamꝰ q̃ dr̃. j. Cor. ix. Ego igit sic curro nõ q̃si in incertũ. Miles em̃ strẽnuꝰ primo dꝫ habere robustũ aĩm ad aggrediẽdũ vt. s. cõtra hostẽ fortiter currat: ⁊ q̃si certus de victoria ipm inuadat: iõ dicit ego sic curro nõ quasi in incertũ. Job. xxxix. Exultat audacter in occasuꝫ ꝑgit armatꝰ. Scdo debet habere robustã manũ ad feriendũ Ideo subdit sic pugno nõ q̃si aerẽ verberãs. q. d. nõ pugno ꝟbis sꝫ factis. Gen. xlix. Manus tua in ceruicibus inimicorũ tuorum. Ceruix diaboli est ipsa suggestio que qñ

amputatur ex toto diabolus vincit Tertio debet habere fortē humerū ad sustinēdū: debet eñ fortiter sustinere macerationes spōte assumptas ideo dt: sz castigo corpus meū ꝛc. ꝛ tribulatiōes a deo immissas. ps. Posuisti tribulationes in dorso nostro: ab inimicis illatas. ps. Supra dorsum meum fabricauerūt ꝛc.

10 ¶ Eadē die scz do.j.quadra.Ser.ij.

Et cū ieiunasset.xl.diebus ꝛ xl.noctib⁹ postea esurijt. Processus ꝛ ordo tentationis xpi talis fuit ipse ei ieiunauit: ieiunādo esurijt esuriēdo tētat⁹ fuit tētat⁹ superauit: ꝛ tūc post victoriā ministeriū angelorū accepit. Primo ergo ieiunauit.xl. dieb⁹ ꝛ xl.noctib⁹ exēplo Moysi ꝛ Helye q̄ in isto numero ieiunauerūt: sed nullus eorū virtute ꝓpria ieiunauit. Moyses eñ ieiunauit sustētat⁹ diuina allocutione. Helyas sustētat⁹ angelica refectione. Xp̄s aūt ꝓpria virtute. A ¶ Nos aūt in isto numero ieiunare debem⁹ tribus de causis q̄s ponit Grego.in omel. Nos eñ offendim⁹ deū de corpe nostro: de tpe nostro et de opib⁹ nr̄is. Corp⁹ eñ nr̄m ex q̄tuor elemētis est cōpositū: ꝛ iō ad diuersa vicia est prōptū. Qr igit̄ ꝯpositū est de terra: iō prōptū est ad desiderādū terrena ꝛ ad pctm̄ auaricie. Qr est de aere: iō prōptū est ad desiderādū sublimia: ꝛ ad pctm̄ supbie. Qr est de igne: iō prōptū ad inflāmationē male cōcupiscētie. Qr est de aqua iō prōptū est ad vicium leuitatis ꝛ incōstātie. Qr igit̄ ex corpore ex q̄tuor elemētis composito ad diuersa vicia prōpti sum⁹ iō sepe mādata q̄ p decalogū sūt accepta cōtēpsimus: ꝛ iō iustū est vt ipsuz corpus quaterdecies affligamus. Scdo offendimus deū de tēpore nostro: dedit enim dn̄s ꝛ tn̄ nos ip̄m in vanitatibus nostris expēdimus. Job. xxiij. Dedit ei locum pnie ꝛ ipse abutit̄ eo in superbiā: facit tn̄ de⁹ nobiscum pactum vt.s.nouem temporis partes teneamus nobis in quibus nostra negocia faciamus: ꝛ saltē decimā partē demus sibi: in qua sibi seruiamus et pniam agamus ꝛ ista est.xl.q̄ est decima pars anni. Sicut dicit Grego. A prima inquit dominica.xl.vsq; ad pascha.vj. hebdomade eueniūt: quarum dies.xlij.sunt ex quib⁹ dum sex dies dn̄icales ab abstinētijs subtrahūtur.xxxvj.in abstinentia remanēt. Dū vero per trecentenos.lxvj.dies annus ducitur quasi anni nostri decimā deo damus. Tertio offendimus deū de operibus nostris: opa eñ nr̄a debēt eē circa obseruationē.x.mādatorū: ꝛ cōplementū quatuor euāgeliorū q̄ tūc cōplent̄ qñ habemus dilectionē dei ꝛ proximi: vl̄ qñ cōplemus duo mandata.s. vt faciamus alijs qd nobis volum⁹ fieri: ꝛ nō faciamus alijs ꝙ nobis nolum⁹ fieri: sz nos in opib⁹ nostris nec p̄cepta seruam⁹ nec euangelia custodimus: ꝛ iō iustū est vt p xl.dies satisfaciamus. B ¶ Est aūt ieiuniū nr̄m magne virtutis qr deū placat ꝛ demonē fugat. Placat q̄dē et reconciliat deū sicut pz Jone.iij.in niuitis qui ieiunauerūt ꝛ iumēta silr̄ ieiunare fecerūt, ꝛ iō deus eis reconciliatus fuit vt dicit Amb. Quale est hoc xp̄ianū non facere qd pecudes fecerūt: nisi ꝙ stolidior est pecude qui indicto sibi a sacerdote ieiunio nō ieiunat: ꝛ pecus quidē declinat foueā ꝛ cauet precipitiū: tu aūt nō vis declinare periculū ieiunādo qd cernis. Desperationis eñ genus est tūc manducare cū ieiunare debeas: tunc gaudere cum beas deplorare. C ¶ Scdo ieiuniuz diabolū fugat. diabolus eñ est serpens piscis lup⁹ et canis. sicut eñ scdm Amb. Sputum hois ieiuni serpentē interficit. sic ieiunium diabolum occidit ꝛ sicut piscis natat in fluuio et moritur in sicco. sic diabolus delectat̄ in aquis deliciarū: et moritur in sicco abstinentiaruz: ꝛ sicut fames expellit lupum de nemore, sic ieiunium expellit diabolum de corde. Et sicut aqua bulliens fugat canem de coquina sic oratio feruens fugat diabolum de anima. Matth.ix. Hoc genus demoniorū in nullo potest deijci nisi in oratione ꝛ ieiunio. D ¶ Secūdo xp̄s ieiunando esurijt. In hoc autem ꝙ christus ieiunauit.xl.diebus ꝛ.xl.noctibus ostenditur op̄s de⁹. In hoc autē ꝙ esurijt ostēditur hō fuisse infirmus. Legimus aūt tribus vicibus xp̄m esurijsse. Prima vice esuri-

uit et non habuit ad comedendū nisi lapides sicut hic patet. Lapis est durus: frigidus et siccus. Per lapides enim intelliguntur homines qui non possunt ad penitentiā frangi. Homines frigidi qui non possunt igne diuini amoris inflammari. Homines aridi qui non possunt aq̄ diuine gratie humectari: tales non possunt incorporari xpo, sed a diabolo. Diabolus enim cum sit lapidens, lapides sibi incorporat. Job. xli. Cor eius indurabit quasi lapis. Alia vice esuriuit, et non habuit ad comedendū, nisi folia: vt hꝫ Mat. xxi. De ficulnea que non habuit nisi folia cui xps maledixit. Sicut ante xps nō comedit lapides: id est corda dura, sic nō comedit folia. i. verba. Arbor pduxit folia, gēmas flores et fructus: folia sunt bona verba, gēme bone cogitationes, flores, bone voluntates, fructus, bona opera. Sicut igitur hō nō pascitur de foliis, nec de gemmis, nec de floribus: sed de fructibus: sic deꝰ nō delectat nec in nīs, verbis, nec in cogitationibus, nec in voluntatibus: sed in bonis opibus. Tertio xps quotidie esurit: sez nō conuersione et salutē. Jūs enim xps tantum conuersionem desiderat q̄ etiā illam hostiatim mendicat. Apoc. iij. Ego sto ad hostium et pulso: si quis aperuerit mihi tantus: intrabo ad illū et cenabo cū illo: et ipse mecum id est ad sentum siue symbolum. ℣ ¶ In ista cena dꝫ petēt tria ferentia ponere. s. cōtritionē, cōfessionē, et satisfactionē. Deꝰ aūt ponit tria alia: sez remissionē culpe, collationē gratie, et pmissionē glorie. Sed multi sunt de natura locustarū qui semp uellēt comedere de alieno, et nihil de suo uellent q̄ deꝰ eis petā dimitteret, gratiam suā tribueret, et gloriā suā daret. Ipsi aūt nec uolūt hꝫ cōtritionē, nec facere pfessionē, nec exhibere satisfactionē. Tertio xps esuriēdo tēptatꝰ fuit: cuius aūt fuit multe cās q̄re xps uoluit tentari ap̄s tñ pncipalē ponit dicēs. Hebr. iij. Nō enim habemꝰ pontifex q̄ nō possit cōpati infirmitatib⁹ nīs: tentatum autem per omnia ꝛc. ℣ ¶ Ex quo patet q̄ uoluit temptari: vt temptatis et tribulatis melius sciret misereri: nemo enim potest moueri ad compassionē et misericordiā, nisi alioꝝ cognoscat miserias quas quidem pōt cognoscere vel audiēdo vel videndo vel experiēdo: sicut verbi gratia si audio q̄ passio illata sit grauis pena, tam illud scio p auditū et tunc habentibus multum cōpatior. Si aūt video aliquem a dicta passione detentum, et video ipsum in magna tribulatione consistere se horribiliter agitare: et q̄rulosis vocibus conclamare: tam illud scio per visum, et tunc magis cōpatior: si sim illam passionē in corpore meo patior: tunc illud scio per experientiā: et tunc de incepto patientibus maxime compatior. Humanum autem genus ante incarnationem xpi, multas temptationes et miserias patiebat ꝓpter q̄s sepe ad deū clamabat, et totum celum clamoribus replebat: et tunc deus miserias licet aboleret non faciebat: tñ quedāmodo sentiebat q̄ audiuit Exodi. ij. Ingemiscentes filii israel propter opa ꝓuulserati sunt: et ascendit clamor eorū ad deū et audiuit gemitū eoꝝ, sic deꝰ humani ghis clamoribus excitatꝰ de celo descendit, et carnem assumens in mundum uenit, et. xxxiij. annis in mundo mansit, et nras tēptationes et miserias uidit. et sic illud q̄ sciebat per auditum, postea scuit per visum: et tunc est magis misericors factus. Exo. iij. Uidi afflictionē ppli mei qui est in egypto, et clamorē eius audiui et descendi liberare eū. Tandē nostras temptationes et miserias scisti per experientiam: q̄t ois in sua ꝑsona arpertus fuit: et ideo factus est magis misericors. Experiēs enim est pauperias et tentationē, infirmitatē, famem, tribulationē et mortē. In his enim uoluit nobis esse similis: vt sic melius nobis misereri. Hebr. ij. Debuit p omia fratribꝰ similari vt misericors fieret. Si igit aliqs pauperiate premit, scit mō melius misereri: q̄t ipse pauper fuit: si aliqs tēptat scit ei mō melius misereri, quia ipse fuit tēptatus. Si aliqs patit tribulationē, famē, infirmitatē, uel dolorē mortis, scit ei modo melius misereri, quia hec oia passus est ipse et tentatus potest est, et eis q̄ tentantur auxiliari Hebr. ij. In eo enim in quo passus est ipse et tentatꝰ potest est eis q̄ tentant auxiliari. Quarto xps tentatꝰ ingauit et uicit. Ui

cit aũt tentationes ipſas eis in ſuis pncipũs obuiando. Nã mox vt in cũ diabol⁹ tẽtationes inferebat. ꝙ ꝑ eas repellebat: ſic ⁊ hõ mox vt diaboli ſuggeſtiões ſenſerit, eas in ſuo initio dz repellere Naz vt dicit Hiero. Lubric⁹ eſt ſerpẽs antiquus ⁊ niſi in capite teneaꝫ, tot⁹ ſtatum illabit. ℣ ¶ Hz igit ſerpẽs infernal⁹ caput ſcz malã ſuggeſtionẽ, hz corp⁹. ſ. malũ conſenſum, hz caudã, qz cõſummationẽ operis: vbi aũt ponit caput ſuggeſtiõis ſtatĩ ponit corp⁹ ꝓſenſ⁹, ⁊ vbi ponit corp⁹ cõſenſus, ſtatĩ ponit caudã opis: ↄ in ſuo capite. i. in ſua ſuggeſtiõe eſt ꝓferendus. In aliqb⁹ igitur iſte ſerpẽs eſt ꝯtũ ad caput, corp⁹ ⁊ caudã ꝙ. ſ. habẽt malas ſuggeſtiones, cõſenſus ⁊ opa. Sũt tñ quidã ꝙ in iſta. xl. dimittũt pctm ꝯtuz ad opus, ſz tñ poſt paſcha ad illud redire intẽdũt. iſti amputauerũt ſerpẽti caudã: ſz adhuc viuit in eis quãtũ ad corp⁹ ⁊ caput. i. ꝯtũ ad cõſenſum ⁊ ſuggeſtionẽ. Aliqui pctm dimittũt ꝯtũ ad op⁹ ⁊ cõſenſum: tenẽt tñ adhuc malas ſuggeſtiones, iſti amputãt corpus ⁊ caudã, adhuc tñ viuit in eis ꝯtũ ad caput: ſz ſi vis iſtũ ſerpentẽ vincere, bene ſtudeas caput ei amputare. i. inquã ei⁹ ſuggeſtionẽ repellere: ⁊ tunc tibi nocere non poterit nec quantum ad corpus. i. conſenſum nec ꝯtum ad caudaz. i. opus, quis amputato capite ſuggeſtiõis tota confracta eſt virtus infernalis ſerpentis. ideo dicitur Geñ. iij. Ipſa conteret caput tuum. ℣ ¶ Quinto poſt victoriã miniſterium angelorum accepit. ideo dicitur. Et ecce angeli acceſſerunt ⁊ miniſtrabant ei: que miniſtratio tripliciter poteſt accipi. Primo de tẽporali ſubuentione vt ſit ſenſus miniſtrabant. i. ſibi eſurienti cibo ſubueniebant: taliter cibuz olim angeli Helye miniſtrauerunt. Secũdo poteſt intelligi de adoratiõe vt ſit ſenſus. ſibi miniſtrabant. i. tanqꝫ deum ſuppliciter adorabant iuxta illud. ꝑs. Adorate eum omnes angeli eius. Tertio poteſt intelligi de cõgratulatione. vt ſit ſenſus: miniſtrabant. i. ſibi pugnanti cõgratulabantur. vnde ꝑo. Benedicite dominũ omnes virtutes eius miniſtri eius qui fa. voluntatem eius.

Cum venerit filius hominis in maieſtate ſua ⁊ omnes angeli eius cũ eo. Math. xxv. Sicut dicit beatus yſidorus in lib. de ſummo bono in quolibet iudicio tres perſone requiruntur. ſ. iudex. reus et actor. et ideo in iſto dei extremo iudicio iſte tres perſone requiruntur. Nam perſona iudicis exprimitur cum dicitur. cum venerit filius hominis in maieſtate ſua. Perſona actoris cum dicitur: et omnes angeli eius cum eo. Perſona rei cum dicitur. Et congregabuntur ante eũ oẽs gentes. Iudex igitur erit xp̃s qui iuſte iudicabit cum⁹ in dictum corrumpi non poteſt. ℣ ¶ Quatuor enim modis vt dicit yſodo. corrumpit iudicium conſueuit. ſ. timore: amore: odio: vel munere. Xp̃i aũt iudiciũ non corrũpit timore: qz potentiſſim⁹ eſt Job. xxij. Nũquid timẽs arguet te ⁊ veniet tecũ ad iudicium. imo quanto potentiores erũt tanto durius iudiciũ ſuſtinebunt. Sap. vj. Potentes potenter tormẽta patient. Scõo non corrumpet amore qz iuſtiſſim⁹ eſt: ideo cõtra fratres ſuos ſcz falſos xp̃ianos ſententiã ꝓferet et nihil ꝓderit eis allegari fraternitatez ꝙ. ſ. ſit frater eoꝝ. ꝑs. Frater nõ redimet. nec allegare ſimilitudinẽ ꝙ. ſ. ſit homo ſibi⁹ eis. ideo ſubdit. redimet hõ ⁊ dz allegari terrogatiue ⁊ rñderi negatiue. nec eis aliquid valebit pcũ multiplicitas. tõ ſubditur non dabit placationem ſuã nec ſanguinis xp̃i pciositas. qz ipm pretiũ cõtẽpserũt ideo ſubdit. ⁊ pcium redẽptionis ſue. Tertio non corrũpet munere. qz ditiſſim⁹ eſt. Prouer. vj. Non acquieſcet cuiuſcq; precib⁹ nec ſuſcipiet ꝓ redẽptione. dona plurima. Berñ. Veniet dies illa in qua plus valebũt pura corda cũ aſtuta: verba conſcientia bona cũ marſupia plena Aug. Expectat dies iudicii ⁊ aderit equiſſimus iudex qui nullius potẽtis perſonã accipiet. cuius pallaciũ null⁹ epiſcopus vel comes vel abbas auro vel argento corrũpere nõ poterit. Quarto non corrumpetur odio: qz optimus eſt. In eo enim qui optimus eſt odium cadere non poteſt. ipſe enim omnia diligit que creas

uit. Sap. xij. Diligis oia q̃ sunt, ⁊ nihil eorũ odisti que fecisti ⁊ qr diligit nõ odio sed cũ dolore ⁊ compassione punit. Esa. j. Heu consolabor sup hostib⁹ meis ⁊ vindicabor de inimicis meis. vbi sic dicit gl. More pij patris punit ⁊ plãgit. Scdo ponuntur actores siue accusatores q̃ erunt angeli nobis ad custodiã deputati, qui tanq̃ sciẽtes oia mala que pctõres fecerũt ipsos grauiter accusabũt. Job. xx. Reuelabunt celi iniquitatem eius. B

¶ Preter aũt istos accusatores stabũt cõtra peccatores. s. diabol⁹, totus mũdus, ⁊ propriũ scelus. De accusatiõe diaboli sic dicit Aug. Dicturus est aduersari⁹ in iudicio Equissime iudex iudica istũ meũ esse ob culpã qui noluit tu⁹ esse p grãm, tuus per mĩaz, meus p miseriã: tuus per passionẽ, me⁹ psuasionẽ: tibi inobediẽs, mihi obediẽs: a te accepit immortalitatis stolam: a me accepit hãc pãnosam tunicã, tuã vestẽ dimisit. cũ mea huc venit: equissime iudex iudica istum esse meum ⁊ mecũ dãnandũ esse. Et ponit diabolus quinq̃ allegatiões quib⁹ vult ostendere peccatorem damnandum esse secum. C

¶ Prima est talis: tu obtulisti sibi grãm tuam, ego meã culpã: tuã gratiã cõtẽpsit meam culpam. recepit, ergo dz esse me⁹. Scda talis est: tu creasti eũ per naturam, ideo debet esse tuus: sz fecit se meũ p magnã suã culpã ⁊ miseriã: ideo debet esse meus. Tertia talis est: tu sustinuisti p eo grauẽ passionẽ, ideo debet esse tuus: ego vero obtuli sibi meã suggestionem, sed ipse tuã passionẽ contẽpsit ⁊ meam suggestionem recepit, ideo debet esse meus. Quarta est talis: duo sunt. s. obedientia ⁊ inobedientia. Quicũq̃ ergo est tibi obediens ⁊ nihil inobediens est tuus: ⁊ tibi inobediens est meus: sed iste fuit inobediẽs: ergo dz esse meus. Quinta talis est: tuum est facere hoĩ vestem fulgidã virtutum: meũ est facere sibi vestem pannosam sordidam vitiorum. Quicũq̃ aũt habet vestẽ virtutũ est tuus: qui vero hz vestem vitiorum est me⁹: sed iste tuam abiecit et meã secũ portauit, ergo dz esse me⁹. Secundus accusator est totus mũdus: omnia scz elemẽta. Istud ostendit Hugo de sctõ victo. dicens. Celũ dicet: ego sibi luce ministraui ad solatium. Aer dicet: ego omne genus auiũ sibi dedi ad obsequiũ. Aqua dicet: ego diuersa genera pisciũ sibi dedi ad esum. Terra dicet: ego panẽ ⁊ vinum dedi sibi ad nutrimentum. Ideo ignis clamabit a me cõturbat. Aqua clamabit: a me demergatur. Aer clamabit a me vẽtilet. Terra clamabit a me absorbeat. Infernus clamabit a me deglutiatur. Sap. v. Armabit oẽm creaturam cõtra insensatos. Tertius accusator est ꝓpriũ scelus. Nam omnia peccata q̃ modo sunt occulta: extra tũc prosiliẽt. ⁊ suũ accusabunt actorem. Nam tinea vestimẽtorum accusabit vani gloriosum: erugo metallorum accusabit auarum. Merces pauperum defraudata: accusabit tyrannũ violẽtũ iniquum. edificium accusabit vsurarium. de tribus primis dicitur Jacob. v. Diuitie vestre putrefacte sunt: ⁊ vestimẽta vestra a tineis comesta sunt. Aurũ ⁊ argẽtũ vestrum eruginauit: ⁊ erugo eorũ in testimonium vobis erit. Et infra Ecce merces operariorũ que defraudata clamat: ⁊ clamor eorũ in aures domini sabaoth introiuit. De quarto dicitur Abacuc tertio. Lapis de pariete clamabit: ⁊ lignũ quod est inter iuncturas edificij respondebit.

D ¶ Tertio ponuntur rei ipsi mali scilicet a sinistris collocati qui erũt in multa angustia positi. Sicut ostendit Gregorius dicens. O quam anguste erunt tunc vie reproborũ. Superius erit iudex iratus, inferius horrẽdum chaos, a dextris peccata accusantia, a sinistris ĩfinita demonia ad supplicium trahẽtia: intus cõscientia mordens: foris mundus ardẽs. quid faciẽs peccator sic deprehẽsus: latere erit impossibile: apparere intolerabile. Ex his patet qđ peccator nõ poterit fugere rursum: quia ibi est iudex iratus qui gladio bis acuto qui de ore eius ꝓcedit ipm incideret. Nec fugere a dextris: quia ibi sunt peccata que ipsum apprehẽderent. Nec fugere a sinistris: quia ibi sunt demones qui eum ad supplicia traherent. Nec fugere vel abscõdere intra se: quia ibi est vermis conscientie qui ipsum totum corrodent. Nec fugere extra mundum: quia totus est plenus igne qui

ipsum totum cōturbet: ⁊ ideo nō restat ni si vt inferi⁹ in fornacem cadat. Mat.xxv. Ibunt hi in supplicium eternum ⁊c.

12 ¶ Feria.ij.prime hebdomade.

Sermo.ij.

Esuriui et nō dedistis mihi manducare. Sicut dicit beatus Aug. Si aliquis esset qui in tota sacra scriptura nihil sciret nisi solum istam lectionē presentem: hoc solum sibi sufficeret, ad salutem: quia ibi continentur merita ⁊ demerita premia ⁊ supplicia bonorum ⁊ malorum. Quamuis in extremo iudicio omnia facta discutiantur hominis: tamen solum de eleemosynis fit hic mentio. Et rationem huius assignat Augustinus in lib.i. omel', dicens. Tacet dominus omnia recta facta iustorum et omnia mala iniquorum et solum laudat eleemosynarum largitionem et damnat auiditatem. Quare hoc: quia omnia crimina eleemosynis redimunt: si tamen mores mutaueris. Pro peccatis enim preteritis eleemosynas q̄s facit: si vita mutata ⁊ inde recedat ⁊ huc accedat. Si autem dicat aliquis in corde suo si quotidie peccauero ⁊ eleemosynas fecero: nunquid peccata extingo. Et respondit August. Extinguis: sed tamen tu cum eis extingueris. pereunt enim peccata tua: sed tecum. nō enim in gehēna peccare permitteris, aut tecum ceperit extorquere ignis eternus: de satiandis libidinibus non cogitabis. Quamuis igitur de solis eleemosynis videatur in iudicio q̄stio mouenda de omnibus tamen factis ratio reddetur. Et in ipso iudicio dominus ordinate precedet. A

¶ Nam primo culpas examinabit deinde examinatas ponderabit: postmodum ponderatas sententiabit: vltimo sententias executioni demandabit. Primo igit̄ culpas examinabit. quod notatur cum dicitur. Esuriui ⁊ non dedistis mihi manducare. De qua examinatione dicitur Job. xxix. Causam quam nesciebam. i. quam me nescire ostendebam diligentissime inuestigabam. Examinabit quidem ⁊ inuestigabit omnia cogitata. Sap. i. In cogitationib⁹ impij interrogatio erit. Examinabit ola v̄ba Mat. xij. De omni v̄bo ocioso quod locuti fuerint homines: reddēt rōnē in die iudicij ola facta. Eccl' vi. Cūcta q̄ fiunt adducet dn̄s ad iudicium: ola omissa. Sicut ptz in hoc euāgelio vbi de omissis reprobi arguunt̄ ola commissa. B

¶ Quatuor em̄ nobis de⁹ cōmisit. s. tp̄s vt ipsum vtiliter expendam⁹ res tēporales: vt ipsas pauperib⁹ erogem⁹. Corpus vt ipsum immūditia teneam⁹. Alam ad imaginē dei factam: vt ipsam honoremus. Sz de tp̄e malā rōnē reddēt ociosi: q̄ ipsum negligēter expendunt. Bern. Omne tp̄s nobis impēsum requiretur a nobis qualiter sit expēsum. De reb⁹ malam rationē reddēt: auari qui nolūt eas cōicare: sed ipsi soli mādūcare. Eccle.xj. Inueni requiem mihi: ⁊ nūc manducabo de bonis meis sol⁹. De corpore malā rationē reddent luxuriosi: qui corpus suum maculauerunt. Un̄ d̄r de Salomone. Eccle.xlvij. Ptātē habuisti in tuo corpore: ⁊ dedisti mihi in gloria tua. De ala malam rationē reddēt superbi, auari, ⁊ luxuriosi: qui dei imaginem deleuerunt: ⁊ imaginē. s. diaboli superinduxerunt. Rom. Mutauerūt gloriā incorruptibilis dei: in similitudinē imaginis hois corruptibilis: ⁊ volucrum quo ad superbos qui super alios volare volūt: ⁊ quadrupedum: quo ad luxuriosos: q̄r luxuriā in corpore exercuerūt quod quatuor elementis componitur ⁊ serpentum: quo ad auaros: q̄ semper terrā appetunt. Scdo iudex eternus culpas examinatas pōderabit quādo dicet. Amē dico vobis q̄ diu fecistis vni de fratrib⁹ meis minimis mihi fecistis: ecce magna ponderatio: quia illud quod fit vel nō fit egenis: fieri vel nō fieri reputatur deo. De ista pōderatione dicit̄ Prouer.xvj. Pond⁹ ⁊ statera iudicia dei sunt. Solent cāpsores monetas in statera ponderare: ⁊ eas quas inueniunt nulli⁹ ponderis. i. nulli⁹ valoris vel minoris i ignē proijciunt vel incidunt. Illas antē quas inueniunt equaliter vel maioris thesauro reponunt. C

¶ Michael nāq̄ archangelus secundū ecclesie repre sentationez animas ponderabit que oēs in quatuor ordinib⁹ erunt. Nam quidaz

erūt vacue: quedā semipleue, quedā superplene. Ille erant vacue q̄ nulla non bona secū portauerunt. Talis appendet et sibi dicet. Dan. v. appensus es in statera ⁊ inuentus es nihil habēs talis proijciet in fornacē inferni. Ille erūt semiplene q̄ ad penitētiam redierūt: sed tamē satisfactionē cōgruam morte preueniēte nō impleuerunt. Talis appendet ⁊ sibi dicet. Appensus es in statera ⁊ inuentus es minus habens ⁊ proijciet in fornacem purgatorij. Alie sunt que q̄uis deliquerūt tamen satisfecerunt. Talibus dicetur. Appensus es in statera ⁊ inuentus es satis habens. Alie sunt que opera satisfactionis habuerūt sicut sunt viri perfecti. Talibus dicetur. Appensus es in statera et inuentus es multū habens: isti duo reponentur in thesauro celesti. Tertio iudex eternus culpas ponderatas sentētiabit quando dicet. Discedite a me maledi. in ignem eternum qui paratus est diabolo ⁊ angelis eius. D ¶ Ex qua sententia manifeste colligitur quod implicabiliter deus cōtra reprobos sit iratus. Dato em̄ q̄ reprobi sibi dicāt. Non sumus dn̄e digni regnū vestrum possidere tn̄ placeat vobis vt possimus ad pedes nostros manere. Respondebit. Discedite a me. Dato q̄ sibi dicant. Et si nos repellitis a vobis saltem benedictionē vestram nobis date. Respondebit. Et vos maledictionē meam habeatis. Ideo subdit. Maledicti. Dato q̄ dicant saltem ad aliquem locum refrigerij nos mittatis. Respondebit. In ignem. Dato q̄ subiungāt. saltē breuem terminū nobis prefigatis. Respondebit. Eternum. Dato q̄ dicāt saltē aliquem bonum dn̄m nobis preficiatis q̄ clementer nos regat. Respondebit. Qui paratus est diabolo. Dato q̄ subiungāt: saltem aliquam bonā societatem nobis date cum quibus possimus cōsolari. Respondebit. Et angelis eius. Quasi dicat pro domino habeatis diabolum maiorē p̄ socijs vestris demones minores. Sententia autem iustorum contraria erit cum dicet. Uenite benedicti patris mei ⁊c. Ac si dicat. Illis dixi discedite a me: sed vobis dico venite ad me. Illis dedi meam maledictionem. Sed vobis do meā benedictionē. Ideo venite benedicti. Illos mitto in ignē: vos introduco in regnum celeste. Ideo possidete regnum. Illis dixi vt maneat in igne perpetuo: vobis dico vt maneatis in regno eterno q̄d paratū est vobis. Illis dixi vt habeant in principem suum ipsum diabolum: vobis dico vt habeatis in principem vestrū patrem meū. Ideo venite bn̄dicti patris mei. Illis dixi vt habeant in socios demones infernales: vobis dico vt habeatis in socios angelos meos celestes: illos scz angelos de q̄b⁹ dictū est. Cum venerit filius hois in se. ma. sue, ⁊ omnes angeli cū eo. Quarto iudex eternus culpas sententiatas executioni mandabit: quod notatur cum dicitur. Et hi ibunt in suppliciū eternū: iusti autē in vitam eternam. E

¶ Quatuor autem modis quis sue iuuare cōsueuit ne sua executioni mandet p̄ appellationē aut per supplicationē, aut per querelā falsi, aut per integrum restitutionē. Nullo autem istorum modorum: dānati se iuuare vel defendere poterunt quin illa sna executioni mandet, aut per appellationem, aut per supplicationem, aut per querelā falsi, aut per in integrum restitutionem, nō per appellationem, q̄r eorū crimina erunt notoria ⁊ in notorijs appellatio nō hz locū. Hier. Aderit dies illa in qua facta nostra quasi in quadam tabula picta demōstrabunt non p̄ supplicationē q̄r si oēs scti p̄ ipsis supplicat, et deus non audiret. Hiere. iiij. Noli orare pro populo isto in bonum: quoniam gladio ⁊ fame ⁊ peste consumam eos. Job. xxj. Non parcam eis verbis potentibus ⁊ ad deprecandum compositis non per querelam falsi vt dicant q̄ illa sna lata sit per falsos testes iudice circumuento, quia sicut dicitur Job. xxiiij. Saluatorē anime tue nihil fallis. Eiusdem. xij. Ipse nouit decipiētem ⁊ eum qui decipitur nō per integrum restitutionem: vt scz ad statum pristinum restituatur, quia sicut dicitur Hebre. quinto. Impossibile est eos qui semel illuminati sunt ⁊ gustauerunt donum celeste et participes sunt spiritus sancti ⁊ prolapsi sunt: scilicet per finalem impenitentiam renouari rursus ad penitentiam.

14 ¶ Feria tertia prime hebdomade.
Sermo primus.

Cum intraret Jesus hierosolymā cōmota est vniuersa ciuitas ꝛc. Mat. xxj. Sicut ptz i superioribꝰ illud qd̄ in isto euāgelio legitur factuz fuit in dominica in ramis palmarum quando scz dominꝰ cum magno honore fuit receptus: sed propter exhibitā reuerentiam non dimisit iustitiam: quia mox templum intrauit ꝛ omnes vendentes ꝛ emētes inde eiecit: nec propter seuerā iustitiā omisit suā misericordiā: qꝛ cecos ꝛ claudos sanauit: per quod datur intelligi ꝙ iudex ꝛ prelatꝰ propter impensum sibi fauorez non debet dimittere iustitie rigorem: nec propter rigorem iustitie debet dimittere dulcedinem misericordie. A

¶ In serie autez huius euāgelij notatur ꝙ Christꝰ tria loca intrauit. s. Hierusalez templū ꝛ Bethaniam. Per q̄ loca signatur mens humana: qꝛ debet esse pacifica: ꝛ tūc erit Hierusalē que interpretatur visio pacis. Dz esse dei habitatio grata: ꝛ tunc est templū. ij. Coꝝ. vj. Uos estis tēplū dei viui. Debet esse ad obediendum prōpta: ꝛ tūc est Bethania que interpretatur domus obediētie. ps. In auditu auris obe. mihi. Ingrediēte autez domino primum locū. s. Hierusalem tota ciuitas cōmota est: ita intrante dño animam per gratiam preuenientez oēs potētie aīe debent commoueri per dolorē ꝛ cōtritionē peccati. ps. Commouisti terram ꝛ cōtur. eam contritiones eius: qꝛ cōmota est. B

¶ Sed notandum est quod quidam sunt duri scz q̄ nullo modo ꝯmouent. Alij. q̄ leuiter cōmouētur. Alij qui cordialiter cōmouētur. Sunt em̄ q̄dā duri: q̄dā attriti ꝛ quidā ꝯtriti. Duri sunt obstinati qui ad pniam nō possunt frāgi. de q̄bꝰ dr̄ Rom. ij. Scdm̄ duritiā ꝛ impenitēs cor tuū thesaurisas irā in die ire ꝛ reuelationis iusti iudicij dei. ꝛ Eccl. iij. Cor durum male habebit in nouissimo: ꝛ q̄ amat periculuz in illo peribit. Alij sunt attriti. i. qui de suis peccatis leuiter ꝛ supficialiter cōmouentur: in istis est attritio. i. quedaz leuis plenitudo: ꝛ ista attritio lz sit bona tamē nō sufficit. nō em̄ paruum sed magnū dolorem de peccatis deus req̄rit q̄ dicit Hiere. vj. Luctū vnigeniti fac tibi planctum amarum. Alij sunt qui precordialiter cōmouent q̄. s. omnia peccata sua dolendo minutatim cōterunt ꝛ in minutas partes frangūt dolēdo ꝓfunde de peccatis magnis ꝛ paruis ꝛ peccatoꝝ circūstātijs: et non tantū de omnibus in communi: sed etiā de quolibet in speciali: ꝛ talis dolor vocatur cōtritio. i. simul tritio: quādo. s. cor simul cum omnibus viribꝰ anime minutatim omnia peccata terit. ps. Cor cōtrituz ꝛ humiliatū deus nō despicies ꝛc. minꝰ dicit ꝛ plꝰ significat. i. multum diligit. Ista tria. s. obstinationem attritionē, ꝛ cōtritionem videre possumus per tria exēpla. Primū est qꝛ semen iactum in terram duram ꝛ nō scissam ꝛ grossam non crescit: iactū viro in terrā scissaz in grossas partes paruum fructuz reddit. iactū autem in terram cultam ꝛ minutatim fractam multum fructum affert: cor obstinatum est tanq̄ terra dura que nullū fructū facit: cor attritū est tanq̄ terra i grossas partes scissa q̄ paruū fructuz reddit. cor cōtritū ē terra minutatim trita q̄ multuz gignit. Scdz exēplū est qꝛ species aromatica si ē itegra redolet parū: si frāgit multuz redolet: si ꝯteratur redolet plurimū. Sic etiā cor hoīs intregrū ꝛ durū coram deo nō redolet, sed fetet: scissum v̄ro per quandā attritionem redolet: sed parum contritū vero ꝑ vehementē dolorē redolet multū. Tertiū exēplū est: qꝛ de grano integro non pōt fieri panis: de grano v̄ro grosso modicū trito fit panis: sz nō sapidus de grano aūt minutatim cōtrito fit panis sapidꝰ ꝛ delicatꝰ. Eodē mō de corde integro ꝛ duro nō pōt fieri panis dei: sz panis diaboli. De corde aūt atrito ꝛ si panis fiat tñ nō multū sapidus. de corde aūt cōtrito fit panis deo sapidꝰ: āgelis delicatꝰ: ꝛ penitētiū nutritiuꝰ. ps. Cibabis nos pane lachrymaꝝ. Secundo intrauit in tēplū ꝛ eiecit inde vēdentes ꝛ emētes, mēsas nummulariorū ꝛ cathedras vendētium colūbas euertit. Et est intelligendū quod eiecit de tēplo vendētes ꝛ emētes et oues ꝛ boues. prout dr̄ Johā. ij. i alia

eiectiõe. Postq̃ Christ⁹ intrauit cor hois per gratiã preueniẽtem mouendo ipsum ad contritionem tunc intrat per gratiam proficientez purgãdo qñ illud p cõfessionem eiiciẽdo inde oues ⁊ boues nũmularios ⁊ colũbas. Per colũbam q̃ est auis libidinosa significatur pctm̃ luxurie: per nũmularios signatur pctm̃ auaritie: per boues q̃ cornib⁹ vẽtilãt pctm̃ superbie signatur per oues signatur pctm̃ accidie ⁊ inertie: oĩa ista q̃ a templo cordis per cõfessionem sunt abiicienda. vel põt dici q̃ per illos qui vẽdũt colũbas signant̃ symoniaci qui vendũt dona spũssancti qd̃ est pctm̃ clericoꝝ: per nũmularios intelligunt̃ cupidi ⁊ auari quod est pctm̃ mercatoꝝ per boues signãtur superbi qd̃ est peccatuz magnatorũ ⁊ prelatoꝝ. p oues signantur peccatũ hipocritarũ quod est peccatũ religiosoꝝ. iuxta illud Mat. vij. Attendite a falsis ꝓphetis q̃ veniunt ad vos i vestimẽtis ouium ⁊c. Purgato aũt corde per cõfessionẽ Christus illd̃ sanat dãdo indulgẽtie remissionẽ. Unde subditur. q̃ accesserũt ad eum infirmi, ceci, et claudi: ⁊ curauit eos curauit quidẽ illos qui peccant per infirmitatẽ humanã. isti sunt infirmi: curat illos qui peccant per ignorãtiã. isti sũt ceci: curat illos qui peccant per malitiã isti sunt claudi q̃ volunt seruire deo ⁊ mundo. iij. Regũ. xv. ij. Usq̃ quo claudicatis in duas ꝑtes: si deus est deus sequimini eũ: si autẽ Baal sequimini illũ. Tertio christ⁹ itrauit i Bethaniã. Postq̃ em̃ xp̃s intrat cor per gratiã preuenientẽ cõmouẽdo per cõtritionem per gratiã subsequentẽ purgãdo per confessionẽ: tãdẽ intrat per gratiã perficientez perficiẽdo ipsum cor p obediẽtie satisfactionẽ ⁊ hoc est intrare in Bethaniaz: qr Bethania domus obediẽtie interpretat̃ ille aũt vere obedit q̃ de oĩbus pctis suis plenã ⁊ perfectã satisfactionem facit. ¶

¶ Satisfactio enim ipsius aliquando est minor q̃ dz, aliquãdo equalis: aliquãdo maior. Qñ est minor de⁹ tũc supplebit in purgatorio de rigore sue iustitie: qr sicut dicit Aug. Sicut nullũ bonũ est irremuneratuz: nullũ malũ remanet impunitũ. Qñ vero est equalis tũc valet ad diuisiomez culpe de equali satisfactione. dr Rom̃. vj. Humanũ dico propter infirmitatẽ carnis vr̃e. Sicut em̃ exhibuistis membra vestra seruire immũditie ⁊ iniq̃tati ad iniq̃tatẽ: ista nũc exhibete mẽbra vr̃a seruire iustitie in satisfactionẽ. Quãdo aũt est maior q̃ videant̃ pctã req̃re: tũc valet illa satisfactio ad diminutionem culpe ⁊ ad cumulum glorie. de qua dicitur Luce. vj. Mensurã bonã ⁊ cõfertã ⁊ coagitatã et superfluentem dabunt in sinum vestrum.

15 ¶ Feria tertia pr me hebdomade. Sermo secundus.

Domus mea domus orationis vocabit̃. Quãdocunq̃ dominus in Hierusalem ibat statim ad templum properabat: per hoc nos instruẽs vt quãdo ad aliquem locum imprimis ad ecclesiam pergere debem⁹. Postq̃ ad templũ iuit inde omnis vendentes ⁊ ementes de templo eiecit. Sacerdotes vero propter auaritiam ordinauerant: vt in porticu templi oues ⁊ boues ⁊ columbe vẽderentur ne aliqui ex defectu hostie sacrificia intermittere cogerẽtur: ⁊ si forte aliq̃ ad emendum pecuniam nõ haberent, ordinauerunt vt ibi nũmularij essent q̃ eis mutuarẽt. xp̃s aũt facto flagello de funiculis oẽs istos eiecit. Et sicut dr̃ Hieroni. Inter cetera miracula q̃ fecit illud fuit potissimũ. s. q̃ vnus homo cũ tanta potestate vendentes ⁊ ementes eiecit: ⁊ mẽsas nummularioꝝ: ⁊ cathedras vẽdẽtiũ columbas euertit: sed mirum fuit qñ iudei ista fieri ꝑmiserũt. Ad qd̃ dicit Hieroni. q̃ ad facie xp̃i quidã fulgor mirabilis procedebat: qui omnes in terrorẽ cõuertebat: ⁊ sibi contradicere non audebant. nusq̃ legitur qd̃ tantaz vindictã exercuerit sicut hic multa em̃ opprobria sepe audiuit multas iniurias sustinuit ⁊ nusq̃ vindictã expetijt nisi modo: ⁊ ratio est: quia ille alie iniurie erant sue proprie: ⁊ iõ eas vindicare nolunt: ista autem erat iniuria patris, ⁊ ideo eã seuere vindicauit: vt doceret nos q̃ iniurias proprias debemus remittere: iniurias vero dei seuere vindicare. Nos autem econtrario facimus: qr de iniurijs dei nõ curamus: nostras autẽ implacabiliter ꝑsequimur. eiiciẽdo aut

Christus oues ⁊ boues de templo: dicit quod super positum est domus mea decora voca. A

¶ Ex quo verbo habetur ꝙ ecclesia dei ad duplex officiuz edificatur. s. deo ad habitandū ideo dicit do. mea. i. mr̄ ad habitādum electa. ⁊ homini ad oranduz. Ideo subditur. Domus orōnis vocabitur. Est igitur dom⁹ dei ecclesia quia in ipsa habitat. Juxta illd. ij. Paral. viij. Elegi em̄ ⁊ sanctificaui locū istū: vt sit nomen meū ibi in sempiternū. Et ꝑmaneāt oculi mei ⁊ cor meū ibi cūctis diebus. Oculi quoq; mei erūt apti: ⁊ aures mee erecte ad orationē eius qui in loco isto orauerit. B

¶ Ex quibus verbis habetur ꝙ deus in eccl̄ia ponit nomē suū, cor suū, oculos ⁊ aures. Nomē suum ibi ponit: q: a seipso eā noiari voluit. Sicut em̄ dom⁹ in q̄ habitant superbi vocari potest dom⁹ luciferi: ⁊ domus illa in qua habitant vsurarij: domus mammōe ⁊ domus in qua habitant immūdi: domus Asmodei: ⁊ taberna pōt vocari domus beelzebub: quia propter multitudinez epulaꝝ ibi cōuenit multitudo muscaruz. Sic domus in qua habitāt fideles cōueniunt ⁊ deuoti dicit̄ domus dei. Gen. xxviij. Nō est hic aliud nisi domus dei ⁊c. Secundo in ecclesia cor suum posuit. i. amorez suum. Et ideo multū pro malo habet quādo aliq̄s aliqua illicita exercet ibi. Sicut patet hic qn̄ de templo vēdentes ementes eiecit. Legitur in historijs ꝙ pompeius porticū tēpli dei in stabulū equorū suorum conuertit. Et vsq; ad tempus illud semper fuit victor hostiuz: nunq̄ postea purgauit q̄n semper vinceret̄. Tertio deus in ecclesia posuit oculos suos quibus videt genuflexiones eleemosynarū largitiones q̄bus etiam videt ornamentorū pōpas ⁊ vanitates. Amb. Qui in oratiōe vult exaudiri amota a se pōpa iclinare se debet: vt dei misericordiaz prouocet. Habit⁹ nanq; superbus nec impetrat nec se recta credi facit ⁊ qnāto magis mulier hominib⁹ splē descere videt̄ tāto magis a deo despicit̄. Legit̄ Hester. xv. ꝙ cū Hester regina se ornasset ⁊ depixisset: ⁊ regi assuero placeret ipsa ecōuerso regem in iram cōuertit: sed colore roseo in pallorez conuerso ipsum placuit. Sic ⁊ quando mulier vultum suū pingit deū offendit: sz quādo de vultu suo non curat: deū placat. Quarto deus in ecclesia posuit aures suas quib⁹ audit orationes deuotoꝝ. Esaie. xxxviij. Audiui orationez tuam lachrymā tuam vidi. Quibus etiā audi verba detractorum. Legit̄ de sancto Syro Januen̄. episcopo ꝙ semel in ecclesia cōsistēs in risuz maximū est prouocatus asserēs se vidisse demonē qui verba loquētiū in ecclesia scribebat. Et cū cartha deficeret ⁊ ille dētibus eam elongare vellet, cartha subito fracta fuit ⁊ ille cū capite suo sic ad murum percussus vt sonitus collisionis audiretur ⁊ vulnus capitis sequeretur. Audit ⁊ illos clericos ⁊ monachos q̄ negligenter cantāt: ⁊ psalmos, ⁊ versus, ⁊ lectiones multas omittunt. Legitur ꝙ quidam sanctus monachus vidit quēdā demonem nomine Titinillū: per sedes monachoꝝ discurrentem qui videbatur aliqua colligere ⁊ in sacculo recōdere. Qui a sancto viro adiurat⁹ dixit se colligere omissiones psalmorū: ⁊ quolibet die mille vicibus saccū adimplebat. Un̄ de hoc quidaz fecit versum. Uersus. Fragmina psalmorū Titinillus colligit hoꝝ. Quotidie mille vicibus sa sarcinat ille. Scdo ecclesia cōstructa est ad odorandū. Deus em̄ orationes fideliū in ecclesia orātium libēter exaudit. Un̄ dr. ij. Paral. vj. Quicunq; orauerit in loco isto exaudietur de habitaculo tuo. C

¶ Dicit tamē Beda ꝙ tribus de causis contingit orationes nō exaudiri. Primo quando petimus indigna. i. ea que nō decet deū dare ⁊ nobis non expedit accipere vt sūt tēporalia. Chry. Illa petea deo que tibi expediūt accipere ⁊ illū deceat dare. Si autē semꝑtu petis terrena aut difficile impetras: aut forte nō impetras. Quomodo eniz illa tibi prestabit libēter nō habēti que si haberes admonet vt cōtēnas? Legitur i fabulis poetarū ꝙ Midarex petijt ab Apolline deo suo vt quicquid tangeret aurū fieret. Et concessum est ei. Cum ergo cibum ⁊ potum tangeret manib⁹ ⁊ labijs statim vertebatur in aurum ⁊ fame mortuus est. Per ꝙ datur intelligi ꝙ auar⁹ semꝑ diuitias desiderat

que tamē sunt sibi causa mortis. Juxta il lud.j Thim.vj. Qui volunt diuites fieri incidūt in tētatiōes ⁊ in laqueū diaboli: ⁊ i desideria multa ⁊ nociua q̄ immergūt hominem interitum ⁊ perditionē. Et subditur Que immergunt homines ab interitum. Secundo orationes nō exaudiūtur quādo petimus indigne.i.existentes in aliquo crimine. Esa.j. Cuz multiplicaueritis orationes non exaudiā. Manus em̄ vestre sanguine plene sunt Threñ.j. Opposuisti nubē tibi ne trāsiret oro.zacha.v. Misit massam plūbi in os āphore.i.animeꝛ dixit. Hec est iniquitas. D

¶ Primo sic solet homo circũdare quod est suũ ꝓpriũ nõ qd̃ est alienũ. cetere matres puerũ in vtero nõ circundederũt: qꝛ caro pueri nõ fuit tota ꝓpria ipsarũ sed est ibi de alieno scz de semine paterno. sola autem virgo Maria in vtero circũdedit filium suum, qꝛ in eius vtero nihil de alieno fuit sed tota virginis existit. Scdo põt sic aliter exponi: nã sicut dicit Augu. cetere figure diuersis lineis clauduntur: sola autem lignea seu figura circularis vna tantum linea clauditur caro autem ceterorũ puerorũ ex diuersis lineis perficitur qꝛ ex semine vtriusq; parentũ generatur: generatio aũt xp̃i dr̃ circundatio, qꝛ facta est tñ de vna linea. i. de carne virginea. Tertio exponit̃ sic illud est circundatũ qd̃ ex oi ꝑte est clausum: nã si in aliqua parte apertũ fuerit circũdatũ non erit. Beata igitur virgo xp̃m circũdedit, qꝛ ante partum: et in partu ⁊ post partũ clausa permansit. C ¶ Secunda beata virgo singulari amore xp̃m dilexit. Secũdum em̃ Bernar. debemus diligere deũ dulciter ne caro nos alliciat: fortiter ne aduersitas mundi nos frangat ⁊ sapienter ne diaboli astutia nos decipiat. Istis tribus modis beata virgo xp̃m dilexit. Primo dulciter eũ dilexit: qꝛ p̃ nimia dulcedine tota liquefacta fuit: sicut em̃ aurũ liquescit ad ardorẽ ignis sic ei⁹ aĩa tota leq̃facta fuit ad ardorem diuini amoris. Cant. v. Aĩa mea liquefacta est. Tã dulciter dilexit q̃ amor ei⁹ i ea extasim faciebat: fecerat q̃dẽ amor extasim in filio qñ ⁊ in cruce existẽs sua vulnera obliuiõi tradebat ⁊ matris memor erat: sic extasim fecerat in matre q̃ in medio interfectorũ manebat, nec ipsos expauescebat. Scdo dilexit eũ fortiter: nã tꝑe passiõis xp̃i q̃dã fuerũt fortes in amore, sed debiles in associatione ⁊ fidei sicut apli qui ipsum viuũ dilexerũt sed tñ ab ipso recesserũt ⁊ fidẽ perdiderũt. Alij fuerunt fortes in associatiõe ⁊ in amore, sed tñ debiles in fide sicut deuote mulieres q̃ xp̃m mortuũ dilexerũt ⁊ ab eius cruce nõ recesserunt, sed tamen fidem perdiderunt. D

¶ Beata aũt v̄go fuit fortis i amore, qꝛ filium semꝑ dilexit imo facilius fuisset ei mori q̃ ab eius dilectiõe separari. Cant. viij. Fortis est vt mors dilectio fuit fortior in associatione qꝛ iuxta crucẽ immobilis stetit. Jo. xix. Stabat iuxta crucẽ iesu mater eius ⁊c. fuit fortissima in fide qꝛ fides in ipsa sola remansit: nec tꝑe passionis extingui potuit: ideo bene dr̃ de ea Prouer. vlt. Nõ extinguet̃ in nocte. i. i tribulatiõe passio eius lucerna eius. i. fides eius que totum mundum illuminat. E

¶ Tertio dilexit eũ sapienter qd̃ ptz per tria signa. primũ est q̃tũcũq; filius suus esset puer delicatus, tamẽ in hijs que dei

erant sibi parcere nolebat: sed ad festiuitates eũ ducebat. Scõz est q quantũcũq eũ diligeret tamen nunq̃ sibi dissuadere voluit quin crucẽ ascenderet z mouẽt z p humano genere sustineret. Tertiuz est q Xpus sciret filiũ in cruce positũ grauissimos dolores patitamẽ nunq̃ sibi dissuasit vt de cruce descẽderet z a doloribus sibi parceret. ex quo instruuntur parẽtes q filios suos a puericia bonis studijs debẽt assuefacere: nec a bõ⁹ propositis z operibus penitẽtie eos retrahere: nec vt pesitẽtiã assumptã deserãt debent eis persuadere. Tertio xp̃s mr̃i semp̃ ꝓplacuit. Ille filius matre cõplacet. q de matre curam solicitam habet.

¶ Xp̃s curã de matre habuit i sua infantia: qz sigilla pudoris sibi illibata seruauit. In sua puericia qz in omnib⁹ sibi subditꝰ. Luc. ij. Descẽdit z venit nazaret z erat subditꝰ illis. In sua iuuẽtute: qz iuitatus ad nuptias ad p̃ces matris aquam in vinum mutauit. In sua passiõe: qz de cruce ipsam Johãni cõmẽdauit. Post suam resurrectionẽ qz sicut dicit Sedulius Christus resurgens primo Marie apparuit. Post suam ascentionẽ: quia ad eius mortem venit in anima z in corpore ipsam assumpsit: z ad sue maiestatis dexteram collocauit.

25 ¶ Dominica secunda in.xl.

Sermo primus.

EGressus iesus secessit in partes Tyri z Sidonis: z ecce mulier Chanea a finibus illis egressa clamabat dicens. Miserere mei fili Dauid. Mat. xv. Ista mulier volens filie sue sanitatẽ impetrare sapienter fecit allegare. Primo enim apud xp̃m captabat benevolẽtiã in eo q vocabat eũ dñm z filiũ dauid. Et in hoc cõfitẽt eũ esse verũ deũ: inquãtum vocat eum dñm. Et verum hominem: in quãtum dicit ipm esse filiũ Dauid. Secõdo insinuat suam tribulationẽ z miseriã cum dicit. Filia mea male a demonio vexatur. Tertio implorat eiꝰ misericordiã. cũ dicit. Miserere mei. ¶ Christus autem quatuor magnas duricias ostẽdit sibi nõ vt eam cõfunderet: sed vt eius fidem z cõstãtiã probaret. Prima duricia fuit in hoc q nichil sibi respondere voluit tanq̃ si esset excõmunicata vel Christi religiõe indigna. Unde q nõ rñdit ei verbum. Scõa duricia fuit i hoc q dixit ipsaz nõ esse de ouibus Israel. vnde dixit. Nõ sum missus nisi ad oues q perierũt domꝰ Israel. Oues autẽ Israel erãt oues dei. In hoc ẽ q dicit eã nõ esse gentis Israel insinuauit ipsaz nõ esse de ouibus dei: nec Israelitam esse de ouibus diaboli. Tertia duricia fuit i hoc qõ ipsaz canẽ appellauit. Nõ solũ eam ibam dixit nõ esse dei oue: sz ẽt eã canẽ. Quarta duricia fuit in hoc q dixit eã nõ esse dignã vesci panes: cõ dixit. Non est bonũ sumere panẽ filiorꝫ z mittere canibꝰ. Ecce quot z tãtas magnas duricias christꝰ sibi ostẽdit vt eiꝰ cõstãtiam probaret. Non est aliqua mulier ita patiẽs nec ita sancta q si alicui quãtũcũq̃ magno viro loq̃ret z ipse sibi tanq̃ excõdicate loqui nollet: et insup̃ per illam oue diaboli diceret: z canẽ appellaret: z indignã eam pane esse asseret: que non recederet turbata z scandalizata. Ipsa autem in omnib⁹ cõstãs z patiẽs semp̃ fuit. Nunq̃ ad primã duriciã se habuit prudenter. Nã cum principe ire noluerit ad petrum: nec ab Jacobũ: nec ad Johãnẽ nec ad aliqnẽ aliũ discipulũ: sz ad ipsam Christũ, th videẽs q xp̃s sibi respõdere noluerat, prouidit sibi: z ad discipulos iuit: rogãs eos vt pro ipsa intercedere dignarẽt. Tũc accedẽtes discipuli rogabãt eũ dicẽtes. Dimitte eam. i. fac q ipsa petit: z sic recedat: qz clamat post nos. Jn hoc enim eam tenes q q petit non complet. Quantũ ad scõam duriciã habuit se magnanimiter: nã dñs discipuli p ea rogarẽt: z tãe dicerat eã nõ esse de ouibus dei z consequẽter esse de ouibus diaboli. Illa hoc audiẽs sumpta fiducia potiꝰ ad eũ appropinquauit z eũ adorauit dicẽs. Dñe a diuna me: ac si dicat: sic modo fiat ouis diaboli: modo velitz esse de ouibꝰ dei. Et in signũ huiꝰ adoro vos sicut ouis pastorẽ suũ. Idcirco dñe iuua me sicut pastor adiuuat ouem suã debilẽ z infirmã. Quantũ ad tertiã duriciam se habuit humiliter: qz quãdo Christus eam eã vocauit ipsa hoc nõ negauit, sed

canē se esse ꝯfessa fuit dicēs. Etiam dñe. Acsi dicat. Dñe me vocas canē: canis tuꝰ volo esse. Dñi aūt canū nō expellūt eos ⁊ si eos expellūt per vnā portā: per aliā reuertūtur. Si ergo sum canis nō debes me expellere a te. ⁊ si expuleris me a te ꝓtinus redibo. Quantū ad quartā duriciā se habuit sapienter qñ ei dixit ꝙ erat indigna comedere panē filioꝝ. Illa respōdit sapiēter. Dñe non peto panē: sed micam: quia illud quod peto est tibi parua mica: ⁊ maxime si ego sum canis sicut me vocasti ⁊ cōsuetudo est quod domini dāt canibus ⁊ catellis suis saltem micas. Ergo dat istam micam quam peto. id est filie mee curationē. Et respondit ei Jesus. O mulier magna est fides tua. Jam non voco te canē: sed mulierez fidelem. Quia tāta est fides tua ꝙ me superauit ⁊ vicit. Et ideo fiat tibi sicut vis. Et sanata est filia eius ex illa hora. Notandum est autē quod quando quis aliquam sublimē ꝑsonā gratiam aliquaz petiturus accedit illos secū i societatē ducit: q̄s illiꝰ ꝑsone amicos eē credit. Ista igit̄ mulier ad xp̄z volēs accedere ⁊ sanitatē pro filia impetrare. Illas virtutes secum assumpsit q̄s Christo magis gratas eē cognouit. s. patientiam, fidē, humilitatem, ⁊ perseuerātem orationem. Patientia enim fuit soror Christi fides aūt filia xp̄i. Humilitas est mater xp̄i. Et orō nunciꝰ fidelis ad xp̄m.

B ¶ Primo igit̄ assumpsit patientiā q̄ fuit soror xp̄i: qr ip̄m nunq̄ deseruit: nec in vita: nec in morte: sz tanq̄ soror indiuidua semper euz associauit. Esa. xlij. Tacui semper silui: patiens fui ⁊c.

C ¶ Ista autē patientia in tribus iniurijs comprobat: scilicet verborum reruz ⁊ persone. In his tribus patientia istius mulieris probata fuit. ¶ Primo nanq̄ sustinuit iniuriam in verbo quando christus ipsam canem appellauit. Non est aliqua mulier ita patiens ꝙ si canis diceret̄ ab aliquo. saltem responderet non est veruz quod sim canis sed bona domina de terra mea. Ista autē non tantū patienter portauit ꝙ xp̄s eam canem vocauit: sed etiam seipsam canē appellauit. Sciebat enim ꝙ xp̄s dicebat hoc non causa iniuriandi. sed causa probandi. Secūdo sustinuit iniuriam in rebꝰ qr olbꝰ bonis expoliata fuit a iudeis. Unde dicit Hylarius ꝙ cananei terras in quibꝰ iudei sunt prius coluerūt, qui vltimo bello consumpti vel in loca vicina dispersi vel in seruitutē subiecti nomē tamen suū circunferūt. Ex illis ergo ista cananea fuit, que iudeis admixta credit ⁊ cognouisse ex lege xp̄m ex semine dauid nasciturū esse. Illaz autem iniuriam. s. bonorū suorū ablationem libenter portabat. Tertio sustinuit iniuriā personalem: scz filie sue oppressionem: quia a diabolo grauiter opprimebat̄, q̄ oppressionē propriam reputabat. Unde non dicebat. Domine miserere filie mee. sed miserere mei dñe. Istaz autē talem iniuriaz nō libenter sicut primā, nec patiēter sicut secundā: sed grauiter ferebat. Si xp̄s canem eam vocauit de hoc habuit magnam letitiā. Si homo bona sua rapuit: et in seruitutē ipsam redegit: de hoc habuit patientiaz. Sz ꝙ diabolus in domo sua habitaret: ⁊ hoc patiētiam habere non poterat: ⁊ ideo ad christū clamabat. Miserere mei ⁊c. Hoc est cōtra multos qui in aduersitatibꝰ a deo datis murmurant ⁊ in persecutionibus hominum blasphemāt. Sz si i domo anime sue diabolus habitat. de hoc non curant nec ad deum clamant.

D

¶ Secūdo assumpsit fidem q̄ est xp̄i filia quia ab ipso in cordibꝰ nostris generat̄ Ephe. iij. Habitare xp̄m per fidē in cordibus nostris. illam autem fidem ista mulier habuit. Unde dixit ei xp̄s. O mulier magna est fides tua. Tūc autez fides est magna quādo est operibꝰ coniūcta: charitati admixta perseuerans et firma. Fides em̄ que est sine operbus habet ociositatem. et talis est fides malorū christianoruz. Jacob. iij. Fides sine operibꝰ mortua est. Si vero non est charitati adiūcta habet vtilitatē. Coꝝ. xij. Si habuero fidem ita vt mōtes transferam. charitatez non habuero nihil suz. Et ista ē fides demonū qui sunt extra statum merēdi: nec vlterius charitatē habere pñt. De quoꝝ fidei dr̄ Jac. ij. Tu credis quia vnꝰ est deus et bene facis, et demōes credunt ⁊ cōtremiscūt. Si autem fides nō est perseuerans ⁊ firma habet pusillanimitatē. et

ista est fides debiliū. de qua dr Mat. viij. Modice fidei q̄re dubitasti? Luc. viij. ad tēpus credūt et in tpe recedūt. his trib⁹ modis fides istius mulieris fuit magna. Fuit enim operibus coniuncta quia vacabat operibus misericordie tam corporalibus: in quantum filie infirme seruiebat quā spiritualibus in quantū pro ipsa orabat. fuit charitati admixta. Uera em̄ charitas aliena incōmoda reputat sua. Unde ista mulier vexationem filie sue suam propriam reputabat. Fuit etiā perseuerans ⁊ firma: quia sepe repulsa fuit et tamen perseuerauit. Tertio assumpsit hūilitatem que fuit mater xp̄i. Dicit em̄ Bernar. qd beata v̄go ⁊ si virginitate placuit tamen ex humilitate concepit: quantumcunq; em̄ fuisset virgo si humilis non fuisset deum nō concepisset. Et quia per humilitatē concepit. ideo humilitas quodā modo mater fuit xp̄i. Istam autem humilitatem ista mulier secum habuit. et ideo exaudiri meruit. Iuxta illd. p̄s. Respexit in orationem humilium. E

¶ Humilitatem autē suā ista mulier ostēdit exēplo, v̄bo ⁊ facto. Exēplo qr xp̄m adorauit. Uerbo quia se catulaz asseruit. facto, quia inter iudeos in seruitute humiliter conuersabatur qd fuit magne virtutis: cum iudei essent superbi. Inter sup̄bos enim scire humiliter conuersari magna virtus est. Duo enim humiles et mā sueti p̄nt adinuicem conuersari. Unus humilis ⁊ vnus superbus possunt adinuicē pacificari. Duo autem superbi nunquam possunt adinuicē pacificari nec cōuenire Uidemus em̄ quod duo corpora plana possunt adinuicē applicari. vnum autem corpus spericū et vnū corpus concauum etiam adinuicem applicari possunt: quia corpus concauum recipit intra suam cōcauitatem illius tumorem.

¶ Duo autem corpora sperica ⁊ tumida applicari non possunt nisi in puncto, eodem modo duo homines humiles ⁊ mā sueti possunt adinuicem pacificari ⁊ letari. psalmus. Audiant mansueti ⁊ letētur. Christus erat humilis. discipuli ei⁹ erāt hūiles. ⁊ ista mulier erat humiles. ideo adinuicem bene cōueniebant. Nam ipsa orabat. discipuli pro ea intercedebant. ⁊ Christus eius p̄ces exaudiebat. Un⁹ aūt humilis ⁊ vnus superbus possunt adinuicem pacificari: quia humilis in iraz suā humilitatem recipit et suportat illius tumiditatem. psalmus. Cum hijs qui oderunt pacem eram pacificus. Eodem modo ista mulier erat humilis et iudei sup̄bi qui ipsam subiungauerunt in seruitutem: ⁊ tamen cum illis humiliter seruiebat ⁊ sciebat viuere ⁊ eoꝝ sup̄biā humiliter supportare. duo autē superbi adinuicem pacificari nō possunt nisi in puncto: pungere quidē se possunt pacificari non possunt. Prouerb. xij. Inter sup̄bos semper iurgia sunt.

24 ¶ De eadem dominica. ij. xl. Sermo secundus.

Ecce mulier chananea a finibus illis egressa clamabat. Domine miserere mei fili dauid. Si aliquibus viris in exēplū proponerēt sācti q̄ p̄cesserūt: forsan excusarēt ⁊ dicerēt: nō possumus sanctos imitari q̄ tot doni sp̄ūssancti preuēti fuerūt. Rursus si ꝓponerent feminꝫ i exēplū aliq̄ viri fortiter deo seruiētes: forte se excusarēt ⁊ dicerēt: nos cū sim⁹ fragiles viri nō possum⁹ imitari: ablata est em̄ excusatio in ista muliere chananea taz viris q̄ feminis. Si ergo non potes tu vir imitari sanctos: vel tu femina nō potes imitari viros: saltē vterq; imitemini hāc mulierē que tāte fidei ⁊ orationis existit apud deum. In presenti euāgelio de quatuor personis fit mentio: scilicet de Christo de muliere chananea de filia a demonio male vexata ⁊ de discipulis ꝓ ea orātibus. In christo autem cōmendatur magna miseratio: in muliere instans postulatio: in filia a demonio mala vexatio: in discipulis magna compassio. A

¶ Cōmendat igitur in xp̄o magna miseratio ideo mulier q̄uis sciret Christū habere omnipotētiā per quā filiā suā sanare posset: habere sapiēttam per quam sanare sciret: nō petit potētiam: nō sapientiā: sed tm̄ mīam ei⁹ dicēs. Miserere mei dn̄e fili dauid. Licet em̄ de⁹ ante incarnationē multū esset misericors: si postq̄

assumpsit carnem de dauid ⁊ fact⁹ est homo: tūc factus est magis misericors: licet em̄ deus p̄us videretur humano generi durus tñ ipsa sui incarnatione oleo spiritussancti sic fuit vnctus ꝙ factus est postmodum mollis ⁊ mā̄suetus. Sicut em̄ accidit in corio duro ⁊ rigido quod quādo inūgitur flexibile ⁊ molle efficitur. Esaie lxj. Spirit⁹ dñi sup̄ me eo qđ vnxerit me ad annūciandū mā̄suetis misit me. B

¶ Olim erāt quatuor dura ⁊ inflexibilia scz celū quod nullum hominē voluit recipere: angelus q̄ nulli⁹ animā volebat ad celū portare: de⁹ q̄ humanū gen⁹ sibi nolebat recōsiliare: ⁊ mors q̄ ⁊ bonos ⁊ malos ad īfernū festinabat deducere. Sz in xp̄i incarnatiōe in tāta abūdantia effusa est vnctio spūssctī: ꝙ ista quatuor dura facta sūt flexibilia: si q̄dē celū est vnctū ⁊ sic factū ē flexibile ꝙ oēs penitētes suscipit. Angelus etiā vnctus est ⁊ sic fact⁹ est mā̄suetus: vt animas omnium sanctorum virorū ac sanctarū mulierꝝ in celū deducit. Deus autez pater est vnctus ⁊ factus est intantū ad mīam flexibilis qđ peccatorem penitentem ab misericordiā recipit. Mors est vncta ⁊ facta est mā̄sueta ita ꝙ modo a sanctis desiderat̄ ⁊ nulli sancto viro de cetero dñat̄. sz dicūt illud Phil. x. Cupio dissolui ⁊ esse cū Christo. Sciēs ergo ista mulier Christū incarnatiōe fuisse vnctū ⁊ factum esse mā̄suetuz. ideo ad memoriam hoc reducit dicēs. Miserere mei domine fili dauid. C

¶ Secūdo ponitur p̄sona mulieris chananee in qua fuit instans petitio petijt em̄ vtilier: humiliter feruenter ⁊ sapienter. Utiliter quidē petijt petēdo, scz illud qđ erat sibi vtile ⁊ deo acceptū. non enim petijt diuitias lz oīb⁹ bonis esset a iudeis expoliata: non etiā petijt vinctā: licet de terra sua esset expulsa. nō petijt libertatē licet cū ceterꝫ chananeis ī seruitutē esset a iudeis subiugata. sz petijt demonis expulsionē a quo filia sua tenebratur obsessa: sic ⁊ multe sunt matres q̄ plus curāt filijs suis congregare diuitias q̄ demonis expulsionē tales multū flebūt quando filios suos ad infernale patibulū duci videbūt ⁊ dici poterit eis: filie Hierusalem nolite flere sup̄ me sed super filios vr̄os. Flebant quidem super Christū vt inducant eum ad cōpassionem: flebunt super ipsas: qr nō adhibuerūt circa filios suos debitam correctionem. Flebunt super filios quos videbūt traditos ad eternam dñationē. Sed primas lachrymas dñs remouet ne. s. super euz ploret: qr nō possent euz ad misericordiā inclinare, alias cōcedit eis ꝙ. s. plorēt super se ⁊ super filios suos. Ac si dicat dñs: nolite flere sup̄ me qr nunq̄ me ad mīam inclinabis: sed flete super vos: qr filios vestros non correxistis: ⁊ super filios vestros quia in perpetuo tormento videtis. D

¶ Secūdo petijt humiliter ⁊ intantū humiliauit se ꝙ canem siue catulā se appellauit. p̄s. Respexit in orationez humiliū. Humilitas em̄ orationi cōiuncta tria bona facit. Unum est qr ipsam in celū deducit. Secūdū est: q̄a vsq̄ ad deum appropinquare facit: imo non cōsolatur donec deo appropinquat. Tertiū est: qr nisi de⁹ cōcedat illud quod petit nō recedit. Ista tria tangunt̄. Eccl. xxxv. oratio humiliātis se nubes penetrat. ecce primum: ⁊ donec appropinquat nō cōsolatur. ecce secundū: ⁊ non discedit donec respiciat altissimus: ecce tertiū. Tertio petijt feruenter: quod notatur in clamore. nō enim clamabat tamtum ore: sed maxime corde iuxta illud. p̄s. Clamaui in toto corde meo exaudi me domine. E

¶ Et bene dixit in toto corde meo: cū em̄ corde sint duo. s. intellectus ⁊ affect⁹. Illi clamant in toto corde qui in oratione sua attentionē suaz habēt ⁊ deuotionē. iuxta illud. j. Cor. xiiij. Orabo spiritu orabo ⁊ mēte. Alij clamāt cum medio corde qui scz habent attentionez ⁊ nullam seuiunt deuotionē. Osee. x. Diuisum est cor eorū. Alij clamāt cum nullo corde qui. s. nullā habent attentionē nec deuotionē. Marc. vij. Ppl̄us autez hic labijs me honorat: cor autē eorū longe est a me. Quarto petijt sapienter: qr sapienter sciuit allegare dicēs. Nā ⁊ catelli edunt de micis ⁊c. Uñ Christus respōdit ei. vt dr̄ Luc. vij. Propter hūc sermonē valde exijt demoniuz a filia tua. Allegauit etiā superius christi mīam cū dixit. Miserere mei dñe fili Dauid. Et suam miseriā cum dixit filia mea

ꝛc. Ista duo multum inclinãt deũ ad nos sicut dicit Propheta. F

¶ Primo em̃ inclinat ipsuz ad miserãdũ sua paterna mia: ideo dicit quõ miseret pater filioꝝ: misertus est dñs timẽtibus se. Scdo inclinat euz nostra miseria: ideo subdit. Qm̃ ipse cognouit figmentũ no. vbi ponit miseriam quã habet homo ex parte pr ncipij: qꝛ est sicut figmẽtum de terra formatum, ideo dicit. Qm̃ ipsa ipe cognouit figmentum nostrum. G

¶ Deinde ponit miseriã quã hz ex parte finis vbi futur⁹ est puluis ꝛ cinis, ideo subdit. Recordat⁹ est qm̃ puluis sumus. Tertio ponit miseriã quã habet ex parte medij. i. vite quia ad instar herbe vel horis homo in vita modo florescit in iuuentute, mõ arescit in senectute: mõ marcescit ꝛ putrescit in morte: ideo subiũgit homo sicut vt fenum dies ꝛc. H

¶ Tertio fit mentio de filia male a demonio vexata per quã signatur pctõr q̃ aliquando a demonio vexatur male aliqñ prius: aliquãdo pessime: male vexat̃ duz est inter prospera ꝛ aduersa. Nã inter ꝓspera habet homo itẽperantiã: inter aduersa habet impatientiam. I

¶ Dicit em̃ Aug. ꝙ homo aliquando est bon⁹ inter bona: aliqñ malus inter mala: aliqñ bon⁹ inter bona. Est em̃ aliquãdo bonus inter mala: sicut quando aliquis sanct⁹ vir inter honores ꝛ diuitias cõstitutus nõ dimittit suã bonitatẽ: deinde inter prospera seruat tẽperãtiã ꝛ humilitatem: talis fuit Abrahã Job ꝛ Dauid et alij scti patres q̃ de diuitijs pauꝑes sustẽtabãt: ꝛ inter honores se nõ exaltabãt vñ dicebat vn⁹ eoꝝ. Dñe nõ est exaltatũ cor meum: aliqñ est bon⁹ inter mala: sicut quãdo aliquis seruus dei inter mala aduersa patitur: sed inter hec nõ frãgitur: sz sicut aurũ in igne recipit maiorem claritatẽ: sic serui dei inter aduersa maiorẽ acquirunt sanctitatẽ. Aug. Quod fornax auro: lima ferro: flagellum grano: hoc facit tribulatio viro iusto. Eccli. ij. In igne probat̃ aurũ ꝛ argẽtũ: homines vero receptibiles in camino humiliatiõis. aliqñ homo est mal⁹ inter mala: sicut quando aliq̃s peccator aliqua patitur aduersa ꝛ tamen non emẽdat̃ sed peior efficit̃. Hierem̃. vj. Frustra cõflauit cõflator, malitie em̃ eorũ non sunt consumpte argentum reprobũ vocate eos: qꝛ deus ꝓiicit illos aliqñ vero homo est mal⁹ inter bona: sicut qñ hõ mal⁹ multa beneficia a deo recipit ꝛ nõ cognoscit: sz poti⁹ itumescit. vñ ps. Prodijt quasi ex adipe iniq̃tas eorũ. K

¶ Isti igit̃ qui vel habẽt impatiẽtiã in aduersis vel elationẽ in ꝓsperis, male a demonio vexant̃ peius aũt vexatur pctõr inter pctã. Nã sicut colligit̃ ex dictis Salomonis. Tria sunt que hoi non dant quietẽ in domo sua. s. fumus stillicidium: ꝛ vxor mala. Per fumũ intelligit̃ suꝑbia que ascẽdit: sz cito euanescit sicut fumus oculos excecat: sic suꝑbia mentẽ obscurat: per stillicidiũ intelligitur auaritia que in corde hominis multas anxietates ꝛ sollicitudines stillat. j. Tim. vj. Qui volunt diuites fieri incidunt in tẽtationẽ ꝛ in laqueũ diaboli per malã vxorem intelligit̃ mala carnis concupiscentie que homines stimulat ꝛ iquietat. Male igit̃ peccator vexator, qui in peccato superbie ver auaritie vel luxurie est. pessime autẽ vexatur peccator in consuetudine longa, tunc em̃ a diabolo tenetur ꝛ ꝑ diuersa vicia vexatur. August. in lib. confes. Suspirabã ad te ligat⁹ nõ ferro alieno, sed mea ferrea voluntate. velle meuz tenebat inimic⁹: ꝛ ide cathenã mihi fecerat ꝛ constrinxerat me: quippe ex voluntate peruersa perfecta est libido. Et duz seruit̃ libidini: facta est consuetudo: ꝛ dũ consuetudini nõ resistit̃ facta est necessitas. Auibus quasi annulis sibimet annexis vnã cathenaz appellauit: tenebat me obstrictũ dura seruitus. Quarto fit mentio de discipulis in quibus fuit magna cõpassio, ideo rogabãt pro eadicentes. Dimitte eã qꝛ clamat post nos. Ex quo, docemur ꝙ quando aliq̃d a deo petere volumus ꝛ nos indignos esse reputam⁹ ad sanctos viros accedere debemus. L

¶ Ut autem illorũ orationes petenti prosint quatuor in se debẽt hr̃e prout ostendit. Dionysi⁹ i Ecclesiastica hierarchia. Primũ est vt illud ꝙ petit desideranter concupiscat. ps. Desiderium pauperum exau. do. Augu. Seruat tibi dñs quod non cito vult dare: vt tu discas desidera-

re. Scdm est vt sit i statu gratie: qz aliter deus non exaudiret sit in pctō mortali esset. Hier. xv. Si steterit Moyses ⁊ Samuel coram me non est aīa mea ad ppl'z istū. Tertiuz est vt se in sufficientem recognoscat: ⁊ istum ad quem accepit sufficiētē esse credat. Uñ amicis Job qui nō erat digni exaudiri precepit dñs. Job. xlij. Job seruus me⁹ orabit pro vobis: faciē ei⁹ suscipiā. Quartum est vt iuxta petat. Chryso. Illa petea deo que ⁊ tibi expediant: ⁊ illum deceat dare. Si autem ei semp petas terrena: aut difficile impetras, aut forte nō impetras. Quomodo em̄ illa tibi libenter prestabit non habēti: que si haberes admonet te vt cōtēnas.

25 ¶ Feria secunda. ij. hebdomade. Sermo. primus.

Ego vado et queretis me ⁊ in peccato vestro moriemini. Joan. viij. In isto euangelio dñs ponit quedam verba que pertinent ad ipsuz, inquātum est filius dei: quedam que ptinēt ad ipsum inq̄tū est filius hois ⁊ quedā q̄ ptinent ad iudeos per quos pctōres intelliguntur. A ¶ Inquātuz ergo xp̄s est filius de tria se habere dicit: scilicet celestem originē essentiam inuariabilē: ⁊ eternitatem stabilem. Primo igitur habet celestē originē quod ostendit cum dicit. Ego de supernis sum. B

¶ Habet quidem Christus quoddā supremum scz deitatem quoddā. infimū. s. humanitatem q̄tum ad carnē: ⁊ quoddam ad mediū. s. animam rationalē: Homo em̄ erat famelicus captiuus: ⁊ a dei visione exclusus. Qz igit̄ homo erat famelicus, ideo Christ⁹ dedit sibi suū infimū. s. suam carnē in refectione. Joan. vj. Caro mea vere est cib⁹, ⁊ sanguis me⁹ vere est potus. Qz vero erat captiuus dedit ei suū medium. i. animam in redēptionem. Joan. x. Animam meā pono p ouibus meis. Qz autē erat a dei visione exclusus dedit ei supremū. i. diuinitatem in fruitionem. Joan. xvij. Hec est vita eterna: vt cognoscātte solū verū deuz. Scdo habet Christus essentiam inuariabilē: iō subditur. Si em̄ nō credideritis qz ego sum. Non dicit: qz ego fui vel ero: si ego sum: vt ostēdat suā inuariabilē essentiā. Exo. xiij. Ego sum q̄ sū. Jac. j. Apud quē nō est trāsmutatio nec vicissitudinis obūbratio. C ¶ Oīs em̄ creatura mutabilis est ex pte principij: qz de nihilo facta est. Ex parte medij: qz multiplici vanitati subiecta est. Et ex parte finis: qz in terrā oīa redigent̄. Eccl. iij. Cūcta subiacēt vanitati quo ad mediū. De terra facta sunt oīa: quo ad principiū. Et in terrā pariter reuertunt̄ q̄ ad finē vltimū. In deo aūt nulla est mutatio: sed ipse manēs immobilis oīa mouet. Boeti⁹. Stabilis ip̄e manens dat cuncta moueri. D

¶ Tertio habet eternitatē stabilitatē. Jō dicit. Ego principium q̄ ⁊ loquor vobis. In hoc aūt q̄ vocat se principium ostendit q̄ hz cum patre coeternitatē ⁊ equalitatem. Eternitatē autē ostendit. Augu. duplici exemplo. Primo exēplo ignis dicens. Da mihi ignē sine splēdore credā patrē sine filio esse. Secūdo exēplo imaginis p virgulti dicēs. Ponamus aliq̄d natū super aquā vt virgultum aut herbaz: nōne cū imagine sua nascunt̄? Equalitatem aūt cū patre ostendit Grego. duplici ratione. Quid mirum si equalis est patri qui prior est matre. Christum quoq̄ dei virtutē ⁊ dei sapientiā esse apostolo attestante didicim⁹, quis autē homo equanimiter ferret si quis ei diceret. Magnus q̄dē es: sz sapiētia tua minor est te. E ¶ Secūdo inquātum fuit fili⁹ hois tria de eo dicūtur. s. q̄ valde securus fuit valde sanct⁹ ad patiendū valde spontaneus primo quidē fuit valde secur⁹: qd̄ notat̄ cū dr. Qui me misit mecū est: ⁊ non reliquit me solū. Homo em̄ in nullo stato est secur⁹. Nec in vita: nec in morte: nec post mortē. Nam in vita potest cadere. j. Cor. x. Qui stat videat ne cadat. In morte: diabolus nititur ip̄m decipere. Gen. iij. dictū fuit serpēti. Tu insidiaberis calcaneo illius. Post mortez diabol⁹ conatur laq̄o apponere. p̄s. In hac vita qua ambulabam absconde. supbi laque. m̄. Christus autē fuit valde securus: qz pater eū nunq̄ reliquit: sed semper secum fuit in vita in morte ⁊ post mortem. Naz

secū fuit in vita: oia opera faciēdo. Joā. xiiij. Pater autem in me manet: ipse fecit omnia. Item eiusdē. x. Si non facio opera patris mei nolite mihi credere, si autē facio ⁊ si nō vultis mihi credere, operib⁹ credite ⁊ cognoscatis: qr ego in patre ⁊ pater in me est. Fuit secū in morte: demones ⁊ oēs hostes debellādo. Hier. xx. Dominus mecū est tanquam bellator fortis. idcirco qui ꝑsequuntur me cadent ⁊ infirmi erunt. fuit secum post mortem: ipsum resuscitando. ꝑs. Non derelinques animam meam in inferno: nec dabis sanctū tuum videre corruptionem. Secundo Christus fuit valde sanctus: cum voluntatem dei semꝑ fecit: quod notatur cum dicitur. Quia q̄ placita sunt ei facio semper. Nemo eñ est q̄ ⁊ si aliquādo bñ placita dei faciat: qui semꝑ faciat. Nemo est qui aliquādo non obmittat aliqua, vel q̄ aliquando aliqua negligēter non faciat: vel qui aliquando venialia non committat. Christus nihil vnquam obmisit. Esa. v. Quid est quod debui facere vinee mee ⁊ non feci? Nihil vnquam negligenter sz sollicite fecit. ꝑs. Exultauit vt gygas ad currendam viam suam. Nullum etiam peccatuz commisit. j. Petri. ij. Qui peccatum non fecit: nec inuētus est dol⁹ in ore eius. Tertio Christus fuit volūtarie passus quod notat̄ per hoc ꝙ in suis predicationibus passionē suam manifestabat dicēs. Cum exaltaueritis filium hominis ⁊c. Vocat autem exaltationem suam passionē eo qd̄ Christus nō sub tecto voluit pati: sed in aere voluit eleuari. F

¶ Patiebatur enim non tantum vt homines redimeret sed etiā vt elementa purgaret. Infecta quidē fuerat terra: ex innocētis sanguinis effusione. Infecta fuerat aqua: ex hostiarum idolatrarū oblatione. Infectus fuerat aer: ex immolatoꝝ thurificatione. Infectus ignis ex sacrificiorum concrematione. Sed Christ⁹ mūdauit terram quando triginta tribus annis super eā ambulauit. Mūdauit aquā: quādo in flumine Jordanis baptizari voluit. Mundauit aerē quando in aere crucifixus fuit. Mundauit ignē quando spiritussanctus in speciem ignis descendit. Tertio xp̄s dixit quedam q̄ spectant ad iudeos ꝑ quos, intelligunt̄ pctōres. De quibus tria dicit. primo ꝙ habēt viā vie cōtrariam christi: cū dicit. Quo ego vado vos nō potestis venire. Christus eñ ibat ꝑ viam humilitatis: ⁊ ipsi erāt suꝑbi. per viā pauꝑtatis: ⁊ ipsi erant auari. per viā puritatis ⁊ ipsi erant immundi. Esa. lv. Sicut exaltātur celi a terra: sic exaltate sunt vie mee a vijs vestris. ⁊ cogita. mee a cogi. ve. Scdo dixit ꝙ habituri sunt regionē infimam: cū ait. Vos deorsum estis. G ¶ Est enim post hāc vitam quidā locus supremus: scilicet celū: ad quem ituri sunt viri ꝑfecti quidā medius scilicet purgatorium ad quē ituri sunt viri imꝑfecti: qui secum portauerūt lignum, fenum, ⁊ stipulā. Quidam est locus infimus scz infern⁹, ad quē ituri sunt pctōres ⁊ mali. De quibus dicitur hic. Vos deorsum estis ⁊c. De hoc triplici loco dicitur in. ꝑs. Calix in manu domini vini meri plenus mixto ⁊ inclinaui ex hoc in hoc, verūtamē fex eius non est exinanita bibēt oēs pctōres terre. Calix plenus vino mero est regio btōrū vbi pura gloria ꝑcipietur. Calix plenus vino mixto ē regio purgādorum: vbi post admixtionē pene dabit̄ gloria. Calix plenus fece est regio dānandorū vbi ira dei vsq̄ ad feces bibetur. Juxta Illud. Esa. v. Bibistis de manu calicē ire eius: ⁊ potasti vsq̄ ad feces, tertio xp̄s dixit de malis ꝙ habēt mortē periculosam cū ait. Moriemini in pctō vr̄o. H ¶ Circa quod sciēdum ꝙ aliud est mori pro pctō. Aliud mori in pctō, ⁊ aliud mori pctō. Pro pctō aūt nō est mortu⁹ nisi vn⁹ scz xp̄s: q̄ ꝓ pctis nostris mortu⁹ ē, iust⁹ ꝓ iniustis. j. Pet. iij. Pro pctis nostris mortu⁹ est iustus ꝓ iniustis. Pctō aūt moriuntur viri sancti. j. Pet. iij. Peccatis mortui: iuste aūt viuamus. In pctō aūt moriunt̄ scelerati. De q̄b⁹ dicit̄ hic moriemini in pctō vestro. 26 ¶ Eadem feria. ij. scdē hebdo.

¶ Sermo secundus.

Cum exaltaueritis filium hominis tunc cognoscetis quia ego sum. Qr homo in terra iacebat, ⁊ sursum ascendere non poterat

ideo christus ad terras venit vt ascensus hominum prepararet, z ad celū per cuz ascendere posset. Si igitur christus in celo semper mansisset: nimis fuisset in loco alto: nec homo ad ipsum se erigere potuisset. Si vero in terra stetisset: nimis fuisset in loco depresso. Ideo christus voluit pati in loco medio: id est i aere vt homo ad ipsuz posset ad celū ascēdere. Et hoc est quō dr. Cū exal. fi. ho. f. i aere ipm crucifigēdo: tūc cognoscetis qz ego sum scz mediator, vos deo recōciliādo. B ¶ Notandū aut̄ est q xp̄s in cruce voluit exaltari tanq̄ in cathedram: vnde nos doceret tanq̄ in speculuz: vñ nos ad hostib⁹ cōseruaret tanq̄ in spectaculum: vñ nos reuocaret tanq̄ in patrilū, vñ p̄ditos recuperaret. Primo igit exaltari voluit in cruce tanq̄ in cathedrā, vñ nos doceret. Aug. sup Joā. L. gnā illud i quo fixa erāt membra morientis: z cathedra fuit magistri docentis. B ¶ Docuit aut̄ xp̄s de cathedra crucis quatuor lectiones. Prima fuit lectio magne pietatis: qñ. f. matrē Joāni cōmēdauit dicēs. Joā. xix. Ecce mater tua: p qō datur intelligi q filij tante dicūtur esse pietatis ad parētes q̄ non tātū in vita debēt de eis curam agere: sed etiā quādo mortuntur debent pro eis orare. Secūda lectio est charitatis quādo dixit. Luc. xxij. Pater dimitte illis qz nesciūt quid faciūt: ecce ista charitas qz illi eū occidebāt z ipe pro ipsis orabat. Tertia lectio est magne cōpassionis qñ dixit. Mat. xxvij. Deꝰ meꝰ vt qd derelīqsti me. ecce ista compassio: qz derelinquerūt eū noti z primi seu ppin qui. Dereliquerant eum discipuli: derelictus videbatur a patre: sola mater eum non reliquerat que iuxta crucē semper stabat. Quarta lectio fuit magne deuotionis qñ dixit. Luc. xxiij. Pater i manꝰ tuas cōmēdo spīm meū, ecce ista deuotio: qñ totus vulneratꝰ erat. Inter vulnera sua sic memor erat: p qō datur intelligi q in articulo mortis cristēs: nō alia debet dimittere. z curā sue anime debet habere.

Sēc̄o xp̄s in cruce exaltari voluit tanq̄ in speculū: vnde posset nos ab hostibus cōseruare. Solēt hoies speculā erigere: z homines speculatores ibi ponere vt viatorib⁹ ibi clamēt: vt ab hostib⁹ se obseruent. C ¶ Ambulātib⁹ vero p viā mūdi multa pericula imminēt: tā a mūdo, q̄ vult frāgere p impatiētiam q̄ a carne: que vult allicere p concupiscētiā q̄ etiā a diabolo: qui vult decipere p astutiam. Ideo xp̄s in speculā crucis ascēdit: z clamat ne dimittamus nos a mundo frāgi, nec a carne illici, nec a diabolo decipi. D ¶ Clamauit aut̄ multipliciter i cruce. Primo orationib⁹ deuotis. Sēc̄o lachrymis amaris. De his duob⁹ habet Heb. v. Qui i diebꝰ carnis sue preces supplicatiōesq̄ ad deū q̄ posset illū saluū facere a morte cū clamore valido lachrymis offerēs: z c. Tertio clamauit sanguine z c. Heb. xij. Accessistis ad sanguinis aspsionē melq̄ loq̄ntem q̄ abel. Quarto clamauit corde. Nam ipsum cor hominī manifestauit quādo latus suū aperiri voluit: z talis apto fuit maxima amoris clamatio. Tertio ascendit in cruce tāq̄ ad spectaculū vñ nos reuocaret. Qñ ei aues ad dños suos redire nolūt: solēt ad spectaculū ascēdere. z ostēso aliquo fructo carnis assibilare. z sic eas reuocare non cessant. Homo aute cōmuniat a deo auolauerat. O sec. Effraim quasi. euolauit Jōxp̄s crucis spectaculū ascēdēs totū corpus suū cruciatuit vt ad se fugitiuos hoies reuocaret. E ¶ Sz notādū q triplici de causa aues ad dños suos redire nolunt. Aut qñ sunt nimis replete, aut qñ in deuotionē predē sunt occupate, aut quando non sunt bene domestice. Jsta triplici de causa homines ad deum non redeunt, sed potius fugiunt. Primo quando dimittūs sunt repleti nimis. Deutero. xxxij. Incrassatus est dilect⁹ z recalcitrauit: incrassatus impinguatus dilatat⁹ dereliquit deum factorē suum: z recessit a deo salutari suo. Sēc̄o qō spurcitijs peccatorum sunt deditī. Tales similes sunt corruo, qui noe de archa emisit: qui deuotatiōi cadauerū se dedit z iō ad archā nō redijt. Tertio qñ non sunt bñ domestici. Dicit de leone, q qñ cotā leōe flagellat canis, leo domesticatur. Multo aut̄ fortius domesticat canis si ante ipsuz flagellaret leo. Pueri etiā volētes domesticare aues: z ad loquēdum docere dāt

eis vinū bibere. Nullū est animal ita silue-
stre qd ex bñfi. ijs nō efficiat mansuetuz
et lene. Et tñ multi sunt ita siluestres q
domesticari nō pñt. Nec ex flagellatio-
ne leōis.i.xpi: nec ex potu sui sanguinis:
nec ex collatis beneficijs. ¶

¶ Quarto ascendit in cruce tanq̄ in pa-
xillū, vt inde perditos recuperaret. Cō-
suetudo fuit antiquitus q res pdite quā
do inueniebant in paxillo, suspēdebant.
Olim pditi erant angeli q̄ tum ad sui nu
meri diminutionē. Erant pditi actiui: qz
non poterant facere aliqua meritoria
opera. Erant perditi prelati: qz nō pote
rāt subditos instruere p aliquā salutife-
rā exhortationē. Erāt perditi contēpla-
tiui: qz nō poterāt deo vacare p aliquaz
dulcē inspirationē. Sed ista oīa ⁊ q̄ erāt
pdita, p xp̄m sūt inuēta: et in paxillo cru
cis suspēsa. Et hoc est qd dr. Esa. xxij. Fi
gā illū paxillū in loco fideli: ⁊ suspēdaz
sup illū oēm gloriā domus patris eius.
Uasorū diuersa genera. Oē vas paruu-
lū a vasis creaturarū, vsq̄ ad omne vas
musicoꝝ. Et hoc qd dr. Suspendā sup il
lum omnē gloriā p̄ris ei⁹: referr̄ ad an-
gelos q̄ sunt gl̄ia dom⁹ dei. Hoc qd dicit
Omne vas paruulū: referr̄ ad subditos
⁊ actiuos. Hoc qd dr. A vasis creatura-
rū: referr̄ ad p̄latos q̄ vino sacre scriptu
re alios habēt imbuere. Hoc qd dr. Usq̄
ad oē vas musicoꝝ referr̄ ad cōtempla-
tiuos qui habēt i cordib⁹ suis decātare
dño Eph. v. Nolite inebriari vino i quo
est luxuria: sz impleamini spiritu sctō lo-
quētes vob. smetipsis in psalmis, ⁊ hym
nis et cāticis spiritualibus cantantes et
psallētes in cordibus vestris domino.

27 ¶ Feria.iij.secunde hebdomade.
Sermo primus.



Super cathe-
drā moysi sederūt scribe ⁊
pharisei. Omnia ergo que
cūq̄ dixerint vobis serua-
te ⁊ facite. Matt. xxiiij. In
pñti vita dñs esse voluit q̄sdaz p̄latos et
q̄sdā subditos, ⁊ vtrisq̄ certas regulas
dedit. A ¶ Prelatis nāq̄ dedit tres re
gulas. Pria est: vt subditos verbis ⁊ exē
plis instruāt. Scda est: q sibi fortia ⁊ sub
ditis leuiora imponāt. Tertia ē q de po
testate sibi tollata nō glorient̄ nec super
biāt. Cōtra pmā regulā faciūt ꝟbosi. Cō
tra scdam supsticiosi. Cōtra tertiā ambi
tiosi ī lati. Est igit̄ pma regula p̄latorū:
vt subditos ꝟbis ⁊ exēplis instruāt. Sed
cōtra hāc regulā faciūt p̄lati ꝟbosi q̄ bo
na multa dicūt: sz nulla bōa faciūt quos
dñs reprehēdit dicēs. Sup cathedram
moysi ⁊c. Oīa ḡ q̄cunq̄ ⁊c. sequit̄. Scdm
opa eoꝝ nolite facere, dicūt em̄ ⁊ non fa
ciūt. B ¶ Monet igit̄ subditos vt qñ sūt
aliq̄ p̄lati qui habēt bona ꝟba sz mala
opa nō despiciāt ꝟba ꝓpter opera, sz re
linquāt vitā ⁊ accipiāt doctrinā. Et illd
dicit Chry. sup Mat. tripl ci exemplo di
cēs. Ecce villis terra: p̄ciosum aurū pro
ducit, nūquid ꝓpter vilem terrā p̄ciosuz
aurū cōtēnit̄? Aurū eligit̄, ⁊ terra relinq̄
tur: sicet vos doctrinā accipite, ⁊ mores
relinquite. Scdm exēplū pōit dicēs. Nā
⁊ apib⁹ herbe nō sunt necessarie: sz flo-
res colligūt ⁊ herbas relinquunt. Sic ⁊
vos flores doctrine colligite: ⁊ cōuersa-
tionē relinquite. Pōt addi tertiū exēplū
qz spine flores ꝓducūt: ⁊ tñ hō lilia odo
rat: ⁊ spinas vitat. Sic etiā q̄libet debet
vitare vitā spinosā p̄lati: et accipere dei
doctrinā odoriferā. Priuz exēplū ꝑtinet
ad prelatū immundū qui est sicut lutum
habens aurum. Est em̄ lutum ꝓpter im-
mūdā vitā: ⁊ iō de plateis celestis hieru-
salē expurgabit̄: ⁊ in cloacā infernalem
ꝓijciet̄. ps. Et lutū plateaꝝ delebo eos.
In isto luto aurū inuenit̄: quando doctri
na sana ab eo ꝓfert̄. Uerba em̄ qui dicū-
tur aurū qz sicut aurū est incorruptibile:
sic verba dei conseruant hominē a putre
factione peccati. ps. In corde meo ab-
scondi eloq̄a tua: vt nō peccē tibi. Scdm
exēplū pertinet ad p̄latū supbū. Est ei si
cut herba habēs florē amenū. Sicut em̄
herba viret ⁊ cito arescit: sic supbus ci-
to extollit̄, ⁊ subito deijcit̄. ps. Mane si-
cut herba trāseat, mane floret ⁊ trāseat
vespere decidat induret et arescat. Per
mane intelligitur, siue sanitas, siue vita.
Per vespere, ecōuerso intelligi pōt sene
ctus vel infirmitas siue mors. Et huic tri
plici statu respondent tria verba que se
quuntur scilicet decidat, induret ⁊ are-
scat. Est

cat. Est ergo sensus q superb⁹ viget in mane sanitatis: sed decidit in lutū in vespere infirmitatis. Floret in mane iuuentutis: ⁊ indurat in vespere senectutis. Uiret in mane presentis vite: sed arescit in vespere mortis. Ista herba floꝛe producit: qñ prelatus superbus verba dei pronūt. Et dicuntur verba dei flos: q⁹ sicut flos p̄ducit fructū, sic ꝓba dei facit hominē generare op⁹ suū bonū. Jac. j. Uoluntarie enim genuit nos ꝓbo veritatis. Tertiū exemplū pertinet ad p̄latū auarū: q⁹ est sicut spina habēs lilia. Dumitio em̄ spine vocant: sicut habet Luce. viij. Q̄ aūt in spinis cecidit, hi sūt q̄ audiūt et a sollicitudinib⁹ ⁊ diuitijs ⁊ voluptatibus vite euntes suffocati sunt. Tūc autē ista spina p̄ducit lilia qñ prelatus auar⁹ profert dei verbū. Et ꝓ verbū dei lilium: q⁹ sicut ad q̄dozē lilij serpentes fugiūt, ⁊ homines attrahunt: sic boies serpenti in verbū dei faciliūt. ꝑs. Oēm escā abominata est ala eoꝝ. Boni aūt dulciter appetunt. ꝑs. Quā dulcia faucib⁹ meis eloquia tua. Scōa regula prelatoꝝ est vt si bi fortia, ⁊ subditis ⁊ lenioꝛa imponāt. Cōtra istā regulā faciūt prelati superstitiosi quos dñs reprehendit dicēs. Alligāt onera grauia ⁊ importabilia: ⁊ imponūt in humeros hoīm: digito autē suo nolūt ea mouere. Et istud est cōtra sacerdotes q̄ penitēt. as nimis grauos imponūt. C ¶ Quod tñ nō debet fieri tribus de causis ꝛm Chry. Prima est, ꝓpter mal⁹ periculū, q⁹ sepe talis hō penitētiam sibi datā, p̄sumit: ⁊ tanq̄ desperat⁹ ad petā redit Et ponit ex ēplū dicens. Si cū pond⁹ super humeros adoleuerit, posuerit q̄ non possit portare: aut necesse habet pōd⁹ reiici at, aut sub pondere cōfringat. Sic hoi cui grauc pondus penitētie ponit necesse est vt aut penitentiā deijciat, aut fuscipiēs dum ferre non potest, scandalizet: ⁊ amplius peccet. Secūda ratio est propter vitandū dei iudiciū. Unde subditur Deniq; si erramus modicam penitentiā impenentes: nonne meli⁹ est propter misericordiā dare rationē q̄ propter crudelitatē? Jaco. ij. Judiciū sine misericordia fiet illi q̄ non fecit misericordiā: talis poterit dicere deo. Domie sicut fecisti alijs: fac eius mihi. Alijs fui misericors: et tu esto mihi misericors. Jstā allegationē facit prophet⁹ dicens. Non abscondi misericordiam tuā: ⁊ veritatē tuā: a cōsilio multo. Uñe nc longe facias miserationes tuas a me ait: si dicat. Sicut alijs misericord: ā mea non abscondi: sic ⁊ tua a me non abscondas. Tertia ratio est ꝓpter liberalē dñm Chry. vbi p̄ familias larg⁹ est: dispensator non debet esse tenax. Si deus est benignus: vt dā sacerdos eius austerus: deus quidē adeo largus est q⁹ peccatū dimittit, aliqñ trib⁹ syllab. sicut patet qñ dauid dixit. peccaui. ij. Reg. xij. Aliquando cum paucis lachrymis: sicut patet in petro qui egre flus lacrimas fleuit amare. Matth. xxvj. ⁊ Marci. xiiij. Aliqñ cum solo ꝓposito cordis. Justa illud ꝓphe. di. i. firmiter deliberaui. Confitebor aduersum me iniusticiā meā domino: ⁊ tu remisisti impietatē peccati mei. Tertia regula prelatorum est q⁹ de sua potestate non superbiant: cōtra quā regulā faciūt prelati ambitiosi quos/domus reprehendit cū dixit: omnia vero opera faciunt vt videant ab hominibus dilatant em̄ philacteria sua ꝛc. Illud vicium vane gloie vere prelatis est cōmune ⁊ difficile potest vinci duplici de cā sicut dicit Chry. D ¶ Prima cā est quia ola vicia habēt bona cōtraria p̄ que vincuntur: sicut fornicatio vincitur per castitatē: superbia per humilitatē, iracundia p̄ mā suetudinē: sola aūt vana gl'ia nō habet aliquod bonū per quod superet. Secūda causa est quam ib. dem. Chry. assignat q⁹ ex omni re nascit quod ex exterminet: sicut ergo ex ligno nascit verm⁹ q̄ ipsum corrodit, ex vestimento nascit tinea q̄ ipsuz exterminat, ex olerib⁹ nascit eruca q̄ olera corrūpit: sic ex aliquo bono opere nascit vana gloria q̄ ipsuz opificit. Et qñ vana gloria de bono opere nascit, ideo non extinguitur per bonū sed magis nutrit. Posica subdit Chry⁹. Nullū ergo remediū potest esse cōtra vanā gl'iaz nisi oratio solā: ⁊ adhuc ipa vanitatē habebit, nisi caute effusa fuerit. E ¶ Secūdo xp̄s ponit in euangelio regulas subditoꝝ q̄ sunt tres. Prima est vt si bi non assumant officiū docendi, vñ ait.

uos autē nolite vocari rabbi ꝛc. Officiū enim subditorū non est vocere: sed audire: sicut enim in corpore aliud est officiū oculi, aliud auris, ꝛ aliud ceterorū membrorū: sic ecclesia aliud habet officiū ad prelatos, aliud ad subditos. Prelat⁹ et ad instar oculi habet illuminare, subdit⁹ vero ad instar auris hz audire: sicut ergo confusio esset in corpore si ola mēbra essent oculi, sic cōfusio esset in ecclesia si omnes fideles vellent docere. ſ. Cor. xij. Si dixerit auris qm nō sum oculus, non sum de corpore: nō ideo nō est de corpore si totū corpus oculus vbi audit⁹ si totū auditus vbi odoratus. Secūda regula subditorū est venō appetāt esse filij terrent: sz filij dei. Et ideo subdit patrēnolite vocare vobis super terrā: vn⁹ est em pater vester q̄ in celis est. ℣ ¶ Sunt em tria signa per q̄ cognoscunt filij dei: ꝛ filij terreni. primū est qz filij dei respiciunt ad celū celeste: a desiderando. dicētes. Pater noster q̄ es in celis. Filij aūt mundi respiciūt ad terrā terrena desiderādo. ſ. Joh. iij. Ipſi de mundo sūt: ꝛ ideo de mūdo loquūtur: ꝛ mūdus eos audit. Isto modo probat aquila pullos suos. Nā illos quos videt respicere ad celos tanq̄ proprios nutrit, illos aūt quos videt ad terrā respicere tanq̄ degeneres abijcit. Scōm signū est qz filij dei sūt albi per puritatē, filij aūt terreni nigri sūt p impuritatē. Dicit em glo. sup illud ps. Pullis coruorū invocantibus eū: q̄ pulli coruorū q̄dm habent pennas albas, pascūtur a deo, sed postq̄ nigrescere incipiunt, pascuntur a coruis: per qđ datur intelligi q̄ deus pascit illos tanq̄ filios q̄ sunt albi per mundiciā: diabolus aūt pascit illos qui sunt nigri p malicia. Tertiū signū est: qz filij dei parētes suos honorant et nutriunt, filij aūt terreni econuerso eos despiciūt. Legitur q̄ cyconie parētes suos cū senuerint in nido collocant: et vsq̄ ad mortem eos ibi nutriunt. Filij aūt viperarū ventrē matris lacerant ꝛ occidunt. Illi ergo sunt filij dei q̄ parentes honorāt ꝛ fouent. Eccl. iij. Qui timēt dominū honorāt parētes. Illi aūt q̄ eos despiciunt, nō sunt filij dei sed vipere: ꝛ iō maledicti. Eccle. iij. Est maledictus a deo q̄ exasperat matrē. Tertia regula subditorū est q̄ nō debēt exaltari sz humiliari: iō subdit. Qui aūt se exaltauerit humiliabit⁹ ꝛc. ℣ ¶ Sūt em q̄dā letales: ꝛ q̄dā gratie: ꝛ q̄dā mediales. letale est q̄d facit cor leue: ꝛ gratia est q̄d facit deorsum. Humilitas em facit cor leue: ideo ipm elevat vsq̄ ad celū. Eccl. xxxv. Oro humiliantis se nubes penetrat. Superbia vero facit cor graue: ꝛ ideo ipm in pfundū deducit. ps. Deiecisti eos dū allevarētur. Un dictū est lucifero dicenti. In celū cōscendā: veruntamē ad infernū detrahēris in profundū lacī. Esa. xiiij. Alia vero dum est corpori adiuncta: hz de se habeat leuitatē: ex a corpore habet gravitatē iuxta illud. Sap. ix. Corpus qđ corrumpit aggravat animā: ꝛ tam alie sanctorū q̄dm sunt in hac vita, nec olim eleuant propter corporis gravitatem: nec omnino in terra cōmorant cum habeant celeste desiderio q̄ uidiutatē: sed in medio cōmorantur modo ascendēdo p cōtemplationē in celū, mō descendēdo ad terrā per necessariorum prouisionē: vñ dicit Ezech. viij. Elevavit me spiritus inter terrā ꝛ celum, non dicit ypheta. Posuit me in terrā: quia ibi sunt quidā: nec dixit. Elevavit me in celum quia ibi sunt superbi: sed dixit Elevavit me inter celū et terram quia vbi sunt sancti, put sūt in hac vita corruptibili positi.

28 ¶ Eadem feria. iij. secunde hebdomade. xl. Sermo. ij.



Qui se exaltauerit humiliabitur: ꝛ qui se humiliauerit exaltabitur. Postq̄ dñs scribas ꝛ phariseos de superbie ambitiōe reprehendit: cōsequēter discipulos suos ad humilitatē reducit: qz sicut ōt Chrys. Infructuosum verbū est in quo sic alter cōfundit vt alter nō erudiat: nā et deus inquit. Nō propter malos castigationē super terrā transmittit: sed propter bonos: scit em qz malos flagella nō corrigūt: sz malos castigatet corrigat bonos: qz nisi bon⁹ ammonit⁹ fuerit per negligentiam euanescit. ℣ ¶ Ponit aūt dñs in verbis predictis duas vias et duos fines

viarū. Prima est via superbie q̄ est lata ⁊ spaciosa ⁊ ducit ad perditionem. Secūda est via humilitatis q̄ est arcta ⁊ angusta ⁊ ducit ad saluationē. Superbia aūt est quoddā triuiū eo ꝙ hꝫ tres vias. i. tres species superbie. Prima est supra in affectu: et ista ortū habuit in celo. Scda est in intellectu que ortuꝫ habuit in paradiso. Tertia est in actu, ⁊ ista est spersa ꝑ totuꝫ mundū. Prima igitur scꝫ superbia est in affectu q̄ cōsistit in appetitu excellētie: et istā habuit lucifer in celo q̄ voluit dñari ⁊ vsq̄ ad celū exaltari. Esa. xiiij. In celū cōscendā super astra celi exaltare soliuꝫ meū ⁊c. Et qꝛ superbia ē nature celestis ex eo ꝙ in celo orta fuit: ideo sepe viros spirituales et celestes inuadit: sicut inuasit apl̄os. Luc. ix. Intrauit aūt cogitatio in eos qui eoꝝ esset maior Mat. xx. ⁊ Marci. x. Accesserunt ad iesum iacob⁹ ⁊ iohānes, ⁊ dixerūt: da nobis vt vn⁹ ad dexterā tuā: ⁊ ali⁹ ad sinistrā tuā sedeam⁹ in gl̄ia tua. Scda superbia est in intellectu q̄ consistit in appetitu vane ⁊ mūdane sciētie: ⁊ ista ortū habuit in paradiso qñ primi parētes voluerūt habere sciētiā dei. Gen. iij. Eritis sicut dij scientes bonū et malū. Ista superbia mltos inuadit: qꝛ multi superbi sunt in suo sensu. Iō dr Thobie. iiij. Superbiā nūq̄ in tuo sensu, aut in tuo ꝟbo dñari ꝑmittas. Esa. iiij. Ue q̄ sapiētes estis i oculis vestris: ⁊ corā vobismetipis prudētes. tales nō appetunt sapiam dei: sꝫ mūdi. Hier. iiij. Sapiētes sunt vt faciāt mala: bñ aūt facere nescierunt. Rom. viij. Sapia carnis mors. est. Tertia superbia est i actu q̄ cōsistit in irrogatiōe iniurie: ⁊ ista spersa est in toto mūdo qꝛ mali ⁊ potētes bonos opprimūt ⁊ persequunt. Sap. ij. Opprimam⁹ pauperē iustū ⁊ non parcamus vidue nec veterane: sit autem fortitudo nr̄a lex iustitie. Abacuch. j. Impi⁹ preualet aduersus iustū: q̄re non respicis super iniq̄ agentes deuorāte impio iustiorē se: ⁊ facies hominis quasi pisces maris? C ¶ Sꝫ nūc videamus ad quos fines vie iste perducunt. Prima est via superbie q̄ perducit ad ꝓfunditatē infimā. Uñ dictū fuit lucifero dicenti. In celū ascendā ⁊c. verūtamē ad infernū detraheris in profundo laci.

xxj. In puluere dormiēt, ⁊ ꝟmes operiēt eos. Post mortez deducūt animā ad tinearum et vermium corosionē. Esa.xiiij. Detracta est ad inferos supbia tua. Concidit cadauer tuū subter te: sternet tinea et operimentum tuū erunt vermes. Similiter honores mūdani nō sunt veri honores: quod patet in morte ⁊ post mortem. Nam in morte deducūt ad suppeditationem qr illi q̄ alios suppeditabāt: tandez ī morte ab alijs suppeditabūtur: quādo scz transeūtes homines, ⁊ bestie, ⁊ serpētes ⁊ vermes sup eorū foueā gradiētur. Eccl.x. Cum em̄ moriet homo hereditabit serpētes ⁊ ꝟmes ⁊ bestias. Post mortem vero deducunt ad lasciui infernalis profunditatez. Esa.xiiij. Qui dicebas in corde tuo in celū ꝯscendā ꝛc. Ideo sequitur. Uerū tamē ad infernū detraheris in profundū laci. Christꝰ autē qui lucem diuine sapientie habet, dat iudicium verū, ⁊ iudicat ista falsa esse. Unde postq̄ dixit Uos ꝟm carnē iudicatis, subdit. Ego nō iudico quēq̄. s. secundum carnem. ⁊ si iudico ego: iudicium meum verū est. Ponit autem verum iudicium de supradictis. s. de diuitijs ⁊ de delicijs ⁊ honoribus cū dicit matthei.vj. Nolite thesaurisare vobis thesauros ī terra, vbi erugo ⁊ tinea demolit, ⁊ vbi fures effodiūt. Nō sunt em̄ vere diuitie q̄ ab erugine cōsumūtur. Nō sunt vere delicie: qr corpora delicate nutrita a tineis ⁊ vermibꝰ comedūtur. Nō sunt veri honores: quia homines exaltati ī terra effodiunt: ⁊ fures. i. demōes omnem gloriā ipsorū furant. Circa quintuz notādū q̄ lux manifestat se ⁊ omnia alia. Sic ⁊ christus manifestauit seipsum et patrem suum. Unde subdit. Ego sum qui testimoniuz perhibeo de meipso: ⁊ testimonium perhibet de me qui misit me pater. Et cuz iudei interrogassent, vbi est pater tuus: respōdit. Neq̄ me scitis neq̄ patrē meū scitis. Que verba exponit Augustinus dicens. Quando vides aliquē alicui similem, quotidiana locutio est, si hūc vidisti illum etiā vidisti ꝓpter suam similitudinem. Sic ⁊ ipse christus dixit. Si me sciretis et patrem meuz sciretis: nō q̄ pater sit filius, sed qr patri est similis filius. Deinde Augustinus subdit. Hoc aūt verbum forsitan videt esse verbū dubitationis. Homines vero de rebꝰ quas certas habent. Aliquando verbū dubitationis ponunt, velut si indigneris seruo tuo, ⁊ dicas contēnis me considera, forsitā dominus tuus sum. Sic et dominꝰ non dubitādo increpat infideles, cū dicit. Forsitan et patrem meum sciretis. E

¶ Notandū autez q̄ de patre nobis tria incognita erant. s. gloria eius: quia nullū ad suam gloriā recipiebat. Gratia eiꝰ: qr nulluz sibi recōsiliabat. Ueritas ⁊ sapiētia eius: qr nulli viā eundi ad celū demōstrabat. Sed ista tria christꝰ nobis manifestauit ⁊ secū portauit. De quibus dicit Johānis.j. Uidimus gloriā eius gloriā quasi vnigeniti a patre, istud refertur ad primū. Plenū gratie, istud refert ad secūdum. Et veritatis, illud refert ad tertiū.

64 ¶ Eodem sabbato quarte hebdomade quadragesime.

Sermo.ij.

Ego sum lux mūdi. Johannis octauo. Secundum beatum Augustinum tanta est vnitas capitis ad membra ⁊ mēbrorum ad caput qd̄ aliquando caput assumit personā mēbrorū Juxta illud Actuū.ix. Saule saule: quid me ꝑsequeris. Aliqñ mēbra nominantur ex parte capitis. Juxta illud. ꝟs. Nolite tangere christos meos. Multo fortius tāta est vnitas inter matrē: scz beatam virginem ⁊ eius filiū iesum christuz: q̄ illud quod dicitur de filio potest matri cōuenire. Unde verbum ꝓpositū. Ego sum lux mundi. licet dictum sit de filio, tamē matri conuenire potest. A

¶ Est em̄ christus lux mundi q̄ illuminat et nō illuminatur. Est etiā mater lux mūdi: quia est lux per quā mundus illuminatur qualiter aūt ipa sit lux mūdi Salomō admirādo ostēdit, dicēs Cañ.vj. Que est ista q̄ ascēdit seu ꝓgredit q̄si aurora consurgēs: pulchra vt luna alecta vt sol, terribilis vt castoꝝ acies ordinata: ecce qualiter est lux mūdi. In mūdo em̄ sunt q̄daz tribulati: quidā tentati, quidaz pctōres et quidam iusti. B

¶ Ipsa quidē est pctōrib⁹ sicut aurora qr eis dat radiū sue mie. Tribulatis est sicut luna: qr eis dat radiū sue ꝯsolationis. Ipsa iustis est sicut sol: qr eis dat radiū gr̄e. ip̄a tētatis ē sicut acies terribilis: qr demones expellit fulgore sue maiestatis. Prio igit̄ est pctōrib⁹ sicut aurora: qr dat eis radiū mie sue. Sicut em̄ aurora tenebras expellit ⁊ lucē adduxit sic ei⁹ misericordia a pctōrib⁹ expellit noctē culpe, ⁊ dat eis lucē gr̄e. Jō vocat̄ mr̄ mie: qr de⁹ i ptāte sua tradidit facere oēs misericordias. Jp̄a aūt i suis misericordiis nō est auara, sz multū liberalis ⁊ larga, iuxta illd qd dr̄ prou. vlt. Manū suā aperuit inopi: ⁊ palmas suas extēdit ad pauperē. Si esset aliq̄ dn̄a q̄ sp brachiū suū extēderet ad pauperes, ⁊ man⁹ aptas teneret: ⁊ ipsas plenas man⁹ hr̄et multū liberalis esset. Per istū modū loquit̄. Salomō de muliere forti. i. de beata virgine, q̄ sic fuit fortis q̄ desi de celo traxit: ⁊ diabolū vicit. Jsta igit̄ mulier fortis versus ptōres tenet brachiū extēsum: qr ei⁹ mia ad oēs extendit̄ vniuersalr. Tenet manum apertā nō clausam, qr suas mias nō dat difficulter sz valde facillier, qr nō multū nec diu facit se rogare. Hz man⁹ plenas eleemosynis qr suas mias largiter dat ⁊ abūdāter Si q̄s ergo eius miam non habet beate marie nō iputet postq̄ ipsa brachiū extēdit dādo vniuersaliter. postq̄ manū plenā hz dādo abūdāter: postq̄ manū hz dādo faciliter. Jstud igit̄ offm̄ dādi ⁊ faciēdi misericordias de⁹ sibi cōmisit. Sicut em̄ in curia pape q̄dā cōcedunt̄ lr̄e simplicis iustitie, q̄dā pure gr̄e: quedā mixte. s. que vident̄ iusticiā ⁊ gratiam continere, sic deus in sua curia tres habet cancellarios. C

¶ Unū cui cōmisit dare lr̄as simplicis iusticie. Jste est michael q̄ alias pōderat, s̄m mēsurā bonorū vel malorū operū. Dat mensurā supplicij vel celestiū premiorū. Alius cācellari⁹ est cui cōmisit deus dare literas mixtas. s. iustitie ⁊ gratie. Jste est beatus petr⁹ qui est ianitor celi, vbi sunt due porte. s. iustitie: per quam ingrediuntur qui saluantur ex operib⁹ iustitie Quā portā ꝓpheta sibi ap̄ri petit dicēs ap̄ite mihi portas iusti. ⁊c. Alia est porta gratie per quā ingrediunt̄ illi qui saluātur ex sola gr̄a dei: sicut sunt pueri baptizati. Beata aūt virgo est cancellaria dei cui cōmisit de⁹ dare miam ⁊ gr̄am. Jdeo talē cancellariā debemus sepe inuocare ⁊ dicere. Eya ergo aduocata nostra illos tuos misericordes oc̄los ad nos cō. Scd̄o tribulatis est sicut luna: qr eis dat radiū cōsolationis sue. Luna em̄ hz virtutē supra mare sic ⁊ ipsa sup tribulatos et amaricatos. Et sicut luna lucet in nocte sic ⁊ ip̄a subuenit in tribulatione. D

¶ Dicitur autē pulchra vt luna. Luna enim tūc est pulchra quando est plena: ⁊ tunc tota nocte lucet. Quādo autez luna non est plena modo lucet in principio noctis, modo in medio modo in fine, sic ēt sunt quidā sancti qui adiuuant tribulatos aliquando in principio tribulationis constātiā in tribulatione tribuendo. Aliquando vero permittūt eos tribulari et temptari in principio, sed tamen iuuant in medio perseuerantiam dando. Aliqn̄ dimittūt eos tribulari in principio et in medio ⁊ adiuuāt, in fine: ne scz per impatientiā cadāt victoriā eis cōferendo. Virgo autem maria est sicut luna plena que adiuuat in principio temptationis et tribulationis dando constantiam, Adiuuat in medio dando perseuerātiā. Adiuuat in fine, dando coronā seu victoriaz. Nec mirum si ista luna lucet tribulatis ⁊ obscuratis: qui aetiā fuit tribulata ⁊ obscurata: ⁊ ideo scit meli⁹ tribulatis compati ⁊ misereri. E

¶ Secūdū Aug. luna tripliciter obscuratur: aut quando est vacua. aut quando est nube tecta aut quando est eclipsata: F

¶ Beata virgo in hac vita habuit tres tribulationes. Una fuit quando herodes puerum interficere voluit ⁊ ipsa in egyptum fugit, tunc eniz ista luna omnino cōsolatione fuit vacua, quomodo enim cōsolatio sibi esse poterat quādo ipsa puella delicata de partu paulo ante surrexerat ⁊ in terrā longinquā per vias asperas cogebat̄ fugere et quādo inter idolo latras cōpellebant̄ manere, et quando puerū sic tenerum cogebatur circumferre. Secundam tristiciam habuit quando filium suuz amisisse credidit, timens ne

in manus hostiū deuenisset, vel ad longin quas partes gentes conuertēdas accessisset vel ad patrē celestē sine redemptione humani generis rediuisset ⁊ tunc fuit nube tecta qꝛ nubes obscura doloris ⁊ tristicie eiꝰ animam occupauit. Unde ipsa dixit, pater tuus ⁊ ego dolētes q̄rebamꝰ te ⁊c. Tertiam tribulationem habuit in filij passione, ⁊ tunc luna fuit eclypsata. Luna autē quando eclypsat̄ tota sanguinea videtur, ⁊ ipa in filij passione fuit gladio doloris vulnerata, iuxta illd̄ Luce.ij. Et tuam ipsiꝰ animam pertrāsibit gladiꝰ. Item Johel.ij. Sol.i. christꝰ conuertet̄ in tenebras scꝫ per mortē, et lunē, id est beata. Maria i sanguinē: per dolorem. G

¶ Tertio iustis est sicut sol quibus mittit radiū gratie sue, illuminat enim eos per exemplū et beneficium. Per exemplum quidem quia est speculum diuinū in quo nos debemus speculari. Sap.vij. Cādor est enim lucis eterne ⁊ speculū sine macula. Speculū enim fit de vitro ⁊ plumbo. Per vitrū quod est lucidum intelligitur virginitas eius per plumbum quod est ductibile ⁊ habet colorem cinereū intelligit̄ eius humilitas: ⁊ sicut vitrum ꝑ se vel plumbum per se non facit speculū nisi coniungantur nec resultat imago sic nec Marie humilitas sine virginitate nec virginitas sine humilitate fecisset eaꝫ speculum dei vt in ea resultasset christus qui est imago dei nisi adinuicem iuncta fuissent, scilicet humilitas cū virginitate, et virginitas cū humilitate: ⁊ sicut speculū recepit illum qui se fecit: sic ⁊ ipsa in suo vtero habuit illum qui se creauit. Ecclesiastici.xxiiij. Qui creauit me requieuit in tabernaculo meo ⁊c. In isto igitur speculo omnes debent prospicere ⁊ maculas suas videre, nam superbi cognoscent ibi superbiā suā ⁊ maculam respiciendo ad suam humilitatem, luxuriosi ad suaꝫ virginitatem, auari ad suam paupertatem quam sancta fuit eiꝰ vita ad quā speculari debemus: ostendit Hiero. in epistola ad cromacium ⁊ eliodorū. Dicit eniꝫ quod ipsa a mane vsq̄ ad tertiā orationi instabat postmodū ab oratione surgēs a tertia vsq̄ ad nonam operi manuum vacabat post modum intermittens opera manuum iterum ad orationes redibat ⁊ inde nō recedebat donec angelꝰ veniebat qui sibi cibum ministrabat cum quo consolatione suam habebat. Ex hoc igit̄ exēplū habemus vt insistemus orationi ⁊ operationi, ⁊ quod libentius conuersemur cū viris angelicis quam cum viris diabolicis. Secundo lucet omnibus per beneficiū ⁊ dat beneficia illa de quibus dicitur Ecclesiasti.xxiiij. Ego mater pulchre dilectionis ⁊ timoris ⁊ agni, ⁊ scti spei. Dat eis dilectionem per quam inflāmatur. Dat eis timorem per quam humiliantur. Dat eis agnitionem per quaꝫ illuminantur. Dat eis sanctam spem per quā ad sperandū celesti animentur. H

¶ Quarto iēptatio est sicut acies ordinata quibꝰ dat radium sue defensionis. Est cū demonibus terribilis denominatio eius. salutatio eius ⁊ laudatio eius. Quandocūq̄ enim ipsam nominamꝰ vel salutamꝰ vel laudamus protinus demones territi fugiūt. Quando enim diabolus audit nomen eius: ita est ac si sentiret baculū vel clauū cum quo percuteretur. Numeri.xxiiij. Consurget virga de israel ⁊ percutiet duces moab. Quando audit eiꝰ salutationē. ita est ac si audiret tonitruū quo terreat̄. ps. Vox tonitrui tui in rota. Tūc em̄ diabolꝰ tanquam insanus terret̄. Quando vero audit eiꝰ laudationem, ita est ac si audiret seu sentiret gladiū quo iugularetur. Hoc figuratuꝫ est Judith.xvj. vbi dicit̄ q̄ ipsa pugione amputauit caput holofernis. Si igit̄ grauemur a diabolo siue a tyrāno siue a corpore nostro ad ipsaꝫ curramꝰ, ad ipsam appellemꝰ, ipsa enim est domina ⁊ augusta siue imperatrix, ⁊ intermissis omnibꝰ intermedijs sancti ad ipsam appellare licet: siue q̄s grauetur a diabolo sicut patet in theophilo q̄ a diabolo deceptus ⁊ augustā appellauit: ⁊ statim liberatus fuit. Siue q̄s grauet̄ a tyrāno hoc signatū est in mardocheo qui ab aman grauabatur ⁊ ad hester augustam appellauit ⁊ aman condemnatꝰ ⁊ mardocheus liberatꝰ fuit. Siue quis grauet̄ a carne sua sicut patet in maria egyptiaca, que cum esset voluptati dedita ad augustā appe

lanit et mox sibi castitatem concessit. Sic nec de gratia a iusticia dei. Unde legitur in vita beati dominici quod cū christus contra mūdū multum esset iratus virgo et dixit, bone fidei non debes cū eis agere secūdum iusticiam tuam sed secundum misericordiam tuam et sic ille sententiam revocavit. Et ita in omni tribulatione ad eam appellare propter quod licet dicit Bern. Sileat misericordias tuas virgo dtā quicunq; te invocatam in suis necessitatibus meminerit defuisse.

65 ¶Dominica in passione,
Sermo primus.

QUis ex vobis arguet me de peccato si veritatē dico quare non creditis mihi. Joan. viij. Una magna cā quare iudei christum persequebantur erat ex eo qđ veritatem predicabat quam ipsi recipere nolebant, iō dicit: si veritatem dico quare non creditis mihi. B

¶Ille enīz qui predicat veritatez doctrine dz habere sanctitatem vite, ideo pmittit quis ex vobis arguet me de pctō? Nō em̄ potuit arguī de pctō cordis qz semp habuit cogitationes sanctas, nec de pctō oris qz semp habuit locutiones discretas nec de pctō operis: qz semp habuit operationes iustas, nec de pctō omissionis: qz nullū bonū qđ facere debuit omisit, nec de pctō originis: qz nullū pctm originale cōtraxit sz fuit sanctus cōceptus: et festus in partu. Talis igit qui habet talem sanctitatem vite secure potest predicare veritatem doctrine. B

¶Ponit autē dominus in isto euangelio quatuor veritates quibus tamē iudei cō tradixerūt quarum due veritates spectāt ad nos. alie duc ad ipsum. prima veritas est per quam ostēdit cām quare dam audiunt verbum dei, et quidam non audiūt, cum dicit qui ex deo est non natura sed fide, timore, et amore, verba dei audit. Ille vero qui veraciter in deum credit, et veraciter deū timet et diligit veraciter verba dei audit. Qui vero non habet fidem nec amorem nec timorem dei licet erant iudei audire nō pōt iō nō audiūt. ideo vos non auditis: qz deo nō estis. Ista veritati iudei nescierūt cōtradicere verbis ideo contradixerūt iniurijs dicētes nōne bene dicimus nos qz samaritanus es et tu demonium habes. Unum rps negavit. s. demoniū se hre, aliud concessit. s. samaritanū fecisse. Samaritanus em̄ interpretatur custos. rps aūt dz dici custos de quo dic. ps. Nisi dominus custodierit civitatē frustra etc. Negavit aūt aliud. s. qđ demoniū haberet: quia continebat infamiā. fez qđ demoniū haberet qz talem infamiā nō poterat sustinere, nō negavit illud in quo nulla erat infamia: et poterat sustinere fez qđ esset samaritanus. In hoc em̄ dat nobis exemplū ne ad omnia que de nobis dicunt'r'h deam⁹ sed si talia sint qui possint tolerari debemus dissimulare. Si vero infamiā importent possumus nos hūiliter excusare. Scēa veritas fuit p quā rps ostēdit virtutē et efficaciā quā hñt verba dei cū dic, amen amen dico vobis, si quis sermonē meū seruauerit mortez non videbit. i. non experiet in eternū. Per hoc aūt qđ dicit in eternum, ostendit se nō intelligere de morte corporis sed ale, In hoc ostēditur magna rpi benignitas qz illis a quib⁹ tunc receperat cōuicium nō negavit sue doctrine beneficiū. Ista veritati iudei cōtradixerūt inferēdo iniuriā cum dicunt nunc cognouimus qz demoniū habes allegando rōnē falsam cū dicūt abrahā mortuus est et prophete etc. Fundabāt em̄ suā rōnē sup falsum. s. qđ rps dixisset de morte corporali qui tñ intellexerat de morte eterna. Due aūt veritates sunt ad ipsum pertinentes. Una est per quā ostēdit suā nativitatem eternalem, qua eternaliter natus est de patre sine matre, et suā nativitatē corporalē qua temporaliter natus est de matre sine patre cū dicit: abraha hā pater vester exultauit vt videret diem meum vidit et gauisus est, secundū em̄ gl. pōt intelligi de die sue eternitatis, vel de die sue temporalitatis: qua in carnem venit et utrunq; deus abraha de eius vñ immēsum gaudiū habuit dixerant iudei superius qđ christ⁹ nō erat maior abraham qui tñ mortuus est, et christ⁹ ostendit se esse maiorem inquātum eter-

naliter natus de patre, ⁊ inquantum natus temporaliter de matre, quia vtrunq; diē abraham tanquam fidelis seruꝰ desiderauit videre. Isti veritati iudei contradixerunt respondentes cum ira ⁊ cū suppositione falsa dicentes, quinquaginta annos nondum habes ⁊ abrahā vidisti? supponebant enim falsum, scz ꝙ christus dixisset se vidisse abrahā in pñti vita oculo corporali quod tñ non dixerat. C

¶ Sed cum christus tunc haberet. xxxij. annos quomodo iudei dixerunt cum esse quinquagenariū. Una causa est quia iudei erant irati: ⁊ ira impedit animum vt non possit cernere verū. Alia causa est: ꝙ christus licet iuuenis esset tamen videbatur quodammō antiquus, tū propter nimiam morū grauitatem, tum propter nimiam corporis lassitudinem ⁊ asperitatē quas sepe in corpore fuerat expertus. Alia causa potest esse: quia si homo iuuenis appellat̄ senex iniuriā sibi reputat fieri. Iudei ergo iniuriā christo credebāt facere ⁊ dicere, qꝛ ipsum senem vocabant. Secūda veritas pertinens ad ipsum fuit per quam ostendit suam cum patre eternitatē, cū dixit. Amen amen dico vobis antequam abraham fieret ego sum non dixit antequā abraham esset: quia abraham a deo fuit factꝰ non dixit etiam ego suz factus qꝛ xp̄s inq̄tū deꝰ nō fuit factꝰ sed ab eterno patre genitus. Huic veritati iudei non contradixerunt verbis cōtumeliosis vel ratione suppositionibꝰ falsis quēadmodū contradixerant tribꝰ veritatibꝰ supradictis: sed contradixerunt huic veritati iniurioso facto volētes eum lapidare tanquā blasphemū sed christꝰ abscondit se ⁊ exiuit de templo, ideo exiuit ab eis vt auferret ab eis causam seuiēdi. Uel ideo exiuit quia noluit mori lapidatus sz crucifixus Uel ideo exiuit: quia adhuc non venerat hora patiendi. D

¶ Ex supradictis ptz ꝙ iudeis odiosa erat veritas ⁊ ꝙ christus furentibus cedebat. Ueritas em̄ multis est odiosa. Ita eniz est de veritate: sicut de luce, odore, ⁊ sapore Lux em̄ ē amabilis oculis sanis, sed odiosa egris. Odor hominē recreat sed serpētē fugat. Panis palato sano est sapidꝰ, sz infirmo est penosus Ueritas igitur est odiosa superbis: sicut lux oculis lippis. Si em̄ predicat̄ superbo de humilitate: talis veritas est sibi odiosa. Et cā est qꝛ lippitudo supbie facit hanc lucem displicere. Eccl̄. xiij. Abhominatio est supbo humilitas. Secūdo veritas est odiosa luxuriosis, sic odor serpēti. Si em̄ p̄dicatur eis de odore puritatis talis odor displicet sibi. Et causa est: qꝛ consuerunt stare in fetore luxurie. Eccl̄i. xxj. Audiet luxuriosus ⁊ displicebit ei. Tertio veritas est odiosa auaris: sic panis palato corupto. Si em̄ predicatur eis contemptus terrenorū talis panis doctrine, licet i se sit suauis eis tamen videtur execrabilis. Eccl̄. xiij. Execratio diuitiuz pauper. Causa est quia habent palatum anime corruptum: ideo non possunt sentire saporem celestium. j. Coꝝ. ij. Animalis homo non percipit ea que sunt spiritus dei. Secundo xp̄s a iudeis furentibꝰ recedebat per qd̄ dat̄ nobis exēplū vt a furētibus non subtrahamus ne ipsorum iram amplius inflammemus. E

¶ Habuit autem christꝰ contra furorem iudeorum quinq; remedia, sicut ptz i hoc euāgelio. Primū est patientiam seruare. Unde cū plures iniurias audiuerit scz ꝙ demoniū habebat. Ipse tamen patientiā in omnibus seruabat. Nec habuit aliquē motum in animo, nec aliquem motū ostēdit in signo, nec in verbo, nec in facto. Unde dicit̄. Esa. xlij. Non erit tristis: in animo nec turbulentus: in exteriori signo, nec clamabit verbo. Calamum quassatū non conteret in facto aliquo iniurioso. Secundum remedium fuit tacere. Unde cū iudei dixissent ꝙ haberet demonium ⁊ ꝙ esset samaritanꝰ: ipse omnino tacuit. Sciebat em̄ ꝙ illud dedisset iudeis occasionem litigandi ⁊ materiam, quia si dixisset non sum samaritanꝰ forte iudei sibi respondissent imo es samaritanus: qꝛ samariā iuisti, ⁊ cum eis bibisti: comedisti cū eis cōmoratus est cū eis, ⁊ eis predicasti. Et iste est etiam conueniens modus extinguendi ignem furentis scz tacere et cū talibꝰ nō litigare. Sicut em̄ ignis extinguitur quando ligna subtrahūtur seu nō apponuntur: sic ira furentis annihilatur quando nihil respondetur. Pro-

uer.xxvj. Cum defecerint ligna extingue
tur ignis: ⁊ susurrone subtracto iurgia cō
quiescunt. Quādo vero q̄s litigat ligna
parat. Eccl.viij. Non litiges cū homine
linguato, ⁊ non strues in ignez illi⁹ ligna
Grego. Imitatione dei gloriosius ē iran
tacendo fugere quā respondendo supe-
rare. Tertium remediuz qd̄ habuit chri
stus fuit pacifica verba rñdere. Cū em̄ iu
dei verbū tā iniuriosum sibi dixissent: scz
q̄ demoniū haberet ille patienter rñdit
eis dicēs. Ego demonium nō habeo. Et
iste est cōueniēs mod⁹ extinguēdi irā fu-
rentis: verba scz pacifica rñdere. Cor ei
iracundū est sicut olla bulliēs Prouerb.
xv. Os stulti ebullit stulticiā. Sicut igit̄
cessat ebullitio olle qñ aqua frigida ap-
ponit̄: sic cessat ebullitio ire qñ pacifica
verba q̄ sunt refrigeratiua rñdent̄: Pro
uer.xv. Responsio mollis frangit irā: ser
mo durus suscitat furorē. Quartū reme-
diū qd̄ habuit xp̄s cōtra iudeos furētes
qr voluit se ab eis absentare. Et hoc fuit
qñ se abscōdit et ab eis exiuit. Gre. Exē
plo dñs nobis loquit̄ vt cum etiā resiste
re non possumus: irā superbientiū decli-
nemus. Et iste est simil̄r conueniens mo-
dus extinguēdi irā furētis: ab ei⁹ scz fa-
cie recedere Sicut em̄ olla q̄ fortiter bul
lit si ab igne eleuatur cessat ei⁹ ebullitio.
Sic qñ ille contra quē furit̄ elongat̄ ces
sat ebullitio scz ire inflāmatio. Prou.xx.
Honor est homini q̄ separat se a cōtētio-
nib⁹ oēs aūt stulti miscent̄ contumelijs.
Quintū remediū qd̄ habuit xp̄s cōtra iu
deos furentes fuit beneficia impēdere.
Uñ postquā iudei dixerūt ei demoniū ha
bes. Ipse tñ ꝓpter tāta ī properia nō ces
sauit eis impēdere salutaria documenta
dicēs. Si q̄s sermonē meū seruauerit ꝛc.
Ubi dt̄ Glo. hic discat hō Iesus nō malū
reddere sz bonū. Et iste est cōueniēs mo
dus extinguēdi irā furentis. Scz bñficia
exhibere. Ro.xij. si esurierit inimic⁹ tu⁹
ciba illū si sitit potū da illi hoc ei faciēs
carbones ignis congeres super caput
eius. Isti carbones ignis secūdum Glo.
sunt vel feruor charitatis ad quam am-
plius incitantur. Uel amor spiritussan-
cti ad quam inflammatur. Uel ardor pe
nitentie: ad quam prouocantur.

66 ¶ Eadem dominica in passione
Sermo secundus.

Tulerūt lapi
des iudei vt iacerēt Ieū
Iesus autē abscōdit se ⁊
exiuit de tēplo. Ola que
xp̄s dicebat et faciebat
ad nostrā vtilitatē con-
uertebat: ⁊ ad nostram instructionez. Si
enim dicebat verba conuertebat ea ad
nostram instructionē. Si faciebat mira-
cula conuertebat illa ad nostre fidei con
firmationē. Si prebebat exēpla cōuerte-
bat illa ad nostrā informationē: sicut pz
hic quando dñs a iudeis furentib⁹ se ab
sentauit dās nobis exēplū q̄ ⁊ nos simi-
liter faciamus. In verbo ergo premisso
duo tanguntur Primū est iudeorum ma
gna malicia qui christum voluerūt lapi-
dare. Secunduz est magna christi patiē
tia qui eis voluit cedere. A

¶ Circa primum sciendum q̄ iudei qua
tuor mortes xp̄m pati voluerunt Primo
em̄ eum voluerunt occidere cum adhuc
esset paruulus scilicet tempore herodis.
Secundo voluerunt eum de quodā mon
tis supcilio precipitare: vt sic cōfracto ce
rebro ⁊ capitis collisione moreret̄: sicut
habet̄ Luce.iiij. Tertio voluerūt ipsum
lapidare sicut pt̄z hic. Quarto voluerūt
ipsum crucifigere et crucifixerunt. Multi
autem sunt qui hodie istis quatuor mo-
dis christū occidūt. Primo cū est adhuc
paruulus. Christus em̄ paruul⁹ est in il
lis qui de nouo ad penitentiā conuertun
tur. De quibus dicit̄ Galat. iiij. Filioli
mei quos iterū parturio donec formetur
christus in vobis. Ille igit̄ q̄ de nouo ad
penitentiā conuersos scandalizāt vl̄ ab
ipsa pnīa reuocāt: xp̄m paruulum in eo-
rum cordibus occidunt. Cōtra quos di-
citur Mat.xviij. Qui scādalizauerit vnū
de pusillis istis qui i me credūt expedit
ei vt suspendat̄ mola asinaria l collo ei⁹
et demergatur in ꝓfundū maris. Alij sūt
scz qui christum precipitant ⁊ caput sibi
frangūt. Isti sunt heretici. Nam sicut di-
citur.j. Cor.xj. Caput xp̄i est de⁹. Hereti
ci igitur qui christum deum esse non cre-
dunt caput sibi auferunt. Alij ipsum lapi
dant.

dant. Isti sunt qui malas cogitatiões et voluntates habere nõ cessant. Quelibet em̃ mala cogitatio ⁊ mala voluntas est vnus lapis quẽ in christũ mittũt. Beda. Quot quot malas cogitatiões q̃s assumit q̃si tot lapides christo immittit. Alij sunt qui christũ crucifigunt: isti sunt q̃ iterum ad peccatum redeunt. De quib⁹ d̃r Heb. vj. Rursuz crucifigẽtes sibimetip̃is filiũ dei. Amb. Quid ẽ Iesus nisi veritas pax ⁊ iustitia. Qui igitur pro falsitate relinquit veritatẽ: ⁊ pro cupiditate dirũpit ⁊ odit pacẽ: ⁊ pro aliquo premio occultat iustitiã nihil aliud d̃r facere q̃ lapidare ⁊ crucifigere ⁊ occidere christuz. In hoc autẽ ꝙ iudei in xp̃m lapides voluerunt immittere: vident̃ pilam pontis inchoasse. Nam christus dicitur pontifex, id est pontẽ faciens. In epistola autẽ agitur de ponte cum dicit̃. Christus assistẽs pontifex, id est faciens pontem. In euangelio aũt agitur de pila. Tunc em̃ iudei pilam fecerunt qñ lapides in christũ miserunt. Sed in passione crux posita est super pilã: ⁊ sic nobis pons factus est. Mũdus em̃ iste erat tanq̃ fluuius rapid⁹ et tanq̃ mare periculosum: in quo oẽs periclitabantur. B

¶ Sed contra istud naufragiũ dedit nobis christus triplex adiutoriũ scilicet nauem tabulã ⁊ pontem. Nauis enim innocẽtia est: in qua positus fuit adã. Sz ista nauis fracta fuit quando ipse peccauit. In hac naui fuit beata v̄go, q̃ naui integra et saluis mercibus ad portũ paradisi p̃uenit. In hac naui sunt oẽs pueri baptizati: q̃diu seruant innocentiã baptismalem. Sed qr fere omnes frãgũt nauem baptismalis innocentie: iõ deus parauit tabulam penitentie. Nã scd̃m Hiero. Penitẽtia est p̃ma tabula post naufragiũ. In hac tabula pnie fuit maria magdalena: que cũ ista tabula ad portum paradisi peruenit. Imo ⁊ multas virgines que erant in naui innocentie trãscendit: ⁊ q̃tum ad meritum ⁊ q̃tum ad premiũ. Bern̄. Sicut deus nõ priuabit bonis eos qui ambulant in innocentia: ita nõ priuabit bonis eos qui ambulant in penitẽtia. Quia vero sunt multi qui frangunt nauẽ innocentie: ⁊ qui perdunt tabulã penitẽtie: ideo deus tertium adiutoriuz p̃parauit, scilicet põtem passionis sue. Iste põs hodie initiatus est in pile fundatiõe: sed in parasceue consummatus est in trabiũ ⁊ tabularum suppositione. C

¶ Tunc igitur quatuor trabes super inducte sunt. Quarũ prima fuit de palma. Scd̃a de oliua. Tertia de cedro. Quarta de cipresso. De his em̃ lignis crux facta fuit. Deinde super has trabes posita est tabula, id est caro xp̃i purissima: que quatuor clauis fuit confixa: ⁊ sic fact⁹ est pons. Ideo christus bene dicit̃ põtifex, id est pontem faciens. D

¶ Nihilominus dicitur pontifex triplici de cã. Primo p̃pter habitum. Habuit ei amictum quãdo fuit velatus. Habuit albam vestẽ, qñ ad herodẽ fuit duct⁹: ⁊ ab eodẽ alba veste fuit indut⁹. Habuit planetam: quãdo purpura a militibus fuit circundatus. Habuit cingulũ ⁊ stolã: qñ ad columnam fuit ligatus. Habuit manipulum, qñ in manibus fuit clauis cõfixus. Habuit mitram, quando spinis fuit coronatus. Habuit baculum pastoralẽ, quando arundo fuit sibi data in manib⁹. Habuit sandalia, quãdo habuit clauos in pedibus. Secũdo dicit̃ põtifex, p̃pter vnctionis mysteriũ: ipse enim fuit vnct⁹. iuxta illud psal. Unxit te deus deus tuus oleo letitie pre consortibus tuis. Olim q̃dem deus erat homini durus: sz christ⁹ est vnctus. Ideo factus est mansuet⁹: iõ dicitur. Unxit te deus ⁊c. Olim erat irat⁹ sed factus est letus. Ideo dicit̃, Oleo letitie. Olim de gratia sua erat auarus: sed in christo factus est largus. Ideo d̃r pre consortibus tuis dedit enim sibi spirituz sine mensura: de cuius plenitudine omnes accepimus. E

¶ Tertio dicit̃ pontifex propter officiũ quod quidẽ officium triplex est. Primuz est pro populo orare: ⁊ christ⁹ pro nobis orauit mltipliciter: nã orauit v̄bis. Joh. xvij. Non pro eis rogo tantũ: sed pro illis qui credituri sunt per verba illoꝝ in me. Orauit lachrymis. Heb. v. Cũ clamore valido ⁊ lachrymis offerẽs exaudit⁹ est p̃ sua reuerẽtia. Orauit sanguine. Hebre. Accessistis ad sanguinis aspersionẽ melius loquentẽ q̃ abel. Orat ẽt quotido. Ja. de Uorag. K

die cicatricū representatione qr eas quotidie patri representat. Hebre.ix. Intrauit iesus in xp̄m celū vt appareat vultui dei pro nobis. Secūdum officium pontificis est sacrificium offerre: ⁊ illud christus habuit qui seipsum pro nobis in sacrificiū obtulit. Hebr.ix. Per spiritū sanctum seipsum obtulit immaculatuz deo: qñ autē sacrificiū offerebatur igne accēdebat ⁊ ipse fuit accensus igne amoris quo ad aiam. De quo igne dicit Lu.xij. Ignē veni mittere in terram ⁊c. Isto igne fuit totus accēsus. Joh.xv. Maiorē hac dilectionē nemo habet vt animā suā ponat q̄s ꝙ amicis suis. Fuit accēsus igne dolorꝫ quo ad corpus ⁊ animā. Threñ. j. O vos omnes qui transitis per viā ⁊c. Fuit accensus igne passionis quo ad carnem suam. ps. Igne me examinasti ⁊ nō est inuenta in me iniquitas. Tertium officium pontificis est prebendas distribuere: ⁊ ipe prebēdas distribuit sicut Amb. dicit in hec verba. Actor humani generꝫ in cruce extensus pietatis officia diuidebat: persecutionem apostolis: pacem discipulis corpus iudeis: patri spiritū virgini paranymphum latroni paradisum peccatoribus infernū: christianis penitētibus crucem penitentie delegauit. F

¶ Secundo in christo fuit magna patiētia in hoc ꝙ a iudeis furentib⁹ se absentauit. In hoc dat nobis exemplum ne immisceamus nos rixis sed hoīes rixosos ⁊ contentiosos declinem⁹ maxime qñ ex nostris correctionibus peiores fieri vidētur. Sunt eī lapides. Alij quidā sicut cera mollis. Alij sicut spine pungētes. Cera mollis si tangit statim cedit ⁊ se duci permittit: sic etiā sunt multi qui ita mansueti sunt ⁊ qñ tanguntur. i. reprehendūtur statim obediunt ⁊ ad oē opus bonum seduci permittunt in quorū persona propheta dicit. Factum est cor meū, tanq̄ cera liquescens, tales sunt sepe admonendi: qr sicut dicit Chry. Justus si admonitus nō fuerit ꝑ negligētiā euanescit. Alij sunt sicut lapides: lapis em̄ si tangit nō cedit: tñ non ledit: sic sunt multi q̄ quando reprehendūtur nō obediunt sꝫ in sua duritia persistunt. Job.xlj. Cor eius indurabit quasi lapis: vnum tamen bonū habent quia contra se reprehendentes nō mouentur nec verba iniuriosa eis dicūt: tales sepe admonendi sunt ⁊ reprehendendi qr sepe mollescūt cū reprehendūtur ⁊ corrigūtur: qr dicitur Job.xiiij. Lapides excauāt aque sicut em̄ lapides ex frequentatione aque excauant: sic multotiens homines duri ex frequēti reprehēsione corriguntur. G

¶ Alij sunt sicut spine: nam si spine tanguntur non cedunt ⁊ insuper pungūt: sic sunt multi qui quādo reprehendunt nō se corrigunt: ⁊ insuper se reprehendentibus verba contumeliosa inferunt: ⁊ ideo oportet qui volunt tales homines spinosos reprehendere: prius se arment forti patientia id est dñice passionis memoria et charitate succensa. De ista triplici armatura dicit. ij. Regū.xxiij. Preuaricatores quasi spine euellent vniuersi q̄ nō tollunt manib⁹: ⁊ si q̄s ea tangere voluerit armabit ferro ⁊ lino lanceato: igneq̄ succense cōburentur vsq̄ ad nihilū. Si q̄s igit tales reprehendere voluerit dꝫ se armare lorica ferrea. i. impenetrabili patiētia: ideo dicit, armabit ferro: dꝫ se armare dominice passionis memoria: iō dicitur ligno lanceato. Christus em̄ fuit signū de quo dicitur in psal. Erit tanq̄ lignū quod plantatum est secus ⁊c. Istud lignū fuit lanceatum scꝫ in cruce lancea perforatum: dꝫ se armare succensa charitate vt sic omnia verba maledicta ab illis spinosis prolata igne charitatꝫ comburent ⁊ ad nihilū redigantur sicut videmus in spinis que igni imposite cōburūtur ⁊ ad nihilant: ideo dicit. Igneq̄ succense comburentur vsq̄ ad nihilum.

67 ¶ Feria.ij.v.hebdo.xl.

Miserūt principes ⁊ pharisei ministros vt apprehenderent iesum. Joh.vij. Sicut dicit Johānes super immediate: multi de turba crediderunt in christum ⁊ dicebant: christus cum venerit nunq̄ plura signa faciet q̄ que facit: et ideo contra phariseos qui christū persequebant murmurabāt: qd audiētes pharisei inuidia cōmoti nō sunt ausi vt ꝑsonaliter ad

xpm accederēt timore turbaꝝ adipm ca
piēdū:ꝛ miserūt ministros:qrales pso
ne ꝓ lem ꝑcio piculo se exponūt. In isto
ergo euangelio quatuor describunt. pri
mo magna iudeoꝝ peruersio cū dicit.
Miserūt pr nr apes. Scdo sap ens xpūs
spōso cū dicit, adhuc modicū tēpus vo
biscum sum. Tertio fluita iudeoꝝ in
terrogatio cum dicit, quo h ē iturus est:
quia non inuenietis eum? Quarto bē
gna christi imitatio: cum ait. Si quis si
tit veniat ad me et bibat. B

¶ Circa primum notandum qđ iudei sē
per christum multipliciter compr̄hendē
re voluerūt: aliquādo in psona sua si
cut hic, aliquando in sermone suo. Mat.
xij. Abeūtes pharisei consiliū inierunt
vt caperēt ihesum. in sermone: aliquādo in
ope suo Mat. ij. Erat homo habēs ma
num aridam ꝛ observabant eū si sabba
to curaret vt accusarent illum: aliquādo
in iudicio suo. Joh. viij. Adducunt iudei
ꝛ pharisei mulierē in adulterio deprehē
sam. Et sequitur: hoc autem dicebant tē
ptantes eum vt possent eū accusare: aut
de misericordia si iudicaret ipsam lapi
dandā: aut de iustitia: si diceret eam
lapidandam non esse: quia tunc cōtra le
gem iudicaret. Sed christus contra illa
illud quod volebant eum capere in perso
na: offendit magnam potentiam. Unde
dicit. Adhuc modicum tempus vobiscū
sum Chry. quasi dicat quid festinatis me
interficere: parum expectate tempus qđ
mihi vultis facere faciam: ego sed non
modo: quia nolo, Contra illud quod vo
lebant eum capere in sermone: offendit
magnam sapientiam dicens. Reddite
que sunt cesaris cesari. Contra illud qđ
volebant eum capere in opere: ponit in
crepationem veram dicens, licet sabba
tis bene facere an male: animam saluam
facere an perdere. Cōtra illud quod vo
lebant eum capere in iudicio offendit si
mul in iudicio ꝛ iustitiam: cum dicit. Qui
sine peccato est vestrum primus in illam
lapidem mittat ꝛ; suā misericordiā subdit
cum dicit. Nec ego te condemnabo:
vade et amplius noli peccare. Circa se
cundum notandum quod pharisei facie
bant, christum querere ꝛ volebant ipsum
apprehendere: et ad vtrumq; respondit
christus: nam ad illud quod ipsum facie
bant querere dicit: quereris me ꝛ non in
venietis me: hoc fuit secundum August.
post christi ascensionem quando multi
iudei compuncti ad predicationem apo
stolorum crediderūt. Unde dicit Aug. Ui
derunt christum suo scelere morientez ꝛ
crediderūt in christo suis; scelerib⁹ igno
scentem. Et quoniq; biberunt sanguinē
quem fuderunt de sua salute desperanes
rūt. Secundum autē Chryſ. hoc fuit qñ
civitas eorum capiebatur: probabile est
enim vt dicit tunc eos meminisse christi
et miraculorum eius vt eius presentiam
quererent: et ideo dicit quereris me ꝛ nō
invenietis. B

¶ Illud autem quotidie accidit: qr mul
ti christum querunt et nō inveniunt ex eo
quod non querunt vbi est: sed vbi nō est:
christus enim non est in deliciis: nec in di
vitiis: nec in honoribus ꝛ ideo ibi nō in
venitur. Job. xxviij. Non invenitur in ter
ra suaviter viventium: hoc est quantum
ad delicioſos. Abyssus dicit: non est in
me: hoc est quantum ad anaros quorum
cupiditas non hz fundum ut mare loqui
tur: non est mecum hoc est quantū ad ſu
perbos qui semper sunt tumidi ꝛ inflati.
Invenitur autem in humilitate, paupers
tate: et asperitate: quia ibi est. Ihs et tris
chryſtus in hunc mundum veniens secū
portauit: et cum illis nasci voluit. Luc. se
cūdo. Invenietis infantez ecce quāta hu
militas: pānis involutū: ecce quāta pau
pertas: ꝛ positum in presepio: ecce quās
ta aspritas. Ad illud autē qđ iudei vole
bāt eū apprehendere ꝛ capere: xps re
spondit vbi sum ego: vos nō potestis ve
nire. Inter k. vbi sum ego immutabilis cū
patre, non aūt secundū glos. dixit nō po
teritis: sed non potestis, tales em̄ erant
tunc qui nō possent: sicut ꝛ alibi dixit pe
tro nō potes me sequi modo: sequeris
autē postea, quamuis aūt christus dicat:
vbi sum ego vos non potestis venire: tñ
de ministris suis dicit Johā. xij. vbi sum
ego illic ꝛ minister meus erit. C

¶ Christus autē est in dextera dei sedēs.
Marc. vltimo. Et dominus quidē ihesus
postq̄ locutus est eis: assumptus est in ce

lū ⁊ sedet a dextris dei. Est in gloria dei. Philippeñ.ij. Omnis lingua cōfiteatur. qꝛ dominꝰ iesus christus in gloria est dei patris, id est lumine dei.j. Thimo.vj. Lucem habitat inaccessibilē. Ministri ergo xp̄i erūt in dextera sue potētie eos i eternitate cōseruabit. erunt in lumine dei. qꝛ filius lumine sapientie sue eos illuminabit: erunt in gloria dei qꝛ spiritussanctus dulcedine sue suauitatꝫ glorificabit eos. Peccatores aūt nō erūt in dextera dei: sꝫ sub pedibꝰ dei. Tres em̄ tenebūt pedes suos ad gulā dānatorū scꝫ deus p̄s. Ponā inimicos tuos scabellū pedū tuorum. mors ꝑpetua. Job.xviij. Calcet super eū quasi rex interitꝰ. ⁊ tota congregatio sanctoꝝ. Mal.iiij. Calcabitis impios cū fuerunt cinis sub planta pedū vestrorū. non erūt etiā in lumine dei: sꝫ in tenebris inferni. Math.xxij. Ligatis manibꝰ ⁊ pedibus mit. in tenebras exterio. nec erunt in gloria dei. sed in pena eterna. Marc.xxv. Ibunt hi in supplicium eternū. Circa tertium notandū qđ iudei prophetauerunt ignorāter qn̄ dixerunt quo hic iturus est quia nō inueniemus eū. nunq̄d in dispersionē gētiū iturus est ⁊ docturus gentes? veꝝ quidē d.xerūt sed ignorāter: qꝛ xp̄s ꝑ apostolos gētes docuit ⁊ ad fidē ꝯuertit. D ¶ Totū quidez genus humanū erat in tenebris ignorantiaꝝ ⁊ in profunditate viciorum. Deus em̄ tenebat in celo veritatem suam ⁊ misericordiā suā. iuxta illud p̄s. Deus misericordia tua in celo ⁊ veritas tua vsq̄ ad nubes. Tandē deus veritatem id est veri sui cognitionē in terram misit, ⁊ eam in quodam angulo: id est in iudeorum populo occultauit. iuxta illud p̄s. Notus in iudea deus. in israel magnum nomen eius gratiam tamen sue misericordie per quā omnes reconciliaret ⁊ in gloriaꝫ eos reciperet eis non dedit. Christus autem vtrūq̄ secum portauit: scilicet gratiam ⁊ veritatez: ita q̄ per veritatem veram cognitionem de deo gentibus dedit, ⁊ per gratiā eos reconciliauit sibi. De hijs duobus dicitur Joānis.j. Lex per moysen data est: id est cognitio vnius dei data est per moysen: scilicet populo iudeorū: scilicet gratia et veritas per iesuꝫ christū facta est, qꝛ xp̄s dedit gratiam reconciliantem ⁊ veritatē illuminantem. E ¶ Circa quartum notandū, q̄ christus ad quam gratie sue nos inuitauit dicēs. si quis sitit veniat et bibat. Augustinꝰ. Si sitimus veniamus: nō pedibus sed affectibus. nec migrando: sed amando. Ad istas aquas nos vocat deꝰ per Esaiā dicens: Esaie.lv. Oēs sitientes venite ad aquas ⁊ qui nō habetis argentum properate emite ⁊ comedite. venite emite absq̄ argento absq̄ vlla cōmutatiōe vinum ⁊ lac. quare appenditis argentū non in panibus: ⁊ laborē vestrum non in saturitate. Dominus vocat sitiētes illos qui sunt vacui ab amore mūdi. ⁊ aquas vocat amorē dei. tales enim debēt venire ad quas gratiarū: ideo dicit. Oēs sitientes venite ad aquas. Augustinus. Si habitat in te amor mundi. non est quo intret in te amor dei vas es. si plenus es funde quod habes vt recipias qđ nō habes: funde amorē seculi vt impleas ris amore dei, sequitur. Et q̄ nō habetis argētū properate emite ⁊ comedite. Per argētum intelligit terrena substātia: vel eloquētia siue subtilis intelligentia: si ergo sunt aliqui q̄ nō habēt argētū tp̄alis substantie nec humane facundie nec profunde intelligētie. saltem ꝓperent, emāt ⁊ comedant, properent per desiderium ⁊ voluntatem: emant per feruentem orationem: ⁊ comedant per deuotā meditationem. Sequitur. Uenite emite absq̄ argēto: scilicet mundane eloquentie vel profunde intelligentie et absq̄ vlla commutatione temporalis substantie vinum et lac. F ¶ Per vinum intelligitur iocunditas mētis, per lac puritas corporis: emitte ergo vobis ꝑ orationes et desideria spiritualem iocunditatem in mente. ⁊ puritatem in carne: vel per vinum et lac intelliguntur due nature in christo: nam per vinū intelligitur eiꝰ diuinitas iocundissima. p̄s. Uinum letificat cor hominis. per lac intelligitur eius humanitas purissima. Debemus ergo emere per desideria et orationes vinum ⁊ lac: id est vt nos possimus in celesti gloria contemplari eius diuinitatē ⁊ videre eius humanitatem, quia in ista contēplatione ⁊ visione cōsistit tota beatitudo san

ctorum, ⁊ tunc verificatur illud quod dicit sponsa. Canticoꝝ. v. Bibi vinum cum lacte meo. Sequitur Quare appenditis argentum non in panibus et laborem vestrum non in saturitate. multi sunt qui argentum: id est eloquentiam vel ingeniuꝫ appendunt ⁊ ponunt non in panibus: id est non in vera scientia que habet animā reficere. iuxta illud Watthei. x. Nō in solo pane viuit homo: sꝫ in omni verbo ꝙ procedit ex ore dei: et laborem suū ⁊ studium suum nō ponunt in saturitate quia discunt scientias lucratiuas que animaꝫ non satiant sed euacuant: non adducunt saturitatem sed vanitatem.

68 ¶ Eadē secūda feria quinte hebdomade. xl. Sermo secūdus.

SI q̄s sitit veniat ad me et bibat. qui credit in me sicut dicit scriptura: flumina de ventre eius fluent aque viue. Ista aqua viua quam christus vult dare sitientibus non est materialis sed spiritualis sicut immediate subditur hoc autem dicebat de spiritu quam accepturi erant credentes in eum. Magnum est habere potentiam receptiuam gratie: maius est habere aliquē gustū gratie: maximū est habere plenitudinem gratie: et per maximum est habere perseuerantiam gratie. Istas quatuor differentias ponit dn̄s in ꝟbis premissis. Primo enim ostenditur ꝙ quilibet habet potentiam receptiuam gratie: quia in potestate cuiuslibet est venire ad fontem gratie: ideo dicit, si quis sitit veniat ad me. Secundo promittit dare gustū gratie cū subdit: ⁊ bibat. Tertio promittit dare plenitudinem gratie cum dicit. Flumina de ventre eius fluent: id est de corde eius. Quarto promittit dare continuationem et perseuerantiā gratie cum subdit, fluent aque viue. A

¶ Circa primū notādū ꝙ homines tam boni q̄ mali habent potentiā receptiuā gratie: soli autē dānati ista potentia carēt. Non em̄ ad istū fontē possunt venire nec de ipso fonte etiā minimā guttā haurire: ad fontē q̄dē venire nō possunt, qꝛ habēt ligatas manꝰ ⁊ pedes ⁊ sunt in tenebris. Mat. xxij. Ligatis manibꝰ ⁊ pedibꝰ mit. in tenebras exteriores. Nō igitur possunt venire qꝛ habēt ligatos pedes. Nec etiā possunt se dissoluere qꝛ habēt ligatas manꝰ: nec etiā scirent venire, qꝛ sunt in tenebris dānati: habēt ligatas manus: qꝛ nullū bonū velle: vel desiderare possunt vel facere: sunt in tenebris qꝛ nullū bonū possunt intelligere: sunt in tenebris exterioribus, qꝛ nullū bonū possunt sperare: sꝫ sunt extra spem omnem salutis: dato etiā ꝙ ad fontē possent venire, tamen de illo fonte nec modicā guttam gratie possent haurire, sicut ptꝫ in illo diuite qui modicā guttā aque, id est gratie refrigerantis petijt ⁊ tamē obtinere nō potuit. Si ergo demones vel damnati haberent istam potentiā receptiuā gratie ad momētū vnius hore ita se disponerēt ꝙ ad istū fontē venirēt ⁊ aquā gratie obtinerēt. Miseri autem peccatores quādocūq̄ voluerint venire possunt et tamen venire contemnunt. B

¶ Iste enim fons omnibus ptꝫ tam bonis q̄ malis: de quo fonte dicitur zacha. xiij. Erit fons patens domui dauid ⁊ habitantibus hierusalē in ablutionem peccatorū ⁊ menstruate. Per Dauid q̄ interpretatur manu fortis intelligunt̄ actiui. Per hierusalem qui interpretatur visio pacis intelligunt̄ contemplatiui: nomine autē peccatoris intelligunt̄ illi qui habēt peccata spiritualia. Per menstruatā autem illi qui habent peccata carnalia: oēs em̄ isti in isto fonte bibere deberēt: scꝫ actiui vt amplius roborent̄. Contemplatiui vt dulcius cōtemplentur: ⁊ omnes peccatores vt a sordibus mundentur. C

¶ Circa secundū notandum ꝙ dn̄s seruis suis dat gustum gratie: ⁊ ille gustus est tāte ꝟtutis ꝙ extinguit sitim olim mūdanorum: est tante duscedinis ꝙ in dulcedinē conuertit supplicia tormentorum: est tante suauitatis ꝙ animam excitat ad desideria supernorū. ꝙ enim eius virtus extinguat sitim mundanorū, ptꝫ in Magdalena q̄n extinxit in sitim carnalis concupiscentie: in Wattheo sitim auaritie: in paulo sitim superbie et mundane glorie: in Iacobo et Ioanne extinxit amorem domesticum et amorem proprium. nam

ſicut dicitur Matthei.iiij. Vidit ieſus Iacobum et Joannem in naui cum zebedeo patre eorum et vocauit eos. illi autē mox vt ſenſerunt guſtū diuine gratie: reliquerunt amorem terrenum et patrem dimiſerunt in naui & ſic reliquerunt amorem domeſticum & ſecuti ſunt chriſtum, non ſeipſos nec proprias voluntates, et ſic reliquerunt amorem proprium. Auguſtinus. Qui biberit de fluuio paradiſi cuius guſta maior eſt oceano reſtat: vt in eo ſitis mundi penitus extincta ſit. D

¶ Quod autem dulcedo eius tormenta & ſupplicia vertat in dulcedinem: patet in Stephano qui lapides tortētis fecit dulces. iuxta illud. Lapides torrētis illi dulces fuerunt. In andrea crucis ſupplicium vertit in gaudium. Unde dixit alloquens ipſam crucem ſecurus et gaudens venio ad te. In Laurentio ignis incendium vertit in refrigerium. Unde dixit Decio. diſce miſer: quia carbones tui preſtāt mihi refrigerium: tibi autem parant eternum incendium. in plurimis omnes cōtumelias verebatur in gloriam. Actuū. v. Ibāt apoſtoli gaudentes a cōſpectu concilij quoniam digni habiti ſunt pro nomine ieſu contumeliam pati, q̄ vero eius ſuauitas faciat deſiderare celeſtia dicit Matthei. xvij. Ubi petrus aqua ſpiritusſancti potatus & quodam modo ebrius effect⁹ dixit domine bonum eſt nos hic eſſe: ſi vis faciamus hic tria tabernacula. E

¶ Dicitur autem tabernaculum a taberna, volebat enim petrus q̄ ibi eſſent tres taberne in quibus vnū ſpiritusſancti vēderetur: ita q̄ pater haberet ſuam tabernam filius ſuam et ſpiritusſanctus ſuam. In taberna autem patris venditur vinum fortē: id eſt gratia corroborans que habet animam in bono confirmare. in taberna filij vēditur vnum clarum: id eſt gratia illuminans que habet animam in agēdis dirigere & illuminare. In taberna ſpiritusſancti venditur vinū dulce: id eſt gratia dulcorans que habet animam celeſti dulcedine adimplere. F

¶ Circa tertium notādum q̄ chriſtus viris perfectis dat ſpiritum ſanctum in magna plenitudine. ideo dicitur flumina de ventre eius fluent aque. Uocatur ſpiritus ſanctus flumen ſecūdum Chryſoſto. quia ſicut flumen nec reuertitur, nec fiat ſi ſemper currit. ſic et illi qui habent ſpiritum ſanctum non reuertuntur ad peccatū nec fiant per octa ſed ſemper currunt ad fortia. De iſto flumine dr Ezechiel. c. xlvij. Menſus eſt mille cubitos et tranſduxit me per aquā vſq; ad talos. Rurſum menſus eſt mille et perduxit me vſq; ad genua. Rurſumq; menſus eſt mille & perduxit me per aquam vſq; ad renes. De hoc etiaz flumine dicitur Eſaie. xxx. Spiritus domini velut torrens inundans vſq; ad medium colli. Quidam ergo in hoc flumine introducuntur vſq; ad talos. Quidam vſq; ad genua: quidam vſq; ad renes: quidam vſq; ad collum. In talibus autem eſt corporis ſupportatio in genibus deambulatio: in renibus viget concupiſcentia a colo procedunt verba. Illi ergo in flumine ſpiritusſancti introducuntur vſq; ad talos qui fortes ſunt ad ſupportādum aduerſa. hs. Spiritu otio et omnis virtus eorum. Illi introducuntur vſq; ad genua qui ſunt magnanimes ad aggrediendū opera virtuoſa. Ezechiel. j. Ubi erat impetus ſpiritus: illuc gradiebantur illi introducuntur vſq; ad renes in quibus extinguūtur omnia deſideria carnalia. Gre. Guſtato ſpiritu deſipit omnis caro. Illi introducuntur vſq; ad colla qui habēt vtilia verba. Matthei. Marci. xiij. Nō enim vos eſtis qui loquimini, ſed ſpiritusſanctus. Circa quartum notādum q̄ ſpiritusſanctus dicit aqua viua, quando ſcilicet quis habet gratie continuationem et perſeuerantiam. Sine hac enim nihil valeret precedentia. Bernardus in epiſtola ad eugenium papaz. Tolle perſeuerantiā nec obſequiū mercedez habet: nec bene ficiū gratiā nec laudē fortitudo. Ille autē fluuius aq̄ viue ſpecialiter fuit in celo. De quo dicit. Apoc. xxij. mo. Oſtendit mihi fluuiū aque viue ſplendidum tanq̄ cryſtallum procedentem de ſede dei & agni et in medio platee hieruſalem. Ex quibus verbis habetur q̄ iſte fluuius ſpiritusſancti dabit ſatietatem reficientem: ideo vocatur flumen. H

¶ In ſenti enim vita ſancti viri bibunt aquā ſpiritusſancti ad mēſurā. Ezec. xlij.

Aquā in mēsurā bibes. In futuro autem iniusto flumine erūt ⁊ sine mensura bibere poterūt. Cāt.v. Bibite amici mei ⁊ inebriamini charissimi. Serui dei in presenti sunt amici dei: in futuro erunt charissimi. Amici ergo bibūt qꝛ spm̄ scim̄ habēt ad mēsuram. Sed charissimi erūt ebrij: qꝛ ipsum habebūt sine mensura. Secundo iste fluuius habet emanationē, ideo dicitur aque viue. Fluuiꝰ aque mūdi deficit: sed fluuiꝰ spiritussancti deficere nō valebit. Hier.ij. Me dereliquerūt fontē aque viue: ⁊ foderūt sibi cisternas dissipatas que cōtinere nō valent aquas. Mundus est sicut cisterna perforata: qꝛ amor eius deficit cito. Spūs autem sanctus est aqua viua: qꝛ amor eiꝰ nunq̄ deficit. Qđ em̄ amor mūdi cito deficiat dicitur Joānis.ij. Mundus trāsit ⁊ cōcupiscētia eiꝰ ꝙ autem amor spūssancti nō deficiat dicitur.j.Cor.xiij. Charitas nunq̄ excidit. Tertio hꝫ claritatē refulgētē, iō dr. Splēdidū tanq̄ cristallū. Fluuiꝰ amoris mūdi est turbidꝰ: ⁊ iō facit aiam turbidā ⁊ fedā. Jere.ij. Quid tibi in via egypti vt bibas aquā turbidā. Fluuiꝰ vero amoris dei ē clarꝰ: ⁊ iō facit aiaꝫ clarā ⁊ pulchrā Sap.vj. Clara est ⁊ que nunq̄ marcessit sapia. Esa.lviij. Implebit aiam tuā splēdoribus. Quarto hꝫ suauitatē efficientē ideo dr. Procedentem de sede dei ⁊ agni hoc est de contēplatione dei ⁊ eius diuinitatis ⁊ visiōe humanitatis, ex qua visiōe ⁊ cōtēplatione causat̄ tota dulcedo ⁊ suauitas sanctoꝝ. Fluuius aūt mundi habet aquas amaras. Esa.xxiiij. Amara erit potio bibentibꝰ illā. Exo.xxv. dr ꝙ ppl's nō poterat bibere de aquis marath. Marath iterpretat̄ amaritudo pctl: ⁊ signat mundū in quo sunt multe amaritudines peccatorū. Fluuius autem spiritussancti hꝫ aquas dulces. Ecclesiastici.xxiiij. Spiritus meꝰ super mel dulcis: ⁊ hereditas mea super mel ⁊ fauū, qui edunt me adhuc esurient, ⁊ qui bibūt me adhuc sitiāt Quinto habet penitentiā assistentem: qꝛ fluit in medio platee hierusalē. Mūdus dat suas consolationes cū magno labore, qꝛ opꝫ qđ homo vltra mare vadat et labores multos sustineat ⁊ diuitias ⁊ cōsolatiōes mundanas acquirat. Sed fluuiꝰ spūssctī ⁊ in pñti vita fluit ad hostium volūtatis, ⁊ in futuro fluit in medio ciuitatis celestis. Et quilibet sine labore pōt inde haurire. Deuter.xxx. Mandatū qđ ego ꝑcipio tibi nō supra te est, neq̄ ꝓcul positum neq̄ trans mare: vt causeris dicas Quis ex nobis transfretare poterit mare: ⁊ illud ad nos vsq̄ deferre, sꝫ iuxta te est valde in ore tuo ⁊ in corde tuo vt facias illud, Fluit etiam ad ostiū nostre voluntatis. Apocalip.iij. Ego sto ad hostium ⁊ pulso.

69 ¶ Feria.iij.hebdoma. quinte.xl. Sermo primus.

Ambulabat iesus in Galileā. Joan.vij. Sicut ptꝫ ex isto euāgelio inter iudeos quidā erāt maliciosi, q̄ scꝫ xp̄m occidere volebāt. De quibꝰ dicit̄ in principio euāglij. Ambulabat iesus in galileā. Non em̄ volebat ambulare in iudeā quia querebant iudei eum interficere. A

¶ Secundo erant quidā vane gloriosi q̄ mundi gloriā querebāt: sicut erant quidam ꝓpinqui xp̄i qui dixerunt ei: transi hinc ⁊ vade in iudeā. Tertio erāt q̄dam formidolosi, qui scꝫ in xp̄m credebāt: sꝫ ꝓpter metū iudeorū eū confiteri non audebāt. De quibꝰ dicitur. Quidam em̄ dicebant qꝛ bonus est: alij autem dicebant non: seducit turbas. Nemo tamen, scꝫ illorum qui in ipsum credebāt palā loquebat̄ de illo ꝓpter metum iudeorū. Inter istos scꝫ maliciosos vani gloriosos: ⁊ formidolosos erat xp̄s in medio cōstitutus. Circa primū duo dicunt̄ scꝫ ꝙ xp̄s in galileam ambulabat, ⁊ ꝙ in iudeā ire nolebat. Galilea aūt interpretat̄ transmigratio siue volubilis. Et signat presentē vitam q̄ est volubilis ⁊ trāsitoria. In qua volubilitate Christus nobiscum fuit: et ideo in Galileam cum discipulis suis ambulauit. Post resurrectionem autem discipulos suos in galileam precessit. Mat. vlti. Precedam vos in Galileā, qꝛ iam cū eis in vite mutabilitate nō fuit. Postq̄ em̄ in baculo crucis flumē nostre mortalitatis transiuit omnē mutabilitatē abiecit.

Genesis.xxxij. In baculo meo trāsiui iordanem istum. B

¶ Iste autē fluuius mutabilitatis humane triplicē habuit statum. In primo quidez stabat ⁊ parat⁹ erat stare ⁊ fluere. Et hoc fuit in prima hominis cōditione: qñ homo habuit i potestate mori ⁊ nō mori. In secūdo aūt statu nō stat nec reuertitur sed semper fluit. Iuxta illud.ij. Regum xiiij. Omnes morimur ⁊ quasi aq̄ dilabimur in terrā que non reuertuntur. In tertio autē statu iste fluuius reuertetur: quia omnes q̄ fluxerunt per mortez reuertunt̄ per resurrectionē. Et tūc iste fluui⁹ semp̄ stabit quia nullus de cetero moriet̄. C

¶ Possum⁹ igit̄ dicere ꝙ christus in isto triplici statu fuit. Naz virtute diuinitatis potuit mori ⁊ nō mori. Iuxta illud Johā. x potestatē habeo ponēdi animā meam ⁊ iterum sumendi eam. Inquantñ autem homo mortalis fuit in secūdo statu fuit: quia ideo nasci voluit vt moreret̄. Ideo in sua natiuitate magi sibi myrrhā obtulerūt: ad innuendum ꝙ homo mortalis erat, qr tunc corpora mortuorum condiebantur cuz myrrha. Inquātū autē a mortuis resurrexit fuit i tertio statu. Rom̄.vj. Christus resurgens a mortuis, iam non moritur. C

¶ Secundo dicitur ꝙ nolebat in iudeam ire. Et subditur causa: quia querebāt eū iudei interficere. Subtrahebat ergo suā presentiā ab eis triplici de causa scilicet rōne sui, nr̄i ⁊ iudeorū. Primo ratiōe sui: qr nolebat adhuc a iudeis occidi ex eo ꝙ nōdū venerat tēp⁹ passiōis sue ab ip̄o electū. Uñ respōdit illis q̄ suadebāt vt i iudeā iret. Tēp⁹ meū nondū aduenit tēp⁹ aūt ⁊c. Scdo ratione nr̄i vt nobis exēplū daret: ꝙ aliqñ p̄secutores possum⁹ declinare. Istā rationē ponit btūs Aug. dicēs poterat dn̄s inter iudeos ambulare ⁊ nō occidi ab eis. Hāc em̄ potentiā qñ voluit demōstrauit: sed in infirmitati nostre prebebat exēpluz. Nō enim ipse perdiderat potestatē: sed nostrā cōsolabatur fragilitatē. Futurū enim erat vt aliquis fidelis abscōderet se ne a p̄secutoribus inueniretur: ⁊ ne illi p̄ crimine latibulū obijceretur: processit in capite vt in mēbris cōfirmaretur. Tertio ratiōe iudeorū. Hāc rationē assignat Theophilus dicēs. Nolebat in iudeam ambulare. Uanū enim reputabat i medio inimicorū manere ⁊ magis ipsos ad odiuz incitare. Circa scdm notandum ꝙ christ⁹ quosdā habebat cognatos scdm carnē q̄ more iudeorū fratres dicebantur: q̄ tamē de numero apl̄orum nō erāt nec adhuc in christuz credebant. Isti enim erant cupidi mūdane glorie. Erat autē tūc in proximo dies festus iudeorum scenophegia. ⁊ dicit̄ scenophegia a scenos quod est vmbra: quia tūc iudei in vmbraculis salicū habitant in memoriā ꝙ patres eoruz per quadraginta annos in tabernaculis habitauerāt. D

¶ Isti igitur cognati xp̄i volebāt ꝙ xp̄s ad illum festum ascenderet ⁊ ibi gloriam suam manifestaret. Et imponebant xp̄o tria s̄m Chry. scz formidinē: amorē glorie: ⁊ quia nō erant vera multa miracula que de ipso dicebantur. Nā in hoc ꝙ dicunt ꝙ nemo quidē in occulto aliquid facit, notabant eū de formidine. In hoc ꝙ subdūt ⁊ querit ipse in palam esse notāt eū de amore glorie. Et in hoc ꝙ subiūgitur si hoc facis manifesta teipsum mūdo notabant eum ꝙ non faci bat multa que dicebantur. E

¶ Christus autem respondit eis, ostēdēs qd̄ inter ipsum ⁊ ipsos tres erāt differētie. Una est qr tēpus suum nondū aduenerat: tēpus aūt ipsoꝝ semp̄ paratuz erat. Et potest itelligi de tempore glorificationis sue q̄si dicat. Uos vultis ꝙ ego ostēdam gloriā meā, sed tempus glorie mee manifestāde. quale erit tēp⁹ mee resurrectionis ⁊ ascēsionis nōdum aduenit. Tēpus aūt vestrū, id est gl̄ia mūdi semp̄ est paratū. Uel pōt intelligi d̄ tp̄e passionis. Dicit em̄ Chryso. ꝙ isti fratres q̄ in eū nō credebāt: ideo forte cōsulebāt vt i iudeā ascēderet vt ip̄m iudeis traderent. Et iō dicit. Tēpus meū scz me tradēdi iudeis ⁊ ab eis occidēdi nondū aduenit. tēpus aūt vestrū scilicet standi cum iudeis semper est paratum. F

¶ Habuit autē xp̄s triplex tēpus scz preteritū p̄sens ⁊ futurū. Tēp⁹ p̄teritū fuit tp̄s natiuitatis scz de quo Gal̄.iiij. Ubi venit plenitudo tp̄is misit de⁹ filiū suum ⁊c. Et illd̄ tp̄s fuit ad gl̄iaz dei ⁊ ad pacē

mūdi. Uñ tūc angeli gloriā cātauerūt dicētes. Glia in excelsis deo: ⁊ in terra pax hominib⁹ bone volūtatꝫ. Tēp⁹ pñs fuit tēp⁹ vite sue: ⁊ illud expendit in vtilitatē nr̄aꝫ totū eñ tēp⁹ vite sue expēdit ⁊ ꝯsumpsit ad nostrā eruditionē ⁊ instructionez. Tēpus futurū erat tēp⁹ sue passiōis ⁊ illud expēdit ad redēptionē generis hūani: ecce q̄ vtiliter christ⁹ totū tēp⁹ suū expendit. Sed multi sunt qui tēpus suū preteritū in vanitatibus cōsumūt, tēpus presens similiter in vanitatibus expēdūt. tēpus vero futurū deo dare nolūt dicētes adhuc ero bon⁹ homo: adhuc penitētiā faciā. Sꝫ sicut dicit Aug. Qui ꝓmisit veniā penitēti nō ꝓmisit diē crastinū differēti. dicit tamē Bern. ꝙ vere penitēs de tēpore nihil ꝑdit: ⁊ p̄teritū restaurat ꝑ cōtritionē ⁊ cōfessionē. p̄sens per bonā operationē ⁊ futurum tenet per boni propositi constantiā et firmitatem. Secuda differentia inter christum ⁊ illos erat quia christus mūdū, id est mūdanos reprehēdebat. Et ideo mūd⁹ ipsuꝫ odiebat: christi autē mundū diligebāt. ⁊ ideo mund⁹ eis fauebat. Unde subdit. non potest mūdus odisse vos. G

¶ Ita est enim de mundo ⁊ mūdi cōtemptoribus ⁊ amotorib⁹ sicut de duob⁹ hominibus cōmorantibus insimul. Si enim duo homines insimul sunt, ambo mutuo se possunt videre ⁊ diligere. si v̄o ambo sunt mortui: neuter pōt alterū videre nec diligere. Si autē vnus est mortu⁹ ⁊ alter viuus. Uiuus mortuū videt mortuus aūt viuū videre nō pōt. Homo igitur ⁊ mundus sunt q̄si duo homines tunc autē ambo sunt viui qñ homo mūdū, diligit: ⁊ mūdus sibi prospera tribuit. De his duob⁹ j. Joh. iiij. dicitur. Ipsi de mundo sunt, et ideo de mūdo loquunt ⁊ mūdus eos audit, tales erāt isti fratres xp̄i. Ideo dixit eis. nō potest mūdus odisse vos. vbi dicit Chryso. qualiter eos mūd⁹ odit q̄ eadē cum mūdo volūt ⁊ ꝓ eo student. Tūc ambo sunt mortui quādo hō mūdū nō amat ⁊ mund⁹ de ipso nō curat talis erat apl̄s qui dicebat. Gal. vj. Mihi mūd⁹ crucifixus ē ⁊ ego mūdo: talꝫ erat xp̄s q̄ mūdū reprehendebat. ⁊ ideo mūd⁹ ipsuꝫ odiebat. Unde ait. me aūt odit qꝛ testimoniū perhibeo de illo qꝛ opera illi⁹ mala sūt. Tunc autē vn⁹ est mortu⁹ ⁊ alter viuus qñ mūd⁹ de hoīe nō curat ⁊ tñ hō mūdū amare nō cessat: vl̄ qñ hō mundū amare cōtemnit: ⁊ tñ mūd⁹ occupationibus eum abstrigit. Tertia differētia erat īter christū ⁊ illos qꝛ illi glia mūdi amabāt: christus autē gloriā mūdi contēnebat. Unde ait. Uos ascendite ad diem festum hunc, ego non ascendā scilicet vobiscū: vel nō ascendā eo mō quo vtilis scilicet vt laudem ⁊ fauorem humanam habeam et acquiram. H

¶ Isti volebāt semꝑ in festo esse licet nō in vigilia qꝛ semper volebāt habere gloriā mūdi ⁊ nullā ferre mūdi molestiā: similes istꝫ sūt multi ī pñti vita q̄ volūt semper facere festū, ⁊ iō in futuro faciēt vigiliā. Uolūt eī mō esse ī ꝯmessatiōib⁹ risib⁹ ⁊ vanitatibus. Ideo erūt semper in esurie ⁊ ī fletu ⁊ in tribulatiōe ⁊ ideo modo faciūt festū qꝛ modo sunt in humana consolatiōe de q̄bus d̄r Luce. vj. Ue vobis q̄ nunc ridetis: ecce festū qꝛ lugebitis ⁊ flebitis: ecce vigilia. Ponat̄ exēplū de lazaro ⁊ diuite. lazar⁹ q̄dē fuit ī vigilia id est in paupertate ⁊ esurie ⁊ tribulatiōe. ideo modo est ī festo qꝛ est ī abūdātia, ī satietate, ⁊ cōsolatiōe: diues autē fuit semꝑ in festo. s. ī epulatione ī pōpa ⁊ leticia. ideo modo facit vigilias: qꝛ modo est ī tormētis in igne esurie ita ꝙ nec guttā aque potuit habere. I

¶ Circa tertium notandū est ꝙ erant qui dez formidolosi ⁊ timidi q̄ christū credebāt sed vetitatē dicere nō audebāt. ideo in veritatē peccabāt. Trib⁹ enim modis vt dicit Chryso. ī veritatē q̄s peccare pōt alij veritatē tacendo: alij veritatē ip̄m in mēdaciū cōmutādo: alij ipsam veritatē nō defendēdo: erāt eodē modo q̄dā hic q̄ veritatē p̄ timore tacebāt. Unde in euāgelio d̄r: alij decebāt qꝛ bon⁹ est, ⁊ subditur. nemo tamē palā loquebat̄ de illo ꝓpter metū iudeorū. Aug. Uterq; reus est apud deū ⁊ qui veritatē tacet ⁊ q̄ mendaciū dicit: ille qꝛ prodesse non vult, iste qꝛ nocere desiderat. Alij erāt q̄ ip̄aꝫ v̄itatē mēdaciū ꝯmutabāt. de q̄bus subdit̄. alij autē dicebāt nō, sed seducit turbas. de talibus d̄r Rom. j. Cōmutauerunt veritatē

dei in mendaciū: alij erant q̄ ipsam ꝟitatem nō defendebāt. de quib⁹ dicit. Murmur mult⁹ de eo erat in turba: murmurabāt q̄dā de ei⁹ ꝙ pharisei xp̄m persequebantur: sed tamē cum nō defendebāt nec aperte resistere audebant cum tamē dicatur Eccl. iiij. Pro iustitia agonizare ꝑ anima tua vsq; ad mortem.

70 ¶ Eadē. iij. feria. v. hebd. xl. Serm. ij.

Vos ascendite ad diē festū hūc ego autē non ascendam ad diem festum istum. A ¶ Beatus Johānes euāgelista describit nobis tria festa. Unuz est ꝙ nunq̄ est celebrandum qr xp̄s illud festū voluit celebrare ⁊ hoc ostendit xp̄s cum dixit. Uos ascendite ad diem festuz hūc. Secūdum est qd̄ est celebrandū quasi occulte nō vane, neq; pōpatice, de quo subditur. Ut aūt ascenderūt fratres eius ⁊c. Tunc ⁊ ipse ascēdit ad diē festū: non manifeste, sed quasi in occulto. Tertium est quod est celebranduz manifeste ⁊ cū magna solennitate: sicut festuz qd̄ fiet in templo celesti. Istud signatur ꝑ illud qd̄ Joannes immediate subdit dicens, iā autē die festo mediāte ascendit iesus in tēplū. Circa primū notāduz est ꝙ festū hominū vanorum nō est celebrandum: quia totū tempus suum ponunt in commessationibus delectationib⁹ ⁊ vanitatib⁹. De quo festo dicit Exodi. xxxij. Cras solennitas dñi est: ⁊ subdit. Et sedit populus manducare ⁊ bibere ⁊ surrexerūt ludere. B ¶ Istud est festū diabolicū ⁊ non est fiendum triplici de causa. Prima quia hec vita tota est vigilia Ideo debem⁹ ieiunare ⁊ peccata nr̄a, plāgere nō possumus ad festū celeste peruenire. Joel. ij. Conuertimini ad me in toto corde vestro, i ieiunio ⁊ fletu ⁊ plātu ⁊c. Matthei quinto. Beati qui lugent: ecce vigilia: quoniā ipsi cōsolabuntur: ecce festū: sed homines vani volunt hic facere festū: ideo veniēt ad vigiliā. Luce. vj. Ue vobis q̄ saturati estis ecce festū: quia esurietis: ecce vigilia. Secundo istud festū nō est celebrandum: qr ista vita tota est exiliuz. Stultus em̄ esset ille peregrinus q̄ in exilio positus vellet facere festū: sed debet expectare quousq; ad suā patriā reuertat. Ista igit̄ vita est qd̄dā exiliū. p̄s. Aduena ego sum apud te ⁊ peregrin⁹. Patria autē nostra est regio celestis. Heb. xij. Nō em̄ habem⁹ hic manentē ciuitatē: sed futuram inquirim⁹ qr ergo hic peccatores faciunt patriam: ideo a patria celesti semper erunt exulati ⁊ banniti. Apocal. xxij. Foris canes et venefici ⁊ impudici. Tertio istud festū nō est fienduz: qr ista vita est locus laboris. Joh. v. Homo nascit̄ ad laborē, auis ad volandū, ideo serui dei sunt in cōtinuo labore. Gal. vj. Dum tēpus habemus operemur bonū ad om̄es, ⁊ ideo de labore venient ad q̄etē. Apoca. xiiij. Amodo iaz dicit spūs vt req̄escet a laborib⁹ suis. Uani aūt homines volūt esse in ocio: ⁊ ideo de ocio veniēt ad laborē. p̄s. Laborabit in eternū ⁊c. s. i penis, et viuet adhuc in finē. Scd̄o ē quoddā festū (vt dictū est) qd̄ est celebrandū: sz q̄si occulte: ⁊ iterū ꝙ est celebrandū solēniter et manifeste. C ¶ Et ad ista intelligenda notandū ꝙ anime sanctorū virorū tres habent status. Primus status: est in quo ipse anime in p̄senti vita cū suo corpore sunt coniuncte: ⁊ tali modo sunt in manu dei. Sapien. iij. Istorū anime in manu dei sunt ⁊c. Secundus stat⁹ est in quo ipse anime a suis corporib⁹ sunt exute: ⁊ quantū ad hoc sunt in sinu dei. Esa. xl. In brachio suo cōgregabit agnos, ⁊ in sinu suo leuabit feras ipse portabit cōgregabit agnos. i. inocētes, ne ab innocētia cadāt. Leuat ⁊ portat fetas. i. penitētes i sinu, vt semꝑ i operibus penitētie fecūdi ꝑmaneāt. Tertius est in quo aīe ad sua corpora reuertent̄ ⁊ in suis corporibus beatificabūtur: ⁊ q̄ntū ad hoc sunt in thalamo dei. Deut. xxxiij. Amātissim⁹ dñi habitabit cōfidēter in eo quasi in thalamo tota die morabitur, ⁊ in humeris illius requiescet. D ¶ Inquantū igitur sunt anime adhuc in presenti vita cū ipso suo corpore coniuncte, ⁊ sunt in manu dei: non debet eis fieri aliqd̄ festuz triplici de causa. Primo propter periculū: quia ille qui est homo sanctus, cras potest esse mal⁹. j. Cor. x. q̄ stat

videat ne cadat. Scdo ꝓpter dubiũ: qꝛ nescimꝰ q̃ sunt in dextera dei vel sinistra. Multi enim videntur esse boni ⁊ in eius dextera, q̃ tamen sunt mali ⁊ in sinistra, et ecõuerso. Judas em̃ qñ erat bonus videbatur esse in dextera dei: ⁊ tamẽ q̃tuꝫ ad dei p̃scientiã erat in sinistra. Latro quaꝫdo erat in cruce videbatur esse in sinistra dei: ⁊ tamẽ ĩ dei p̃destinatiõe erat ĩ dextera. Tertio ꝓpter statũ, quia sancti viri in mundo isto multis tribulatiõibus sunt expositi. Homo autẽ qui est in tribulatione non indiget celebratione festi: sed cõpassione animi ꝓpter istã causaꝫ, nec de xp̃o nec de beata virgine q̃diu fuerũt in hac vita: factũ fuit aliquod festũ, quia tota vita sua fuit in labore ⁊ afflictione: ⁊ iõ non erat eis necessaria celebratio festi, sꝫ cõpassio. Secundo aĩe considerãtur, prout sunt exute a corpore: ⁊ q̃tũ ad hoc sũt in sinu dei, sicut em̃ illud quod est ĩ sinu, est securum, est homini carũ, est homini quodãmodo cõiunctũ: sic ⁊ aĩe sanctorũ dicũtur omnes in sinu dei: qꝛ sunt valde secure. Joh. x. Nõ rapiet eos quisq̃ de manu mea: sunt deo valde care. j. Coꝝ. vj. Empti estis precio magno: sunt deo cõiuncte et vnite. Johã. x. Omnes vnũ sint sicut tu pater in me: ⁊ ego in te. Sicut em̃ filiꝰ est vnum cũ patre per naturam: sic et sancti vnum erunt per gratiam. ¶

¶ Quantum ad istum statũ de sanctis in presenti vita facimꝰ festum tribus de causis: vt dicit Augustinus contra Faustum. Primo propter imitationẽ: vt scilicet ex hoc exempla sanctorũ imitemur. Jacobi quinto. Exẽplũ accipite fratres mali exitus longanimitatis ⁊ patientie ⁊ laboris prophetis q̃ locuti sunt in nomine domini. Secũdo ꝓpter meritoꝝ associationeꝫ vt scilicet eorũ meritis associemur ⁊ ꝑticipes simus. Sancti em̃ merita sua participant his qui illos honorant. Tertio propter orationẽ eoruꝫ: vt scꝫ ipsi apud deũ pro nobis intercedãt. Ideo dicit Job. v. Ad aliquẽ sanctorum conuertere. Istud autem festũ debet fieri quasi occulte. i. nõ pompatice nec cuꝫ aliqua vanitate: et in hoc maxime peccãt mulieres: ꝯtra quas dicit Amos octauo. Conuertam festiuitates vestras in luctum, ⁊ omnia cantica vestra in plãctum, ⁊ inducã super omneꝫ dorsum saccũ, ⁊ super omne caput caluicium. Mulieres em̃ in festiuitatibus consueuerũt ducere choreas: ⁊ vanas dicere cãtilenas. Sed ista cantica cõuertẽtur in luctũ infernalẽ. Et ideo dicit. Conuertaꝫ festiuitates vestras in luctum. Consueuerunt etiã fatua ⁊ vana ornamẽta deferre. Sed ista ornamẽta ĩ saccũ mutabunt: qꝛ cũ sacco ⁊ cinere sepelientur. Et ideo dicit. Inducam super omnẽ dorsum saccũ. Consueuerũt capillos alienos deferre ⁊ caput suum vane ornare: sꝫ ille ornatꝰ in caluitiũ cõuertetur: qꝛ sicut patet, capita earũ ĩ momẽtis totaliter decaluata sunt: ⁊ ideo subditur. Sup̃ om̃e caput caluitiũ. Tertius status, est quãdo post beatã resurrectionẽ anime ad sua corpa reuertẽtur: ⁊ tũc faciẽt festum non semel in anno, vel mense, vel hebdomada: quia ibi non erit annꝰ, nec mẽsis, nec hebdomada, sꝫ tantum vna dies. Unde Augustinꝰ exponens illud verbũ Christi. Nondum venit tẽpus meuꝫ: exponit de tẽpore glorie in persona christi, dicẽs. Iste est dies festus meꝰ, non diebus istis percurrẽs ⁊ trãsiens sed ꝑmanẽs in eternum. Ipsa festiuitas est gaudiũ sine fine. Eternitas sine labore, serenitas sine nube. Istud festũ fiet nõ occulte, sꝫ cum magna celebritate: qꝛ omnes angeli ⁊ omnes beati, ĩsimul deũ laudabunt. Aug. in lib. de ciui. dei. Uacabimꝰ, ⁊ amabimꝰ ⁊ videbimꝰ, ⁊ laudabimus. Ecce q̃d erit in fine sine fine. Ad vacare igitur sequit̃ videre, quia nisi homo vacet nihil videt. Juxta illud. p̃s. Uacate ⁊ videte: ideo dicit. Uacabimus ⁊ videbimus. Ad videre sequit̃ amare: quia nulla res potest amari nisi videat̃: vel nisi aliq̃modo cognoscat̃: ideo dicit. Uidebimus ⁊ amabimꝰ. Ad amare sequit̃ laudare et cõmẽdare. Illã enim rem quam odio habeo semper vitupero: illam autem quam diligo: semp̃ cõmendo et extollo. Et ideo dicit. Amabimus ⁊ laudabimus. Sancti igitur in patria vacabunt: vacando videbunt ⁊ videndo amabunt, ⁊ amando laudabunt ⁊ hoc erit in fine sine fine.

71 ¶ Feria quarta quinte hebdomade quadragesime.

Sermo primus.

Acta sunt encenia hierosolymis ⁊ hyems erat. Joannis x. Encenia erat festum dedicationis templi, Et dicitur encenia encenio rum in plurali: quia illud festum ꝙ plures dies agebatur. Et dicitur ab en, quod est in ⁊ cenos quod est nouum, vnde encenio: as, id est initio, vel aliquid de nouo facio. Unde vestem nouam enceniat qui primo eam portat. Et eps ecclesiā enceniat qñ eā dedicat. Agebat tunc festū dedicationis tēpli. ¶ Nam ſm hieronymum tres fuerunt dedicationes templi. Prima facta fuit a salomone in autumno mense septembri. Secunda facta fuit a redeūtibus de captiuitate babylonica in vere mense martij. Tertia facta fuit a iuda machabeo ꝺ templum prophanatum a gentibus mūdauit: ⁊ in hyeme mense septembris: de qua hic dicitur. Christus ergo ad illud festum dedicationis ascendit ⁊ ambulabat in porticu salomonis. Fecerat quidē salomon quandā porticum vbi populus stabat ad orandum, ⁊ quamuis illa porticus fuerit postmodum destructa: tñ credendum est ꝙ tunc fuerit reparata. Tūc igitur iudei Christum circundederunt dicentes. Quousq; animam nostram tollis si tu es Christus, dic nobis palam. In hoc sicut dicit Chrysostomus: ostenditur peruersitas iudeorū: qui quando christ⁹ eos erudiebat per verba, petebāt signa dicētes illud Jo.ij. Quod signū ostēdis nobis quia hec facis? Cū aūt faciebat signa petebāt verba sicut hic patet cū dicunt. Si tu es Christus dic nobis palam. ¶ Notandum est aūt ꝙ iudei intendebant xp̄m decipere, vel eū deterrere vel ipsum conturbare, sed christus contra hoc ꝙ voluerūt eū decipere se habuit sapienter. Contra hoc ꝙ voluerūt eū deterrere se habuit cōstanter: contra hoc ꝙ voluerūt eū conturbare se habuit patienter: respondit rationabiliter. Primo ꝺ dem voluerunt eū decipere ⁊ premittūt verbum adulationis: vt citius eum decipere possent, dicētes: vsq; quo ad animā no. tol. ⁊c. Rogitabant eū taliter decipere quia aut respondebit se non esse christum, ⁊ sic habebimus propositū nostrū. Aut se esse christū ⁊ regem: ⁊ tūc sibi duo imponemus: scilicet ambitionē. Unde dicit augustinus. Si diceret, ego sum christus qui de semine dauid est oriund⁹: calumniabuntur ꝙ sibi arrogaret regia potestatē. Iterū vsurpationem regni. Et ꝙ hoc cogitabant cum tradere potestati, ꝑ fidis puniendū quasi ꝙ sibi augustus imperiū vsurparet. Si aūt respōdebit duo dicendo⁹ ꝙ ipse est homo duplex: quia aliud habet in corde: ⁊ aliud dicit in ore. Sed ad ista omnia dominus se habuit sapiēter. Nō em̄ dixit se nō esse xp̄m: qz dixisset contra fidem ⁊ veritatem: ⁊ ipe est veritas, ipsa q̄ mētirinon pōt. Respōdit aūt ad alia duo dicens, loquor vobis, ⁊ nō creditis opera q̄ ego facio in nomine patris mei: testi moniū perhibent de me quasi di. christus. Ualtis me audire si ego sum xp̄s ⁊ ego rñdeo vobis: qz non oportet ꝙ ego dicam: qz opera que ego facio testimonium perhibent de me. ¶ Faciebat em̄ christus quedā opera q̄ indicabant suā humanitatem sicut esurire, sitire: ⁊ conturbationē ostendere: lassitudines sustinere. Quedā que suam potētiam ostendebant diuinitatē, sicut spiritū sanctum dare. Joā. xx. Accipite spm̄ sc̄m. ⁊c. sicut petā remittere. Luc. v. Nō remittunt tibi petā tua. Unde dixerūt scribe ⁊ pharisei. Quis pōt dimittere peccata, nisi solus deus. Sicut infirmos ⁊ mortuos solo imperio suscitare ⁊ sanare. Mar. v. Puella tibi dico surge. Ista opera prebebant testimoniū de eo quod ipse erat verus homo ⁊ verus de⁹. Alis testimoniuꝫ ꝙ sit ver⁹ deus ⁊ verus homo ponit Jo. dicens. ſ. Jo. v. Tres sunt qui testimoniū dant in celo, pater, verbum, ⁊ spūsc̄us ⁊ hi tres vnum sunt. Et tres sunt qui testimonium dant in terra. ſ. spiritus, aqua ⁊ sanguis. ¶ Qō em̄ xp̄s fuerit verus de⁹ dedit testimoniū pater, qñ dixit Matt. iij. Hic est filius meus dilect⁹. Testimoniū dedit sanctus, quādo spirit⁹ in specie columbe super ipsum baptizatus descēdit. Testimoniuꝫ dedit ipse fili⁹, quando dixit. Ego o

pacer vnum sum⁹: quod autem fuerit terrestris ver⁹ homo, tres sunt testes, scilicet spiritus: id est anima quā in cruce emisit. Aqua que de eius latere manauit. Et sanguis q̄ de ei⁹ venit fluxit. Si ergo christus ad illud qd̄ querebant: scilicet si ipse erat christ⁹ respondit: quia opera sua indicabant ꝙ ipse esset. Ad illud ꝙ scire volebāt si respondisset dubie: ait. Pater qd̄ dedit mihi maius omnibus est. Aug. dedit mihi vt sim vcebū eius: vt sim vnigenitus fili⁹ ei⁹: vt sim splendor lucis ei⁹ ⁊ subdit dicens. Ego ⁊ pater vnuz sum⁹: quasi dicat. Uos vultis scire si ego locutus fuero dubie: ⁊ ego dico vobis manifeste: qr ego ⁊ pater vnū sumus. Augustinus. Utrūq; audi ⁊ vnū ⁊ sum⁹ ⁊ a caribdi ⁊ scilla liberaberis, ꝙ dicit vnū, liberat se ab arrio: ꝙ dicit sum⁹, liberat se a sabellio. Si ergo vnū: nō diuersi. si sumus: ergo pater ⁊ filius. Secūdo iudei voluerūt christū deterrere: qd̄ notat̄ per hoc quod dicitur. Sustulerūt lapides iudei vt lapidarēt eū. Audiētes em̄ hoc iudei ꝙ dixit. Ego ⁊ pater vnū sumus inlexerūt ꝙ diceret se equalem deo: ⁊ iō manus ad lapides posuerūt vt sic eum deterrerēt ne talia vlterius dicere auderet. Sed christus ad eoruz terrorē se habuit constanter dicēs. Multa bona opera ostēdi vobis ex patre meo: propter qd̄ eorū op⁹ vultis lapidare, q̄si dicat xp̄s. Nullus debet lapidari propter bona opa: sz ꝓpter mala. Ego autē inter vos mala nō feci: sz multa bona opera operat⁹ suz, qr leprosos mūdaui, cecos illuminaui: mortuos suscitaui. E

¶ Sunt quidā qui reddūt mala pro bonis, ⁊ illud est prohibitū: quia deus sibi hoc retinuit. Rom̄. xij. Mihi vindictam, ⁊ ⁊ ego retribuā. Alij sunt qui retribuūt bona ꝓ bonis: ⁊ illud est quoddā naturale debitū. Matth. v. Si diligitis eos q̄ vos diligūt quā mercedem habebitis: nonne ⁊ publicani hoc faciunt. Alij sunt qui retribuūt bona ꝓ malis ⁊ illud est ꝑfecte charitatis indiciū. Talis erat xp̄s: quia a iudeis multa recipiebat conuicia ⁊ tamē non cessabat eis dare beneficia. Istā doctrinā docet christus suis dicēs Matth. quinto. Benefacite his qui oderūt vos. Alij sunt q̄ retribuūt mala ꝓ bonis: ⁊ illud est valde iniquū. Tales erāt iudei: quia a christo multa recipiebāt bn̄ficia, ⁊ tamē multa inferebāt opprobria p̄s. Retribuūt mala pro bonis: ⁊ odium pro dilectione mea: ⁊ ideo christus charitatiue redarguit dicēs. Multa bona opera ostēdi vobis ex patre meo propter qd̄ eorū op⁹ me lapidatis. Tertio iudei voluerūt christū conturbare in hoc ꝙ blasphemiā sibi imponētes dixerunt. De bono opere non lapidam⁹ te: sz de blasphemia. Nō est aliq̄s ita patiēs, qui nō moueretur ad conturbationē, si tibi diceret̄ ꝙ esset blasphemus. Christ⁹ autē respōdit patiēter ⁊ rationabiliter dicēs. Nonne scriptū est in lege vestra: quia ego dixi dij estis: quasi dicat. Me nō debetis lapidare si deū me vocaui: qr scriptura vr̄a vocat deos homies puros. Multo forti⁹ potest vocari deus ille quē pater sanctificauit: id est quem sanctum genuit in mundum misit. F

¶ Dicit autē glosa ꝙ deus dicitur trib⁹ modis: scilicet natura: ⁊ hoc modo christus erat de⁹. Adoptiōe ⁊ gr̄a, ⁊ hoc modo sancti dicūtur dij: ⁊ falsa nuncupatione: ⁊ hoc modo idola ⁊ demones dij appellantur. Sancti ergo viri dicunt̄ dij nō per naturā, sed ꝑ gratiam. Augustinus. Talis est vnusq̄sq; qualis est dilectio sua scilicet si deū diligis, deus es. Si terram diligis terra es. Diligam⁹ ergo deū vt dij appellemur. contemnem⁹ terrena. ne terra vocemur. Sz posset aliquis dicere. Uolo vtrūq; facere ⁊ deū diligere: ⁊ sic ero de⁹ ⁊ terram amare, ⁊ sic ero terra: sz hoc fieri non potest, quia sicut dicitur Matth. vj. Nemo potest duobus dominis seruire. s. deo ⁊ mundo. G

¶ Et istud potest ostēdi per tria exēpla, scz vasis, manus ⁊ oculorum. Augustin⁹ in libro Homel. hoc ostendi exemplo vasis, qr si vas aliqd̄ debet impleri melle ⁊ est plenū aceto: oportet ꝙ acetum effūdatur ⁊ sic mel infundatur. Unde dicitur Est amor vtilis, ⁊ est amor noxius. Amor amore impēditur, amor noxius recedat: ⁊ amor vtilis succedat. Pleni sunt homies amore hui⁹ seculi: fundant ⁊ capiāt: vis vt inter mel: vnde acetū non fudisti. Se

cundo hoc diem ostēdit Augustinus sup Joannem exemplo manu dicens. Amore hominis sic putate quasi manū anime: si aliquid tenet aliud tenere non potest. Ut autez possit tenere quod datur: dimittat qd̄ tenet. Qui em̄ amat seculū, deū amare nō pōt occupatā habet manū. Dicit illi deus. Tene quod do. Non vult dimittere qd̄ tenebat: nec potest accipere quod offertur. Tertio hoc ostēdit Cyprianus in tractatu de.xij. adusiōib⁹ seculi exēplo oculorū dicēs. Mūdi amor, ⁊ dei, pariter in vno corde habitare nō possunt quē admodū oculi celum pariter ⁊ terraz ne quaq̄ conspiciūt. Dicit Aristoteles in libro de animalib⁹ q̄ aues claudunt oculos cū palpebra inferiori. Animalia v̄o sensibilia cū palpebra supiori. per aues intelligūtur sancti viri qui ad inferiora ⁊ terrena oculos claudūt, ⁊ celestibus ⁊ superioribus intēdūt. Per animalia intelligunt mūdani qui habēt oculos clausos ad celestia ⁊ apertos ad terrena,

72 ¶ Eadem fer a.iiij.quinte hebdo made.xl. Sermo secūdus.

Opera q̄ ego facio in nomine patris mei, hec testimonium p̄hibent de me: sed vos non creditis quia non estis ex ouibus meis. Oues mee vocē meam audiūt ⁊ ego cognosco eas ⁊ sequuntur me. A

¶ Dominus noster qui est verus pastor ponit hic duas differentias ouium. Sūt enim quedaz oues que non sunt sue: sed oues diaboli. De q̄bus d̄t: sed vos nō creditis quia nō estis ex ouibus meis. Alie sunt oues sue, de quibus dicit. Oues mee vocem meam audient ⁊c. Prime oues. s. oues diaboli faciunt duos greges. Primus grex est in hoc mūdo. Oues igitur diaboli que sunt in hoc mundo sunt ipsi hypocrite. De quib⁹ dicit Mat.vij. Attendite a falsis prophetis q̄ veniunt ad vos in vestimentis ouium ⁊c. B

¶ Dicit tn̄ Chryso. super Matheum q̄ lupus si tegat pelle ouina potest tamen cognosci qd̄ sit lup⁹ per tria. Primo per actum: quia lupus dentib⁹ mordet ouis autem non habet dentes vnde mordeat. Secundo per vlulatū: quia lup⁹ versus celū vlulat, ouis autem versus terrā ad seipsam balat. Tertium per cibū: quia lupus cibat carnib⁹, ouis vero herbis virentib⁹ pascitur. Eodē modo hypocrite cognoscunt. Primo per actum, qui serui dei non mordet nec detrahunt nec de aliquo abloquunt. Hypocrite autē mordēt ⁊ detrahūt. De quib⁹ dicitur Gal. quinto. Si inuicem mordetis ⁊ comeditis videte ne ab inuicem consummamini. C

¶ Ex hoc habet q̄ aliq̄ mordent q̄dam comedunt, ⁊ quidā consumūt. Ille q̄ mordet partē accipit ⁊ partem relinquit. Sic detractor sepe in parte laudat, ⁊ in parte vituperat. Ille vero q̄ comedit cibū masticat ⁊ sibi incorporat. Sic etiā multi cōtra vitia aliorum murmurant: ⁊ tn̄ eadē faciēdo sibi incorporant. Ille aūt q̄ cōsumit, nec de pelle, nec de carne, nec de osse aliq̄d dimittit. Sic etiā multi cōdēnāt vitā, vituperāt famam, ⁊ iudicant cōscientiā. Scdo cognoscunt p̄ vocē. Serui em̄ dei balāt aduersus terram ad seipsos: qz recognoscunt se terrā esse ⁊ multos defectus hr̄e. Hypocrite v̄o versus celū vlulāt: qz ꝯtra hoies celestes sepe loquūtur ⁊ ip̄os infamāt. p̄s. Posuerūt i celum os suū. i. in celestes. Itē iniq̄tatē i excelso locuti sunt. i. cōtra viros excelsos. Tertio cognoscūt p̄ cibū: qz oues. i. boni vescūt herbis virētib⁹. i. celestib⁹ amenitatib⁹. Eze.xxxiiij. Requiescēt in herbis virentibus. Mali autē pascunt carnib⁹. i. carnalib⁹ voluptatib⁹. Rom̄.viij. Qui em̄ sz carnē sunt: ea que carnis sunt sapiūt. Qui vero sunt secunduz spiritum: ea que sunt spiritus sapiunt ⁊ sequuntur. D

¶ Secund⁹ grex diaboli ouiū est in inferno. De quib⁹ d̄r in. p̄s. Sicut oues in inferno positi sunt: mors depascet eos. Qn̄ q̄dē verbū quatuor modis exponit. Prio sic, qn̄ oues sunt in simul cōsueuerūt stare cōpresse ⁊ vna sup aliā iacere, sic et dānati ad luicē in inferno sic erūt cōpressi q̄ vn⁹ sup aliū iacebit. Et hoc innuit. Math.xiij. vbi dicitur. Primū colligite zizania ⁊ alligate fasciculos ad comburendū. Sicut ligna in fasciculis sunt cōpressa, sic etiā dānati ad inuicem cōprimunt.

Notādum est tamē ꝙ oues in magno calore stant cōpresse, in magno autē frigore stāt separate. Sic dānati quando stāt in igne sunt cōpressi vt adinuicem se magis comburāt. Et quādo stant in frigore sunt separatiz vt quilibet per se refrenat ⁊ strideat dentibus. E

¶ Secundo intelligitur sic. Greg consueuerunt abinuicem separari, sic ⁊ in inferno erunt diuersi greges. i. diuersi dānatorum ordines. Naz erit ibi grex superborum grex auarorum ⁊ grex luxuriosoꝝ ⁊ hoc innuitur Zacha. xij. Planget terra. scz infernalis familie, ⁊ familie seorsum. Quia per se plangent familie superboꝝ per se plangēt familie auarorum, ⁊ ꝑ se familia luxuriosorum. Tertio modo sic potest intelligi Consueuit pastor oues tōdere ⁊ lanā ab eis auferre: ⁊ sic attonsas ad pascuas eas transmittere. Sic etiam oues dioboli dimittunt hic lanā .i. res temporales: ⁊ sic attonse ad pascua ifernalia diriguntur, ⁊ de bonis suis nihil portant secum. Job. xxvij. Diues cū dormierit nihil secum afferet. F

¶ Quarto modo sic potest intelligi. Cōsueuerunt oues postq̄ in vno prato paueruntire ad pascendum in aliud pratum. In inferno sunt duo prata. Unū est pratū caloris aliud est pratū frigoris. Postquā igitur oues diaboli in prato caloris sunt aduste transibunt ad pratum frigoris postquam in prato frigoris sunt congelate: transibūt ad pratum caloris. Job. xxxij. Ad nimium calorem transibunt ab aquis niuium. G

¶ Secundo sunt oues dei. Et ille cognoscuntur. per quatuor signa. Primo per opera que faciūt. Istud signum dominus etiam ponit de se qui est pastor ouium: cū dicit. Opera que ego facio testimoniū ꝑhibent de me. Eodē modo fideles sui ab operibus cognoscuntur. H

¶ Hic notandum est tamen qd̄ sunt quedam opera que hominem sanctū ostendunt sed non faciūt. Sicut sunt opera miraculorum que etiam aliquādo mali virtute fidei faciunt. Unde dicent in iudicio illud. Matt. vij. Domine domine: nonne in nomine tuo prophetauimus ⁊ virtutes multas fecimus in nomine tuo? Alia sunt opera que faciūt hominem sanctum sed non ostendunt, sicut est simplicitas ⁊ humilitas sanctorum virorum, ⁊ cetere virtutes que faciunt hominem sanctum coram deo, sed sepe reddūt eum despicabilem coram mundo. De quibus dicitur. Job. xij. Deridetur iusti simplicitas, lāpas contempta apud cogitationes diuitū. Ubi dicit Greg. quod sancti viri sunt lampas que lucet interius, sed contēpta qꝛ exterius nō lucet. Lampas sunt qꝛ interius virtutibus splendent. sed contēpta qꝛ exterius irrisionibus patent. Alia opera sunt que hominem faciunt sanctū. qꝛ peccata omnia dimittunt. Eccl̄ia. iij. Ignē ardentem extinguit aqua et eleemosyna resistit peccatis. Hominē etiam coram hominibus sanctū ostēdūt. Eccl̄i. xxxj. Eleemosynas illius enarrabit omnis ecclesia sanctorum. Secundum signū est quod sunt oues christi quādo vocem eius audiūt. Unde subditur. Oues mee vocem meam audient. I

¶ Quatuor em̄ voces iste pastor dat ouibus suis. Pria est exterior exhortio. De qua dicitur. Prouer. j. Sapia foris p̄dicat in plateis dat vocē suam. Secunda est interior inspiratio. de qua dicitur. p̄s. Audiā quid loquat̄ in me domin⁹ me⁹. Job. xxxij. Inspiratio omnipotentis dat. intelligētiā. Tertia est beneficiorum elargitio Esay. j. Si volueritis ⁊ audieritis me bona terre comeditis. Quarta est corporalis flagellatio, per quā homines sepe ad deū recurrūt. p̄s. Multiplicate sūt infirmitates eorū: postea accelerauerūt. Sed qm̄ multi sunt q̄ istas voces nō audiunt, ideo dn̄s conqueritur. Prouer. j. dicens. Uocauit. s. per exteriorē exhortationem ⁊ renuistis. Extendi manū meam. s. beneficia largiēdo ⁊ nō fuit q̄ aspiceret. Despexistis omne consilium meum quo vobis proposita bona inspirabā ⁊ increpationes meas neglexistis, per quas aliquādo vos arguebā ⁊ flagellabam, iō subdit̄ magna comminatio. Ego quoq̄ in interitu vestro ridebo ⁊c. K

¶ Tertium signū est ꝙ aliqui sunt oues christi quando ipse christ⁹ qui est pastor eas cognoscit. Unde subdit̄. Et ego cognosco eas. Cognoscit aūt fideles suos

per imaginem suam quam eis impressit Jux.illud.ps.Signatū est super nos lumē vult⁹ tui dñe. Per arma virtutū quibus eos armauit. Roma.xiij. Abijciam⁹ ergo opera tenebrarum: ⁊ induamur arma lucis: sic vt in die honeste ambulem⁹ ⁊c. Per signa bonorū operū quibus eos decorauit. Cañ.viij. Pone me vt signaculū super cor tuū: ⁊ super brachiū tuum. Per doctrinā charitatis: qua eos instruxit. Joh.xiij. In hoc cognoscent oēs qz estis mei discipuli si habueritis dilectionē adinuicē. Quia vero reprobi ista non habent: ideo a xp̄o in iudicio non cognoscent. Sz dicet eis illud Mat.xxv. Amen dico vobis nescio vos. Quod verbū exponens Chry.dt. Pater cognoscit filios suos per imaginē ⁊ similitudinem suaz. Rex cognoscit milites suos ꝑ arma ⁊ vexilla sua. Pastor cognoscit oues suas ꝑ signa sua. Magister cognoscit discipulos suos per doctrinā suā. Ego autē nō cognosco vos tanquā pater filios suos: quia meam imaginem non habetis. Nec tanquam rex milites suos: quia mea arma nō habetz nec vexilla portastis: Nec tanquam pastor oues quia mea signa abiecistis. Nec tanquam magister discipulos quia meam doctrinam nō seruastis. Quartum signum est quod sint oues xp̄i quando christum verum pastorē sequuntur. Unde subditur ⁊ sequuntur me. Mali nolunt christū sequi sed eum fugiunt ⁊ ab eo se auertunt. Unde de talib⁹ dominus conqueritur dicens Mat.xxiij. Quotiens volui congregare filios tuos quez admodū gallina cōgregat pullos suos sub alis et noluistis. Legit̄ de proprietatibus auium ꝙ aliquādo gallina simul ⁊ semel fouet oua propria: ⁊ oua anatuz: ⁊ oua pauonū: cum autem pulli creuerūt: veri pulli matrem sequuntur: anates autē in aquā se immergunt pauones de sua pulchritudine gloriantes nutricē relinquunt: sic ⁊ deus tanquā bonus pastor ⁊ bona galina congregat bonos ⁊ malos in vna fide ⁊ fouet eos in multa beneficia q̄ eis confert, sed tandem quidā eorū sequuntur ip̄m per imitationem bonorum operū sicut sunt humiles ⁊ mansueti: alij vero deserunt ip̄m ⁊ in aquas deliciaruz se immergunt, sicut sunt voluptuosi, alij de suis diuitijs ⁊ honoribus gloriantes christum deserunt, sicut superbi ⁊ auari. sed qui vere christi oues sunt ⁊ puli ip̄m sequuntur: ideo dicit. Et sequuntur me.

7; ¶ Feria quinta hebdomade quinte quadragesime. Sermo.j.

Rogabat Jesum quidam phariseus vt māducaret cum illo: ⁊ ingressus domū pharisei discubuit: et ecce mulier que erat in ciuitate peccatrix vt cognouit ꝙ iesus accubuisset in domo ⁊c. Luc.vij. Ecclesia supponit vniuersaliter quod ista mulier peccatrix fuit Maria magdalena soror lazari que etiam in bethania vnxit pedes iesu christi ⁊ caput: de qua dicitur. Mat.xxvj. Cum esset in bethania in domo symonis leprosi: accessit ad eum mulier habens alabastrum vnguenti preciosi ⁊ effudit super caput ipsius recumbentis: de qua etiam dicitur Johan.xij. Ante sex dies pasche venit iesus in bethaniam ⁊ infra. Maria ergo accepit libram vnguēti nardi pistici preciosi ⁊ vnxit pedes iesu et extersit capillis suis pedes eius. Utrum autem ista vnctio de qua facit mētionem Lucas et illa que facta fuit, in bethania fuerit vna et eadem vel fuerint due dubitatur. Augu. autem dicit ꝙ fuerunt due. Unde sicut dicit in libro de cōsensu euangelistarum eandem mariam bis fecisse intelligendum arbitror semel vt Lucas narrat. Unde Johannes cum de lazaro resuscitando cepisset loqui antequam veniret in bethaniam dixit. Maria autem que vnxit dominum vnguento extersit capillis suis pedes eius cui⁹ frater laxarus infirmabatur: itaq; iam hoc maria fecerat: quod autem in bethania hoc fecerit rursus: aliud est quod ad luce narrationem non pertinet. Siue autem fuerint due vnctiones siue vna manifestum est ꝙ illa talis vnctio sepulturam christi representabat. Unde dicitur. Mat thei.xxvj. Mittens hec mulier in corpus meum hoc vnguentum ad sepeliendum me fecit: ⁊ quoniam tempus illud vocat̄

tempus

temp⁹ de passione: iō legitur hoc euāgeliū in quo agit̄ de ista vnctione. A

¶ In hoc igitur euangelio ponuntur varia genera egrotantium: quidam enim erant egrotantes: verum qui egritudinē suam bene cognoscebant: ⁊ ideo medicū requirebant: de quorum numero erat ista peccatrix que infirmam ⁊ immundaz se cognoscens ad medicū ⁊ ad fontē venit. Greg. qr humiliter turpitudinis sue maculas aspexit: lauanda ad fontē mie cucurrit: alij erant qui nec egritudinem suam cognoscebāt nec medicum vllo mō requirebāt: imo egros ⁊ medicos iudicabant de quorū numero erat pharise⁹ qui dicebat itra se: hic si esset propheta sciret vtiq; ⁊c. Gre. Ecce pharise⁹ apud se superbus et fallaciter iustus: egrū reprehēdit de egritudine: ⁊ medicū de subuentione: que profecto mulier si ad pedes pharisei venisset calcib⁹ depulsa descendisset inquinari se alieno pctō crederet. Alij erāt qui de aliorū sanitate egrotabant: de quorum numero erant illi qui dicebant, quis est hic qui ēt peccata dimittit: vnde dicit Gregori⁹. Ecce que ad medicum venerat egra: sanata est. Sed de salute eis adhuc alij egrotāt. In medio igit̄ egrotantium erat istorum medicus constitutus qui primum infirmum sanauit secundū rationabiliter confutauit tertiū in ipsa infirmitate dereliquit. B

¶ Circa primū infirmū scz ipsam peccatricem notandū quod ipsa per quatuor deum offenderat: et ideo per q̄tuor deo satisfaciebat: vi verificetur quod dicitur. Sap. xj. Per que peccat quis per hec et torquetur. Primo em̄ offenderat deuz p oculos ipsos ad vana iaciendo sepius: iō de suis oculis deo satisfaciebat amaras de ipsis lachrymas emittēdo: iō dicit̄ lachrymis cepit rigare pedes ei⁹. C

¶ Inuenimus tamen q̄ ipsa quatuor lachrymarum genera habuit. Prio lachrymas compunctionis quas fudit ex cōsideratione peccatorū suorum: de quibus dicitur hic quod lachryme fuerunt tante virtutis et efficacie quod impetrauerūt omnium peccatorum suorum absolutionem: vnde dixit ei christus. Remittuntur tibi peccata tua. Secūdo habuit lachrymas cōpassionis et hoc in morte fratris sui que fuerunt tante efficacie quod induxerunt christum ad fletum q̄ fecerunt euz resuscitare lazarum. Unde dicitur Johā. xi. Uidens iesus mariā plorantē lachrymatus est. Postmodum ad monumentuz iuit: ⁊ lazarū resuscitauit. Tertio habuit lachrymas doloris et hoc in morte xp̄i. Uñ dr. Luc. xxiij. Sequebatur eum multitudo populi et mulierum que plangebant et lamentabantur eum. Certum est autem quod inter illas mulieres ista p̄ncipalior aderat ⁊ iste lachryme fuerūt tāte virtutis q̄ induxerunt xp̄m ad cōpassionē. Unde dixit eis filie hierusalē nolite flere super me: sed sup vosipsas flete ⁊ super filios vestros: qm̄ venient dies ⁊c. quarto habuit lachrymas amoris: q̄s fudit ex subtracta ⁊ desiderata p̄sentia corporis xp̄i. Uñ dr Joh. xx. Maria stabat ad monumentū foris plorans: ⁊ iste lachryme fuerunt tante virtutis qd̄ meruerunt angelicā visionē. Unde dr. Dum ergo fleret ad monumētū vidit duos angelos in albis sedentes. Meruerūt etiā christi apparitionē. Unde dr: cōuersa retrorsum: vidit iesum stantez. Scdo offendit deum per capillos ipsos vane componendo: ideo satisfecit christi pedes de ipsis tergendo. In talib⁹ em̄ vanitatib⁹ capillorum sepe offendunt vane mulieres deum. Unde dñs cōtra eas loquitur dicens. Esay. iij. Pro eo qd̄ eleuate sunt filie syon ⁊ ambulauerunt extento collo ⁊ nutibus oculorum ibant ⁊ plaudebāt ⁊ pedibus suis cōposito gradu incedebāt. Uane enim mulieres mō collū extendunt: modo nutibus oculorū plaudunt. modo cōposito gradu: incedebūt. Sed contra tales ponit penas dicens: ⁊ erit pro suaui odore fetor: ⁊ pro zona funiculus ⁊ pro crispanti crine caluiciū: et pro fascia pectorali cilicium. q. d. q̄ diuersos sibi exhibebant odores intolerabiles in morte habebunt fetores que cingebant̄ corrigijs argenteis tunc ligabuntur pedes ⁊ manus funiculis que ornabantur vanitatibus capillorum tunc habebunt caluicium copitū que portabant faciam sericam tunc portabunt laciam cilic naz Tertio offendit deum ore suo: siue ver-

ba lasciuia dicendo siue lasciuia osculando: siue lasciue comedendo: ideo de ipso ore satisfaciebat ipsum in pedibus christi deuote figendo et ipsos osculando. Solent etiam homines inimici quãdo ad pacem veniunt leuiuscule osculari. Ista peccatrix deo bellum fecerat sed modo reconciliationem accipiens erat: ideo xpo in pedibus obsculabat. De ista reconciliatione peccatoris dicitur in ps. Misericordia et veritas obuiauerũt sibi, iusticia et pax osculate sunt: quando peccator ex parte sua habet veritatẽ: qz de suis peccatis veraciter se accusat. Statim ex parte dei ipsi peccatori misericordia obuiat: ideo dicitur. Misericordia et veritas obuiauerunt sibi. D

¶ Quando etiam peccator habet iustitiam quia de seipso iusticiaz facit et se punit: statim pax dei sibi osculum tribuit ideo dicitur iusticia et pax osculate sunt. Quarto offendit deum per vnguenta ea sibi ipsi vane exhibendo: ideo satisfaciebat christo pedes eius de ipsis deuote vngẽdo. E

¶ Est autem triplex vnguentum quod ipsa christo obtulit. Primum est contritionis: quod signatur per illud vnguentum quo christi pedes inunxit et lachrymis rigauit: species huius vnguenti ex parte sunt amare et ex parte dulces: qz dz habere amaritudinẽ peccatoz de peccatis suis et ipsorum perpetratione, sed magnum gaudiuz de venie impetratione. Secũdum vnguentum est deuotionis: quod signatur per illam vnctionem qua vnxit caput christi vt habetur. Mat. xxvj. Et ps. Impinguasti in oleo caput meum: tunc caput oleo impinguat quando mens suaui deuotione replet. Species istius vnguenti sunt omnes suauites: que sunt beneficia dei et dona gratiarum. Tertium vnguentum est odoris fere opinionis, istud signatur per aromata quibus corpus christi vngere voluit. Species huius vnguenti odorifere sunt: que sunt odorifera conscientia odorifera vita. Et odorifera fama. Prouerbiorum. xxvij. Unguentis et variis odoribus delectatur cor. E

¶ Circa secundum infirmum notandum quod christus posuit sibi paradigma dicens: duo debitores erant ꝛc. Pharisẽus autem respondit quod plus diligere debebat cui plus dimissuz fuerat: vbi dicit. Greg. Dum sua sententia pharisẽus cõuincitur quasi freneticus funem portat cuz quo ligatur. Iste duo debitores erãt. Maria que erat debitrix deo quingentorum denariorum. Pharisẽus autẽ quinquaginta quia minus credebant se peccasse: et ideo Magdalena plus diligere debebat. Quia maiorem remissionem acceperat: et quia plus dilegebat. Ideo maiora obsequia christo prebebat: ideo dixit christus intraui in domum tuam ꝛc. Olim quando aliqui recipiebãt aliquos hospicio, primo dabant osculum in signum securi hospitij deinde lauabant sibi pedes: propter laborem itineris: post ea vnguento refrigerationis eorum caput vngebant: cõtra calorem istum. Sed dominus pharisẽum reprehendit quia illa sibi non exhibuerat et tamen ista peccatrix ista sibi dederat. Ideo dixit. Intraui in domum tuam ꝛc. F

¶ Circa tertium infirmum notandum q̃ illud qui de sanitate peccatricis infirmabantur erant sicut vespertiliones que ad lucem excecantur. Sapiẽ. ij. Malicia eorum excecauit eos. Erant sicut serpentes qui de bono odore moriuntur. ij. Cozinth. ij. Christi bonus odor sumus: aliis quidem mortis in mortem, aliis odor vite in vitam. Erant sicut palatum infectum habentes qui circa saporis naturam fallũtur: de quibus dicit Ysaie. v. Ue qui dicitis malum bonum et bonuz malum, ponentes tenebras lucem: et lucem tenebras: ponentes amarum in dulce: et dulce in amarum.

74 ¶ Cadẽ feria quinta quinte hebdomade. xl. sermo secundus.



Ecce mulier q̃ erat i ciuitate peccatrix ꝛc. Status huius mundi describitur quantum ad tria. Primo quantum ad statuz culpe cum dicitur. Mulier que erat in ciuitate peccatrix. Secundo quantum ad statum penitentie: cum dicitur Lachrymis cepit rigare pedes ei⁹. Tertio quã-

tum ad statum perfectionis et gratie: cū in fine concluditur. Fides tua te saluam fecit. Circa primum statum notandum quod culpa istius mulieris fuit qr pecca trix erat ⁊ carnalibus voluptatibus se ex posuerat. Habuit enim tria que sibi et alijs mulierib⁹ fuerunt et sunt causa pec cati. Primo pulchritudinez corporis: qr dicitur multū pulchra ⁊ formosa fuisse. Secundo opulentia rei temporalis: qr fuit multuz locupleta. Tertio habuit do minium suum ⁊ libertatem: quia fuit sui domina: quia cum laxaro fratre suo et martha sorore sua patrimoniū diuisit ⁊ magdalū castrum in partem recepit. A

¶ Ista tria vt dictū est fuerunt sibi et mul tis alijs mulieribus occasio peccati. Pri mū quod est occasio peccati est pulchri tudo corporis. Prouerbi.xj. Circul⁹ au reus in naribus suis mulier pulchra ⁊ fa tua. Sicut enim sus habens circuluz au reum in lutum se immittit, sic mulier ha bens pulchritudinem in voluptatē se im mergit. Quando autē mulier est pulchra ⁊ sapiēs non est periculū, quia sapienter se conseruat. Similiter quando est tur pis et fatua non est periculū: quia nemo eam sollicitat. Sed quando est pulchra ⁊ fatua tunc est periculum. Nam qr est pul chra sollicitatur a multis. Quia vero est fatua: custodire se nescit. De tali pulchri tudine dicitur. Prouer.xxij. Fallax gra tia ⁊ vana est pulchritudo. B

¶ Quarto legauit pr̃i spiritũ. Luc. xxiiij. Pater in manus tuas cõmẽdo spm̃ meũ. In hoc dat nobis exemplus q̃ in manus dei debemus recõmẽdare spiritũ nostrũ. Illud enim quod est in manu dei est seculum ⁊ est ante conspectũ dei, ⁊ est preciosum. Primo quidẽ anime que sunt in manu dei: sunt secure ita etiam vt nunq̃ perdantur. Joãnis. x. Nõ rapiet ea quisq̃ de manu mea. Secũdo sunt deo proxime ita vt diuina visione fruant̃. Esaie. xlix. Ecce in manib⁹ meis descripsi te. muri tui coram oculis meis semp̃. Tertio sunt preciose: ita vt in ornamẽtum dei assumẽtur. sicut enim annul⁹ ornat manũ: sic anime sanctoꝝ quodammodo ornãt deũ. vnde dicit domin⁹ de quodaz magno peccatore. Hierem̃. xxij. Uiuo ego dicit dñs: quia si fuerit Jeconias annul⁹ in manu dextera mea euellam eum inde. E

¶ Quinto legauit paranyphum virgini quãdo dixit: mulier, ecce filius tuus. Qd quidem voluit facere triplici ratiõe. Primo ratione sui dederat em̃ legẽ. Exo. xx. Honora patrẽ, tuũ ⁊ matrẽ tuã ⁊c. Dicebat igitur vt cõditor legis suam legẽ seruaret. Secũdo ratione nr̃i vt nos doceat q̃ de parentibus nostris nõ tantũ in vita sed in morte curaz habeamus. Tertio ratiõe virginis: amittebat enim filiũ: ⁊ ideo pro consolatione dimittebat sibi fidelem discipulum: sed tamen qualis ei poterat esse cõsolatio illa dicit Bernar. o qualis cõmutatio: Johãnes em̃ ꝓ iesu traditur seruus pro dño, discipul⁹ pro magistro, filius zebedei pro filio dei, purus homo ꝓ vero deo. Sexto legauit latroni paradisum dicens. amen dico tibi. ecce quãta firmitas: qr mod⁹ fuit iurandi: quia hodie: ecce quãta celeritas mecũ eris: ecce quã beata societas. i paradiso: ecce quãta loci amenitas. Ideo autẽ christus isti latroni sic fuit liberalis: quia in illa societate trium erat vnus totaliter bonus: scilicet xp̃s erat alius totaliter malus: scilicet latro a sinistris positus, tertius erat mediocriter bon⁹: ⁊ mediocriter malus: scilicet latro a dextris positus, ipse enim nõ omnino malus erat quia culpabilẽ se cognoscebat, nec omnino erat bonus: qr adhuc gratiã assecutus nõ erat. Habuit igitur se laudabiliter ad totaliter malũ: quia ipsuz increpauit, ad totaliter bonũ: quia ip̃m excusauit ad se mediocriter bonum. ⁊ mediocriter malũ: qr veniã postulauit. Septimo legauit peccatorib⁹ infernum cũ dixit Matth. xxv. Discedite a me maledicti in ignẽ eternũ. Quod quidem

legatum valde cōpetit eis: quia pulchriꝰ stant in inferno q̄ in paradiso qd̄ ostenditur triplici exemplo. Primū est qr pulchrius manet porcus in luto quā in florido prato, porcꝰ est luxuriosus q̄ in immunditia voluptatū delectat. ij. Petr. ij. Sus lota in volutabro luti, ideo pulchriꝰ manet in luto infernalis voluptatis sue feditatis q̄ in prato florido celestis amenitatis. Secundum exemplū est qr pulchriꝰ stat seruus in cloaca q̄ in camera picta, seruꝰ est auarꝰ. Collossen. iij. Auaricia q̄ est idolorū seruitꝰ. Talis seruꝰ pulchriꝰ stat in cloaca inferni q̄ staret in camera picta celi. Tertiū exēplū est: qr pulchriꝰ stat latro i patibulo q̄ in regali solio. Latro est superbꝰ quia furatur illud deo qd̄ est propriū dei scz gloriā. Esa. xlij. Gloriā meā alteri nō dabo, talis igitur latro stat pulchrius in patibulo infernalis tormēti q̄ staret i solio maiestatis dei. Octauo legauit crucē penitētie volentibꝰ penitere. Luc. ix. Si quis vult venire post me abneget semetipsum ⁊ tollat crucē suam ⁊ sequatur me. Quid aūt velit dicere cuz ait. Abneget semetip̄m, exponit Greg. in homel. dicēs. Relinquamꝰ nosmetipsos quales peccādo nos fecimꝰ ⁊ maneamꝰ quales nos p gratiā facti sumus, ecce ei qui superbus fuit: si humilis factꝰ est, se ipsum relinquit, si luxuriosus vitā mutauit abnegauit quod fuit: si auarꝰ elargiri dedicit ⁊ aliena rapere desistit: semetip̄z reliquit est quidē ip̄e per naturā sz nō est ipse per malitiam. Deinde subdit, tollat crucē ⁊ sequatur me. Unde subdit idem Greg. Duobꝰ modis crux tollitur: aut cū per abstinētiā affligitur corpus: aut per cōpassionē proximi affligitur animus.

85 ¶ Feria quarta sexte hebdomade. xl. Sermo primus.

Vulneratꝰ est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra disciplina pacis nostre super eū cuius liuore sanati sumus. Esa. liij. Sicut dicit Hie. Esayas. Nam tā fuit propheta q̄ euangelista. Uidetur enim non tam prophetiam texere de futuro q̄ hystoriā scribere de p̄terito. Uñ christi passionem, plusq̄ per quingentos annos preuidens eā sic aperte describit ac si eam presentialiter ꝯspexisset, di. vulneratus est ⁊c. Ubi primo ponit q̄ ipsa passio xp̄i fuit valde penosa cū dicit vulneratꝰ est ⁊c. Secundo ponit q̄ fuit valde fructuosa: cum subdit, cuiꝰ liuore sanati sumus. A

¶ Pena autem christi describitur triplex quia fuit vulneratus. Attritus: ⁊ disciplinatus. Primo fuit vulneratus ⁊ vt redēptionis nostre precium de corpore suo emanaret Corpus enim christi erat tanq̄ saccus plenus thesauro, tanq̄ alabastrū plenum vnguento, ⁊ tāq̄ apotheca plena balsamo. B

¶ Homo em̄ erat captiuus vulneratus, ⁊ fetidus: voluit igitur christꝰ vulnerari vt saccus scinderet ⁊ thesaurus inde exiret quo captiuus redimeret. De isto thesauro dicitur. j. Petri. j. Non corruptibilibꝰ auro nec argēto redēpti estis sed precioso sanguine quasi agni incōtaminati ⁊ immaculati iesu xp̄i. De sacco vero in quo erat iste thesaurꝰ dicit, Prouer. vij. Sacculū pecunie secum tulit. Unde saccum plenū misericordia sua misit deus pater in terrā. Saccum in quam in passione cōscidit vt effundatur qd̄ in eo latet preciū nostrum. Secundo corpus christi erat tāquam alabastrum plenū vnguento, et iō voluit vt illud multis vulneribꝰ frangeretur: vt inde vnguentū preciosum exiret quo vulneratus curaretur. Ista vnguēta petebat sponsa dicēs. Canticorū. j. Trahe me post te cur in odore vnguentorum tuorum. Ista vnguēta sunt suauia, qr delectāt corda ⁊ sunt sanatiua: quia curant pctā. Eccl̄ia. xxxviij. Unguentariꝰ faciet pigmenta suauitatis ⁊ vnctiones conficiet sanitatis. Istis vnguentis sanatꝰ est samaritanꝰ vulneratꝰ vino ⁊ oleo imposito id est sanguine christi q̄ fuit tanq̄ vinū inquātum patrem letificauit: ⁊ fuit tāquam oleum inquantum ipsum ad misericordiam inclinauit. Tertio corpꝰ christi fuit tanquam apotheca plena balsamo ⁊ iō voluit qd̄ illa apotheca aperiret ⁊ inde balsamū efflueret quo fetidus sanaret. Tūc autem ista apotheca fuit aper

ta quando vn⁹ militū lancea latus eius aperuit. De odore etiā de balsamo dicit. Eccl.xxiiij. Sicut cynamomū et balsamū aromatizans odorem dedi etc. ¶

¶ Omnia que in balsamo sunt dicuntur esse virtuosa scil. cortex, folia, semen, et liquor. Sic etiā quicquid fuit in christo virtuosū fuit scz cortex.i. corpus. Folia, id est verbū: semen, id est ei⁹ anima: corpore seminata. Liquor.i. sanguis pciosꝰ Sic ꝛ̄pūs fuit attritus. Sicut enim herbe terūtur vt inde fiat emplastrū per quod apostema frangat et sanet. Sic corp⁹ xpi fuit attritum vt inde fieret emplastrum: quo tumor nostre superbie frangeretur. Fit aūt emplastrū de herbis floribꝰ, et speciebꝰ aromaticis aliq̄ liquore infuso. ¶

¶ In christo autē fuit caro tanq̄ herba. Iuxta illud Esa.xl. Omnis caro fenum. Fuit anima tanq̄ flos: qz fuit valde pulchra et amena. Cant.ij. Ego flos cāpi. Fuit diuinitas ibi ꝙ species aromatica. Fuit sanguis tāq̄ liquor infusus. Ex istis ergo factū est emplastrū qō debet frangere tumorem nostre superbie. ¶

¶ Tertio fuit disciplinatus. Ideo dicit. Disciplina pacis nostre super eū. Homo deū offenderat: et ideo disciplinari debebat. Christꝰ aūt flagellari voluit: et deū sic pacificauit. Olim pax trib⁹ modis imitabatur et firmabat scz percussione qz adinuicē se manibus percutiebāt. Signi erectione: qz aliquam colūnā vel pilam lapideā erigebāt. De istis duob⁹ dicit Josue vltimo. Percussit Iosue in die illo Sed⁹. Ecce percussio. Deinde subdit. Erexit lapidē pergrādem dicēs: Lapis iste erit vobis in testimoniū etc. Tertio aque effusione. De hoc dicit.j. Reg.vij. Hauserunt aquā et effuderūt in conspectu domini. per quod volebāt innuere q̄ sicut de aqua nihil remanet cū effundit nec substātia nec sapor nec color. Sic si aliq̄ spacem nō seruaret, nec de illo, nec de his q̄ ad ipz spectāt aliquid remaneret. Ut ergo christus firmam pacem cū deo nobis acqreret fuit disciplinatꝰ, percussus non tātū in manibꝰ sed etiam in pedibꝰ: fuit perforatꝰ: et in toto corpore flagellatus. Fuit etiā tanq̄ signū elevatus in crucē. Joan.xij. Si exaltatus fuero a terra omnia trahā ad meipsum. Fuit etiā insuper sicut aqua effusus qz nihil libi remanuit, nec sanguis nec anima nec vita nec virtus nec familia. ¶

¶ Secūdo ei⁹ passio fuit fructuosa, ideo dicit. Liuore ei⁹ sanati sum⁹. Corpus ei⁹ christi fuit in morte liuidū et nigrū. Apoc.vj. Sol factꝰ est niger tanq̄ saccus cilicin⁹. Fuit etiaz rubicundus. Esaie.lxij. Quare rubrum est indumētū tuum? Zne liuor et nigredo et rubedo nos omnes tenauit. Ideo signat per motum.j. Wach.vj. Diep hanti offenderunt sanguine mori ad acuēdū eū ad prelū. Mortum aūt sicut dicit Ambro. primo est albū postea rubeū postea nigrū. Sic christꝰ fuit albꝰ id est innocens in tota vita sua et conuersatione. Fuit rubicūdus in cruce per sanguinis effusionē. Et fuit liuidꝰ et niger in morte. Unde poterat dicere anima christi illud, Cantico.j. Nigra sum per corporis mei liuorem et deformitatē sed formosa: per corporis mei mūdiciam et puritatē sicut pelles Salomonis propter rubēdinē sanguinis effusionem. Pelles cīm salomonis erāt rubicūdi coloris. per istos liuores sanati sumus. ¶

¶ Homo quidem erat infirmꝰ in capite, id est in intentione que est caput anime. Qz in his q̄ faciebat nō sanā intentionē habebat. Erat infirmꝰ in corde quia habebat cogitatiōes noxias et vanas. Erat infirmus in pedibus qz habebat affectionē immundam aut terrenā. Pes enī scōz Aug. est affectꝰ et amor anime. Sicut enī corpꝰ vadit pedibꝰ: sic anima vadit affectibꝰ. Erat infirmꝰ in toto corpore: quia habebat totam vitam mūdanam et conuersationem vanam. ¶

¶ Ut igitur christus sue liuoribus et suis vulneribus nos sanare voluit primo vulnerari in capite: vt sanaret nostras obliquas intentiones. Voluit vulnerari in manibus: vt sanaret nostras malas et remissas operationes. Voluit vulnerari in corde vt sanaret nostras noxias et vanas cogitationes. Voluit vulnerari in pedibus: vt sanaret nostras immundas et terrenas affectiones. Voluit vulnerari et flagellari in toto corpore: vt nos omnes sanaret.

85 ¶ Eadem feria quarta sexte hebdo made. Sermo secundus.

Hic calix nouum testamētum in meo sanguine q̄ pro vobis effundet. Luce .xxij. Sanguis christi qui confirmauit nouum testamentū fusus est pro manibus vt os redimeret atq; saluaret. A

¶ Homo quidē erat exclusus a celo inclusus i inferno siue in lymbo ⁊ reclusus i exilio. Ideo sanguis xp̄i fusus est vt hominem ad celū reduceret, de lymbo extraheret: ⁊ in mundo siue in exilio cōfortaret. Primo igit̄ homo exclusus erat a celo: iō sanguis christi effusus est vt ip̄m ad celum reduceret. B

¶ Tria aūt erant que hominē impediebāt ne ad celū rediret. Primum est quia porta celi erat clausa: qd̄ signatū est Gen. iij. Per cherubin quē domin⁹ ad ianuā paradisi posuit vt ipsam custodiret. Secundum erat qr flamma erat quedā interposita q̄ hoīem ab igressu arceret. Unde ibidē dr. Et flāmeū gladiū ⁊c. Per quā flāmā significat̄ reat⁹ ⁊ obligatio ad penā eternā: cui homo merito p̄uaricatiōis sue erat obligat⁹. Tertiū erat iustitia dei qr multum erat seuera: que significatur per rūpheam bis acutam quam cherubin i manu tenebat. Iustitia enim dei dicebat̄ bis acuta: siue qr corp⁹ ⁊ aīaz incidebat. Siue qr de ꝯmissis ⁊ omissis rōnē q̄rebat. C ¶ Iō sanguis xp̄i fuit clauis dei: aq̄ ⁊ p̄ciū dei. Fuit clauis: qr ianuam paradisi aperuit. De illa claui dr Esa. xxij. Dabo clauem dom⁹ dauid sup humerū ei⁹ ⁊ aperiet ⁊ nō erit q̄ claudat: claudet et non erit qui aperiat. Ista clauis s̄z glosam fuit crux xp̄i quā ipse super humerū suū baiulauit: ideo sanguis xp̄i clauis est paradisi. Scd̄o fuit aqua dei: qr ignez vehemētē gehenne extinxit: qr vlterius in bonos nō potuit preualere. Ista aqua est signata in aqua que de latere xp̄i emanauit. De quo pōt exponi illud Eccl̄ia. iij. Ignem ardentem scz infernalē: extinguit aqua: scz illa que de latere xp̄i effluxit. Hiero. Rumphea illa flāmea ⁊ forib⁹ p̄sidentia cherubin xp̄i extincta ⁊ reserata sunt sanguine. Tertio fuit precium dei qr diuine iustitie satisfecit. p̄s. Quod nō rapui tūc exoluebā quasi dicat xp̄s. Adam fecit furtū ⁊ ego solui debitū. Unde cātat ecclesia in bn̄ditione ceteri paschalis. Qui p nobis eterno patri ade debitū soluit. Scd̄s hō erat inclusus in inferno siue in lymbo: ⁊ iō xp̄s sanguinē suū fudit q̄ portas inferni cōfregit ⁊ sanctos patres inde eduxit, Zacha. Tu quoq; in sanguine testamēti tui: eduxisti vinctos tuos de lacu in quo nō erat aqua. Legit̄ in historia scholastica q̄ salomō habuit structionez habētē pullū quē pullū salomon in q̄dā cauea vitrea nutriebat. Cū v̄o p̄ pullū suū h̄re nō posset vermē quēdā de deserto portauit, de cui⁹ sanguine illā caueā ipse liniuit ⁊ cōtinuo fracta fuit, ⁊ sic pullum illum de cauea extraxit. D

¶ Iste vermis est xp̄s q̄ dicit in. p̄s. Ego aūt sum vermis ⁊ nō homo. Uermis em̄ nō nascit̄ p generationē carnalē s̄z de humore terre virtute radij solaris p̄ducit̄. Et sic patrē h̄z in celo scz solē ⁊ matrem in terra scz humorē. Sic etiā xp̄s in celo h̄z patrē sine matre ⁊ in terra matre sine p̄re. Pulli inclusi in cauea sunt p̄res inclusi infernali cauea. Sed venit iesus vermiculus ⁊ virtute sanguinis sui caueā fregit: ⁊ i de sctōs p̄res eduxit. p̄s. Cōtriuit portas ereas: ⁊ vectes ferreos ꝯfregit. Tertio hō erat reclusus in exilio se in mundo, iō xp̄s sanguinē suū fudit vt hominē ibidē cōfortaret. Homo q̄dē erat mortu⁹ multis tribulationib⁹ pressus ad cōuertendū se ad deum multum durus: ⁊ a diabolo in seruitute detentus. E

¶ Ideo christus sanguinē suū fudit. Primo vt hominē viuificaret. Leuitici. xvij. Aīa omnis carnis in sanguine est. Osee vj. Uiuificabit nos post duos dies. In die tertia suscitabit nos. Sum⁹ enim viuificati prima die passionis sue, ⁊ in secūda die sepulture, Sed suscitati sumus in tertia die resurrectiōis sue. Legit̄ q̄ serpēs multū odit ⁊ persequitur pellicanum et dū pellican⁹ abest intrat nidum ⁊ pullos occidit. Pellican⁹ autem rediens tribus diebus plangit pullos mortuos. Tertiā autem die cū rostro se vulnerat: ⁊ de san-

guine suo suos pullos aspgit: ⁊ sic illi re suscitantur. Iste pell. canus est christus q̄ dicit in p̄s. Similis factus sum pellicano ⁊c. Serpens est diabolus qui humanum gen⁹ occiderat. Sed christus in quinq; ꝑtib⁹ vulnerari voluit: ⁊ sic pullos suos mortuos, id est homines mortis peccato viuificauit. Secundo sanguinem suū fudit vt homines tribulatos dulcoraret et ad consolationē reduceret. Hoc signatū est. Exodi. xv. Ubi domin⁹ precepit moysi q̄ lignū i aquas amaras mitteret: ⁊ sic eas dulcoraret. Gregori⁹. Si passio xp̄i ad memoriaz reducit nihil est quod non equo animo tolleretur. Bernard⁹. Uidētes angustias domini nostri, leui⁹ nr̄as portabimus. Refert Aristo. q̄ si fiat vas de cera noua ⁊ diligenter claudatur ⁊ in mari ponatur aqua que per poros ītrabit dulcis efficiet. Istd vas cereū ē corp⁹ dominicum. Sicut enim cera generatur ex apibus sine corruptiōe ⁊ cōmixtione: sic caro xp̄i fuit generata a virgine sine corruptione. Fuit aūt caro noua: qr nulla peccati vetustate viciata. Fuit ēt clausa claue: qr nulla diabolice temptationi fuit aꝑta: pori eius sunt vulnera ei⁹. Si igit nostras amaritudines per recordationem ⁊ deuotionē in vulnera ei⁹ miserimus, mox in dulcedinem conuertentur. Hebreorū. xij. Recogitate eum qui talem sustinuit a peccatoribus aduersus semet ipsum contradictionem vt nō fatigemini animis vestris deficiētes. Tertio xp̄s sanguinē suū fudit vt corda dura ad penitētiā frangeret, hoc signatū est Mat. xxvij. vbi dicitur. Terra mota est petre scisse sunt monumēta aꝑta sunt ⁊ multa corpora sanctorū qui dormierant surrexerūt. Ex quo dat intelligi q̄ ad memoriam dominice passionis: illi q̄ erāt terra: amādo scilicet terrena debēt moueri ad amādū celestia. Illi q̄ erant duri sicut petre debent frangi per cōtritionem eorū monumenta, id est ora debēt aperiri per cōfessionem: ⁊ mortui, id est mortalia peccata debēt exire ⁊ exurgere per satisfationez. Reperit quoddam gen⁹ adamantis qd non frangit percussione per ignis adustione: nec per aliquam temporis inuecterationē. Frangit aūt infusione: sic multi sunt qui ad penitentiam non franguntur nec per diuinā comminationem siue flagellationē: nec per spiritussancti internā inspirationem, nec per etatis longam inueterationem. Frangunt autem per dn̄ici sanguinis, meditationem atq; virtutez. Quarto fudit sanguinē suū, vt homines de manu diaboli liberaret. Istam liberationem fecit prudēter. s. diaboli astutiam decipiēdo. Decipit eñ eū s̄m Augustinū tanq̄ murē: quia tetendit crucē tanquā muscipulam in qua posuit sanguinem tāq̄ escā: vnde dicit. Augustinus. Uenit redemptor ⁊ victus est deceptor, ⁊ q̄d fecit redemptor captiuatori nr̄o tetēdit muscipulā: id est crucem suam, ⁊ posuit in ea escā. i. sanguinem suū. Ille autem effudit sanguinē nō debitoris sed redemptoris propter qd recessit a debitorib⁹, s̄m aūt Gregoriū: decepit eum tanquam piscez: quia posuit exterius carnem ⁊ sanguinē interius autem occultauit ferreum hamum: id est diuinitatem diabolus aūt voluit capere escā carnis ⁊ capt⁹ hamo diuinitatis. Unde Job. xxxix. dicitur. An extrahere poteris leuiathan hamo ⁊ fune ligabis linguam ei⁹? Secūdū ꝟo Remigiū decepit eū tanq̄ auem. Unde exponens illud verbū Job. xl. Nunquid illudes ei quasi auis, dicit illudes: qr illusus est diabolus in morte xp̄i quasi auis. Nā xp̄s sua carnis mortalitate abscōdidit diuinitatē vt laqueū quo eū velut auē improuidā prudenti irretiuit muscipula. Refert Ualerius q̄ dorēses ⁊ atheniēses dū admuicē decertarē, codrus rex atheniensiū de euentu belli apollinem requisiuit. Qui respondit q̄ si se occidi ꝑmitteret gēs sua victoriam obtineret: cū vero hostes illud oraculū audiuissent, preceperūt ne aliq̄s regem atheniensium tāgeret, ipse ergo ne cognosceretur rusticanū habitū accipens sarmenta assumēs i humeris ad hostes processit: ibiq; quendā militē cū false prouocans ab ipso est occisus, q̄ cognito dorenses memores oraculi fugerūt ⁊ atheniēses victoriam habuerūt. Iste rex fuit xp̄s q̄ ne a demonibus cognosceret habitum serui accepit sarmēta. i. crucē in qua fuerūt diuersa ligna: i hūeris baiulauit: ⁊ sic mortu⁹ fuit

si eñ demones ipm cognouissent: nũquã occidi eum p̃asissent. j. Cor. j. Si eñ cognouissent nunq̃ dominũ glorie crucifixissent. per suã aũt mortẽ demones fuerunt expoliati et victi. Col. ij. Expoliãs principat⁹ z potẽtes traduxit cõfidenter palã triumphans illos in semetipsos.

87 ¶ In die cene domini Sermo. j.

PRobet autẽ seipsum homo: z sic de pane illo edat z de calice bibat. j. Cor. j. Si aliquis debet aliquem cibum capere oportet q̃ prideat z probet si cibus ille sit sanꝰ z si stomachus sit bene dispositꝰ: si eñ hoc non faceret cibꝰ esset magis sibi in nocumentũ q̃ in proficuum. Cibus autẽ ille celestis nõ est probandus: qz semp est bonus: sz homo est probandꝰ si bene sit dispositus seu paratus. Vñ non dixit, probet autem homo istũ cibum, sed probet seipsum hõ. Gregorius. Sicut cibus corporalis cuz ventre muenerit diuersis humoribus occupatũ amplius ledit z magis nocet nullum prestat auxiliũ. ita cibꝰ spiritualis etiã si aliquem receperit malignitate polluti, magis eum perdit non sua natura sed vicio recipientis. B

¶ Notanduz autẽ q̃ ille qui debet hunc z bũ suscipere dz tria p̃bare. primo scilicet a quãte sit puritatis: z ista puritas attenditur quantũ ad manus: quibꝰ ministratur: q̃tum ad os per q̃ suscipit, quãtum ad cor in quo recipitur: manus qui de debẽt esse mũde z innocẽtes. ps. Lauabo inter innocẽtes manꝰ meas z circũdabo altare tuũ domine: ideo sicut dicit dionysius. Sacerdos accessurus ad consecrandũ laudat digitos q̃ peccata venialia designant: ad inuuendũ q̃ nõ tantum magnis sed etiam a paruis peccatis dz esse mũdus. Debet igit̃ hẽ manꝰ mũdas: id est mũda opera: qui enim habet opera immunda non est dignus tangere nec recipere illud sacramentũ. Legit̃ secundi Reg. vj. Ob ozа a deo p̃cussus eo q̃ arcã dei manibus suis tetigit: z assumpsit ad tractandũ, q̃ in nocte precedẽti fuerat cum vroze sua. Si igit̃ ille p̃cussus est q̃ tetigerat cuz vroze: qua percussione dignus est qui sacrat cũ meretrice? si ille etiã p̃cussus est qui tetigerat cũ vroze p̃pria: z qui indigne tetigit arcã dñi ligneã, qua percussione dignus est: q̃ indigne carnẽ xpi recipit veraz? Stille qui archam tetigit vt arcã iuuaret ne paterẽt ruinam: qua p̃cussione dignus est qui leuat corpus christi ad proiciendũ in latrinam id est in conscientiã immundaz? B

¶ Secũdo debet habere os mundũ q̃ quod suscipit, z maxime a duobus peccatis: sz detractionis z gulositatis. Unde dicit. j. Cor. xj. vbi apostolus loquit de hoc sacramẽto dicens. Cõuenientibꝰ nobz in vnũ. s. ad ecclesiam audio scissuras esse: ecce p̃tm detractionis z intra. Aliꝰ quidẽ esuriteꝰ aũt ebriꝰ est: ecce p̃tm gulositatis: primus sz detractor est sicut canis. Secundꝰ. s. gulosus est sicut porcus: nõ dicit Matthei. vij. Nolite sanctũ dare canibus: quantũ ad primum nec p̃ciosas margaritas ante porcos: quantum ad secundum. ¶

¶ Tertio dz habere cor mundũ in quo recipitur: qz cum iste cibus sit splendor z speculũ sine macula: non habitat nisi in mẽte pura. Sapiẽ. vij. In alias sanctas se trãsfert. Cant. ij. Qui pascit iter lilia: id est inter pura corda. Anar⁹ aũt proiecit ipm in terram: qz habet cor terrenũ amãdo terrena, luxuriosus proiecit ipm in lutũ: qz habet cor immundicijs plenũ superbus p̃icit ipsum ad ventũ quia habet cor ventosum: id est ambitione et superbia repletũ. Secũdo debet p̃bare cor pus dominicum quante sit mundicie. Ipso eñ sacramento totus christus continetur quantũ ad corpus, sanguinem z animam, spm humanũ et deitatem verã. Accipiendo igitur eius corpus verũ cor pori mistico vnimur z bonorum operum participes effimur: vnde dicit. j. Cor. x. panis quez frangimus: nõne participatio corporis dñi est? De hac participatione dicitur in p̃s. participẽ me fac deo in timente, z custodiam. tua. D

¶ Recipiendo eius sanguinem ab omni impuritate cõscientie mũdamur. Hebre. ix. Sanguis xpi emũdabit cõscientiã nostram ab operibus mortuis ad seruiendũ deo viuenti. Recipiendo eius animã ab

omni

ol seruitute redimimur. Johā.x. Bonus pastor animam suam ponit pro ouibus suis redimendis. Matthei.xx. Filius hominis nō venit ministrari sed ministrare et dare aliaz suā in redemptionē pro multis. Recipiendo eius spiritum ab omni morte corporis et ale viuificamur. Johānis.vj. Spiritus est q̄ viuificat, caro autem non prodest quicquā Romano.viij. Qui suscitauit iesum a mortuis viuificabit mortalia corpora nr̄a per inhabitātē spiritū eius in nobis. Recipiēdo eius deitatē omni dulcedine satiamur Johānis x. Ingredietur. s. ad contemplationē deitatis: et egredietur. s. ad visitationem humanitatis et pascua inueniet in vtroq̄. De hac refectione dicit Matthei.xj. Uenite ad me omnes qui laboratis et onerati estis et ego reficiam vos. E

¶ Tertio dz probare indigne sumentis periculū q̄te sit penalitatis. Incurrit em̄ penam temporalem et spiritualē et eternalem. De temporali dr̄. j. Cor.xj. Iō inter vos multi infirmi et imbeciles dormiūt. Dicitur in libro paschasij q̄ quicunq̄ indigne cōmunicat nisi misericordia et bonitas dei gladium suspenderet: ab angelis ad hoc positis perimeretur. Secūdo tales incurrunt penā spiritualem: qr diabolus in eos maiorem potestatē accepit. Unde dr̄ de iuda. Johānis.xiij. Post buccellā introiuit in eum sathanas amplius scz q̄ erat: et tamē illa buccella non erat corpus christi sed diabolus in ipsam introiuit, qr ausus est accipere buccellam de manu domini, q̄to magis in illū ītrat qui indigne audet recipere corpus christi. Augustinus. Nullus malignus ad corpus xp̄i accedat: nullus stultus accedat: nullus igit̄ fuscato alo approximare audeat, ne qd̄ iudas sustinuit patiat̄. Nam in illum post communicationez mēse, diabolus introiuit, nō quia sumpsit dominicum corpus, sed quia imprudētia iude et malignitas mentis aduersarium inhabitare fecit, vt discas q̄ idigne mysteriorū secreta celebrantibus diaboli insidie p̄parant̄. Tertio incurrūt penā eternaz. Unde super illud. Reus erit corporis et sanguinis domini. Dicit Ambrosius. Mortis Christi penas dabit, ac si christum occidisset puniretur. F

¶ Quatuor em̄ sūt occisores christi: scilicet iudei, ingrati, recidiuātes, et corpus christi indigne sumētis, Et istud pōt ostēdi per tale exemplū. Est aliq̄s homo qui hz quatuor marchas auri. Una sibi violenter aufert̄: aliā dat ingrato: tertiā ponit in mercibus q̄ sibi auferunt̄: quartam proijcit in latrinā: iste pōt dicere se q̄tuor marchas amisisse. Iudei sunt illi q̄ marchas violenter auferunt: qr vitam christi cum violentia abstulerunt. Ingrati sunt similes illis qui beneficiū nō cognoscūt, qr tales tantum beneficium passionis nō agnoscūt: nec aliquod seruitium impendunt. Recidiuantes sunt similes illis qui merces auferunt. Christus em̄ animas, nostras sanguine suo redemit et emit. Et iō ille q̄ ad peccatū reuertit̄, animā emptā sibi auferre conatur. Illi vero qui immūda mēte recipiūt corpus christi, ipsi quātum est in seipsis in latrinam proijciunt. G

¶ Quarto debet probare digne recipientiū fructū quāte sit vtilitatis. Que q̄dē vtilitas attenditur in vita et in morte. In vita em̄ est dimissum nobis in memoriale passionis christi et in medicamētum curationis: habemus igitur triplex memoriale passionis dominice. H

¶ Unum est in visu, scilicet passio christi depicta: et illud debet affectū nostrū multum mouere. Secundum est in auditu: scilicet passio Christi audita vel predicata: et illud nos dz mirum in modum mouere. Tertium est in gustu. s. passio xp̄i in hoc sacramēto tā veraciter et tā singulariter expressa: et illud dz nos maxime. Secūdo dimissum est in nobis medicamētū nr̄e curationis. Est em̄ medicina efficax contra oēs infirmitates nr̄as: sicut ptz in illa oratione. purificent nos q̄sumus dn̄e sacramenta que sumpsimus etc. I

¶ Est ei medicina curatiua: qr sanat oēs morbos viciorum. Unde dicit̄ sit ablutio scelerū etc. Est medicina cōfortatiua: qr roborat et cōfirmat in sanitate recepta: iō subdit̄: sit fortitudo fragiliū. Est medicina preseruatiua q̄ preseruat hoīem: ne iterum cadat. Un̄ subdit̄. Sit contra mūdi pericula firmamētū. Est medicina melioratiua: qr viuos et mortuos ad melio-

ratina: qz vinos ⁊ mortuos ad meliorem statum perducit. Unde subditur. Sit vivorum atq; mortuorum, fidelium remissio omnium peccatorum. R

¶ Secundo autē attenditur hec utilitas in morte. Via em̄ quā ata de corpore decedēs factura ē via tenebrosa. Job. xix. In calle meo tenebras posuit. Est via periculosa. Unde ps. In via hac qua ambulabam. absconderunt superbi laqueū mihi. Est via lōga. iij. Regū. xix. Grandis tibi restat via. Est via ignota. ps. Uias civitatis habitaculi nō invenerunt. Oñ igit corpus xpi animab⁹ decedentib⁹ dat: portāt secū lucē ad tenebrosos vie illuminationē. Jo. viij. Ego sum lux mundi. Itē eiusdē. xij. Ambulate dū lucem habetis: ne tenebre vos comprehendant. Habent secum pugillē ad hostiū defensionem. Job. xvij. Pone me iuxta te, cuius vis manus pugnet cōtra me ps. Si ambulavero i medio vmbre mortis: non timebo mala: qm̄ tu me cū es. Habēt secū cibum ad confortationē ps. Panis cor hominis cōfirmet. iij. Regū. xix. Ambulavit in fortitudine cibi illius vsq; ad montē dei oreb. Habēt secū ductorem ad vie directionē. Michee. ij. Ascendit iter pandens ante eos. ps. Deduxit eos ad portū voluntatis eorū.

88 ¶ Eadem die, scilicet in cena dñi.

Sermo secundus.

ET cena facta cū diabolus iam misisset in cor ve traderet eū Judas simonis scarioth surrexit a cena ⁊ posuit vestimenta sua. Johan. xij. Quando amici abinvicē separantur consueverunt adinvicē epulari. Sic etiam xps sciens q̄ debebat ab apostolis recedere: primo voluit cū eis cenare. Un̄ em̄ dicitur Luc. xxij. Desiderio desideravi hoc pascha manducare vobiscum antequam patiar. A

¶ In hac aūt xps assumpsit psonā amici: personā servi, ⁊ personas epi. Primo quidam assumpsit personā amici in hoc q̄ tam familiariter ⁊ amicabiliter cū eis comedere voluit. In hac aūt cena comedit xps agnum paschalē. Quo aūt comedi debebat determinat Exodi. xij. vbi dicitur. Non comedetis ex eo crudū, quid nec coctū aqua: sz assum tm̄ igni. Caput cū pedibus ⁊ intestinis vorabitis. Edēt autē carnes nocte illa assas igni ⁊ azimos panes cū lactucis agrestib⁹. Primo igit nō dz comedi ex eo crudū quid nec coctum aqua: sz assum tm̄ igni. Duo hic phibent: scz q̄ nō comedat crudus nec coctus aq̄. Tertiū precipit. s. q̄ igne assatur. Cruda em̄ caro nullo igne excocta nō est sapida. Caro vero lixa sz cocta tm̄ nō est adeo sapida. Caro ꝩo assata ⁊ ignē cocta ⁊ est sapida. B ¶ Illi igit comedūt crudū qui habent cor crudum. i. non excoctū igne amoris. Illi comedunt lixum qui habēt cor lixū. i. insipidum ⁊ nō sapidū sapore devotionis. Illi comedūt assum: qui habēt cor excoctū p amorē ⁊ sapidū p devotionē. C

¶ Iste igitur agn⁹ fuit triplici igne assatus. Et ideo nō dz comedi crudus, nec lixus sed assatus. Fuit ergo assatus igne amoris. De quo igne dicit Luc. xij. Ignē veni mittere i terrā. Igne doloris. Thre. no. i. Attendite ⁊ videte si est dolor similis sicut dolor me⁹. Et igne passionis ps. Igne me examinasti ꝛc. D

¶ Scōo dz comedi ei⁹ caput cū intestinis ⁊ pedibus. Caput istius agni est ei⁹ divinitas. i. Cor. xj. Caput xpi deus est. pes ei⁹ est caro ipsi⁹ qui est natura infima in ipso. Intestina ei⁹: est alia ei⁹. Ista ola debemus vorare. i. per verā fidem nobz in corpore. Fuerunt autē quidā heretici qui dixerunt ipsum non habuisse divinitatē. Isti non comedebant caput. i. sibi p fidem non incorporabant caput. i. divinitatem. Alij dixerunt ipsum non habuisse verā carnē humanā: sed fantasticam de celo delatā. Isti pedes non comedebāt. i. ei⁹ carnē per veram fidē sibi non incorporabant. Alij fuerunt qui dixerūt ipm̄ nō habuisse animā rationalē: sz divinitatē loco anime. Isti intestina nō vorabāt, id est eius animā per veram fidē sibi nō incorporabant. Nos igit caput cū pedibus: ⁊ intestina voremus: id est de ei⁹ divinitate, carne, anima fideliter ⁊ catholice sentiamus. E

¶ Tertio dz comedi cū lactucis agrestibus: id est cum amaritudine de peccatis

omnibus. Notandum autem ꝙ quidam sunt qui sumunt istas lactucas integras, quidā contritas, ⁊ quidam succū ipsaꝝ. Est em̄ quedā amaritudo superficialis, quedam precordialis, ⁊ quedam mixta cum lachrymis. Sunt em̄ quidā qui habent de peccatis quendam superficialez dolorem, qui attritio dici potest. Isti sumūt istas lactucas integras seu ꝯfectas. Talis attritio peccatorum nō plene iustificat Hiere. v. Percussisti eos: ⁊ non doluerunt attriuisti eos ⁊ renuerunt accipere disciplinam. Alij sunt qui omnia peccata sua in mortariolo memorie sue congerunt ⁊ pistillo laboris minutatim conterunt: ⁊ talis dolor contritio appellat. Isti sumunt istas lactucas cōtritas, ⁊ talis contritio vulnera peccatorum sanat. Osee nono. Sanabo contritiones eoruz diligam eos spontanee. Alij sunt maioris ꝑfectionis: qui scz peccata nō solū sic conterunt, sed etiaz lachrymas emittūt: isti sumunt agnum cum succo lactucarū: id est cum abundantia lachrymarū. Gregorius in moralibus. Carnes cū lactucꝫ agrestib⁹ sunt edende: vt cum corp⁹ nostri redēptoris accipim⁹ nos pro peccatis nostris in fletibus affligam⁹: quatin⁹ ipsa amaritudo penitētie abstrgat a mētis stomacho ꝑuerse humorē vite. Quarto dz comedi cum panibus azimis: id est cum panibus non fermentatis. Secūdū Greg. Panes sine fermēto comedit qui opa bōa sine corruptiōe vane gl̄ie facit. Uel secūdū eundē. Qui opera sine admixtione peccati exhibet ne ꝑuerse diripiat qd̄ quasi recte dispensat. Quibus per increpationē dn̄s dixit. Sacrificate de fermento laudem. De fermento nanq; laudem immollat qui deo sacrificiuz per rapinam parat. Uel ille sine fermento comedit, qui se a mala societatē custodit. j. Cor. v. Modicū fermentū totam massaz corrumpit. Uel ille azimū sine fermento manducat: q̄ mentis ⁊ corporis puritatē seruat. j. Corint. v. Epulemur nō in fermento veteri: id est in veteri conuersatione, neq; in fermēto neq̄tie ⁊ malicie: sz in azimis sinceritatis ⁊ veritatis. F

¶ Secūdo. Christus assumpsit personā serui: in eo ꝙ pedes seruorum suorū lauit. Lauit autem corporales pedes et spirituales. Corporales aūt lauit in exēplū ⁊ documentū. In exemplū quidē humilitatis. Unde ipse dicit. Exemplum dedi vobꝫ vt quemadmodū ego feci vobꝫ, ita ⁊ vos faciatis. Istā autez tantā humilitatem petrus horruit dicens. Nō lauabis mihi pedes in eternū. Cui respondit Iesus. Si non lauero te: nō habebis partē mecū. Tūc petrus timore ⁊ amore ꝑcussus obtul t lauandos pedes, manus ⁊ caput. Sz xp̄s eū corripuit dicēs, ⁊ asserens qd̄ non indigeret lotione capitis, nec manuū, sed tantum pedum. G

¶ Per caput intelligitur intētio, per manus operatio, per pedes vero affectio. Duo aūt prima: scilicet operatio ⁊ intentio, in petro munda erāt: ⁊ ideo lotione manuum vel capitis indigebat. Habebat enim intentionem in omnibus rectam: ⁊ operationē mundaz. Affectio autem in petro ⁊ in ceteris sanctis sepe aliquo puluere terrene affectiōis aspergit: ⁊ iō indigent vt lauentur August. Ipsi humani affect⁹ sine quibus in hac mortalitate nō viuit pedes sunt vbi et humanis rebus afficimur: vt si dixerimus quoniaz peccatū non fecimus: nosmetipsos seducimus ⁊ decipimus. Scd̄o lauit pedes in documentū vbi docuit ⁊ ostēdit qd̄ prelati debēt lauare subditos. Tūc em̄ pedes lauant quādo prelatus verbo ⁊ exēplo subditorū affectus purgat ⁊ mūdat. Sepe autē contingit quod pedes nō lauantur: aut quando manus est coinquinata: aut qn̄ aqua est turbida ⁊ immunda, aut qn̄ immundicia in pedibus est inueterata. H

¶ His tribus de causis subditi pedes non lauant. Primo quando manus prelatorū: id est opera eorū sunt immunda. Ecclesiasti. xxxiij. Ab immundo quid mundabitur. Gregori⁹ nazanzen⁹. Mundari prius oportet: ⁊ sic alios mundare sapientē fieri prius, ⁊ sic alios facere sapientes, lumen effici: ⁊ ita alios illuminare, accedere ad deū: ⁊ sic alios ducere ad deū. sanctificari, ⁊ sic alios sanctificare. Manus hr̄e rectas: ⁊ sic eē recti cōsilij, ⁊ rectū dare consilium. Secūdo, qn̄ aqua est immunda. Aqua immunda est omor mūdi. De qua dr̄ Hierem̄. ij. Quid

tibi in via egypti vt bibas aquā turbidā. Talis enim aqua nō lauat, sed inquinat. Augusti. Quisquis es q̄ es in mundo, ad te venit q̄ fecit mūdū vt eripiat te de mūdo, qd̄ si adhuc aliqua delectatione te retinet mūdus semper vis esse immundus, si tamen aliqua necessitate retinet te mūdus: habitat in te q̄ mundat immundos, ⁊ eris mūd⁹. Tertio qn̄ ipsa macula pedum ex nimia frequētatione efficitur nimis tenax ⁊ inueterata. Unde dicitur Ecclesiastici. xxxiiij. Qui baptizat̄ a mortuo id est q̄ lauatur a mortali peccato ⁊ iterū qui tangit mortuū, quid proficit eius lauatio, scd̄e Petri secundo. Facta sunt eis posteriora prioribus deteriora. Cōtingit em̄ eis illud veri prouerbij. Uelut canis reuersus ad suum vomitum, ⁊ sus lota in volutabro luti. Secūdo lauit pedes spirituales aqua sui sanguinis. de qua lotione d̄r Apoc. ij. Lauerūt stolas suas ⁊ dealbauerunt eas in sanguine agni. J

¶ Ex quo igit̄ sanguis christi habet dealbare: videtur qd̄ habeat virtutem lactis ⁊ non sanguinis. Lac enim sanguis est in vberibus decoctus. Sanguis christi excoct⁹ fuit in corpore suo ⁊ in corde nr̄o. In corpore suo: igne amoris. Tam vehemēter em̄ in suo corpore ebulliuit qd̄ aperto latere suo cū impetu emanauit. In corde nostro sunt duo vbera. s. intellectus et affectus. Debet aūt excoqui in vbere intellectus per meditationem. Et in vbere affect⁹ per deuotionē. Et sic sanguis xp̄i est excoctus in corpore suo per amorē in corde nostro per meditationem. Et affectus vertitur in albedinē et animas nostras dealbat ⁊ mundat. Apoca. j. Lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo.

K ¶ Ad lauandas nr̄as aīas xp̄s fecit spirituale lixiuiū: in quo pro aqua posuit sanguinez preciosum. j. Johan. v. Hic est qui venit p aquā ⁊ sanguinem iesus xp̄s. Pro cinere amaritudinem penarum. p̄s. Cinerem tāquam panem manducabam. Pro igne calefaciente: amorem immensum. Job. xiij. Cū dilexisset suos q̄ erant in mundo: in finem dilexit eos. Sed quoniā lixiuium erat nimis forte. Tum propter nimiū cinerum amaritudinem. Tuz propter nimiā ebullitionem. Ideo christus illud lixiuium duplici aqua temperauit. s. aqua lachrymationis quam in cruce effudit. vt habetur. Heb. v. Et aqua regenerationis q̄ de eius latere emanauit. Sic ergo tali lixiuio ⁊ sic facto ex aq̄ sanguinis. sic cōmixto ex cinere amaritudinis. sic calefacto ex igne amoris. sic temperato ex aqua lachrymationis ⁊ regenerationis lauat pedes omnium. i. affectus omnium animarum. ¶ Tertio accepit personam ep̄i quando. s. panem et vinum in corpus suum transsubstantiauit. ⁊ apostolis potestatem conficiendi. ⁊ transsubstantiandi dedit. Et ista est maior potestas quā vnquā data fuerit alicui. L

¶ Est quedā potestas dei magna facere de aliquo aliq̄d: sicut quando fecit hominē de terra, et Euam de homine. Est alia dei ptās maior: scz facere de nihilo aliquid. Sicut quando dominus fecit de nihilo celum ⁊ terraz. Est alia potestas dei maxima facere scilicet vt ita dicamus de creatura creatorem. Istā potestatem non dedit angelis: sed sacerdotibus solis. q̄ diuina virtute panē et vinum in corpus ⁊ sanguinem christi conuertunt. vn̄ Eusebius. Uisibilis sacerdos visibiles creaturas in corpus et sanguinem christi verbo suo secreta potestate commutat. Illo scz verbo quod dicit sacerdos. Hoc est enim corpus meum. M

¶ Nō igitur debet aliquis attendere ad visum suum, quia visus putaret se videre colorem panis ⁊ tamē non est ibi panis. Nec ad gustū suum: quia putaret se sentire gustū panis ⁊ tamen non est ibi panis. Nec ad tactum suum: quia putaret se tāgere substantiam panis et tamen non est ibi panis. Nec ad olfactuz suum. qz putaret se sentire odorē panis ⁊ vini et tamen nō est ibi panis nec vinum. Sed debet attendere ad auditū suum, quia euz audit. Hoc est corpus meū ita est per omnia vt audiuit. Hoc signatuz est Genesis. xxvij. In ysaac quando benedixit iacob. Fuit enim deceptus suus visus, quia oculi ei⁹ caligauerant et ipsum nō cognouit. Fuit deceptus olfactus suus qui credidit sentire odorem vestimentorum esau. et erat odor vestimētorum que induerat iacob. Fuit deceptus gustus eius, quia crede-

bat se comedere de venatione esau. et comedebat de venatione iacob. Fuit deceptus tactus eius: quia putabat se tangere manus esau. et tãgebat manus iacob. Sed tamẽ auditus quo vocem iacob audiuit: non fuit deceptus immo dixit. Vox quidem vox iacob est. Sic etiam in isto sacramento omnes alij sensus preter auditum decipiuntur. Et ideo omnes fideles quando audiunt. Hoc est corpus meũ ita firmiter et veraciter credere debent.

89 ¶ In die parasceues.

Sermo.j.

SCiẽs iesus qꝛ iã omnia consummata sunt vt consummaretur scriptura dixit sitio. Illi aũt spongiam plenam aceto ysopo circumponentes obtulerunt ori eius. Cũ ergo accepisset iesus acetũ dixit: consummatuꝫ est. Et inclinato capite tradidit spiritum. Joh. xix. A

¶ Christꝰ in vita sua iudeis dederat multa salutifera documenta: exhibuerat multa sanctitatis exempla. Contulerat multa beneficia atq; miracula: sed hodie miseri iudei pro documentis dederunt christo dura ꝟba. Pro sanctis exemplis dederunt ei verbera duriora. Pro beneficijs dederũt illi durissima crucis tormenta. Non restabat autem nisi vt vna pena. scilicet vt ipsum felle et aceto potarent. Sicut in auctoritate supra posita habetur. In qua quidem auctoritate tria ponuntur ex parte christi: et vnum ex parte iudeorum. Nam ex parte christi primo ponitur eius feruens charitas: cum dicit sitio. Secundo consummata veritas. cuꝫ dicit consummatũ est. Tertio magna pietas. cũ subditur. Et inclinato capite tradidit spiritum. Quarto ex parte iudeorũ magna crudelitas. in hoc quod sibi ad bibendum porrexerunt acetum.

B ¶ Circa primum notãdum quod in hoc quod iesus dixit sitio: eius feruẽs charitas designatur. Non enim sitiebat aquam. sed salutem nostram. Non sitiebat vinum sed profectum nostrum. Non sitiebat aliquem liquorem, sed nostrum amorem. Bern. Sitio ait christus nõ doleo o dñe quid sitis? fidẽ vestrã, salutem vestrã: gaudiũ vestrũ plus animarũ vestrarũ quã corpꝛis proprũ cruciatus me tenet: ꝛ si non mei saltẽ vestri miseremini.

C ¶ Ista aũt christi charitas tã intẽsa omnes alios amores superat ꝛ excellit s. amorẽ naturalem matrimonialem, socialem: ꝛ animalem. Amor naturalis est, qui est inter patrẽ ꝛ matrem ꝛ filium. Et istum amorẽ: amor christi excellit. Nulla em̃ mater filiũ suũ intãtũ dilexit quantũ hodie christus nos amauit. Esa. xlix. Nũ quid obliuisci põt mater infantẽ suuꝫ vt nõ misereat filio vteri sui? Et si illa oblita fuerit: ego tamen nõ obliuiscar tui dicit dñs: ecce in manibus meis descripsi te muri tui coram oculis meis semper. Nunq̃ fuit aliqua mater q̃ tm̃ filium suuꝫ diligeret vt nomẽ suũ in manibꝰ suis pingi vel scribi faceret: vt sic die ac nocte memoriã eiꝰ haberet. Christꝰ aũt die ac nocte in manibꝰ suis scriptos nos portat vt semꝑ memoriã nostri habeat. Et illa scriptura nõ fuit facta cũ calamo vel atramẽto: vel in pargameno: sed calami fuerũt acutissimi clani. Atramẽtum eiꝰ sanguis preciosus: scriptores iudei ꝑuersi: pargamenũ caro manuũ christi. Scdo excellit amorem matrimonialẽ: qui est inter virũ ꝛ vxorẽ. Et hoc in duobus. Primo i hoc quod si vxor fornicatur: vlterius a viro suo non recipit. Sed si anime nostre xp̃m sponsum deserunt ꝛ diabolo adultero cõsentiũt: xp̃s eas penitẽtes recipit: ꝛ ideo in cruce manus extensas tenet, ad innuẽdum qd peccatores ad se reuersos protinus amplexat. Hiere. iij. Vulgo dicitur si dimiserit vir vxorem suam ꝛ recedens ab ea duxerit virum alterum: nunquid reuertitur ad eum vltra? nunquid non polluta ꝛ cõtaminata erit mulier illa? Tu autem fornicata es cũ amatoribꝰ multis: tñ reuertere ad me: et ego suscipiã te dicit dominus. Scdo amor christi excellit matrimonialem, in hoc quod si est aliqua vxor que haberet maculas i corpore vel in facie, ꝛ non posset ab illis emundari nisi vir vulnerari se faceret, ꝛ in suo sanguine se balnearet. vxor, non est aliquis vir qui vxorem suã intãtum diligeret vt ista sustinere vellet. Anime autem nostre

que erãt christi spõse maculis peccatorũ erant plene. Et ideo christ⁹ in quinq; partibus se vulnerari fecit ꝛ sanguinem suũ fudit in quo spõsa sua balneauit ꝛ ab oĩbus maculis mundata fuit. Et hoc est qđ dicitur Ephe. v. Viri diligite vxores vestras sicut ꝛ christus dilexit ecclesiam. et tradidit semetipsum pro illa vt eã sanctificaret mũdans eam lauacro aqua, verbo vite vt exhiberet sibi gloriosam ecclesiam, non habentem maculam neq; rugã aut aliq̃d hmõi, sed vt sit sancta ꝛ immaculata. Tertio amor christi excellit amorẽ socialẽ que est inter amicum ꝛ amicum. Nullus homo inueniretur q̃ vellet mori pro suo inimico vix autem aliquis inueniretur qui vellet mori pro amico: sed pro amico bono id est simplici ꝛ fideli ꝛ innocẽter decepto forte aliquis morti se exponeret. nos aũt non eremus infideles neq; boni: sed eramꝰ impij ꝛ dei inimici ꝛ tamen christus p nobis mori voluit. Et hoc est quod dicitur Rom. v. Cũ adhuc infirmi essemus christus p impijs mortuus est. Vix enim pro iusto quis moritur. Nam p bono forsitan quis audeat mori: cõmendat autẽ deus suam charitatem in nobis quoniã cum adhuc peccatores essemus: christus pro nobis mortuꝰ est. Posset autẽ dici quod christus habebat vnum amicum. s. deũ patrem et vnũ suum et patris inimicũ. s. genꝰ humanũ. Ut igitur xp̃s inter istos paces faceret se mediatorem interposuit. s. Thimo. ij. Unꝰ est mediator dei ꝛ hoĩm homo christus iesus q̃ dedit semetipsum in redẽptionem p oibꝰ. Sepe enim contingit q̃ quando aliq̃s inter duos rixantes interponit ab vtroq; vulneratur: sic ꝛ christꝰ vulneratus fuit a patre. Esa. liij. propter scelũ populi mei percussi eũ. Vulneratus fuit etiam ab homine. zachari. xiij. vbi plagatꝰ fuit ꝺomo eorum qui diligebant me. Quarto amor christi excedit amorem animalem qui est inter animã et corpus: anima enim intantũ diligit corpus quod ab eo separari renuit, ꝛ omnẽ corporis laborem fugit ꝛ vitat. Alia autẽ christi tm alias nostras dilexit q̃ a corpore suo pro nr̃a salute voluit separari. Joh. x. Alias meã pono p ouibꝰ meis. In tantũ dilexit q̃ passa est corpus suũ cũ multa leticia in q̃nq; partibꝰ lacerari: vt sic hostiã nostre redemptionis abũdanter efflueret. Unde in sua persona dicit propheta. Confididit sacerdũ meum et circũdediſti me leticia. D

¶ Scõo ponit cõsummata veritas cũ dicit: cõsummatũ est. Cõsummata q̃dẽ ꝛ cõpleta fuerũt oia p̃dicta. f de sua nativitate ꝛ sua cõuersatiõe ꝛ de sua passiõe. Hodie quoq; consummatũ fuit corpus suum consummatꝰ fuit ꝛ sanguis suus. Corpus quidem consummatum fuit imo consumptũ q; omnia ossa sua apparebant ꝛ dinumerari poterãt. ps. Dinumerauerũt oia ossa mea. Nec mirum si corpus suum sic fuit consummatum q; fuit tribus disciplinis grauissimis flagellatum. Est enim quedam disciplina q̃ fit cum virgis, ꝛ ista est fortis: quia carnẽ frangit. Est alia que fit cũ spinis duris ꝛ acutis: ista est durior et fortior, quia vsq; ad ossa perforãdo pertingit. Est alia que fit cum ferreis instrumentis, ꝛ ista est fortissima q; etiam a corpore excutit. Ista triplici disciplina fuit corpꝰ xp̃i flagellatũ: ꝛ ideo totaliter consummatũ. Primo enim corpꝰ xp̃i fuit flagellatũ virgis seu funibus nodosis quando pylatꝰ ipm ad colũnam fecit ligari ꝛ flagellari, ꝛ illa talis flagellatio totum corpus vulnerauit. Scõo xp̃s fuit vulneratus cum spinis. qñ. f. spinis durissimis et acutis fuit coronatꝰ. Et illa talis flagellatio fcõm Bern. os capitis pforauit ꝛ vsq; ad cerebrũ puenit. Et fm Chryso. Vile punctis capitis impletur. Et si dicat quod nõ videtur possibile quod spine capitis os tã durũ potuerũt pforare. Dicẽdũ q̃ hoc non fuit factũ fm naturã sꝫ fm volũtatẽ diuinam: nec est contrariũ ei qõd ꝛ Joh. xix. os nõ comminuetis ex eo: q; os ihesu capitis non fuit comminutum licet fuerit pforatũ. Tertio fuit flagellatus cũ instrumentis ferreis id est cum clauis acutis. ꝛ illa talis flagellatio etiam a corpore excussit. Mat. xxvij. Jesus autẽ clamans voce magna fez̃ spiritũ. Scõo eius sanguis cõsummatꝰ quia totus fuit a corpore euacuatꝰ. B

¶ Omnia enim opera sua fecit dominꝰ in numero ꝛ pondere ꝛ mensura vt hꝫ Sap. xj. Excepto opere nostre redẽptio

nis ibi enim non seruauit numerū vt scz vnā vel duas guttas sanguinis sui daret cū tñ vna solo sufficeret. Nō seruauit pōdus vt scz vnā librā vel vnciā vnā effunderet. Nō seruauit mensurā: sed totū dedit totū fudit. ps. Copiosa apud eū redēptio. Bern. Prorsus copiosa: qr nō gutte sanguinis sed vnda fluminis ꝑ quinq; partes corporis emanauit. F.

¶ Tertio ostenditur magna compassio ⁊ magna pietas leo ꝙ dicitur inclinato capite tradidit spm̄. Magna quidem pietas, quia iudei spm̄ christi ab eius corpe violenter cum multis supplicijs, expulerunt. ps. Uim faciebant qui quere. aiam meam. Ex hoc autem quod dicitur inclinato capite tradidit spm̄. Quidā volūt dicere animam principalē sedem habere in capite super hoc tamen inter sapiētes fuerunt quatuor opiniones. Quidam enim dixerūt animam esse in capite ⁊ hoc propter illam autoritatem que dr Gen. j. Inspirauit in faciem eius spiraculū vite. Illa enim inspiratio nihil aliud fuit quā anime infusio. Alij dixerūt ipsam esse in in corde, ⁊ hoc propter illā autoritatem que dicitur Matth. xv. De corde exeunt male cogitationes. Cum enim cogitationes exeunt ab aia sic cogitationes exeūt a corde: ergo anima est in corde. Unde Hiero. l'epistola ad fabiolā. Quaeris vbi principale sit aie plato in cerebro: christus monstrat in corde. Alij dixerūt ipsaz esse in sanguine: ⁊ hoc propter illud qd dicitur. Leuiti. xvij. Anima omnis carnis in sanguine est. Alij dixerunt ipsam esse in toto corpore ⁊ in qualibet parte totā, ⁊ hoc propter illud. ij. Reg. j. Adhuc tota anima mea est in memetipso: non enim dixit: est in capite meo, vel in corde, vel in sanguine meo: sed in memetipso, id est in corpore meo. G

¶ Iudei igitur volentes animam christi cruciare: videntur istas quatuor opiniones saltē ipso facto sciuisse. Primo ipsaz animam cruciauerunt in capite: quia fuit spinis coronatum. Ansel. Coronatus incedebat: sed ipsa sua corona, cruciatus est, quia mille puncturis eius speciosissimam verticem vulnerauerunt. H

¶ Secundo cruciauerūt ipsam in corde scz quando fuit iuxta: cor in latere vulneratus: vt si ibi forte anima remāsisset: cruciatum sentiret verū cū triplex sit amor, scz sermonis, cordis, ⁊ operis christus ostenderat nobis sermonis amorem in in sapienti predicatiōe: amorem operis in miraculorū exhibitione: quid restabat nisi ostenderet: amorem cordis quē ostēdit in lateris apertione. Bern. Clau⁹ penetrans, clauus reserans factus est mihi quid videā per foramen clamat clauus: clamat vuln⁹ quod deus ver⁹ est in christo mundum sibi reconciliās. Tertio cruciauerunt eius animam in sanguine scilicet quando clauis acutis venas aperuerunt ⁊ totum sanguinem cum doloribus extraxerunt: ita quod corpus eius remāsit in cruce totum aridum sicut lignū. Unde ps. Aruit tanq̄ testa virtus mea. Iterum ossa mea sicut cremium aruerunt: ⁊ assimilat corpus suum christus cremio ⁊ testo: nā testa que prius erat humida postmodum ab igne fit arida. Similiter cremium est lardum adustum a quo omnis pinguedo recessit, sic corp⁹ christi in cruce fuit sicut testa: quia ab omnibus suis humoribus fuit exiccatum ⁊ fuit sicut cremium, quia toto sanguine suo fuit euacuatum. I

¶ Quarto afflixerūt animam in toto corpore: qr a planta pedis vsq; ad verticem non fuit in eo sanitas. Cruciatus fuit in toto corpore. s. in parte suprema, media et infima: nam in parte suprema fuit spinis coronatus: in media fuit ad columnā ligatus ⁊ flagellatus in infima fuit pedib⁹ perforatus ⁊ cruci affixus: vbi magnum dolorē sensit: ⁊ qr locus erat neruosus, ⁊ qr vnus pes super alium positus: et qr grossis clauis perforatus, et qr intendebatur clauatis pedibus totum corp⁹. K

¶ Quarto ponit ex parte iudeorum magna peruersitas, qr os xp̄i aceto potauerūt. Due magne rusticitates ori christi hodie facte fuerunt. Una est qñ acetum sibi dederūt bibere. Secūda quādo iudas ore suo turpissimo os christi sanctissimū osculari presumpsit: sic hodie duas rusticitates multi faciunt ori christi. Quidā em̄ adhuc dāt sibi acetū. i. opera praua. ps. Exarcerbauit dominū peccator. Cū em̄

christi ori deberēt dare vinū suaue id est opera bona deoq; placita dāt sibi acetū id est opera mala ⁊ acerba. Esa. v. Expectauit vt faceret vuas: ⁊ fecit labruscas.

L ¶ Secundo sunt adhuc quidam cū iuda qui os christi osculantur. Quatuor enim persone christum osculate fuerunt nam ipsam osculata fuit mater eius: quādo eum infantē in suis brachijs baiulabat: sepe ipsum osculabat ⁊ hoc in signū amoris. Osculatus est eū etiam symeon quando scz in vlnas suas eum accepit et istud osculum fuit signū reuerentie ⁊ honoris. sicut quādo quis man⁹ vel pedes episcopi osculatur. Osculata fuit euz maria magdalena: hoc in signū reconsiliationis sic, quādo inimici ad pacez veniūt se mutuo osculantur. Osculatus fuit eum iudas: ⁊ hoc in signum proditionis sic: et ioab osculat⁹ est amasan. ij. Reg. xx. Quicunq; igitur hodie osculatur christum videat qualiter osculetur. Ille enim q̄ nullum hz odiū ⁊ rancorem sed ad deum et proximum sincerum amorem osculat cū maria. Ille q̄ ad xp̄i passionē multa reuerentia ⁊ deuotione ⁊ lachrymarū effusione afficit: osculat cū symeone ille q̄ prius erat deo inimic⁹, sed in ista quadragesima est sibi recōciliatus osculatur cū magdalena. Ille qui hodie crucifixum osculatur ⁊ in pascha in mēsa altaris cū christo epulatur: ⁊ post pascha ad peccata reuertitur: osculatur cū iuda proditore: magna enim proditio est hodie christo osculum dare ⁊ in paschate in mēsa christi comedere, ⁊ postea de domo cordz sui christum expellere ⁊ inimicum christi capitalem id est demonem in cor suum introducere. Talibus christ⁹ potest dicere illud quod dicitur in p̄s. Tu vero homo vnanimis dux meus ⁊ not⁹ meus qui simul mecum dulces capiebas cibos in domo dei ambu. cū cōsen. Et sequitur, veniat mors sup illos ⁊ descēdent in infernū viuētes.

90 ¶ Eodem die scilicet parasceues.

Sermo secundus.

Inspice ⁊ fac secundum exemplar quod tibi in monte monstratum est. Exodi. xxv. Christ⁹ est tanq̄ liber exēplaris ad cuius exemplum totā vitam nostram debem⁹ deducere ⁊ ipsaz corrigere. Ecclesia quoq; officia sua ⁊ obseruātias suas ab isto libro extraxit: maxime autem in hac die ecclesia in officio multa mystica facit que ab illo libro extraxit ⁊ ideo supradictum verbum potest esse verbum dei patris ecclesiam alloquentis ⁊ dicentis inspice ⁊ fac secundū exemplar quod tibi in monte monstratum est.

A

¶ Uideamus igitur que sunt ista misteria que ecclesia hodie facit ⁊ q̄ ab isto libro extraxit. Primuz est: quia altaria sunt denudata altare quidem est christus qui hodie fuit suis vestib⁹ denudat⁹. Habebat enim christ⁹ tria genera vestimentorum. Primo habebat vestes materiales q̄s ferebat sicut ceteri holes, istz fuit denudat⁹ Uñ. p̄s. Diuiserūt sibi vestimēta mea. Habebat enim vestimentū scz corp⁹ propriū quod est anime vestimentū. isto vestimento hodie anima christi fuit spoliata ⁊ suo corpore denudata. Johānis. xix. Et inclinato capite tradidit spm̄. Habebat etiaz vestes spūales. i. suos apl̄os q̄ xp̄z vestiebāt ⁊ ornabant. Esa. xlix. Uiuo ego dicit dn̄s qz his olbus velut ornamēto vestieris. Istis vestibus fuit christus denudat⁹ qz fuit ab olb⁹ apl̄is derelict⁹. Joh. xvj. Ecce venit hora ⁊ iā venit vt dispergamini vnusq̄sq; l̄ ꝓpria ⁊ me solū relinq̄tz. B

¶ Scōm est qz eccl̄ia tribus diebus mortē christi plāgit tenebras facit ad innuēdum q̄ sol trib⁹ horis tenebris se induit ⁊ mortem christi deplanxit. Uel ad innuēdum q̄ triplex creatura mortez christi defleuit scz pure corporalis: sicut terra q̄ cōtremuit: ⁊ sol qui obscurat⁹ est. Pure spiritualis sicut angeli. Esaie. xxxiij. Angeli pacis amare flebūt. Et cōposita, sicut homo videlicet apostoli ⁊ sancte mulieres. Uel tribus diebus oīs ecclesia plāgit: ex eo quod tribus diebus ⁊ trib⁹ noctibus christus mortuus iacuit.

C

¶ Tertiuz est q̄ campane nō pulsantur: ex eo q̄ omnes campane hostie siluerūt. Christus enim habebat duodecim cāpanas, id est duodecim apl̄os. Quarū vna penit⁹ fracta fuit. s. iudas. Et remāserūt vndecim. Inter q̄s erat vna ceteris gros

sor scilicet Petrus: qui semel taz alte sonuit q eius sonus super angelos ascēdit quādo dixit Mat. xvj. Tu es christ⁹ fili⁹ dei viui. Ista campana hodie sonū perdidit qñ christū negauit. Similiter ⁊ ceteri apli sonū perdiderūt qñ christū reliquerunt. Alia cāpana fuit christ⁹ que in hac vita nō cessauit sonare, id est predicare. Tandem eleuata est in campanali crucis ⁊ sibi dedit sonū pie cōquestioni in auribus patris cū dixit. Matth. xxvij. Deus meus deus meus vt q̄d dereliquisti me. Dedit sonū amoris in aurib⁹ matris cū dixit Johā. xix. Mulier ecce fili⁹ tu⁹. Dedit sonū magni doloris in aurib⁹ humani generis cū dixit. Treñ. j. O vos oēs q̄ transitis per viā: attendite et videte si est dolor sicut dolor meus. Tantum sonuit ista cāpana q rauca facta fuit. ps. Laboraui clamās rauce facte sunt fauces mee. Tandē ista cāpana fuit fracta ⁊ in quinq̄ partes perforata: ⁊ tūc omnino siluit ⁊ sonum dimisit. Alia cāpana fuit virgo beata que tam dulciter sonuit q fili⁹ dei ad ei⁹ sonū venit: quādo ipsa dixit. Ecce ancilla domini: fiat mihi ⁊c. Taz dulciter sonuit q Johanes baptista ad eius sonū in vtero mr̄is tripudiauit. Ista cāpana hodie ferro doloris pforata fuit: ⁊ ideo sonū pdidit. Luce. ij. Et tuā ipsius animaz pertrāsibit gladi⁹. Alia cāpana fuit vniuersitas creaturaꝝ q̄ dat triplcē sonū. Qr pdicat dei potētiā: ex sua magnitudine. Dei sapiētiā ex suo ordine. Dei bonitatē ex sua bonitate. Ista cāpana hodie in tātum siluit q ex toto cōfusa fuit. Bernard. Ad hoc peccatum expauit tota machina mundi: ⁊ fere in antiquū chaos redacta sunt vniuersa. Uñ etiā philosophi videntes eclypsim solis cōtra naturam fieri dixerunt, aut ordo nature puertit̄, aut elemēta mētiūtur, aut de⁹ nature patit̄ ⁊ elementa sibi compatiuntur. D

¶ Quartum est: qr tabule hodie percutiuntur. Ista autē percussio tabule representat clamorē crucis qui clamat iudeorum malitiam et christi innocentiā. Secūdo rep̄sentat clamorē sanguinis qui clamat pro nobis ⁊ contra nos. Nam p nobis clamat: petēs a patre mīaz. Heb. xij. Accessisti ad sanguinis aspersionē meli⁹ loquentē q̄ abel. Clamat aūt contra homines terrenos. Job. xvj. Terra ne operias sanguinē meū, neq̄ inueniat i te locū latēdi clamor me⁹. Latet em̄ sanguis xp̄i in eoꝝ memoria qr nō habēt de eo recordationē. In eoꝝ itelligētia: qr nullaz habēt meditationē. In eoꝝ volūtate qr nullā hñt deuotionē. Tertio son⁹ tabule representat sonū q̄ fuit i inferno. siq̄dē xp̄s claustra ifernalia ꝯfringebat. ps. Qui cōtriuit portas ereas: ⁊ vectes ferreos ꝯfregit. Angeli valenter clamabant. Tollite portas p̄ncipes vr̄as ⁊c. Scti p̄res iubilabāt. Dānati q̄ ibi relinquebantur flebāt. Demones vlulabāt. Et si cōmixtus erat son⁹ flētiū: ⁊ son⁹ gaudētiū p̄mo. Exdre iij. Nō poterat cognoscere quisq̄ vocem clamoris letantiū: ⁊ vocē fletus populi. Quarto sonus tabule representat strepitum armorū quē fecerūt iudei in captione christi. Exierunt em̄ ad ipsum capiendum cum armis, fustibus, lāternis, ⁊ gladijs. Quinto sonus tabule fit ad excitandum tristitiam ⁊ merorem. Hodie quidem ecclesia omnes sonos letitie tacet: ⁊ facit tristitie sonos. Nam tacet sonū campane: ⁊ facit sonū tabule. Tacet letationes: ⁊ facit lamētatiōes. Tacet cāt⁹ letitie ⁊ dicit cātus meroris ⁊ tristitie. E

¶ Quintum est quia passiōes aliorū sanctorū celebramus cum gaudio: passionē autem christi agim⁹ cum lamento. Cuius ratio est: qr alij sancti passi sunt propter se, vt scilicet p suā passionē acquirerant gloriā celestem. Et ideo in sua passiōe ex eo gaudemus q ad eternā beatitudinez peruenerūt. Christus autem non est passus propter se vt scilicet gloriā acquireret quā habebat: sz propter peccata nostra delenda. Alia ratio est quia fleuit hodie sol quādo obscuratus est. Fleuit terra quando contremuit. Fleuerunt sancte mulieres. Luce. xxiij. Filie hierusalē nolite flere sup me. Fleuerūt apostoli. Unde cātat̄. Tristes erāt apostoli d̄ nece sui domini, Fleuit Petr⁹. Mat. xxvj. Egressus foras fleuit amare. Fleuit beata virgo doloris gladio pforata. Fleuit christus. Mat. xxvj. Tristis est anima mea vsq̄ ad mortem. Fleuerunt angeli. Esaie. xxxiij. Angeli pacis amare flebunt. Fleuisset si

possibile fuisset de⁹ pater vidēs filiū suū tā ignominiose tractari. Ergo inter tot flentes nullus debet gaudere. F

¶ Sextum qr missa hodierna non habet principiū nec finē: quia introitus nō dicitur, nec cuz Benedicams domino finitur ad innuendum ꝙ qui est principium ⁊ finis a nobis recessit. Et etiaz ille qui est in tribulatione nō indiget benedictiōe: sed compassione. Et ideo nō dicitur Benedicamus domino. Non habet etiā ista missa mediū: quia sacra ostia non consecratur, ex eo ꝙ vera hostia, id est christus est hodie oblata. G

¶ Septimuz est qr circa crucē ter genua flectimus vt illuz honoremus qui ter fuit pro nobis illusus, scilicet ab herode qui vere alba induit eum. A militib⁹: qr ip̄m spinis coronauerunt. Et a iudeis qui sibi in cruce existenti insultauerūt. Facim⁹ etiam ipsuz officium in lingua greca ⁊ latina: quia iste due lingue ipsum cōfitētur ⁊ adorāt. Lingua vero hebraica ibi silet: quia iudei christum non confitentur. H

¶ Octauum est quia ante crucem totaliter nos prosternim⁹ ⁊ postea osculamur. Ipse enim ꝓpter nos se ꝓstrauit vsqꝫ ad terre susceptionē. Phili. ij. Semetipsum exinaniuit formā serui accipiēs. Usqꝫ ad terre habitationē. Baruth. iij. Post hec in terris visus est: ⁊ cum hominibus cōuersatus est. Usqꝫ ad terram per mortis deiectionē. Hierem̄. xlvj. Fortis impegit in fortē ⁊ ambo pariter corruerūt. Usqꝫ ad terre penetrationē. Eccli. xxiiij. Penetrabo inferiores parētes terre ⁊ inspiciam omnes dormientes: ⁊ illuminabo omnes sperantes in domino. I

¶ Nonū est quia hodie ecclesia pro omnibus orat. Cuius ratio est: qr hodie xp̄s fuit valde pius in parcēdo. quādo dixit. Luc. xxiij. Pater dimitte illis: qr nesciunt quid faciūt. Fuit valde liberalis l largtē do: qr ad modicam petitionem dedit latroni celū. Fuit valde largus l donādo: quia nō guttā sed totum sanguinem pro nostra redēptiōe dedit. p̄s. Apud dominum misericordia: ⁊ copiosa apud eū redemptio. Ideo ecclesia ad similitudinez christi est hodie multum liberalis in orādo: ⁊ multum pia in parcendo. K

¶ Decimum est quia hodie fideles ecclesias omnes ⁊ altaria sanctorū visitare cōsueuerūt. Cui⁹ ratio triplex est. Prima est quia illa talis visitatio representat visitationem apostolorū ⁊ sanctarū mulierum que crebro sepulchrū domini visitabāt. Secunda qr christus hodie omnes sanctos qui fuerunt a principio mundi vsqꝫ tūc presentialiter visitauit dum ad lymbum descēdit. Luc. j. Uisitauit nos oriēs exalto. Tertia ratio est: quia sancti debēt hodie esse liberales: qr hodie de carcere fuerūt liberati. Si quis em̄ de carcere liberaretur ⁊ ad imperium sublimaretur illum diē multū diligeret: ⁊ in illa die multum liberalis esset. Merito igitur fideles sanctos hodie visitant: vt ab ipsis de carcere liberatis ⁊ in imperium celeste sublimatis beneficia obtinere valeant.

91 ¶ Sabbato pache. Sermo. j.

Venit maria magdalena, ⁊ altera maria videre sepulchrū. Mat. vlt. A

¶ Magna dignitas est septimi diei eo ꝙ sabbatū appellatur: qr in eo tota trinitas requieuit. Nā pater in opere creationis qd̄ fuit op⁹ infinite potētie ⁊ attribuit patri: requieuit ab omni opere qd̄ patrarat. Fili⁹ in ope recreatiōis qd̄ est op⁹ sapientie ⁊ attribuit filio: requieuit in monumēto inuolut⁹ syndone. Spiritussanctus requieuit hodie in virgine. quia ceteri apostoli ⁊ mulieres a gratia spiritussancti ceciderunt. In virgine autem ipsa gratia fides firma ꝑmāsit. Quia igit̄ hodie christus in sepulchro requieuit: ideo sancte mulieres frequēter ipsum visitabant, modo vt corpus eius vngerent, mō vt ip̄m mortuuz deflerent, modo vt ipsum sublatum inquirerēt. Ideo dicit̄ in auctoritate premissa. Uenit maria magdalena ⁊c. Circa igitur sepulchrū domini tria sunt notanda. Primo q̄le fuit eius sepulchrū. Scd̄o qualis fuit eius sepultura. Tertio q̄liter nos cum eo sepeliri debemus. B

¶ Circa primū notandum ꝙ sepulchrū christi fuit nouuz: sicut dicitur Mat. xxvij.

Et hoc fuit triplici de causa. Prio ne crederetur q̄ non ipse, sed alius surrexisset. Istam rationem tangit Ambrosius in libro de virginibus, dicens. Beatus Mattheus monumentum nouum dixit: ne ex monumēto vereri alius surrexisse crederetur. Scdo propter reuerentiā xp̄i. Istā rationē assignat Aug. dicēs. Sicut i vtero marie nemo ante eum, ⁊ nemo post eū fuit: ita etiaz in isto monumēto nullus ante eum null⁹ post eū fuit. Tertio ad significandū q̄ qui christi corp⁹ vult recipere debet habere nouitatem in corde. Corp⁹ quidem nostrū modo est nouū in iuuentute: modo vetustū i senectute: modo putridum in morte. Spiritus autez non debet taliter variari: sz debet semper in melius renouari. C

¶ Sunt tamē quidā quoꝝ spiritus est vetustus per peccati malitiaz. Unde monet apl's. j. Coꝝ. v. Expurgate vet⁹ fermētuz vt sitis ⁊c. Alij sunt quoꝝ spirit⁹ est putridus per cōsuetudinē longā. Johel. j. Cōputruerūt iumēta sua in stercore suo. Alij sunt quoꝝ spirit⁹ est nouus semp ꝑ puritatem cordis ⁊ mūditiā. Unde dicit apostolus. ij. Coꝝ. iiij. Licet is q̄ foris est noster homo corrūpatur: tamē is qui intus est renouatur de die in diē: talis q̄ habet istā nouitatē dignus est recipere corpus dn̄i. j. Coꝝ. v. Epulemur i azimis sinceritatis ⁊ veritatis. D

¶ Scdo sepulchrū christi nō fuit suū proprium sed alienū. ⁊ hoc tribus de causis Primo ad ostendēdū q̄ nō debebat detineri a morte, istam rationē tāgit Ambro. in libro de virginib⁹ dicēs. Bene secūdū literā alienū fuit monumētum christi habeant tumulū qui sub lege sunt mortis victor mortis nō habuit tumulū non enim ille sepulchruz mortis desiderabat q̄ de morte triumphū querebat. Idez in libro sermonum. Ut quid illi sepulchrum q̄ tri duo tēporis spacio nō tam in sepulchro mortuus iacuit q̄ velut in lecto dormiēs quieuit: ipsa em̄ temporis breuitas declarat potius somnum fuisse q̄ mortē. Secūdo ad ostendēdū q̄ nō pro sua sed pro aliena salute moriebatur Ambro. Jā in aliena sepultura domin⁹ iacuit quia pro aliena moriebatur salute vt quid illi propria sepultura. qui in se propriam mortē nō habebat. Tertio ad ostendendū suaz paupertatem sicut enim in aliena voluit nasci ⁊ in aliena domo conuersari, sic in alieno monumento voluit sepeliri Mat. viij. Uulpes foueas habent ⁊ volucres celi nidos. Filius aūt hominis nō hz vbi caput suuz recliner. ac si dicat. nec in morte mea habui sepulturam nec in vita mea habui nidū id est domum in qua possem commorari: nec in natiuitate habui lectū in quo a matre mea potuerim reclinari. E

¶ Tertio monumentum fuit grandi lapide siue saxo clausum cuius triplex est ratio quarum due principaliter sunt literales, tertia est mystica. Prima est ne ipse locus bestijs esset apertus. Secundam rationem tāngit glossa dicens aduoluit saxum magnum ad hostium monumenti vt non posset aperiri sepulchrum, sine auxilio multorum. Tertia ratio est mystica, per hoc enim insinuatur quod illi qui corpus christi debent suscipere debent esse clausi ne peccatum in eorum corda possit intrare. F

¶ Sūt aūt quatuor saxa q̄ a corde debēt aduolui ne pctm̄ possit ītrare vt dt Bern̄. s. pudor timor dolor ⁊ amor. Multi em̄ sunt q̄ ꝓpter pudorē hominū dimittunt peccare. Alij sunt qui cessant a pctis propter immēsitatem doloris quā habēt de ipsis peccatis. Alij sunt q̄ vitant peccare propter timorē pene eterne, ne ipsam incurrant. Alij propter amorem glorie ne ipsam ꝑdāt. Ista sunt quatuor saxa ingētia que debēt monumentum cordis claudere ne illō aliq̄ peccata possint intrare. Dicit tamē idē Bernard⁹ q̄ duo p̄ma. s. pudor ⁊ dolor nō sunt fortia multum ad resistendū: qr sepe pudor solatium capit de peccātium multitudine, dolor, de aliqua huius mundi consolatione, validissimuz autē ad resistendū peccatis: amor dei est viris perfectis: imperfectis vero timor supplicij. G

¶ Quarto monumentum Christi fuit monumentuz isti, id est ipsius Joseph q̄ erat vir iustus ⁊ bonus, dicitur Luce. xxiij. Uoluit autem Christus sepeliri nō monumēto pilati, sed iusti. Primo ad ostendendū quod Christus non requiescit nisi in cor-

de iusti. Unde Ambrosius super Lucaz. Bene Christus in monumēto iusti voluit sepeliri vt habeat filiꝰ hominis vbi caput suū reclinet. Xp̄s em̄ nō requiescit in animo auari, cū sit spinosus: sz nec in animo luxuriosi cū sit lutosus: nec in animo superbi, cū sit ventosus: sed in animo iusti, cū sit floridus, iuxta illud Canticorū primo. Lectulus noster floridus. Secundo ad innuēdum, q̄ nō debeat ampliꝰ ꝑ peccatoribus immolari. Natꝰ em̄ fuit inter duo animalia: qr̄ homines bestiales facturus erāt spirituales. Uixit inter peccatores vt eos iustificaret, mortuꝰ est inter latrones vt vnū lucrifaceret: sed hodie requieuit in monumento iusti, nō eniz voluit ampliꝰ peccatorū consortia, qr̄ ꝑ peccatis ampliꝰ moriturꝰ non erat. Ro. vj. Christꝰ resurgēs ex mortuis iam non morit̄: mors illi vltra iam non dominabitur. Tertio ad innuendum q̄ licet in hac vita sint mixti boni ⁊ mali post mortē tn̄ per se erūt boni scilicet in celo ⁊ per se erunt mali scilicet inferno, ⁊ per se erunt mediocriter boni ⁊ mediocriter mali: scilicet pueri qui erunt in lymbo. Secundo videndum est, qualiter christus fuit tumulatus: nam ipse fuit syndone inuolutus: vt dicit̄ Luc. xxiij. Fuit vnguēto cōfectꝰ ex myrrha ⁊ aloes inunctus vt a putredine seruaret̄. vt hr̄ Jo. xix. Fuit lintheis cū aromatibus ligatus, vt habet̄ ibidē. H

¶ Per ista aūt significant̄ illa que debēt habere illi q̄ corpus xp̄i volūt recipere. Corpꝰ enim christi dicimus esse tāq̄ candore in eternū. Sap̄. vij. Candor est eniz lucis eterne tāq̄ panē angelicū. p̄s. Panem angelorū manducauit homo, tanq̄ carbonē diuinū. Joā. damascenus. Diuinū carbonem assumamus vt ignis eius quod est in nobis sancti desiderij assumētes eum que ex carbone agnitionis inflāmet nostra pectora: ⁊ illuminet corda nostra, est enim tanq̄ celeste electuariū q̄d confecit celestis vnguentarius faciēs pigmata sanitatis, inquātū igitur corpꝰ christi est candor eternus requirit magnā mētis puritatē, ⁊ hoc signat̄ per syndonem mundā. Un̄ dicit ibi glo. Syndone munda inuoluit iesum q̄ pura mente eū suscipit: in quantū est panis angelicꝰ debet recipi cum deuota oratione, hoc signat̄ per aromata. Apoc. viij. Ascēdit fumus aromatū, id est incensorū de orationibꝰ sctōrum de manu agni coram deo: inquātuz est carbo diuinus debet recipi cū mente ab omni humore vitiorū desiccata: sicut em̄ ignis non inflāmat ligna humida sz desiccata: sic ⁊ carbo diuinus non inflāmat corda nisi que inuenit ab humoribꝰ vitiorum desiccata. ⁊ illud significat̄ per aloes qui habet virtutē desiccatiuam: inquātū est celestē electuariū requirit corda a cibis noxijs, id est a pctis euacuata ⁊ illud significat̄ ꝑ myrrā q̄ est amara et significat contritionem que omnia peccata expellit ⁊ euacuat. J

¶ Tertio vidēdū est qualr̄ debemꝰ cum xp̄o sepeliri spūaliter. Dicit apl̄s Rom. vj. Consepulti em̄ sumꝰ cū xp̄o. Sepulchrū aūt illud in quo debemꝰ sepeliri est ipsa religio: in qua ipse religiosus spūaliter dz mori ⁊ sepeliri. Assimilari autem dz religiosus mortuo q̄tū ad plura. K

¶ Primo q̄tū ad censum. Sicut em̄ mortuus nihil habet proprium sic ⁊ religiosus nihil sibi debet retinere: sed in cōmuni diuidere: quilibet laicus debet dicere illud Job. j. Nudꝰ egressus sum de vtero matris mee ⁊ nudꝰ reuertar illuc. Religiosꝰ aūt dz esse nudꝰ in ingressu vt nihil sibi retineat: nudus i ꝓgressu vt nihil possideat: nudꝰ post egressum vt nihil in morte post se relinquat. Secūdo dz assimilari quātū ad sensum ⁊ motū: sicut em̄ mortuꝰ priuat̄ sensu ⁊ motu: sic ⁊ religiosus dz esse mortuus q̄tum ad delectationes qui ad sensum carnis ꝑtinent: ⁊ sicut mortuus non mouet̄ motu proprio sed alieno, sic verꝰ religiosus nō dz duci motu ꝓprie volūtatis, sed ad imperiū sui superioris seu rectoris: ⁊ sicut mortuus se mouēti nō cōtradicit: sic ⁊ religiosus debet p̄lato se regenti non contradicere: sz in omnibꝰ obedire. Unde dr̄ Esa. l. Dominus aperuit in autē: ego autem non contradico, retrorsuz nō abij. Tertio dz assimilari q̄tū ad domicilium: qr̄ sicut mortuus claudit̄ in sepulchro, sic religiosus dz esse clausus in claustro. ⁊ sicut mortuꝰ non exit de monumento nisi ad iussionē dei quando sibi dicetur. Surgite mor-

tui, venite ad iudiciū: sic nec religiosi debent exire claustrū sine iussione prelati: ⁊ sicut mortuꝰ non murmurat quādo trāsfertur de monumento in monumentū: sic nec religiosꝰ debet murmurare, quādo transfert̄ de monasterio in monasterium. Quarto maxie debet assimilari morti xp̄i iuxta illud. Rom̄. vj. Si cōplātati facti sumus similitudini mortis illiꝰ. s. xp̄i: simul ⁊ resurrectionis erimꝰ. In morte xp̄i aīa fuit a corpore separata, tñ aīa ⁊ caro, deitati fuerūt vnite, sic in vero religioso aīa debet separi a carne. s. vt carni nō cōsentiat in aliquo amore carnali, aīa tamen ⁊ caro debēt deo esse vnite: aīa ꝑ amorē, caro ꝑ incorruptionem, vt possit dicere cuꝫ propheta. Cor meum ⁊ caro mea exultabunt in deum viuum.

92 ¶ Eodem die, scilicet sabbato pasche. Sermo secundus.

Fasciculus myrrhe dilectus meus mihi liter vbera mea cōmorabit̄, botrꝰ cypri dilectus meꝰ mihi in vineis engadi. Cāti. j. A

¶ Virgo beata in christi passione multā habuit amaritudinē, iō dicit fasciculꝰ myrrhe ⁊c. In sua aūt resurrectione multā habuit letitiā ⁊ exultationē: iō subdit, botrꝰ cypri dilectꝰ meꝰ mihi in vineis engadi. In cypro ei nascit̄ vinū optimū, qđ est letificatiuū. In vineis engadi, nascit̄ balsamū odoriferū. Dicit ergo v̄go btā dilectꝰ meꝰ fuit myrra amaritudinis in sua passiōe, sꝫ fuit mihi vinū iocūditatis ⁊ balsamū odoris in sua resurrectione: ⁊ sic pꝫ ꝙ in verbis ꝓpositis duo tāgūtur scꝫ amaritudo doloris quā btā v̄go habuit in filij passione ⁊ gaudiū cordis qđ habuit in eiꝰ resurrectione. Circa primū tāgunt̄ tria. Primo magnitudo amoris, cū dicit̄ dilectꝰ meꝰ. Secūdo magnitudo doloris cū dicit̄ fasciculꝰ myrrhe. Tertio magnitudo deuotionis: cū dicitur, inter vbera mea commorabit̄. ¶ Circa primum notandū ꝙ beata virgo dilexit filiū sapienter ⁊ discrete: qꝛ saluationem humani generis proposuit passioni filij sui quāuis eū intime diligeret quāuis sciret ꝙ ipse i sua passione multos dolores haberet, nūq̄ tñ voluit sibi dissuadere ip̄aꝫ passionem propter humani generis saluationem. B

¶ Notandū autē ꝙ in corde virginis pugnabāt duo amores ⁊ duo dolores: duo amores erāt amor filij, ⁊ amor humani generis. Amor filij nolebat christuꝫ pati amor humani generis volebat ipsum pati, sed amor generis humani superauit amorē filij. Sil̄r pugnabāt duo dolores: scꝫ dolor quē habitura erat de morte filij: ⁊ dolor quē habebat de nostra ꝑditione, sꝫ dolor quē habebat de nostra ꝑditione superauit dolorē quē habitura erat de morte filij. Vñ poterat dicere cū apto illud quod dicit̄. Philip j. Mihi viuere christus est ⁊ mori lucrū, acsi dicat vita filij mei vita cordis mei est: mors vero sua est lucrū generis humani. Secūdo ponit̄ magnitudo doloris sui, cū dicit̄ fasciculus myrrhe. Myrrha cm̄ est amara. fasciculꝰ igit̄ myrrhe est collectio passionum christi quarū consideratio magnuꝫ prestabat sibi dolorē, ipse aūt dolor causabatur in ea ex ratione filij: ⁊ ex ratione sui ex ratione supplicij. C

¶ Causabatur quidē in ea dolor ex ratione sui qꝛ mater erat: ⁊ naturaliter dolet mater de afflictione filij. Secūdo ex eo ꝙ erat tota mater quando enim dolor diuidit̄ in multis, minor inuenit̄ in singulis, si em̄ aliqua mater filiū amittit, dolorez suū cum patre cōdiuidit, ⁊ ideo talis dolor ex tali diuisiōe quodāmodo minuit̄. Virgo autē beata cū nullo dolorē suum diuidere potuit qꝛ nullus pater ibi erat. Tertio ex eo ꝙ erat vnicꝰ matri. Si aliq̄ mater filiū perdidit cōsolationē accipit quando alios habet vel habere sperat: virgo autē maria nullum habebat aliū, nec se habere sperabat, vnde poterat dicere illud. ij. Reg. j. Sicut mater vnicum amat filiū ita te diligebaꝫ. Quarto ex eo ꝙ presens erat ad videndū: quando aliqua mater audit filiū suum mortuū multū dolet sed quādo horribili morte ip̄m audit fuisse occisum magis dolet, quādo vero ante oculos suos, videt filiū suū occidit maxīe dolet. Virgo igitur beata immenso dolore vulnerabat̄ quando vides

bat filium suum occidi ⁊ horribili morte necari: ⁊ ante oculos suos hec omnia fieri. Quinto ex eo ꝙ erat ad adiuuādū impotens, magna consolatio est alicui mr̄i qñ filiū suū in morte osculari ⁊ amplexari ⁊ adiuuare potest hec aūt in nullo filiū suū poterat tūc adiuuare, audiebat eniz eū sitire ⁊ non poterat ei potum porrigere, videbat ipsum vulneribꝰ plenū ⁊ non poterat vulnera alligare, cōspiciebat ip̄z sanguine plenū ⁊ non poterat lintheo extergere, videbat ipsum male captū teneri ⁊ ipsum non poterat liberare, videbat ip̄m caput male tenentē ⁊ non poterat sustētare. videbat ip̄m in cruce flentē ⁊ non poterat lachrymas extergere, videbat ipsum expirasse ⁊ nō poterat amplexari nec osculari, videbat sanguinē in terra affluere ⁊ nō poterat recolligere: ⁊ iō poterat dicere illud. j. Reg. j. Mulier infelix nimis ego sum. Sexto ex eo ꝙ nullus habebat adiutoriū quia omnes apostoli cā reliquerāt, iō nō habuit nec ipsa nec filius adiuuantē in tribulationibus illis. Eccl̄i. lj. Respiciēs eram ad adiutorium hominū ⁊ nō erat nec aliquē cōpatiētez. ps. Sustinui q̄ simul cōtristaret ⁊ nō fuit, nec aliquē consolantem. Unde sequit̄ qui cōsolaretur ⁊ nō inueni Secundo causabat̄ ille dolor in ipsa ratione filij multū eñ dolet mater quando amittit filiū bonum ⁊ sapientem, ⁊ sibi in omnibus obediētem, ipsa vero amittebat filiū de quo ipsa dicit. Ego mater pulchre dilectionis ⁊ timoris ⁊ agnitionis ⁊ sancte spei. Amittebat q̄dē matrē taz dulciter diligētē: ideo dicit. Ego mater pulchre dilectionis, filiū matrē tam humiliter reuerentē ⁊ filialiter timētē, ideo subdit, ⁊ timoris, filium in cruce matrem tam feliciter agnoscentem, ideo subditur, ⁊ agnitionis, filiū erga matrē tam pium ⁊ clementem ideo subdit̄. ⁊ sancte spei. D

¶ Tertio causabat̄ ipse dolor rōne supplicij, videbat enim filiū suū pati penam ignominiosam: qz inter duos latrones tanq̄ latro fuit positus penā acerbā in locis neruosis ⁊ maxie sensitiuis fuit vulneratꝰ ⁊ perforatꝰ, penam diuturnam, qz ab illa hora noctis q̄ captus fuit vsq̄ ad horam nonā qua expirauit in supplicijs ⁊ doloribus semper fuit penā iniustā quia sicut dicitur. j. Pet. ij. Peccatū non fecit nec inuētus est dolus in ore eius. Et quia virgo beata fuit tanta amaritudine plena, poterat dicere illud Ruth. j. Ne docetis me noemi, id est pulchram: sz vocate me marath, id est amaram: qz amaritudine repleui me omnipotens. E

¶ Tertio ponit magnitudo sue deuotionis cū dicitur. Inter vbera mea commorabitur. In anima tria sunt vbera: scz memoria, intelligētia ⁊ voluntas. Inter ista tria vbera beata v̄go istū fasciculū myrrhe, id est collectionē penarū filij sui portabat. In memoria per cōtinuā recordationē. In intelligentia per assiduā meditationē. Et in volūtate per mellifluā deuotionem. Secundo ponitur magnitudo gaudij quod ipsa habuit de filio in resurrectione, cum dicitur. Botrus cypri F

¶ Non solū autez de hoc ipsa gauisa est sed etiā omnes creature scilicet superiores, medie ⁊ inferiores. Supiores, id est angeli gauisi sunt propter nostrā redemptionem: propter suā reparationē: ⁊ propter christi glorificationē, ideo dicitur. Johel. iij. In illa die stillabūt mōtes dulcedinē ⁊ colles fluēt lac. Et ecclesia addit, ⁊ mel. Lac est dulce, ⁊ mel est dulciꝰ: dulcedo cōprehendit omnē, rem dulcez. Montes igit̄ ⁊ colles, id est angeli maiores, mediocres, ⁊ mīores afficiunt̄ dulcedine magna: de nostra redemptione: maiori de sua reparatione: maxima de sua glorificatione. G

¶ Secundo gauise sunt medie, id est homines. Unde propheta dicit. Hec dies quā fecit dominꝰ exultemus ⁊ letemur in ea. Debent omnes homines in christi resurrectione multuz gaudere: qz per suā resurrectionē facti sunt angelorū conciues ⁊ socij. Unde super illud Matt. vltimo. Nolite expauescere. Dicit Gregoriꝰ. Uos aūt cur expauescitis qui vestros cōciues videtis? Facti sunt fratres xp̄i, vnde post resurrectionem suā christus apostolos fratres vocauit dicēs. Jo. xix. Uade ad fratres meos ⁊c. Facti sunt in aīa ⁊ corpore glorificati. Nam modo in aīa stolā felicitatis accipiūt, in futuro aūt in corpore stolā immortalitatis habebūt.

Propter ista tria dicitur Hester.viij. Iudeis id est sanctis deū confitentib⁹ ⁊ laudātib⁹ noua lux oriri visa est gaudiū honor ⁊ tripudiū. Habebūt em̄ magnū gaudiū de angelica societate: honorem immensum de christi fraternitate: ⁊ magnū tripudiū de corporis ⁊ anime felicitate. Tertio gauise sunt creature inferiores, id est sancti patres in lymbo positi q̄ erāt ibi in magna desolatione, ⁊ ꝓpter locū. quia erant in loco infimo q̄ debebant esse in loco supremo, id est in celo, ⁊ ꝓpter dānum qr erant in caligine inferni qui debebant esse in visione dei, ⁊ propter cōsortiū: qr habebāt demonū vicinitatem qui debebāt habere angelorū societatem, sz hodie exultauerūt valde: qr christus de loco infimo eos extraxit, ⁊ in sua ascensione eos in celū deduxit suā beatam visionem eis reddidit, ⁊ angelorum socios eos fecit. Vñ dicit̄ de eis. Esa.xxxv. Gaudiū ⁊ letitiam obtinebunt: fugiet dolor ⁊ gemitus. Habuerūt enim gaudiū quia assecuti sunt diuine visionis aspectū. Habuerunt letitiam: quia dimiserunt locum tam infimū ⁊ assecuti sunt celum. Fugit ab eis dolor ⁊ gemitus: qr euaserunt taz horrendū consortium demonum ⁊ assecuti sunt consortium angelorum.

93 ¶ In die sancto pasche.

Sermo primus.

Maria magdalene ⁊ maria iacobi ⁊ salome emerunt aromata vt venientes vngerēt iesum. Marci.vlti. Quāuis multe mulieres dñm sequerētur, iste tamen tres precipue venerūt qr christo plus obligate fuerūt ex eo ꝙ multa beneficia ab eo receperant. Maria em̄ magdalena multū xp̄o tenebat̄: qr ab ea septem demonia eiecit. Maria autem iacobi multum christo tenebatur: tum quia nepos suus erat: tuz qr tres filios suos scz iacobum alphei: symonē ⁊ iudā cardinales: id est apostolos fecerat. Tertia maria scz filia salome similiter christum mulū diligere tenebat̄, tum quia nepos suus erat, tum qr ipse duos filios suos scz iacobum ⁊ ioannem apostolos fecerat. In presenti euāgelio de duob⁹ fit mētio scz de sanctarū mulierū deuotione: ⁊ de angelica apparitione. A

¶ Deuotio autē sanctarum mulierum in tribus attenditur. Primo in hoc ꝙ christuz voluerūt. vngere, vnde dicitur, emerunt aromata, id est vnguenta aromatica, vt veniētes vngerent iesum. Scdo in hoc ꝙ tā tempestiue venerunt volentes ad monumentū accedere, vnde dicitur. ⁊ valde mane vna sabbatorum ⁊c. Tertio in hoc ꝙ dicit̄ ꝙ monumentū desiderabāt apertū inuenire, vnde dicitur, ⁊ dicebāt ad inuicē: quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti? B

¶ Circa primū notādū ꝙ ex magna deuotione volebat corpus xp̄i vngere. Cōsuetudo enim erat antiq̄t⁹ corpora mortuorū inungere vt conseruarent̄ a fetore vermiū corrosione, ⁊ ab incineratione: sz iste mulieres erāt decepte, qr corp⁹ christi deitate erat balsamatū, ⁊ ideo si ꝑ decem milia annorū in terra iacuisset non potuisset pure fieri nec incinerari nec a vermibus corrodi. In hoc tamē sancte mulieres voluerūt ostendere dilectionē mortuo quam habuerunt viuo. C

¶ Pauci em̄ sunt qui amicū vere diligant in vita quia fere omnes amicum diligūt propter sua non propter se. Eccli.vj. Est amicus socius mense ⁊ non permanebit in tp̄e necessitatis. Pauciores sunt q̄ diligāt in morte, imo sepe parentes filijs: ⁊ filij parentibus aduersant̄ in morte qñ pro salute ale volunt aliqua ordinare. Paucissimi sunt q̄ diligant post mortem qr modicū post ⁊ fili⁹ patris ⁊ pater filij: ⁊ amic⁹ amici obliuiscitur. ps. Obliuioni dat⁹ sum tāq̄ mortuus a corde. Idem perijt memoria eorū cum sonitu. Eorum em̄ memoria perijt cū sonitu cāpanaruz vel palmaꝝ siue clamoꝝ siue fletuū. Iste autē mulieres dilexerūt christum in vita: quia sequebant̄ eū predicantem. Luce.viij. Sequebat̄ eū maria magdalena et alie mulieres que ministrabant ei de facultatibus suis. Dilexerūt eum in morte qr associauerunt eum in cruce pendentē. Joā.xix. Stabāt iuxta crucem iesu mater eius ⁊ soror matris eius. Dilexerunt eū post mortem: qr voluerunt eum vngere

in monumẽto iacentẽ sicut dixit hic. ¶ Sed mirum videt q beata virgo cuz ihũ non iuit: sed domi remansit. Super hoc possunt tres caule assignari: Una est qz mater sepulchrũ filij recenter sepulti sine nimio dolore videre nõ posset. Sic beata virgo sepulchrũ filij videre nõ potuisset: quia gladius doloris eiꝰ aiam pertransisset. Et satis probabile est q filiꝰ reuelauisset Johãnes eiꝰ custos nõ dimisisset. Imo etiã ceteri apostoli dixissent Johãni. Non permittas eam illuc ire, qz si uiderit ibi flebit, et se mactabit q fere se occidit. Secunda causa est: qz in parasceue et sabbato tñ fleuerat et intentũ semꝫ cruciauerat: q̃ substinere ultrã nõ valebat. Unde Bern. q. oportuit q inter manꝰ discipulorũ tãq̃ semiuiua de cruce ad domũ propriã deportaret. Augu. Illa quippe pia mater in via doloze emulans et pectora delicata contundens: ita ipsa uiscera oiaq̃ fatigauerat mẽbra ut iam sensu deficiens uix potuisset uenire ad xpi funus. Tertia causa est quia iste mulieres corpꝰ christi i monumẽto adhuc esse putabãt. Beata autem virgo sciebat q ibi non erat: sed q iam resurrexerat et ideo illuc ire nolebat. ℰ

¶ Et pie credendum est q sibi ante oẽs christus apparuerat. Quod potest ostendi triplicitet. primo per auctoritatẽ. Secundus enim magnus et antiquus doctor ecclesie agens de christi apparitione dicit. Semper virgo manens humo se uisibꝰ effans iute palam dominis prius obtulit. Secundo per ecclesie romane antiqꝫ et probatam consuetudinẽ. Summꝰ enim pontifex ad sanctã mariam maiorẽ in die paschę primã stationem celebrat: q hoc inuento ad beatã mariam primã factaz fuisse apparitionẽ. Tertio per quãdam moralẽ rationem. Deus enim precepit. Honora patrem et matrẽ. Sed si esset aliqs filius in ultra marinis partibus cõstitutus de quo mater intellexisset q mortuꝰ esset et tandẽ sanus rediens personas ex transeas uisitaret et ad matrẽ tribulatam ultimo accederet: nõne bonꝰ filiꝰ nõ esset nec matrẽ honorasset. Sic etiam christꝰ matrem nõ multũ honorasse videretur, si primo alios de sua resurrectione letificasset et tandem matri desolate apparuisset. Secũdo deuotio istarũ mulierũ ostẽditur in hoc q valde tẽpestiue uoluerũt uenire. Ideo dixit. Et valde mane una sabbatorũ uenerunt ad monumentũ orto iam sole. Sz si erat valde mane: quo sol iam ortus erat? Ad qđ dicendum q ille mulieres erant habitãtes in ciuitate. Sepulchrũ autez christi erat extra ciuitatẽ. Ipse autem valde mane surrexerunt. Sz quia via lõga erat et honestas dominas non licet currere: sz mature incedere. Et porte ciuitatis tarde aperiebantur: nõ iam ortus erat sol quando ad sepulchrũ peruenerũt. Est ergo sensus: valde mane uenerunt, id est uenire inceperunt, orto iã sole scilicet quando peruenerunt. ℱ

¶ Uel sol dupliciter dicit oriri. Uel quãtum ad fulgorez suum, qui dicit aurora: uel quantũ ad speram suam. Primo mõ non secundo ortus erat sol. Unde dicit Augu. Orto iam sole, id est cum celũ ab oriẽtis parte albescheret. Uel nomine solis intelligit christus qui dupliciter fuit ortus in hoc mundo: scilicet de matre uirgine et natiuitate penosam. Et de sepulchro per natiuitatem gloriosam. ℰ

¶ Est ergo sensus: valde mane uenerũt: sed tamen uerus sol, id est christꝰ q̃ prius ortus fuerat in hoc mũdo natiuitate carnali, iaz ortus erat natiuitate celesti. Tertio deuotio istarum mulierum cõsistit in hoc q monumentũ apertũ uidere desiderabant. Unde dicebãt. Quis reuoluet nobis lapidẽ ab ostio monumẽti? etc. ℞ ¶ Monumentũ quidem tripliciter clausum erat: grãdio lapidis ad ostiũ apposita, figilli impressione, et militum ad matorũ deputatione. Et iõ mulieres nõ sperabant intrare se posse: qz lapidẽ tam grãdẽ cum ipse essent fragiles removere non possent. Et milites eas fugarẽt et sigillum presidis frangere nõ auderent. Christus autẽ qui exiuit de clauso utero matris: et qui intrauit ad discipulos ianuis clausis. Ipse exiuit de monumento lapide clauso: saluis sigillis et custodib' expauefactis. Postquam autem resurrexerat angelus lapidẽ reuoluit ut fidelibus aditum introeundi daret. Et qz propter milites mulieres ire timuissent ideo

ideo milites facti sunt sicut mortui: vt dicit Mat. Fuerūt em̄ ita exterriti ex terribili angelica visione: sicut dt Mat. ex monumēti tā subita apertiōe, ⁊ ex terre magne cōcussione. Sicut em̄ dr Mat. xxviij. Terremotus factus est magnꝰ ⁊c. vt scz milites exterreret: vel vt terra de christi resurrectione letitiā mōstraret. Sicut in passione mota est in signū tristitie: sic in resurrectiōe mota est in signū letitie: vel sm̄ Glo. Ideo terremotus factus est vt ꝑ hoc sigificaret corda terrenorū per fidē passionis ⁊ resurrectionis mouēda. I

¶ Secundo in euangelio fit mētio de angeli apparitione, q̄ q̄tuor fecit erga istas mulieres. Nam primo cōfortauit eas dicens. Nolite expauescere. K

¶ In hoc em̄ cognoscit bonꝰ angelus a malo: qr bonus in principio terret ex suo fulgore, in medio cōfortat ex sua allocutione, in fine letificat ex immensa cōsolatione. Malus autem angelus ecōuerso. In principio terret ex sua terribili visione. In medio dcepit, ex fallaci ꝓmissiōe. Et i fine ꝯtristat ex subsecuta deceptiōe. L

¶ Scdo ipsas confortatas ⁊ de resurrectiōe certificatas: ad apostolos destinauit dicens. Ite dicite discipulis ⁊ petro qr ⁊c. Prima mulier fuit media inter serpentē ⁊ hominē, trahēs ipsum ad ꝑditionez. Secunda mulier scz virgo beata fuit media iter deū ⁊ hominē: faciēs nostrā reconciliationem. Iste aūt mulieres fuerunt medie inter angelū ⁊ apl̄os: annunciantes eis nr̄am saluationē. Iā non pōt hō cōqueri de muliere: qr si pr̄ia dānauit: scda saluauit tertia annūciauit. Si pr̄ia fuit causa mortis. Scda fuit cā vite. Tertia nunciatrix salutis eterne. M

¶ Tertio ipsas ad petrum specialr̄ misit cū subiunxit: ⁊ petro. Petrū solū nominauit triplici de causa. Prima est quā ponit Gregoriꝰ dicens. Petrū vocat ex nomine: ne desperet ex negatione. Si em̄ nominatim eū nō exprimeret q̄ magistrū negauerat: venire inter discipulos non auderet. Ideo specialiter dixit petro qui indignū se iudicabat discipulatu qr ter negauerat: sed peccata non nocent quando non placent. Secūda causa est vt angelus sibi tanq̄ summo pontifici honorē deferret. Si em̄ q̄s pape vel collegiuz cardinaliū literas mitteret papā nominatim exprimeret: cardinales vero in genere proferret. Angelus igit̄ nominatim petrū expressit tanq̄ summū: discipulos autē generaliter tanq̄ collegiū. Tertia causa est: qr petrus interpretatur agnoscens seu discalciatꝰ siue dissoluens. Ille enim christum inuenit qui deū ⁊ se veraciter agnoscit: qui affectus suos ab amore carnali discalciauit: q̄ oēs colligationes impietatis a se dissoluit. Quarto angelus per istas mulieres apparitionem christi in galileā denūciauit dicēs. Quia precedet vos in galileam: ibi eum videbitis sicut dixit vobis. N

¶ Ista autē apparitio facta est in galilea licet fuerit occultū: tñ propter mysteriuz specialiter nominatur Galilea enim interpretatur trāsmigratio. Christus eniz duz esset in hac vita habuit mortalitatē in corpore passibilitatē in anima: in vtroq̄ miseriam ⁊ penalitatem. Sed post resurrectionē facta est transmigratio: quia corpus trāsmigrauit de mortalitate ad immortalitatem. Anima de passibilitate ad impassibilitatē. Corpus ⁊ aīa de miseria ⁊ penalitate ad gloriā ⁊ felicitatem. Leo papa passionē christi laudans dixit. Ruptis mortis vinculis: infirmitas in virtutē, mortalitas in eternitatē cōtumelia transiuit in gloriam quam nobis ⁊c.

94 ¶ Eodem die sancto pasche.

Sermo secundus.

Iesum queritis nazarenū crucifixū: surrexit nō est hic. Sz ite dicite discipulis eiꝰ et petro qr precedet vos i galileā. A

¶ Dominꝰ in hac vita nobilē habuit societatē scz apostolos ⁊ quasdā sanctas mulieres. Tempore tñ passionis quidaz ab eo recesserunt quantū ad corporalem associationē: fidez ⁊ amorē, sicut iudas. Alij autē reliquerunt quātum ad corporalē associationē ⁊ fidē, sed nō quantum ad amorem: sicut ceteri apostoli qui ip̄m reliquerunt et fidem amiserunt. Amorez tñ eius non perdiderunt: quia etiā ipsuz defunctuz amabant. Alij ip̄m reliquerūt

quantum ad fidem tantū, sed nō quantū ad assotiationē: nec quantū ad amorem sicut sancte mulieres que fidē pdiderūt ipsum tamen iuxta crucē associabant: et eum defunctū amabant. Virgo aūt beata ipsum non dereliquit: nec quātū ad sōcietatē: quia iuxta crucem stetit: nec quātum ad fidem: quia eā semper retinuit: nec quantū ad amorē: quia eū perpetuo amore dilexit. Ite ergo sancte mulieres quāto fidē perdidissent: tāto quia eius defunctū amabāt: ideo ipsum ungere volebant. Quas angelus alloquit' est dicēs. Jesum queritis nazarenū crucifixū surrexit non est hic. Ite dicite discipulis ei⁹ et petro. In verbis igit̄ premissis q̄tuor ponuntur. Unū ex parte mulierum: scilicet querendi studiositas: quod notat cū dicitur. Jesum queritis nazarenū? Secūdo ex parte xp̄i ponuntur tria. s. eius magna charitas, cum dicit crucifixum. Tertio eius magna felicitas. cū dicitur, surrexit nō est hic. Quarto ei⁹ magna pietas in hoc q̄ petro et ceteris discipulis i galilea, et alīs locis voluit apparere: ideo subdit. Ite dicite discipulis ei⁹ et petro: quia surrexit, p̄cedet vos in galileā. B

¶ Circa primū: scilicet studiositatez que reputium mulieruz. Notandū q̄ quidam post passionē quesierunt Christum in mane sicut iste mulieres de quib⁹ dicit' valde mane una sabbatorū ꝛc. Et istis inuenire fuit facile, quia statim inuenerūt. Alij q̄sierūt eum in vespere sicut duo discipuli q̄ ibant emaus, sicut habet Luc. xxiiij. q̄ dixerūt. Mane nobiscuz domine: quia aduesperascit, et istis inuenire fuit difficile. Unde dixit eis Jesus. O stulti et tardi corde ad credendū. Alij quesierunt eum in sero. de quibus dicitur Joh. xx. Cum esset sero ꝛc. Et istis inuenire fuit dubitabile. Unde Luce. xxiiij. vbi agitur de ista apparitione. Conturbati vero et conterriti existimabāt se ipm videre. Alij q̄sierūt ipsum in nocte, sicut milites positi ad sepulchrū, vt eius corp⁹ noctibus custodirent: et istis inuenire fuit impossibile. per mane intelligit̄ iuuentus, illigit̄ Christū querunt in mane, qui ad christum cōuertuntur in iuuentute, et istorum inuētio hz facilitatem: quia de facili christum inueniunt. Prouer. viij. Qui mane vigilauerit ad me, inueniet me: talis quidē sunt molis cera, q̄ de facili ad bonū ducunt. p̄s. Factū est cor meum tanq̄ cera liquescens in medio ventris mei. Sunt sicut recens testa, q̄ semp in bono conseruant. Prouer. xxij. Adolescens iuxta viā suā: et cū senuerit nō recedet ab ea. Sūt sicut nouella et gracilis virga, q̄ ō facili ad oē bonū flectunt. p̄s. Quozum filij sicut nouelle plātationes a iuuētute sua. Per vesperā intelligit senectus: illi igit̄ q̄rūt in vespere q̄ cōuertunt in senectute. Et istorū cōuersio hz difficultatē: q̄ difficile cōuertunt q̄ in malo inueterauerunt. Unde poet̄ pphet̄ dixit in pson̄ inuenū. Factuz est cor meū tanq̄ cera liquescēs, subdit in pson̄ sensū. Arui tanq̄ testa virt⁹ mea. Tales em̄ ab oi humore gr̄e exiccant: ideo dicit Arui tanq̄ testa virt⁹ mea, et vix vl nunq̄ cōfitent, ideo subdit. Et lingua mea adhesit faucib⁹ meis: et sepe peccatz suis moriunt: ideo subdit. Et in puluere mortis deduxisti me. i. deduci permisisti. Per serovbi est finis dici, intelligit mors q̄ est finis vite, illi ergo in sero xp̄m q̄runt: q̄ in extremis ad deū redire volūt: et istorū cōuersio hz dubietatē Unde Augu. in libro⁹ pos. mel. Fidelis bñ vixēs: securꝰ hinc exit: agēs pniam ad vltimū et recōciliat⁹: sic securus hinc exit, ego nō sum securꝰ. C

¶ Ideo autē sanctus Augustinus dubitat de his qui penitēt in morte, q̄ quidā penitent tantū timore pene: quidaz amore iustitie, quidā ex cōsideratione virtutis q̄ cause: et talis potius videtur penitere timore pene q̄ amore iustitie: ideo cozuz penitentia dubia esse vī. per noctē intelligitur obscuritas infernalis. Illi igitur querunt christum in nocte qui volunt eūz querere post mortē in eterna damnatiōe et alium inuentio habet impossibilitatem Unde de talibus dicitur Prouer. j. Tunc inuocabunt me et nō exaudiam, mane cōsurgent et non inuenient me. D

¶ Damnati quidem inuenient deū et non inuenient. Deus em̄ est in mūdo p̄ miaz, in celo p̄ gloriā, in inferno per iustitiam. Non potuerunt igit̄ deum inuenire p̄ misericordiam: q̄ hoc modo est in mūdo. Nec per gloriam, quia hoc modo est in

celo, sed inuenient eum in inferno p iusti
tiā vt iudicē ⁊ tortorem, qꝛ hoc modo est
in inferno. Secundo ponit̄ immensa cha
ritas: cū dicitur. Crucifixum: ipse eniz ex
infinita charitate mori voluit. Job. xv.
Maiorem hac dilectionez nemo habet,
vt aiam suā ponat quis pro amicꝫ suis.
E ¶ Et ponit̄ hic vltimum signū amo
ris. Amor eñ per quatuor signa pōt ma
nifestari. Primo per verba. Quādo eniz
cor abundat in amore, tunc os abundat
in sermone. Luce. vj. Ex abundantia cor
dis os loquit̄. Secūdo per collata bene
ficia ⁊ illud ē maiꝰ signū, q̄ꝫ primū. Mul
ti seruirent verbis q̄ non seruirēt rebus
suis. De isto seruitio dicit̄. j. Joh. iij. Nō
diligamus verbo, neq̄ lingua, sed opere
⁊ veritate. Tertio ostēdit̄ p obsequia p
sonalia: ⁊ illud est maiꝰ signū quā primū
vel scdm. Multi eñ seruirent de substan
tia sua, q̄ nō seruirēt d̄ psona sua. De isto
signo d̄r Gene. xix. Seruiuit Jacob pro
Rachel septē annis. Quarto manifestat̄
per aduersa: qñ scz q̄s p amore amici se
morti exponit: ⁊ illud est vltimū signum
amoris: vltra qd̄ non est aliud inuenire.
Multi eñ darēt psonā suā ad seruiēdū,
qui nō darent aiam suā ad mortē: iō di
xit dominus. Maiorem ac dilectionē ne
mo habet ⁊c. In hoc igitur q̄ Christus
pro nobis crucifigi voluit et mori, infi
nitā nobis charitatē ostēdit. Tertio po
nit̄ in xp̄o magna felicitas, cū d̄r. Surre
xit nō est hic. Alij sancti nō resurgūt, sed
suscitant̄. Christꝰ aūt surrexit: qꝛ virtute
ppria se excitauit Joh. ij. Soluite tēplū
hoc, ⁊ in tribꝰ diebꝰ excitabo illud. F
¶ Ista potentia est infinita, qñ scz mor
tuus suscitauit seipsum. Inuenimus eniz
q̄ aliqñ viuus suscitat mortuū sicut Pe
trus tabitā. Vñ habet̄ Act. ix. Aliqñ mor
tuū, sicut Helyseus mortuus suscitauit
aliū mortuū, vt habet̄ quarti Regū xiij.
